CORPUS REFORMATORUM

EDIDIT

CAROLUS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER.

VOLUMEN V.

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

1838.

PHILIPPI MELANTHONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

EDIDIT

CAROLUS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER.

VOLUMEN V.

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

1838.

PHILIPPI MELANTHONIS

EPISTOLAE, PRAEFATIONES, CONSILIA, IUDICIA, SCHEDAE ACADEMICAE.

ACCESSERUNT

CASP. CRUCIGERI EPISTOLAE ET IUDICIA, ALIORUMQUE ETIAM EPISTOLAE AD VITAM MELANTHONIS ILLUSTRANDAM SPECTANTES,

UNDIQUE EX LIBRIS EDITIS COLLEGIT,

EX MANUSCRIPTIS EMENDAVIT ET AUXIT, ET SECUNDUM SERIEM ANNORUM

DISPOSUIT

CAROLUS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER.

VOLUMEN V.

ANNALES VITAE PHILIPPI MELANTHONIS.

ANNO 1543.

Ian. Sub initio huius anni vel exeunte anno 1542 abrogata est Witebergae elevatio in sacra coena.

1. Prodit Mel. commentarius in Danielis vaticinia.

Mel. praefatur in Stifelii arithmeticam et in Alcoranum Bibliandri.

2. Mel. proficiscitur Lipsiam.

8. Mel. redit Witebergam.

10. Fama undique sparsa in Germania, Caesarem periisse in undis maris in reditu ex Africa.

15. Hermannus Archiepisc. Coloniensis petit, ut Melanthon mittatur Coloniam ad promovendam emendationem sacrorum. — Item petit Bucerus in literis ad Principem Electorem missis.

Mel. commendat Northusanis Erasmum Alberum.

17. Comitia habentur Norimbergae, praesidibus Ferdinando rege, et Granvella, Caesaris legato.

25. Mel. respondet ad longam deliberationem aulicam.

29. M. ad Myconium: „Nos ita sumus obruti laboribus, ut saepe de fuga cogitem, ac nisi me senectus et vitae longioris desperatio teneret, latebras aliquas ubicunque circumspectarem."

Febr.

10. Moritur Ioannes Eckius.

16. Laudes Ioannis Stigelii, poëtae, scribit ad Georgium Anhaltinum.

17. Mauritius, Dux Saxon., declarat, se nolle accedere ad Foedus Schmalc.

18. Mel. scribit ad Albertum Ducem Prussiae de recte instituendis ecclesiis.

22. Dubitat, an conducat iter facere ad Archiepiscopum Coloniensem. (Vid. etiam ep. ad Camerar. d. 4. Mart.)

Mart.

12. Sententiam suam et Lutheri de descensu Christi ad inferos scribit.

Mel. ad Anton. Musam: „Mihi in aula calumnia insignis subeunda fuit, propterea quod rogavi, ut de ordinatione ratio ini[illegible]ur."

16. Mittit Vito Theodoro conciunculas de Paulo et Polycarpo et explicationem de baptismo.

26. Myconius scribit Melanthoni de statu Ecclesiarum in Thuringia.

Mart.
28. Mel. Philippo Landgravio affirmat, Lutherum non, ut ferebatur, de digamia aliquid scribere.

April
4. Praefatur in Nopi axiomata religionis a Matth. Collino edita.

8. Adest Medmannus, legatus Archiep. Coloniensis, et petit, ut Melanthoni iter ad Archiepiscopum permittatur.

10. Princeps Elector Melanthoni commeatum dat, eique mittit viaticum centum florenorum et comites duos equites armatos.

17. Mel. iter ingreditur Bonnam ad Archiepiscopum Colon. comitibus Iusto Iona, filio, et Hieronymo Schreibero.

20. Mel. viderat et auxerat Alesii disputationem de primo capite in Ep. ad Romanos, et eiusdem expositionem Psalmi primi.

23. Mel. est Gothae.

Iter fecit per ditionem Nassaviensem, ubi Knutelium salutavit.

In itinere carmen fecit: ,, Imago Ecclesiae, Exod. 33."

Maii
9. Scribit amicis de misero statu ecclesiarum Coloniensium, et de eo, quod Bonnae actum sit.

Philippum, filium suum graviter hortatur, ut diligens sit et matri obsequatur.

11. Calvino scribit de rebus theologicis.

19. Luthero narrat, quae Bonnae agantur.

23. Liber Cleri secundarii Colon. adversus Archiepiscopum prodit.

Hoc tempore Melanthon formam sacrorum emendandorum a Bucero Achiepiscopo traditam perlegit et sua addit. — Capita de Trinitate, de creatione, de peccato originis, de iustitia fidei et operum de Ecclesia et de poenitentia in libro Coloniensi Melanthonem habent auctorem.

26. Carolus Imperator Ducem Sax. Electorem et Philippum Landgr. hortatur per literas, Genuae scriptas, ut auxilia mittant adversus Turcas.

Iun.

Melanthon scribit responsum ad Clerum secundarium Coloniensem.

1. Epistola Papae ad collegas primarii templi Coloniae, ne mutationem sacrorum concedant.

19. Melanthonis libellus adversus Clerum Coloniensem editus est.

20. Mel. prolixe scribit ad Senatum Soestanum de instituendis scholis.

22. Conventus ordinum Coloniensium, quibus traditur ab Archiepiscopo liber reformationis.

Exeunte Iunio Casp. Hedio venit Coloniam.

Iul. Melanthon Bonnae scribit libellum de discrimine veteris et novi Testam., qui postea ineunte Decb. editus est.

6. Papa concilium indictum iterum prorogat.

12. Concedit Archiepiscopus Melanthoni, ut domum redeat.

13. Caesaris exercitus missus adversus Ducem Clivensem venit in viciniam Bonnae.

18. Mel. d. 18. Iul. vult abire, sed retinetur precibus nobilium, qui rogant, ne ante conventum ordinum abeat.

24. 25. Amicis Melanthon scribit historiam conventus.

25. Carolus Imperator venit Spiram, ad quem proficiscitur Hermannus, Archiep. Colon., deprecaturus pro Duce Cliviae.

28. vel d. 29. Melanthon abit Bonna.

30. Est in arce Runckeliana. — Studia et negotia amicorum eum remorantur in itinere.

Aug.
6. Francofordiae litem Pastorum de sacra coena et ceremoniis quibusdam componit.
9. Est Erfordiae et vocatur Wimariam.
10. Est Wimariae in aula.
15. Domum venit.
17. Theodoro scribit quae acta fuerint Bonnae.
Bellum inter Caesarem et Ducem Clivensem.
24. Dura vi capitur a militibus Caesaris.
Sept.
3. Mel. praefatur in librum: „Reformatio Ecclesiae Coronensis" etc.
6. De coena sacra scribit ad Theodorum.
7. Pax inter Caesarem et Ducem Clivens.
10. Mel. Bernhardo Zieglero, theologo Lips., scribit orationem in promotione legendam.
Oct.
3. Vito Theodoro sententiam suam scribit de impositione manuum et de excommunicatione.
22. Vitus Amerbachius Witebergae lites movet adversus Melanthonem in doctrina de anima.
25. Monet Theodorum ne accendat controversiam de coena sacra.
Nov.
4. Bucero scribit de rixis theologorum de coena s., et de Principum temeritate et incuria.
Mandata habet a Duce Prussiae, ut doctores mittat in Acad. Regiomont.
7. Recuduntur Mel. erotemata dialectices.
12. Enarraturus est libr. V. Ethicorum Aristotelis de iustitia.
19. Mandatum accipit a Pr. Electore, ut paret se ad iter Spiram faciendum ad conventum.
Vitus Amerbachius Witeberga discedit in Bavariam.
29. Mel. queritur de moribus Sabini, generi sui.
Decb.
9. Scriptum Mel. germanicum de discrimine Vet. et Novi Test. prodit.
10. Carolus Imp. invitat Ducem Sax. Elect. et Landgravium Hassiae, ut ipsi veniant in conventum Spirensem d. 10. Ian. 1544. habendum.
25. Mittit Theodoro praefationem in Lutheri enarrationem primi Mosis libri.
Hoc anno enarravit in schola Homeri carmina.
Edidit denuo catechismum puerilem.

ANNO 1544.

Ian.
1. Mel. Lipsiam proficiscitur.
4. Mel. et Ioachimus Camerarius commendant Georgium Sabinum Alberto Duci Prussiae.
7 sq. Philippus, Melanthonis filius, clandestina sponsalia habet cum puella Margaretha Küffner.
16. Mel. mittit orationem de Aristotele.
18. Thomas Naogeorgus litem movet adversus Mel.
Mel. praefatio in commentarium Lutheri in primum librum Mosis absoluta est. coll. ep. d. d. 4. Febr.

Ian.
22. Lutherus graviter irascitur Bucero propter doctrinam de coena sacra, in epistola ad Landgravium Hassiae expositam.

24. Mel. laetatur, quod sibi non eundum sit ad conventum Spirensem.

Magna solis eclipsis.

Georgius Sabinus vocatur in Academiam Regiomontanam

25. Melanthonis iudicium de sententia Naogeorgii de peccatis electorum.

Febr.
9. Mel. queritur de rixis Lutheri cum Iurisconsultis Witeberg. — Editionem locorum theol. et dialectices rursus adornat.

14. Crucigeri narratio de acerbitate Lutheri in Iurisconsultos.

15. Mel. enarrat libr. V. Ethicorum Aristotelis.

18. Ioannes Fridericus, Dux Sax. Elector, intrat Spiram.

21. Initia Comitiorum Spirensium.

Mel. queritur de moribus Sabini, generi sui.

Mart.
1. Mel. graviter queritur de moribus Sabini, qui ancillam uxoris suae gravidam fecerat.

Alesio scribit propositiones.

13. Praefatur in librum Ciceronis de senectute.

20. Laudat Mauritii, Ducis Sax., studium in Imperatorem.

Camerario scribit, quid amici iudicaverint de editione locorum theol. anni 1535.

25. Narrat historiam comitiorum Spirensium et conventus Theologorum Lipsiae habiti.

Incipiunt Epistolae ad *Albertum Hardenbergium.*

April.
8. Munera, facta ex electro figura cochlearum accipiunt Mel., Pomeranus et Lutherus ab Alberto Duce Pruss.

9. Wallenrodum, nobilem Francum, rogat, ut det Camerario, iter in Franciam facturo, equites comites, quia ei metuit ab Episcopis.

13. Scribit Academiae Lips. de compescendo Gilberto, qui docebat: divinam naturam in Christo passam esse.

Georgius Sabinus, gener Mel., conductus ab Alberto, Duce Prussiae, proficiscitur Spiram, ut missionem petat a Marchione.

Lipsiae editur a Camerario oratio Ziegleri, a Melanthone scripta.

21. Lutherus ad Eperienses scribit: „De M. Philippo (Mel.) mihi nulla est omnino suspicio (videl. illum deflectere a Lutheri sententia de coena sacra), neque de ullo nostrum."

22. Medlerus vocatur Brunsvigam.

30. Georgius, Princeps Anhaltinus, eligitur Episcopus Merseburgensis.

Maii
4. Loci theologici eduntur uberiores et nitidiores.

5. Cum Iona proficiscitur Halam.

7. Mittit Crucigero responsum in itinere scriptum, ad Duces Pomeraniae de electione Episcopi.

8. Venit Wimariam, ductus a viae monstratore, quem ei dederat Senatus Naumburgensis. — Habebat negotium tutelare in causa liberorum Christiani Baieri.

13. Rediit Witebergam.

Maii
14. Dux Saxoniae Elector Spira relicta domum proficiscitur.
19. Sabinus, qui adhuc Spirae est, quaerit divortium ab uxore.
23. Camerario scribit prolixe de moribus Sabini. Vid. etiam epist. d. d. 24. Maii, d. 7. 13. et 14. Iun.
24. Io. Stigelius uxorem ducit.
30. Consiliariis Ducum Pomeraniae scribit de episcopo eligendo.
Iun.
4. Agit cum Sabino, qui uxorem repudiare volebat.
7. Mittit Camerario et Zieglero partem orationis de Spiritu sancto.
10. Scribit exordium constitutionis Academiae Francof. in usum Sabini, et Sabinum commendat Alberto Duci.
11. Finis comitiorum Spirensium.
13. Anna, Sabini uxor, cum liberis abit ad maritum. Una, natu minor filia, remanet apud Melanthonem.
18. Scribit de elevatione sacramenti in coena s.
24. Valetudine valde laborat. — Georgio Anhaltino gratulatur episcopatum Merseburgensem.
Iul.
1—6. Laborat valde calculo. — Camerarius Lipsia advenit, accepto nuncio de morbo Melanthonis.
Aug.
8. Mel. ad Vitum Theodorum: „Misit huc Amsdorfius censuram Coloniensis Reformationis acerbam, quae „tamen Luthero mitis videtur, et classicum novi certaminis jam audivi. Si coeperit noster Pericles de ea „re contumeliose dicere, discedam." — (Liber: „Reformatio Coloniensis", a Bucero scriptus, a Melanthone probatus et in quibusdam partibus auctus, deinde ab Archiepiscopo Hermanno editus, et Duci Saxoniae Electori missus, ab hoc iam d. 4. Junii Amsdorfio datus fuit, ut is de eo diceret sententiam.) Hic articulum de libero arbitrio et inprimis articulum de coena sacra valde reprehendit et incendit Lutherum, ut Melanthoni et Bucero irasceretur, et in concionibus publicis et in scriptis in Bucerum et sententiam Helveticam de coena sacra inveheret. Cf. omnino Seckend. in hist. Luth. lib. III. p. 443. et epist. Melanth. ad Mycon. d. d. 10. Oct.
13. Lutherus proficiscitur ad Amsdorfium, a quo demum d. 27. Aug. rediit, magis incensus adversus librum Coloniensem quam antea.
22. Georgio Anhaltino scribit de ceremoniis, eique mittit exempla testimoniorum.
28. Bucero scribit de ira Lutheri: „Me (inquit), et Crucigerum, ut audio, cras vocabit [quod non factum est]. Ego sum tranquilla avis, nec invitus ex hoc ergastulo discedam, si infestus me urgebit."
31. Lutherus atrocissimo scripto (kurzes Bekenntniß vom Abendmahl) bellum de sacra coena instaurat.
Sept.
7. Cruciger narrat controversiam inter Lutherum et Mel. de coena sacra.
24. Pax inter Carolum, Imperatorem et regem Galliae.
27. Mel. praefatur in Burenii orationem de scholis literar. recte instituendis.
29. Editum est Lutheri kurzes Bekenntniß vom heil. Abendmahl wider die Schwärmer.
Oct.
1. Mel. calculo laborat.
7. Proficiscitur Lipsiam in nundinas.
10. Myconio scribit: sese excusasse Luthero quod attinet ad librum Coloniensem de coena sacra, et addit: „Arbitror ei satisfactum. Sed si intelligam non esse satisfactum, de migratione mihi cogitandum erit, ut „me etiam meus frater hortatur."
Loci theologici recenter editi. (De quibus videantur quae scripsit ad Vitum Theod. d. 10. Nov. h. a.)
18. Vertit postremam pagellam Ptolemaei de directionibus, et enarraturus est eiusdem Quadripartitum, Horatii artem poëticam et dialecticen.

Oct.

19. Lipsiam proficiscitur cum Hier. Schurffio ad nuptias Ulrici Mordisini.

24. Academia nonnihil turbatur contagione pestilentiae.

Nov.

10. Hortatur V. Theodorum ut Lutheri commentarium in Genesin prorsus pertexat.

11. Iustus Ionas Witeberga prorsus discedit ad ecclesiam Halensem.

19. Papa indicit concilium Tridenti habendum ad d. 15. Mart. 1545.

22. Mel. enarrat epist. Pauli ad Romanos.

23. Mandat Princeps Elector, ut Theologi Witebergenses complectantur doctrinam Evangelii scripto quod Caesari in comitiis Wormatiensibus tradi possit. Scripsit itaque Melanthon „*reformationem Witebergensem*", ut vocatur.

25. Praefatur in editionem LXX Interpretum Basileensem.

Decb.

13. Iudicium scribit de synodo a Papa indicta.

19. Philippum Landgravium rogat, ut intercedat pro Baumgartnero Senatori Norimb., capto et in carcere retento.

22. Iudicat de usuris et de mutuatione.

24. Pastor ecclesiae Cibiensis in Hungaria consulit Theologos Witebergenses de doctrina de coena sacra.

Edidit hoc anno annotationes in Evangelia, Georgio Helt dicatas.

Praefatur in Rubigalli Hodoeporicon.

ANNO 1545.

Ian.

1. Praefatur in Terentii comoedias a Camerario edendas de legendis tragoediis et comoediis.

4. Princeps Elector mittit ad Witebergenses Buceri scriptum de reformatione ecclesiae.

5. Fere d. 5—10. Ian. Camerarius est Witebergae apud Melanthonem.

14. Reformatio Witebergensis, ut vocatur, a Melanthone scripta mittitur ad Principem Elect., et simul iudicium, an Pontifex Rom. apud Caesarem accusandus sit.

16. Princeps Elector iudicat de Reformatione Witebergensi.

Spalatinus monitur.

18. Vocatur Melanthon a Duce Würtemberg.

Enarrat Electram Sophoclis.

20. Pontanus reformationem Witeberg. defendit adversus Electoris censuram.

25. Enarrat in schola carmen Ioach. Cammerarii.

Febr. Ineunte Febr. prodeunt enarrationes aliquot librorum Ethicorum, quas dicat Arnoldo Burenio.

7. Censura Landgravii et eius Theologorum de Reformatione Witeberg.

17. Iussu Principis deliberationem de instauratione Ecclesiarum vertit in linguam latinam. — Mittit *orationem de Basilio.*

Mart. Ineunte Martio Theologi Witeb. respondent ad censuram Landgravii.

5. Praefatur in Tom. I. operum latinor. Lutheri.

Mart.

12. Alesio Scoto scribit sententias in usum publicae disputationis.

24. Comitia Wormatiae habita inchoantur. Finita d. 4. Aug.

28. Pontanus ad Electorem in Tabul. Wimar. Registr. H. p. 603.: „Ich verhoff Mag. Philippus soll heunt fertig werden mit der Version ins Lateinische der Noteln an Kais. Majestät, damit die bedachte Reformation soll überantwortet werden."

Theologi Witebergenses scribunt suam sententiam de continuando et extendendo foedere Schmalcaldico.

April

2. Explicat dictum: multi sunt vocati, pauci electi.

16. Philippus Landgr. respondet ad monita Witebergensium de sua censura Reformationis Witeb.

17. Mel. iudicium de iis qui vivere coguntur inter Papistas.

24. Sententia Mel. de scripto quodam Turicensium. — Vid. epist. Electoris ad Pontanum ea de re d. 26. Apr.

28. Mel. Lipsiam proficiscitur ad nundinas.

Maii

5. d. 5. vel 6. Maii Melanthon redit domum.

18. Torgae est in aula Electoris.

Iterum erarrat primum librum Ethicorum Aristotelis.

31. Scribit ad Venetos, potissimum de coena s., quae autem epistola periit.

Iun.

5. Praefatur in Lutheri enarrationem Hoseae a Vito Theod. editam.

18. Georgii Mohri rixae cum Nicolao Medlero.

Pindarum enarraturus est in schola.

Iul.

15. Iudicat de Ioanne a Lasco et eius libro.

Exeunte Iulio Lutherus, animo varie commotus, Witebergam deserit.

Praefatur Mel. in Augustini librum de spiritu et litera.

Aug.

1. Alberto Duci Pruss. scribit de gradibus academicis.

2. Mittit praefationem in Io. Schoneri astrologiam ad Vit. Theodorum.

Proficiscitur Merseburgum ad reducendum Lutherum ibique interest ordinationi Georgii Anhaltini.

17. Lutherus redit Witebergam.

20. Edit Lycurgi orationem graece, dicatam Nobili a Carlowitz.

24. Bulla Papae de concilio Tridentino inchoando.

26. Annona est Witebergae.

Exeunte Augusto cum Francisco Burchardo expatiatur in Marchiam.

Sept.

24. Monitur Archiepiscopus Moguntinus.

Hoc mense bellum movet Henricus Brunsvicensis.

Oct.

1. Cum Luthero proficiscitur Mansfeldiam.

5. Narrat bellum cum Henrico Duce Brunswic.

6. Mel. et Lutherus redeunt Witebergam.

Oct.

11. Formam Consistorii Witeb. scripserat, quae vero ex aula redit valde mutata.

16. Calculo laborat.

18. Defendit se suosque, se non esse desertores Ecclesiae Dei.

21. Vincitur et capitur Henricus Brunswic.

24. Witebergenses nuncium accipiunt de capto Henrico Brunsw.

29. Intercedit pro oppido Helmstädt apud victores.

31. Magnum incendium Gothae.

Nov.

9. Consolatur Camerarium de morte fratris.

Hoc mense enarrat Ptolemaei Quadripartitum.

Decb.

1. Promittit Vito Theodoro praefationem in Lutheri enarrationem Psalmi II. scribere et mittere, quam vide d. 25. Mart. 1546.

8. His diebus Witebergae fuit Albertus Dux Prussiae. Camerarius Lipsiae ad eum venit Witebergam.

13. Inchoatur concilium Tridentinum.

Agitur de Melanthone mittendo ad colloquium Ratisbon.

Cruciger narrat Vito Theodoro, quo animo sit Lutherus, quod attinet ad doctrinam de coena sacra.

21. Proficiscitur cum Luthero iterum Mansfeldiam, quanquam valetudine laborans. — Scripserat statuta Academiae Witeberg.

23. Est Halae. — Statuta academiae typis exscribuntur.

26. Est Mansfeldiae.

Praefatur hoc anno in Harmoniam de passione Christi a Georgio Rhaw editam.

PHILIPPI MELANTHONIS

EPISTOLARUM, PRAEFATIONUM, CONSILIORUM

LIBER NONUS,

COMPLECTENS EA, QUAE MELANTHON SCRIPSIT ANNIS 1543—1545.

No. 2612. 1. Ian.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 166 sq.

Vito Theodoro.

Cum in ipsis Calendis Ianuariis hanc Epistolam scriberem, *εὐφημότατον* visum est, initio bene precari Ecclesiae et Reip. Itaque toto pectore oro Deum, Patrem Liberatoris nostri Iesu Christi, ut det annum faustum felicem, tranquillum Universae Ecclesiae suae, tibi et familiae tuae, et iis gentibus, quae hospitium praebent Ecclesiis.

Danielem tibi mitto, ut addam veteri more xenium, nec moror, etiamsi dissentit Collega tuus. Velim sane eum proferre meliora et *ἀκριβέστερα* de supputatione hebdomadum, etiamsi nostra non admodum spinosa est. Sed tuum iudicium expecto.

Res Belgicae mihi displicent. Sed orbis terrarum fato aliquo urgetur. Nos Deum oremus, ut poenas publicas mitiget. Et det *ἀλκυόνεια ἤματα* Ecclesiae suae adhuc foetificanti. Literas quas inclusi tuis, exhibe D. *Francisco.* Bene vale. Cal. Ianuarii. 1543.

Philippus Melanthon.

No. 2613. 1. Ian.

Eidem.

Epist. lib. IV. p. 167 sq.

Vito Theodoro.

Εὐφημότερον οὐδέν ἐστιν εὐσεβοῦς φίλου. Utinam igitur sit omen felix, quod hodie bis ad te scribo, nec ulla in re libentius operam pono, et quod eodem die tuas literas accepi de *Hieronymo Wolfio*, quas primum reddi voluisti. Eodem die nobiscum fuit *Iacobus Lemonius Rhetus*, id est Curiensis, Medicus, vir doctus et non solum Philosophiae, sed etiam Coelestis doctrinae amans, qui comitatus fuit Ducem Saxonicarum copiarum, cui nomen est *a Pfier* in Pannonias. Is quia Noribergae doctos Viros salutare cupiebat, petivit, ut se tibi commendarem. Scis, mi *Vite*, *τοὺς φίλους μάλιστα τῶν φίλων κοινοὺς εἶναι.* Quare te rogo, ut Virum doctum et honestum complectaris, addo etiam Medicum. Nam is ordo nobis propter Philosophiam semper coniunctissimus fuit. Bene vale. Cal. Ianuar.

Philippus Melanthon.

No. 2614. 1. Ian.

Praefatio in Stifelii arithm.

Ex libro: Arithmetica integra. Auctore *Michaele Stifelio* (Pastore ecclesiae Holtzdorfianae). Cum praefatione Philippi Melanchthonis. Norimbergae 1543. 4.

Philippus Melanthon Lectori S.

Non, mihi si linguae centum sint oraque centum, enumerare possem, quam multis in rebus usus sit numerorum. Et ita sunt in conspectu atque obviae utilitates non solum numerorum sed etiam artis, quae longas et intricatas rationes mirabili dexteritate subducit et explicat, ut neminem quamlibet hebetem esse existimem, qui non et numeros miretur et de arte ipsa praeclare sentiat. Quare si prolixum encomium de his utilitatibus instituerem, perinde facerem ut[1]) si accenderem, quemadmodum Graeci dicunt, *ἐν τῇ μεσημβρίᾳ λύχνον.*

---

1) *ac?*

Sed hominis studiosi est intelligere, quas utilitates proprie afferat arithmetica his, qui solidam et perfectam doctrinam in caeteris philosophiae partibus explicant. Quod enim vulgo dicunt, principium esse dimidium totius, id vel maxime in philosophiae partibus conspicitur. Unus est aditus ad praestantissimam philosophiae partem de motibus coelestibus cognitio arithmetices. Et haec tantam vim habet, ut mediocriter exercitatus in arithmetica facile caetera perspiciat et assequatur. Ita plus quam dimidium totius eius philosophiae tenet is, qui mediocriter cognovit arithmeticen. Hanc tantam utilitatem praediti generosis naturis diligenter considerent, ut et exsuscitent animos ad amorem huius artis, et praeparent se ad percipiendas caeteras artes. Quid quod multum etiam in physicis, multum in historiis utimur hac subtiliori doctrina de numeris. Denique turpe est homini versanti in literis, negligere hanc artem, quae est fons et inchoatio ratiocinationis universae, quae primum discernit unum et multa, eaque distribuit, qua luce proprie homines distant a pecudibus. Ideo boni et docti viri summa vi anniti debent, ut in scholas revocent hanc doctrinam, ut, postquam explosa est illa diluta et loquax sophistice, quae oppresserat dialecticam et Physicen, nunc veteris et purioris philosophiae studia iterum accendantur. Haec diligentia multis modis profutura est reipublicae. Nam simplici et pura doctrina assuefactae mentes rectius iudicant, quaerunt certa in doctrinis, non tenent mordicus incerta. Magnum et hoc bonum est, quod haec ipsa consuetudo adfert amorem veritatis, qui bonos viros efficit, et diligenter adsuefacit animos ad moderationem etiam in reliqua vita. Quid est autem rebus humanis magis salutare, quam eos, qui propter doctrinam reipublicae praeficiuntur, et veritatis amantes esse et moderatos? Ita bene et praeclare merebuntur scholae de genere humano, si veram, utilem, puram doctrinam proponent iuventuti, eamque simul ad veritatis amorem et ad diligentiam ac moderationem in vita instituant. Proinde laudandus est conatus multorum, qui hoc tempore aut vetera scripta edunt atque illustrant de his disciplinis, quae fontes philosophiae continent, aut cudunt nova. Hoc consilio hoc arithmeticum scriptum *Michaelis Stifelii* studiosi iuventuti commendandum esse duxi, quod cum ad exercitationem proderit, tum vero ad causas praeceptionum quaerendas plurimum lucis afferet. Bene vale, Vitebergae Calendis Ianuarii 1543.

No. 2615. 1. Ian.

Mauritio Duci Sax.

Epist. nuncupat. in librum: Phil. Mel. in Danielem commentarius. Witeb. 1543. 8. — Recusa in Declamatt. Mel. Tom. II. p. 244 sqq. et in eiusd. Operibus Witeb. T. II. p. 416.

Praefatio Philippi Melanthonis in Danielem Prophetam.

Illustrissimo Principi ac Domino, D. Mauricio, Duci Saxoniae, Landgravio Turingiae, et Marchioni Misniae, Domino suo clementissimo, Philippus Melanthon. S. D.

Haec cum in bruma scriberem, tempus me de Halcyoniis admonuit. Aiunt enim Halcyonas in marinis scopulis nidificantes, hoc asperrimo anni tempore incubare ovis et pullos excludere. Eamque ob causam diebus quatuordecim id mare, quod hospitium praebet incubanti Halcyoni, adeo placidum esse, ui tuto navigari possit, nec sevitia ventorum quassari, nec undis obrui avis hospitae nidum. Ideoque tranquillitatem et quasi inducias certorum dierum circa brumam vocari Halcyonios dies. Ut autem Deus multas in natura rerum imagines Ecclesiae nobis proposuit: Ita mihi legenti totam earum avium descriptionem, saepe venit in mentem Ecclesiae nidificantis tanquam in mari, in magnis et turbulentis imperiis, in quibus aliquantisper Deus et domicilium, tanquam nidum et tranquillitatem mediocrem piis studiis concedit, ut propagari Evangelium possit. Talia fuerunt Halcyonia genti Iudaicae, cum Christus et Apostoli docuerunt. Nisi enim aliquantisper pax fuisset, non spargi vox Evangelii, et non erudiri adolescentia, non coalescere coetus aliqui potuissent. Haec enim fieri non possunt, cum terrore armorum et barbarie ac furore militum dissipantur honesti coetus, cum urbes evertuntur, cum nulli sunt receptus discentium, cum a complexu parentum avulsa adolescentia iugulatur. Haec cum fiunt, iram Dei adversus humani generis peccata agnoscamus ac deploremus. Sed tamen immensa Dei bonitas interdum aliquas concedit inducias propter Ecclesiam, ut maris fluctus

aliquantisper sedantur, ne foetificantem Halcyonem impediant. Quod igitur Deus aliquantisper tranquillitatem, tanquam Halcyonia his regionibus dedit, dum Evangelium illucesceret, agamus ei gratias, et veris ac piis votis petamus tranquillitatem in posterum, ut iuventus pie educari ac doceri queat, et ut honesti et pii gubernatores disciplinam regere et tueri possint. Etsi autem semper Ecclesiam magnae difficultates exercuerunt, tamen et res ostendit, et Deus praedixit ultimam mundi senectam futuram multo aerumnosiorem superioribus aetatibus. Nec vero frustra praedictiones editae sunt, vult eas legi Deus, ut pii praeparent animos ad multiplicia certamina, discant quae sit vera Dei Ecclesia, in qua videlicet sonat vox Evangelii filii Dei, sciant hanc dimicaturam esse cum hostibus Christi, qui nobis sua morte iram aeterni patris placavit, et resuscitatus regnat, ut Ecclesiam suam donet vita aeterna, sciant finem harum aerumnarum fore, cum Ecclesia ex morte resuscitata ornabitur aeterna gloria. De his rebus cum prolixe nos Deus in scripto Danielis praemonuerit, temporum etiam seriem et metas aliquo modo constituerit, certe bonis mentibus haec lectio utilis est. Quid quod vox angeli in fine huius scripti hortatur, ultimam aetatem ad hanc lectionem, cum ait: Stabis Daniel in sorte tua in fine, id est, fungeris tuo munere, docebis et confirmabis pios. Et Christus non modo ad lectionem eius nos deducit, sed etiam iubet attentos considerare de quantis rebus nos doceat Danielis narratio, cum ait: Qui legit, attendat. Tanta autoritate moveamur, ut hoc scriptum libenter et studiose legamus. Accedit huc, quod revera Epitome est historiae mundi inde usque a prima monarchia, et exempla bonorum et malorum Principum illustria proponit. Sed de utilitatibus postea plura dicam. Ego quidem, ut scholasticos ad hanc lectionem invitarem, breves annotationes edidi. Tam foecunda sunt dicta Prophetarum, ut exhauriri non possint. Quanquam igitur magnitudini argumentorum hi ieiuni, et mutili commentarii non satis faciunt: Tamen prodest iuventutem commonefieri de praecipuis materiis, et quasi digito monstrari eos locos, quos studiosi postea sua meditatione propius contueri, et evolvere debent. Sunt autem in Daniele multa historica, quae certe requirunt interpretem. Et in his arbitror nostram lucubratiunculam profuturam iuvenibus: Sed quidquid est operae, totum permitto iudicio piorum et doctorum, quos etiam scio candorem in iudicando adhibere. Et ut alias ita nunc testatum volo de dignitatibus me consensum ecclesiarum nostrarum amplecti, quem quidem certissimum est vere esse consensum perpetuum ecclesiae catholicae Dei. Ideo et iudicio nostrarum ecclesiarum omnia mea scripta subiicio. Cum autem usitatum sit Principibus dedicare scripta, et hic mos multas habeat probandas et graves causas, hanc lucubrationem tibi Illustriss. Princeps dedicare volui, ut cum voluntatem tuam erga Ecclesiam Christi, et honesta studia laudari audiam, vicissim hanc tuam virtutem scholasticis praedicem, eosque adhorter, se ad amandos et venerandos bonos et salutares Principes adsuefaciant, et assiduis precibus Deo commendent politias et fideles gubernatores. Magna est humani generis infirmitas, magnus furor diaboli, qui ardens odio Dei, sicut primos parentes impulit, ut ruerent in has aerumnas: Ita perpetuo nocere ecclesiae studet, ac praecipue summo vitae fastigio insidiatur. Nec ulla tanta est sapientia, quae quantum sit in omni gubernatione periculi, satis intelligat. Quare Principes coniuncti ecclesiae Dei, omnium piorum votis adiuvandi sunt, ut Deus aeternus, qui dat salutem Regibus, ut Psalmus inquit, consilia eorum regat, ac mentes atque impetus ad suam et publicam salutem flectat. Hac de re Lectores in hoc genere dedicationum admonendi sunt. Ipsos etiam Principes lectio illustrium exemplorum hortetur ad moderationem, et ad timorem Dei, quae quidem eo proposuit Deus, ut posteritatem ad virtutis studium vocaret. Deum aeternum patrem liberatoris nostri Iesu Christi toto pectore oro, ut te servet incolumem, et ita regat, ut tua gubernatio sit fausta et foelix tibi et patriae, ac Ecclesiae Christi, quae est altera et verior patria. Calend. Ianu. Anno M.D.XLIII.

No. 2616. (in. Ian.)

Praefatio in Alcoranum.

Praemissa libro: Machumetis Saracenorum principis eiusque successorum vitae, doctrina ac ipse Alcoran — — — una cum doctiss. viri, Philippi Melanchthonis praemonitione, opera et studio *Theodori Bibliandri.* Anno M.D.L. mense Martio (*s.* l.) fol. — Est haec posterior editio; prior enim prodiit secundum Mylii chronolog. libror. Melanth. anno 1543. et praefatio Bibliandri data est ex Tiguro XX. die Ianuarii anno MDXLIII. — Descripsi ex edit. 1550.

Philippi Melanthonis Praemonitio ad Lectorem.

Initio admonendus est lector Christianus, contra Mahometi furores praemunitionem hanc piam et salutarem tenendam esse. Ecclesia Christi profitetur doctrinam traditam per primos patres, prophetas, filium Dei et apostolos. Haec et prima est et consentiens et confirmata resuscitatione mortuorum et aliis inusitatis eventibus, quos imitari diabolica potentia non potest. Porro *Mahometus* palam fatetur, se prophetarum et apostolorum scripta abiicere, ac prorsus gignere aliud doctrinae genus. Quare hae recentes tabulae Mahometi nihilo plus movere aut turbare Christianos possunt, quam veteres furores Aegyptii, qui boves, feles, serpentes tanquam numina colebant, et ab eis auxilium petebant.

Has superstitiones nihil dubium est fuisse multo recentiores quam vocem divinam traditam Nohae et eius filiis. Semper igitur nobis, qui scimus hoc verbum per prophetas, Christum et apostolos traditum, vere primum et divinum esse, tenenda est regula: nullas religiones sine hoc verbo recipiendas esse. Ut abominamur Aegyptias superstitiones, Corybantum tympana, aut baccharum ululatus: sic Mahometi deliria abominanda sunt, quia pariter sunt extra prophetarum et apostolorum verbum ac doctrinam. Nam Ecclesia vera Dei extructa est super verbum prophetarum et apostolorum: nec ullus usquam Dei populus cogitandus est, qui non amplectitur, nec audit prophetarum et apostolorum scripta.

Hac sententia, quae est verissima et certissima primum praemuniendi sunt animi contra furores Mahometi. Deinde eruditus conferre doctrinarum genera potest. Quid aliud dicit Mahometus quam quod ethnicae religiones tradebant? Nihil adfirmat de remissione peccatorum, evomit blasphemias in filium Dei, non docet quid sit peccatum, non monstrat causas humanarum calamitatum, nihil potest dicere de vera invocatione in fide; denique eam doctrinam, propria est Evangelii, totam abiicit. Ideo facile potest intelligi, et pugnare Mahometum cum prima doctrina tradita per prophetas et apostolos, et tantum particulum doctrinae rationis humanae de lege, seu de moribus retinere, in qua ipsa tamen multa insunt foeda, et ad barbaras illas nationes coniungendas accommodata, inter quas primum exarsit hoc incendium.

Nominatim profitetur, se hostem esse iis populis, qui invocant filium Dei et amplectuntur prophetarum et apostolorum scripta: et his populis hanc ipsam ob causam solam iubet inferri bella. Constituit igitur aeternum latrocinium et parricidia. Deinde coniugium prorsus abolet. Nam Mahometus concedit duci et abiici et abiectas revocare in thalamum quot quisque vult privato arbitrio. Haec longe dissident etiam a Moise, qui non concedit privato arbitrio abiici uxorem, nec revocari eam, cum qua factum est divortium. Quid quod nefarias libidines concedit, propter quas Deus non tantum quisque urbes, sed etiam saepe totas gentes delevit.

Est igitur Mahometi secta confusio quaedam ex blasphemiis, latrociniis et flagitiosis libidinibus conflata. Hae sunt manifestae notae diaboli, quae deterrere homines debent, etiamsi propter regni potentiam, victorias et successuum magnitudinem levia ingenia minus abhorrent a tanta impietate. Sed Christianos scire oportet, Ecclesiam in hac subiectam esse cruci, et saepe imperia fuisse penes impias gentes.

Tertio et hoc utile est piis, quaerere ex ipsis prophetis et apostolis testimonia. Praedicunt post Evangelii propagationem Mahometi errores, eosque damnant. Nihil dubito, Danielem concionari de regno Mahometico, cum de parvulo cornu vaticinatur: quod inquit bellum inferre sanctis et praevalere eis, et loqui sermones contra excelsum. Non frustra haec praemonstravit Deus ante Mahometum annis amplius mille, ac de Mahometo dici inde liquet, quia post Romani Imperii inclinationem in Oriente primum extulit caput Mahometi factio, prima subitis successibus regnum peperit, quod caeteris potentia antecelluit. Concionatur autem Daniel de regno, quod collabente monarchia in Oriente grassaturum erat, et quidem novas blasphemias contra Deum armis propagaturum. Vides igitur, pie lector, clara voce Dei damnatos esse Mahometi errores ac regnum. Etsi autem liber Mahometi adeo refertus est prodigiosis fabulis, ut sani facile deprehendant autorem diabolum, qui talibus sannis deridet Deum et homines: tamen haec lectorem praemonui, ut, si quid fortassis alicubi minus scurriliter dici videtur, tamen sciamus, totum hoc poema nihilo plus ad nos per-

tinere, quam Aegyptiorum portenta, qui feles et serpentes invocabant.

Illud postremo cogitandum est, quanta sit ira Dei, qui propter impietatem hominum sinit grassari hanc teterrimam pestem, et vere subiicit orbem terrarum regi pessimo. Hanc iram pii deplorent, et sua poenitentia et precibus lenire studeant. Ecclesia iam multis seculis partim Mahometica peste, partim idololatria Pontificis Romani vastata et attenuata est, quae ne penitus extingueretur, accendit Deus iterum Evangelii lucem, ut aliqui liberentur ab aeterna ira. Sed erit circa mundi finem, qui instat, exigua Ecclesia. Ideo oremus Deum, ut potentiam diaboli grassantis in impiis imperiis compescat, et finem blasphemiarum, idololatriae et aliorum malorum faciat, et nomen suum glorificet, ac liberet Ecclesiam suam ab omnibus malis, Amen.

No. 2617. 5. Ian. (Lipsiae.)

D. Stibaro.

Edita in Mel. epp. ad Camerar. p. 424 sq. et iterum in Mel. Epist. lib. VI. p. 15 sq.

Clariss. viro, nobilitate generis et virtute praestanti D. Danielo Stibaro, Canonico Wurcepurgensi etc. suo patrono.

S. D. Expatiatus Lipsiam ad Virum optimum tuique amantissimum *Ioachimum Camerarium*, cum de studiis literarum, quae nos quidem praecipuum vitae humanae lumen esse ducimus, multa dissereremus, legi tuam querelam gravissime scriptam, in qua significas, te optare salutarem Ecclesiae emendationem, quae profecto et veteribus multis morbis languet et recentibus tumultibus duriter concutitur. Nec vero dubito, quin facile et piorum saluti consuli posset et vera ratione stabiliri ac ornari ἀξίωμα Ecclesiasticum, si vel pauci essent in fastigio vestro sic animati, ut te esse animadverto. Mihi immoderata consilia nulla unquam placuerunt in utraque parte. Cumque viderem in tantis voluntatum ac iudiciorum distractionibus unum hoc maxime profuturum, quicunque status reipub. futurus est[1]), videlicet verae et necessariae doctrinae explicationem, in hanc praecipue incubui. Nec agam aliud, sed has scholasticas operas dum conceditur[2]), faciam. In hoc curriculo si quid mihi tristius accidet moderate ferre decrevi. Nec video quid in singulis ordinibus boni, oppressi potentiorum autoritate, facere aliud possint, quam ut privatim sese domesticis studiis ad pietatem exsuscitent ac forti et constanti animo temporum difficultates ferant.

Haec ad te scripsi, non quod arbitrarer tibi meo consilio opus esse, sed quodam simplici studio, ut intelligeres me et virtuti tuae favere et tecum optare communem tranquillitatem. Respiciet autem tandem Deus vota ac gemitus piorum. Plura in strepitu mercatus addere non vacabat. Bene et feliciter vale. Lipsiae, ex aedibus D. Ioachimi. Die V. Ianuarii.

*) Camer. edidit *esset.*

2) Camer. *concedetur.*

No. 2618. 6. Ian. (Lipsiae.)

I. Menio.

„Hanc nobis epistolam servavit *Hieronymus Wolfius* in „Commentariolo de vita sua, quem Reiskius inseruit „Tom. VIII. Oratt. Graecor. p. 824., unde eam recusam „dedit *H. A. Mertens* in diatribe II. de Bibl. Augustanae „cimeliis (1776.) pag. 3. Ibidem ex alia ad eundem epi- „stola, quae in excusis non reperitur, et hoc fragmen- „tum legitur adiectum:

„Scire de Mulhusanae scholae gubernatore cupio, quid „iudices? Socratica natura est, literatus et honestus est. „Sed vellem esse hilariorem, et in actione excitatiorem. „Epistolam vero, qua Wolfius Melanthoni gratias egit, „simulque scholae Mulhusanae statum, qui tum fuit, de- „scripsit, dat. Molhusi, 5. Calend. Martii 1543., vid. in „Bernb. Frid. Hummel Epp. in ed. LX. Norimb. 1777. 8." — [Haec Lunzius.]

Philippus Melanchthon viro optimo, D. Iusto Menio, Pastori Ecclesiae Isenacensis, amico suo carissimo S. P. D.

Hunc Hieronymum*) iudicio delegi ad scholae Mulhusanae gubernationem. Nam et gravis et eruditus est in utraque lingua, et amans operarum scholasticarum. Ostentationis fortasse minus habuit, quam locus ille requirit. Si oculis offundere speciem maiorem posset, neminem in hac tota Academia anteferre ei possem. Sed virtute auctoritatem sibi parare poterit et tuebitur. Sic

*) Hier. Wolf.

igitur tibi*) virum bonum et doctum commendo, ut eum et propter privatam amicitiam nostram et propter publicam utilitatem complecti te velim. Erit ornamento Ecclesiae, et adolescentiae studia iuvare ac provehere poterit. Cum Lipsiam venissem, audivit Hieronymus, grassari pestilentiam in oppido Mulhausen. Quod si ita esset, convenire adolescentes non esset utile: et Hieronymo ea fama scrupulum iniecerat. Sed haec omnia tuae prudentiae commendo. Bene vale. Die 6. Ianuarii 1543.

No. 2619. 6. Ian. (Lipsiae.)

Senatui Mühlhusano.

Edita ex autographo in dem Gemeinnützigen Unterhaltungsblatt, Mülhausen 1827. no. 42. [Danz.]

An den Stadtrath zu Mülhausen.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Ehrbare, weise, vornehme günstige Herren. Nachdem ihr an mich geschrieben, einen frommen wohlgelahrten Mann zu Regirung der Schul zu Molhusen anzuzeigen, als hab ich mit Zeigern dieser Schrift, *Hieronymo Wolfio* von gedachtem Dienst geredt, denn er ist sehr wohl gelahrt, und guter Sitten, und verständig, hat vor auch Schulen regirt, und hat zu dieser Arbeit, die warlich nicht gering ist, mehr Willens und Neigung, denn sonst bei vielen Schulmeistern gespürt wird. Dieweil er sich denn erboten, euch fleißig und treulich zu dienen, hab ich ihm Schrift an euch geben, und stelle zu euch, was ihr mit ihm schließen werdet, denn ich nichts geschlossen, thue aber euch wahrhaftigen Bericht, daß er zu gemeldtem Dienst sehr wohl geschickt, fromm, sittig und gelahrt ist. Wollet derwegen euch gegen ihn deß freundlicher erzeigen, in Betrachtung, daß ein treuer Schulmeister viel Gutes wirken kann, und zu Gottes Ehre und Erkänntniß die Schulen vornämlich dienen, welche alle Vernünftige zu fördern schuldig sind. Und euch zu dienen bin ich willig. Der ewige Gott bewahr euch, und gebe seinen Segen zu Anrichtung eurer Kirche und Schule, daß beide zu rechter Erkenntniß und Ehre Gottes und zu Wohlfart und Fried in eurer Stadt dienen. Datum Witteberg, 6. Ianuarii 1542. [1])

No. 2620. 10. Ian.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 379 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 253.)

Clariss. et optimo viro Ioachimo Camerario Bamb. amico suo cariss.

S. D. Lipsia egressus in itinere incidi in *Conricium*, natum in familia equestri et bono ingenio praeditum, quem vidisti adolescentem ante annos viginti in aedibus meis. Is, cum multa de republica familiariter dissereremus, narrabat, se vidisse αὐτόγραφα recentia *Caroli* in aula Regis *Ferdinandi* ante mensem, nec dubitabat, vivere Carolum Imperatorem, idque testari dicebat non modo fratris sermones sed vultum quoque, qui in re tanta fingi non potest*). Arbitrabatur ἀποδειχθήσεσθαι στρατηγὸν τὸν Μακεδόνα contra Regem Celticum**). Valde miratus sum hunc sermonem, praesertim cum et argumenta quaedam eius rei animo colligerem, et φάσμα celeste cogitarem ante sexennium typis excusum, conspectum in Chersoneso Cimbrica, in quo Gallus Leoni caput decerpit. Exemplum phasmatos est in *Borneri* parietibus, ni fallor, sed quidquid erit, magnae conversiones rerum humanarum impendent, quas ut Deus mitiget, oremus. Video

---

*) Menio, a. 1543. ad tempus Mulhusam vocato, demandata erat cura scholae instituendae.

1) In anno error est; anno 1543. est scripta. Etiam locus: *Wittenberg*, vel ab editore additus est, vel Melanthon, si illum adscripsit, noluit Lipsiae epistolam datam dicere ex aliqua reverentia Senatus.

*) Sleidan. ad ann. 1543. ubi narrat obsidionem Durae d. 22. Aug., addit: „Rumor increbuerat, Caesarem, quum post „cladem Argieranam ex Aphrica domum rediret, facto nau„fragio, periisse; et haec opinio sic insederat animis po„puli Clivensis, ut etiam illis, qui se non vidisse modo „Caesarem, sed convenisse quoque dicebant, vix crederent. „Principi (Clivensi) quoque fuit idem persuasum, fatali „quadam crudelitate. Huius autem figmenti putantur au„thores fuisse Galli, ne Clivenses remollescerent, ac Cae„saris potentiam veriti, paciscerentur." — Eadem vana opinio sese insinuaverat aulae Ducis Sax. Electoris, ut Cruciger testatur in ep. ad Ionam d. d. 6. Maii 1543. — De eadem re Lutherus in ep. ad Amsdorf. d. d. 6. April. 1543. haec habet: Caesarem *iactant* vivere: utinam in Deo viveret. Corpus eius metuo, pisces marini ante annum dudum voraverint. Idem ad Amsdorfium d. Aug. 1543.: „Caesarem vivere per vim mihi persuadere volunt."

**) Ea de re etiam anno 1544. fama erat. Vid. ep. ad Theodorum d. 4. Apr. 1544.

istos fluctus consiliis humanis non posse regi, ergo nostram Spartam, id est, Ecclesiam, excolamus doctrina. *Euntes ibant et flebant mittentes semina sua: redeuntes vero afferebant manipulos suos*, inquit Psalmus. Non erit irritus labor piorum. Me hic odiosissimum negotium *Curionis* *) magis excruciat, quam fore putabam. Bene vale. die X. Ianuarii **). [Anno Christi M.D.XLII.]

No. 2621. 14. Ian.

Senatui Hammelburg.

Edita in libro: Journal von und für Deutschland, 2. Jahrg. (1785. 4.) p. 60. ex autographo in bibliotheca Fuldensi.

Den Erbaren, weisen und frommen Herrn Bürgermeistern und Rath zu Hammelburg, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Erbare, weise, fromme günstige Herren. Nachdem Ew. Weisheit an mich geschrieben, einen tüchtigen Mann zum Predigtamt zu eurer Kirchen [1]) anzuzeigen, als habe ich neben dem Ehrwürdigen Herrn *Georgio Maior* mit Zeigern dieser Schriften Magistro *Friderico Bachofen* [2]) von Leibzik geredt, daß er sich zu Ew. W. verfügen wollt. Denn er nun etliche Jahre allhier zu Wittenberg im Diaconat treulich und redlich gedienet; so ist er sehr wohl gelehrt in göttlichen Schriften und andern ehrlichen Künsten und ist sehr sittig und friedlich, wie solches der ganzen Universität und Stadt allhie bewußt.

Es haben aber gleichwohl der ehrwürdige Herr *Georgius Maior* und ich nun entlich mit ihm beschlossen; so ist auch sein selbst Bedenken gewesen, daß er vorhin zu euch ziehen wolle, daß ihn Ew. Weisheit hören möchte, auch daß er eurer Kirchen Gelegenheit erkundet. Darum bitt ich, Ew. W. wolle sich als die Verständigen und die zu Erhaltung wahrer christlicher Lehre geneigt sind, gegen ihn freundlich erzeigen; denn E. W. werden befinden, daß er gelehrt, gottfürchtig und friedlich ist. Es wolle auch Ew. W. bedenken die große Fährlichkeit dieser rechten betrübten Zeit, darin sich wenig Leute Gottes Lob und rechten Gottesdienst zu pflanzen bemühen, und wollen Gottes Ehre und der armen verlassenen Christen Seligkeit deß [desto] fleißiger helfen fördern, wie der Herr Christus spricht: damit wird mein Vater im Himmel geehret, so ihr meine Jünger werdet, und viel Frucht bringet, das ist, so ihr rechte Lehr zu pflanzen und zu erhalten Fleiß thut. Und E. W. zu dienen bin ich willig. Witteberg, 14. Ianuarii 1543.

E. W.

williger

Philippus Melanthon.

---

*) Quid rei fuerit intelligitur ex epistolis Lutheri ad Ducem Saxon. Electorem d. 10. Febr. et d. 19. Nov. 1543. (apud de Wett. T. V. p. 540. et p. 603.) *Curio*, Medicinae Doctor, sese ad Ducem Megalpurgensem aliquamdiu contulerat eique serviverat, quod Academia Vitebergensis ita interpretata est, quasi deseruisset suum locum. Redeuntem igitur in Academiam nolebant iterum recipere.

**) Verba: „Anno Christi M. D. XLII." uncis inclusi, quippe spuria et ab editore vel typographo addita, ut solitus est primae cuique epistolae novi anni annum addere. Non vero, ut argumentum satis docet, anno 1542., sed a. 1543. est scripta.

1) „Die Bürgerschaft zu Hammelburg hatte schon 1524. einen lutherischen Prediger, Joh. Spangenberg, angenommen." (Johann Weinrichs Henneberg. Kirchen- und Schulenstaat.) (Nota editoris.)

2) Testimonium ei datum d. 17. Apr. 1543. legitur in epistolis Lutheri. Postulavit is, ut Iudaei Hammelburgenses vi cogerentur, ut interessent concionibus suis sacris, quod quum ei negatum esset, adeo furore abreptus est, ut anno 1545. in insaniam incideret. Vid. Epist. Lutheri ad Senat. Hammelb. data Dienstags im Pfingsten 1545.

No. 2622. 15. Ian.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 622. — Apogr. in cod. Lang. p. 5 b.

Michaeli Meienburgio, Consuli Nordhusano.

S. D. Clarissime et integerrime vir. Hanc epistolam dedi venerando viro, D. *Erasmo Albero* *), qui ad vestram Ecclesiam proficisci decrevit, ut ei suam operam offerret. Vir honestus est, et in doctrina integer, et iam ea aetas est, ut moderationem amet, et non vagari diutius sine certo nidulo cupiat [1]). Fideliter docuit in Marchia, et ad Rhenum: sed propter quoddam dictum contra Episcopum Moguntinum dimissus est ex Marchia. Ubi [2]) audieritis eum, statuere Ecclesia poterit. Bene et feliciter valete. Die 15. Ianuarii [3]).

Philippus.

---

*) Ex Marchio expulso et tum Vitebergae versanti.

1) Cod. *et non sine recto iudicio vagari cupiat.*

2) Cod. *postquam.*

3) Cod. *d.* 15. *Febr.* 1547.

No. 2623. 15. Ian.

Hermannus Archiep. ad Melanth.

† Ex autographo in Tabul. Vinar. Registr. H. fol. 506. no. 172.

Dem Ehrsamen, hochgelehrten, unsern lieben besondern Philippo Melanthoni, der heiligen Schrift Lehrern zu Wittenberg.

Hermann von Gottes Gnaden, Erzbischoff zu Coln und Churfurst 2c. Ehrsamer, hochgelehrter, lieber besonderer. Wir haben den ehrsamen, unsern lieben getreuen Petrum Medman zu dir abgefertigt *), und ihm Befehl geben, dir etliche unser Gemüth und gnädigs Begehren anzuzeigen, wie du von ihm vernehmen wirdest. Gnädiglich demnach begehrend, du wollest ihm seiner Werbung dießmals gleich uns selbst ohngezweifelt glauben geben, und dich zu Förderung der Ehre Gottes Wohlfahrt unsers Nächsten darinne gutwillig und ohnbeschwert erzeigen. Darin erzeigst du uns sondern danknehmigen Gefallen, mit Gnaden und allem Guten wieder zu erkennen. Geben zu Buschhofen am XVten Ianuarii, anno XXXXIII.

No. 2624. 17. Ian.

Philippo Landgravio.

† Ex autographo in Tabular. Cassel. nobis descripta a Hommelio.

Dem Durchleuchtigen, Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Philippsen Landtgraven zu Hessen, Graven zu Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain und Nidda, meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchter Hochgeborner Gnädiger Fürst und Herr, E. F. g. gnädige Schrift hab ich unterthäniglich empfangen, und gern vernommen, daß E. F. G. also christliche Bedenken haben von den Kriegen *), so jetzund vor Augen. Davon gebührt mir nicht viel zu schreiben, Aber ich bitt Gott, daß er um seines Sohns willen Jesu Christi, den er aus wunderbarlichem Rath für uns Elende zu einem Opfer und Versühnung gesandt hat, seine Kirch erhalten, und etliche Potestat und Fürsten, die ihn recht anrufen, schützen wolle, daß sie etwas fruchtbars thuen in nöthigen Kriegen. Es sind zu allen Zeiten von Anfang der großen Regiment, Krieg, Zerrüttung und Veränderung der Regiment besondere Strafen gewesen der Abgötterey, Tyranneyen, Unzucht und Blutschanden.

Und ist insonderheit ausgedruckt von Gog und Magog, das ist vom Türken, daß sie aufs Letzt ein grausame Verwüstung machen werden. Doch soll nit die fünft Monarchia werden, und wird die Kirch dennoch ein Rettung haben, doch gering und schwächlich. Diese und dergleichen Gedanken vermahnen mich zum Gebet, und meiner Erbeit treulich zu warten; bete auch für die Fürsten, daß sie Gott regire und treibe nöthige und nutzliche Werk mit Ernst fürzunehmen, und nit Krieg in unnöthigen Sachen zu suchen. Kriegen ist ganz ein eigen Ding, das über und außer menschlicher Vernunft ist, kommt öfter zur Straf, denn zu seliger Veränderung, Darum muß ichs Gott befehlen. Doch sollten fromme und weise Fürsten betrachten, wo und wie Fried und Krieg zu arbeiten, wie ich weiß, daß E. f. g. jetzund in großer Arbeit sind, Frieden in Deutschland zu machen. Gott verleihe Gnad dazu, und regir e. f. g. zu seinem Lob und zu E. f. g. Seligkeit.

Auf den jungen Gesellen Georgen will ich Achtung geben, so viel mir möglich und anhalten, daß er nu fürohin sein Studium in Iure fürnehme, daß er mit der Zeit dem Vaterlande auch deß bequemer dienen könne. Man siehet, daß an allen Orten die Arbeit wächset und der Personen, so arbeiten wollen, weniger wird.

Ich kann auch nit unterlassen, E. f. g. anzuzeigen, daß viel ungelarter Leut Doctori Martino so viel zu schaffen machen von Abthuung der Elevation, daß viel davon zu schreiben wäre **).

---

*) Vid. infra Mel. Epist. ad Principem Electorem d. 8. Aprilis. — Habetur in iisdem actis etiam epistola *Guilielmi comitis a Nassau* ad Ducem Saxon. Pr. Electorem, data Dillenberg d. 26. Ian. 1543., ubi haec leguntur: „Nachdem seine Churf. „Gnade (der Erzb. zu Köln) in Aufrichtung solcher hohen, „gottseligen Werk etlicher sonderlichen, christlich gelehrter Leut „bedürfen, haben sie den wohlgelehrten Magister Petrum „Medmannum von Collen zu Ew. Chf. G., um Herrn „Philippum Melanthonem, den die Geistlichen vor andern leiden mögen, seine Chf. G. zu Förderung desselbigen „christlichen Werks eine kleine Zeit zu vergonnen, zu bitten, „abgefertigt. Als aber derselbige in seinem Heraufreisen bei „mir ankommen, und unter andern erzählet, daß er derhalben, „Philippum Melanthonem zu holen, zu Ew. Chf. G. „zu reisen verordnet, hab ich nit unterlassen mögen, Ew. Chf. „G., die ich doch für sich selbst dazu geneigt weiß, deßhalben „auch in Unterthänigkeit zu ersuchen 2c."

*) Haud dubie de bello adversus Turcas, quod Ioachimus Brandenburgicus male gessit. Vid. etiam ep. Lutheri ad Ionam d. d. 26. Ian. h. a.

**) Vid. Lutheri querelae in epist. ad Pontanum d. 6. Ian. 1543. ad Cynerum d. 9. Febr.

Nu ist die Wahrheit, daß gut wäre, daß sie in aller Welt abgethan, und die Leut zu rechter Anrufung Gottes unterricht wären. Es gehen aber solche große Sachen schwächlich. Ich bitt unterthäniglich, E. f. g. wolle etwa Doctori Martino gnädiglich schreiben, nit von der Elevation, sondern sunst von andern gemeinen Sachen. Ich habe dieser Bitt Ursach **). Ich sende auch E. f. g. dieses sein Buchlein wider die Juden, das wahrlich viel nützlicher Lahr hat. E. F. G. zu dienen in Unterthänigkeit bin ich allezeit willig. Gott bewahr und regir E. f. g. allezeit. Dat. Witteberg den 17. Tag January Anno 1543.

E. F. G.
unterthäniger
und williger
Diener
Philippus Melanthon.

**) Lutherum tum et capite laborasse et atra bile ex eius epp. intelligitur. Literas Italicas, in quibus quaerebant Veneti de sententia Theolog. Viteb. de coena sacra Luthero stomachum movisse, testator Melanthon in ep. ad Vitum d. 25. Ian., unde facile coniici potest, cur Mel. optaverit, ut Landgravius Luthero aliquid scriberet.

No. 2625. 17. Ian.

Senatui Nordlingensi.

Edita in *Dan. Eberh. Dolp*, gründlicher Bericht von — der Reformation der Stadt Nördlingen (Nordling. 1738. 8.), in appendice no. CIV.

Senatui urbis Noerdlingen.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Ehrbare, Fürnehme, Weise, günstige Herren. Daß Ew. Weisheit vorhat, der Jugend Studia und Schul stattlich zu verordnen und zu bestellen, darzu wünsch ich E. Weisheit und Euer löblichen Stadt des ewigen Gottes Gnad und Segen, der so oft bezeuget, daß solcher Fleiß, die Jugend zu rechter Gotteserkenntniß aufzuziehen, der allerhöchste Gottesdienst sey, den er auch gnädiglich und reichlich in diesem Leben und in Ewigkeit belohnen wolle.

Und nachdem wir alle zugleich, ein jeder in seinem Beruf, solches Werk zu fördern schuldig sind, hab ich nit unterlassen, mich mit dem achtbaren und hochgelahrten Herrn Licentiaten Melchior Fend von Personen zu unterreden, und will E. W. nit bergen, daß warlich auch hie schwer ist, solche Männer zu finden, die zu solchem Stand zugleich Tugend, Kunst, Alter und Autorität genugsam haben. Doch haben gedachter E. [Ehrn] Licentiat und ich unter vielen ziemlichen Personen auf einen gedacht, mit Namen Wolfgangum Vogler von Gotha *), der sehr ehrlicher und züchtiger Sitten ist, gottfürchtig, friedsam, verständig, eingezogen und still, und dazu in Latein und greckischer [griechischer] Sprache, auch in der ganzen Philosophia sehr wohl gelahrt ist, und wüßten warlich keinen in dieser Universität diese Zeit ihm vorzuziehen. Und wiewohl wir gern einen ältern gehabt, so ist er doch so ernst und wohlgeschickt, daß dieselbigen Tugenden für das Alter zu achten.

Dieser hat sich erboten auf unsre Anzeigung sich zu E. W. förderlich, als nämlich in sechs Wochen mit Gottes Hülf zu verfügen, daß alsdann E. W. mit ihm selbst entlich schließen, denn wir solches, wie sich gebühret, zu E. W. Unterrede mit ihm gestellt. E. W. werden ohne Zweifel an dieses Mannes Sitten ein großes Gefallen haben. So hab ich nit Zweifel, so er angenommen wirdet, er werde durch Gottes Gnade seines Amtes treulich, fleißig und mit Ernst warten.

E. W. thun löblich, daß sie die Studien aufzurichten vorhaben. Ich hoffe auch, Gott werde seinen Saamen und Kirchen noch in den ehrlichen Städten erhalten. Denn wie jetzund die Regiment in deutscher Nation scheinen, ist zu besorgen, es werden große Verwüstungen vom Türken und sonst geschehen, und besonders in Fürstenthumen, und werden unter den Fürsten die Religion und Studia verlöschen, aber durch Gottes Gnad zu hoffen, es werden noch die frommen ehrlichen Städte in Teutscher Nation die tugendsame Frau in Sarepta seyn, die den verjagten Eliam herberget, das ist, bei denen göttliche Lahr und andere gute Künsten Gott zu Lob noch erhalten werden.

Darum wollen E. W. mit Ernst dieses Werk fördern und vollziehen, das wird Gott belohnen, wie er die fromme Wittfrau zu Sarepta belohnet, und wo ich E. W. dazu dienen kann, bin ich solches zu thun ganz willig. Denn Gott weiß, daß ich nichts höheres auf Erden begehr, denn daß meine geringe Arbeit auch zu Gottes Ehre und der armen Christenheit zu Gut nützlich dienen möcht. Gott bewahr E. W. allezeit. Datum Witteberg den 17. Tag Ianuarii anno XLIII.

E. W.
williger
Philippus Melanthon.

*) Praefuit scholae urbis Nördlingen ab anno 1543. usque ad ann. 1548. magna cum laude.

No. 2626. 24. Ian.

Auditoribus.

Scripta publ. Witteb. I. p. 78 b. et Epigr. Mel. p. 75.

De eclipsi die Lunae 24. *Ian.* 1543.
(*Auditoribus.*)

Obscura donec tegitur caligine phoebus,
  Usurum nec dat luminis sui,
Auditor luctu veros ostende dolores,
  Utque Deus poenas mitiget, adde preces.
O mittenda igitur nunc est praelectio nobis,
  Cras vero ut redeat laetior hora precor.

No. 2627. 25. Ian.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 168 sq.

Vito Theodoro.

Calendis Ianuariis ad Te scripsi, ac Danielis enarrationem misi; quam si leges, misericordia mei adficieris. Agnosces enim, nobis nihil concedi temporis ad ornanda ea, quae commentamur. Nec ego queror de Scholae et Ecclesiarum negotiis. Sphingem accuso, quae illa ipsa Scholae et Ecclesiarum negotia et studia nostra saepe impedit. Et tamen si ea, quae scribimus prosunt ad accendenda iuvenum studia, vel confirmandas bonas opiniones, non moleste fero, venire ea in manus hominum.

Literae Italicae *Luthero* *) stomachum moverunt, quod faciunt mentionem rixae *περὶ δείπνου κυριακοῦ*. Et vellem Te in illis mittendis meo usum esse consilio. Scriberem plura: sed iam cogor ad longam Aulicam Expostulationem respondere.

Franciscum tibi commendo, habet quoddam domesticum vulnus, quare moestitiam eius lenire studebis. Fatalis est, mi *Vite*, omnium rerum humanarum concusso. Et habet quisque *ἐπιβάλλον μέρος*, et partem sentit *ἀκαταστασίας* generis humani. Deum oremus, ut Ecclesiam servet et regat. Bene vale. Die Conversionis Pauli. Significa, an Enarrationem Danielis acceperis.

Phil. Mel.

*) A Venetis acceptae, vid. infra epist. d. 16. Mart.

No. 2628. 25. Ian.

Eidem.

Epist. lib. IV. p. 169 sq.

Vito Theodoro, Norimbergae.

Video, Te de *Hieronymo Wolfio* solicitum esse, et laudo officium. Sed scito eum gubernaturum esse Scholam Molhusanam. Et accersitus est honesto stipendio. Optarim autem, eum non tam cito hinc discessisse, nec erat festinato opus. Nam post eius discessum scripserunt ad me Norlingiacenses, et petiverunt mitti hominem idoneum ad Scholae gubernationem. His misissem *Hieronymum*, si adfuisset. Nunc alium mitto iuniorem, sed optimum hominem Gotthanum.

Dei beneficio iuvenes habemus, virtute et doctrinae instructos aliquot, sed propter aetatem nondum videntur idonei functionibus. Optimum ingenium est in *Ioachimo Weissenfelsensi*, qui ad vos proficisceretur; sed vellem aetate robustiori esse. Is promisit se ad vos profecturum esse, si res est integra adhuc. Et si voles, eum venire, significabis id proximis literis. Nam nunc etiamsi vellet, quomodo posset per saltus Hercynios ac iuga nivibus tecta iter facere. Rescribas igitur. Bene vale. Eodem die.

Philippus Melanthon.

No. 2629. 25. Ian.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 192 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 177.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noribergensi.

S. D. Foelicem et faustum annum Ecclesiae, reip. tibi, tuaeque familiae ex animo opto, cariss. *Hieronyme.* Et quanquam impendent orbi terrarum saevae rerum conversiones, tamen nos qui scimus Ecclesiam Deo curae esse, non decet frangi ani-

mis, aut ex ea statione decedere, in quam a Deo collocati sumus. Quare quod facis perge aliqua cum spe tueri Ecclesias et harum comites Scholas pias. Sic faciebant Ieremias et eius amici, etiamsi norant [1]) impendere urbis excidium et dissipationem gentis.

Scripsi vobis alias de *Ioachimo Wissenfelsensi.* Is pollicetur se venturum esse, si res est adhuc integra. Mores, vim ingenii [2]), eruditionem, nitorem orationis et versuum splendorem scio vos probaturos esse, aetatem robustiorem esse optarim. Alterum illum *Hieronymum Wolfium* misimus Molhusanis. Bene vale. Die conversionis Paulinae.

†Philippus Melanthon."

No. 2630. 29. Ian.

F. *Myconio.*

Edita a Snegass. epist. 36.

Viro optimo, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gotthanae, amico suo cariss.

S. D. Etsi speraveram, *Georgium* in hac nostra vicinia mansurum esse: tamen D. *Lutherus* maluit, eum redire ad Ecclesiam N...*), nec putat permittendum esse *Centauris*, ut excutiant Pastores, privatis affectibus. Laudo equidem D. *Lutheri* voluntatem: sed optandum erat, ut ab aula adiuvaretur. Nec dubito, Principem velle, Pastores Ecclesiarum defendi. Sed scis, quam dissimilis sit Principi turba aulicorum. Nos ita sumus obruti laboribus, ut saepe de fuga cogitem: ac nisi me senectus et vitae longioris desperatio teneret, latebras aliquas ubicunque circumspectarem. Sed haec alias. *Danielis* enarrationem tibi misi. Pecuniam pro vidua *Mantelii* exspecto. Quaeso, ut D. *Portunum* admoneas, ut eam mittat. Bene vale. 29. Ianuarii.

Philippus Melanthon.

---

1) Spanh. edidit: *scirent.*

2) Spanh. mendose: *vitam*, *ingenium.*

*) Ea de re videtur agere epist. Lutheri d. 27. Ian. h. a. (de Wett. V. p. 534.)

No. 2631. 31. Ian

Bucerus ad Gropperum.

Edita in Gilb. Burneti historia reformat. ecclesiae anglicanae P. II. Docum. no. XIX. p. 75. — Quam haec epistola pertineat ad historiam actorum a Bucero et Melanthone Coloniae, eum hic dandam esse censuimus.

Martinus Bucerus ad Ioh. Gropperum.

Quod tam sero respondeo ad tuas literas, quanquam etiam occupationes Ministerii mei, tamen id magis in causa fuit, quod non satis liquerit, quomodo respondere conveniret simul meae in te charitati, meoque Ministerio, et praesenti temporis conditioni. Sed tamen quia charitati Deus facile omnia secundat, et frugifera facit, hac incitatus nunc respondeo ex eius dictatione.

Et primum de eo, quod te de meo adventu et Ministerio non praemonuerim. Quod per totam Germaniam increbuerat, etiam antequam ego certus de vocatione ista essem, non putavi te latere posse. Mox etiam ut adveni et priusquam aliquid Ministerii inivissem, tuum colloquium expetii. Certe nihil maluissem, quam a te ante omnia doceri et institui. Novit Christus quid tibi tribuam.

Quod scribis te cupere meam conditionem sic esse, ut clero et populo vestrae Coloniae Agrippinae gratus esse et placere possem, nunc, cum secus se res habeant, non esse, quod tibi quid imputem. Tibi, optime *Groppere*, nihil huius imputo, confido te, me, quo ipse loco habes, eo etiam studere apud alios collocare.

Sed cogitemus iuxta, cui ego clero istic, cui populo et cur gratus minus sim, et non placeam. Clerus et populus Christi cum Domino suo, personam nullam in invocantibus Christum, in iis praesertim, quos aliqua religionis nostrae opinio commendat, aversatur: quamvis deprehensi in contumelia Christi, in desertione verbi eius, in scandalo obiecto Ecclesiae eius; lex nostra non iudicat quenquam, nisi audierit prius ab eo, et cognoverit quid fecerit. Audiant, cognoscant, tum iudicent: si audire et cognoscere nolunt nec iudicare iure possunt. Vulgata est haec responsio, sed nosti etiam iure divino, naturae, et scripto ab hominibus niti.

Sed o clerum, o sortem Domini, et habentes Christum sortem suam. Gratias ago Christo Do-

mino nostro, quod in me nihil deprehendet vester clerus et populus, cur me ullo iure abiicere, nedum persequi queant. Assumsit me Dominus, servorum non est reiicere: posuit me in Ministerium suum Christus, depelli me eo nemo de clero Christi postulabit. Agnoscunt se invicem et amant, atque in opere eodem promovent, quicunque Christi spiritu vivunt et aguntur; qui hunc non habent, Christi non sunt, quidquid ipsi se, vel alii eos vocent.

Displicet in me quod videor aliquid Canonum, sed humanitus tantum conditorum*), transgressus. Hoc si propter Ecclesiam Christi, vel eius aedificationem vel ornatum displiceret, non tolerata fuissent tam diu, et hodie tolerarentur, tam horrendae et manifestae Simoniae, sacrilegia, et vitae totius tanta, adeoque et Canonibus et divinis legibus graviter damnata foeditas. Christi igitur veritas et libertas in me istis displicet, non transgressio Canonum, quam in summis necessariis sanctionibus penitus et tot iam seculis pro ridiculo habent.

Consolabor itaque me in Domino: *beati estis, cum vos odio habuerint homines, et a se exclu-serint, atque convitiis prosciderint et reiiecerint nomen vestrum tanquam nefandum, causa filii hominis.* Qui in coelis sedet Pater ridet profecto hosce conatus contra regnum Filii sui, et brevi loquetur illis in ira sua. Avertat misericordia eius, quae sequuntur.

Deploranda profecto caecitas, non videre hanc Dei clarissimam lucem, infanda stupiditas, ista Dei iudicia non sentire. Quotidie enim vident et audiunt, ut collidantur, qui impingunt in hanc petram scandali, et ut commolat illa, in quos ipsa ceciderit, et tamen conantur adhuc reiicere hunc lapidem, quem Pater in Zion pro fundamento et angulo posuit. Sed dolent haec et tibi, ac mecum ea deploras, provides enim quid ista malorum invehant, et adhuc invectura sint.

Audio plerosque multo quam antea solitum fuit concionari purius, audivi etiam quosdam ipse, in quorum concionibus nihil reprehendendum audiebatur. At quam multa desiderabantur! Nam pro amplitudine maiestatis Christi, praedicanda Christi omnia sunt: hoc est summa perspicuitate, libertate et virtute, non enim ut multa praeclara cogitemus, aut loquamur, sed ut Domino magis magisque fidamus, nomen eius celebremus: idque verbis et factis omnibus, sacrae conciones habendae sunt. Quare etiam opposita iuxta se ponenda sunt, ut magis illucescant, sed ad singularia sermo dimittendus est, ut plus moneat.

In templo D. Columbae, aiunt idolo eius imaginis parari vestem maioris pretii, quam centum Florenorum. Si iam Pastor huius Parochiae Christum pure et ἐνεργῶς cum effectu praedicat, qui fert tam pudendam Idololatriam? Et si ornari statuam posse aliquo colore dicere conetur, quare non eum cultum praescribit, quem gratum Martyribus et S. Patres testantur, cultum qui cruci Christi sit consentaneus; sed sicut ipsi verbis Christo omnia tribuunt, facto autem quaerunt et prosequuntur tam multa contra Christum, ita faciunt etiam populum delectari nonnihil saniore doctrina. Omni autem vita et religione permanere in omnibus superstitionibus et vitae impuritate, in qua antea haerebat.

Iactatur magna populi devotio istis et erga Pastores suos reverentia, hoc autem gravius peccatur, cum illis Christus non quam simplissime in omnibus etiam ceremoniis praedicatur. Sed o spinas existimationis et commoditas mundialis, o fundum tenuem, et humorem malignum, in quo aestus crucis enatum semen tam cito arefacit. Haec de iis scribo, ad quos pertinent.

De te non dubito gloriam Christi et propugnationem regni eius tibi quoque, ut scribis, cordi esse: tamen te rogo per Christum id quod subiicis diligenter et coram Christo Domino excutias.

Sed nolui tamen sic urgere causam Christi, ut tum promotam eam velim, magis remorer. Zelum oportet esse secundum scientiam; recte haec, si rite intelligantur. Sed scientia Spiritus, non carnis, hic opus est. Causa Christi nec debet nec potest per se quidem urgeri, nisi assiduis precibus, et modesta, leni, religiosa, sed clara, sed integra confessione et praedicatione Christi, eaque quae non verbis tantum sed etiam factis constet. Hoc si scimus et agimus, Zelum habemus secundum scientiam, et causam Christi tantum promovere et remorari non possumus. Nam Christo tradita est omnis potestas in coelo et in terra. Igi-

---

*) Sic sine haesitatione scripsi pro mendoso *Condirum*, quod legitur in textu Burneti.

tur nihil est potestatis per se Pontifici, cucullatis et personatis, ac quibusvis titulis titulatis hominibus, qui scilicet aegre ferant liberam et puram Christi praedicationem. Est quidem aliquando tacendum Evangelium Christi, sed apud canes et porcos, imo nec apud hos tacendum est, cum gloria Christi agitur: sed animose confitendum est, quanquam non sit illis late explicandum, id est Sanctum hoc proiiciendum et Margaritae istae spargendae.

Sunt qui ferre nos Lutheranos non possunt, et tamen a regno Christi non abhorrent? Ubi quaeso sunt et qui? Qui enim aliquid Christi habent, ii neminem odisse et condemnare sustinent, non auditum non cognita causa; nam filii Dei agnoscunt loquelam Christi, oves eius sequuntur vocem eius, per quemcunque eam insonari fecerit.

Si Reformatio Ecclesiae per istos ulla quaeritur, indubie id quaerent, ut membra Christi omnia sub capite Christo recolligantur et reconcinnentur et cooperentur. Quare nemo horum, qui vero Reformationis verae studio tenetur, ullum hominem sub ullo titulo, quamvis odiosum invidia crucis Christi, cuiquam imposuerit, ab hoc sancto opere instaurandi Ecclesias reiiciat, praesertim cum luce meridiana constet clarius, Pontificios nihil prorsus passuros mutari. Quid ergo? non quaeremus ut patria nostra tam perniciosis desidiis aliquando liberetur, ut uno tandem ore Christum glorificemus.

Ne resecemus vites, et uvas quaeramus a spinis. Valeat apud nos praeiudicium Christi: quosque ille assumsit, eos conservi ne repudiemus. Quid cuique datum sit facile videre est: arbor quaelibet ut plantata est, ut ingenium habet, ita fructum. Ne fugiamus scandalum crucis, cum quo Christus est. Et si Christus nos non pudet, nec servorum eius nos pudeat. Paulus scribit Timotheo, ne pudeat te testimonii Domini Nostri, neque mei, vincti eius: ita dum nos negotia Domini agimus sinceriter, nec nostri quisquam, quantumlibet nos mundus inter damnatos numeret, qui Christi sit, pudebit. Non est res ulla, ad quam quisquis eam sincere agit, magis expetat adiuvari se, etiamsi fieri possit ab omnibus creaturis, atque est negotium Reformationis Christianae.

Irascentur quidam, tumultuabuntur graviter, credo, et impedient negotium Domini; hoc non credo, neque enim poterunt. Et ut Dominus eis gravissima contra regnum suum facere concedat, tamen nobis filiis Dei propterea nihil tacendum, nihil dissimulandum, nihil remittendum est in hac causa Christi.

Iubes me non suspicari te sic mundo inescatum, ut refugias crucem Domini ferre, si ita res postulet, et fructum facturus videare: de te profecto hoc bonis apud quos convenit semper testor, te mihi multo plura in causa Christi hactenus semper re ipsa praestitisse, quam promisisses aut etiam verbis prae te tulisses: apud me quidem, cum contrarium nunc accidat a quodam, nisi te Christi membrum et praeclaris dotibus ornatum suspicerem, crede, ita dedit mihi Dominus sublimia mundi non mirari, tuam amicitiam et familiaritatem tantopere non quaesivissem, nec tali studio colerem: sed valde oro Dominum, det tibi videre ubi, quando et qua ratione fructum pro regno facere possis; et animet te ac corroboret forti contemplatione potestatis et maiestatis suae, ut vere dicas: *absit mihi gloriari nisi in cruce Domini Nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo.* Tantae opes, honores, curae rerum secularium, tamen spinae sunt, tamen onera sunt. Presbyter es Domini Nostri Iesu Christi, cuius praecipuum munus est praedicare Christum. Clericum veteres sancti non patiebantur, vel tutelam pupillorum, vel curam viduarum suscipere, tam liberum volebant esse curis huius seculi omnem clericum: at quantis tu ac etiam privatis causis, nec tamen semper pupillorum et viduarum praegravaris, id dolet indubie et tibi ipsi. Acceptabile tempus nunc est et dies salutis; sed tempus breve; visitationem nostram tempore agnoscamus et sequamur.

Haec dum non datur commentari tecum coram, quia te vere diligo, quia colo sinceriter, cum hunc certum haberem nuntium, ad te scribere volui.

Quod magnificum D. Cancellarium meis verbis diligenter salutasti, gratias ago; utinam autem et resalutare ille, vel, hic cum fuit, quod usque ad eam diem, quo iterum abiit clam me fuit, admittere me ad pium colloquium dignatus esset. Tamen rogo, salutes illum officiose meis verbis.

Dominus Iesus, qui solus et efficit et largitur omne bonum, donet ut omnia in ipso quaeramus,

et ab ipso expectemus. Sic facile nos in ipso agnosceremus et complectemur quicquid odiosorum titulorum Diabolus et membra eius iniiciant. In Christo enim nec mas quidem et femina, Iudaeus et Ethnicus, nedum Lutherani et Romani; sed omnes unum sunt. In hoc bene vale, et fac pro Christi charitate, ut tandem nos aliquando videamus, et sancto colloquio nos mutuo recreemus. Optime mi et colende atque vere dilecte cordi meo *Groppere*. Bonn pridie Calendas Februarii 1543.

Deditus Tibi in Domino
M. Bucerus.

Praecipuum oblitus eram: te per Christum rogo et obtestor, mone adhuc me, versantem in negotio Christi. Debes hoc Christo; et apud me tuto depones omnia nec unquam frustra monebis.

No. 2632. (mense Ian.)

I. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 23 sq. (edit. Lond. lib. II. ep. 11.) — Apographon in cod. Monac. 89. no. VI. p. 51.

D. Iohanni Matthesio

S. D. Deum aeternum Patrem liberatoris [1]) nostri Iesu Christi oro, ut Ecclesiam vestram et ministerium Evangelii, quo fungeris, gubernet, tibique det faustum, felix, tranquillum et suave coniugium, ut sit coniugium tuum [2]) imago amoris, quo Christus sponsam suam Ecclesiam diligit, ut certe vult Christus nostras στοργὰς signa esse sui amoris erga nos. Gaudeo relinqui altercationem, quae inter vos fuit *de iustitia ante lapsum humanae naturae*. Mi *Mathesi*, de praesentibus nostris aerumnis, de praesenti beneficio disputemus. Magnae res nobis cogitandae sunt. Postquam lapsa est humana natura, cogitemus seriam fuisse iram Dei, et quidem tantam, ut nisi tunc Filius fuisset deprecator, tota natura hominum reiecta fuisset. Condiderat Deus homines ut se patefaceret, ut celebraretur, denique ut delectaretur hoc opere. Ab hoc se contemptum esse vere irascebatur: sed intercessit pro nobis Filius, ut [3]) rursus magnitudo misericordiae declaretur, quae tamen si ira non cogitetur declarari non potest. Hos locos agitandos [4]) et illustrandos esse duco. Et in his versari *Paulum* vides. Omittamus disputationes, quae plus habent subtilitatis, quam utilitatis, ac in nostris Ecclesiis concordiam foveamus. Id autem fieri non potest, nisi nos ipsi interdum quosdam iracundorum hominum aculeos dissimulemus. Hanc Philosophiam profecto necessariam esse doctori in Ecclesia iudico, et opinor mea exempla aliqua in hoc genere tibi nota esse. Viro clarissimo D. Doctori *Nevio* et collegae tuo salutem opto [5]). Amicitiam inter nos perpetuam esse volo. Nam si qui haec vincula non magnifaciunt, propter [6]) studiorum et Ecclesiae coniunctionem, profecto ferreos animos habent. Mihi tanquam fratres amandos et colendos esse omnes iudico [7]), qui mecum Filium Dei invocant ubicunque terrarum, deinde et συμφιλοσοφοῦντας. Bene vale. Mense Ian. 1543. [8])

1) *liberatoris*] cod. Monac.: *domini*.
2) *tuum*] cod. Monac. non habet.

3) Lib. II.: *Filius. Rursus.*
4) *agitandos*] cod. Monac. *cogitandos.*
5) „*Viro clariss. — opto*" cod. Monac. desunt.
6) „*propter*" libro II. deest.
7) Cod. Monac. *duco.*
8) „*Bene vale* — 1543." cod. Monac. desunt.

No. 2633. 5. Febr.

Io. Sutelio.

Ex autographo edita in Io. Mich. Sixti Reformationsgeschichte der Reichsstadt Schweinfurt. (Schweinf. 1794. 8.) p. 210.

Egregia eruditione et pietate praedito, D. Iohanni Sutelio, docenti Evangelium in Ecclesia Suefordensi, amico suo

S. D. Heri mihi et Epistolam tuam et conciones de Lazaro *) exhibuit noster *Nicolaus* **), quem soleo vocare *Troianum*, nam Troia Phrygum lingua porcam significavit, inde et oppidum vestrum Troiam voco. Legi et epistolam, quam scripsisti

*) Anno 1542. Sutellius historiam Lazari Io. 11. enarraverat in 12 concionibus, quae anno 1543. prodierunt Witebergae apud Iosephum Klug, sic inscriptae: „Historia von Lazaro aus dem XI. cap. des Evangelii S. Johannis gezogen, Itzt zur zeit des sterbens zu trost den Kranken und sterbenden Menschen ausgelegt und gepredigt zu Schweinfurt in Franken, Anno 1542, durch M. Johannem Sutellium." Vid. Sixt. l. l. p. 146 sq. cf. supra epist. ad Sutelium d. d. 2. Oct. 1542.

**) Nicolaus Mauritius, qui anno 1544. fuit Diaconus Ecclesiae Suinfortensis.

ad ipsum Nicolaum, in qua mentionem facis libellorum misi igitur exemplum Danielis *), quod legens non solum veniam dabis mihi, sed etiam misericordia mei adficiere, agnosces enim, nos valde parum habere temporis ad has lucubrationes. Etsi autem iam eram occupatus, tamen hodie bonam partem tuarum concionum legi, easque magnopere probo. Et censeo edendas esse. Probo hanc ipsam simplicem et nativam elocutionem nihil habentem ambitiosi ornatus. Et res sunt graves et utiles. Agam igitur cum Typographis, aut si mavis alibi excudi, significes. Tueamur studia Evangelii et Ecclesiarum nostrarum concordiam quantum omnino possumus, deo iuvante. Nam impendent magni tumultus, magnae principum discordiae. Eo magis nos decet coniungere voluntates et studia. Ruunt imperia, sed Ecclesiae reliquiae servabuntur. Bene vale carissime *Suteli*, et saluta amanter meis verbis Dominum *Calerum* et *Göbelium*. 5. Febr.

Philippus Melanthon.

No. 2634. 8. Febr.

Balth. Kaufflin.

† Ex autographo Melanth. quod habetur in cod. Goth. in fol. no. 404. p. 81. Prior pars epistolae usque ad verba: *ut rursus et aurei illi viginti pendantur* a scriba quodam eleganter scripta est, reliqua, quae incipiunt: *arbitror hominis docti* cet. Philippi manu exarata sunt, multaque in illa epistola calamus iterum deleta et mutata. Retinuit igitur Melanthon apographon scribae manu factum, quod Balthasaro mittere volebat, eoque usus est, ad hanc epistolam accuratius scribendam.

D. Balthasaro Tubingensi. (*Balthasaro Kaufflin, theologo Tubing.*)

S. D. Vides clarissime D. Doctor, in tanta confusione rerum humanarum et regnorum mutatione duriter quassari non solum omnes politias, sed etiam Ecclesiam. Sed tamen, quia nobis quidem certo statuendum est, Ecclesiam semper mansuram esse, hac spe maiore studio scholas tueamur, quae proprie serviunt Ecclesiae. Praecipue vero iis, qui coelestem doctrinam enarrant, annitendum est, ut complectantur et adiuvent linguarum interpretes. Nam lux propheticorum et apostolicorum scriptorum sine linguarum cognitione retineri non potest. Vere autem adfirmare possum, et dicam eruditissimo quoque suffragante, *Matthiam Illyricum* *) adeo peritum esse graecae linguae, ut nulli celebratissimorum professorum postponendus sit. Erat hic honesto loco; sed quodam academiae vestrae studio, cui me fateor plurimum debere **), fui ei hortator, ut, literis amicorum isthuc accersitus, eo se conferret. Nec dubitavi, magno ornamento eum fore universae patriae nostrae. Quis enim illo graece scribit facilius, carmen et solutam orationem? Quis eruditius de proprietate linguae iudicat? Saepe enim cum eo de certis locis Pauli disputavi, quos sine graecis monumentis enarrare est plane caeca nocte navigare, ut dici solet. Intelligo autem viginti aureos de stipendio eius detrahi. Nec de causa disputo, nec me alienae reipublicae deliberationibus ingero, (etsi humanitatis est nostrae, omnes pias scholas unam scholam unam rempublicam ducere); sed tamen veniam mihi dabis pro amico laboranti. Cum *Matthias* vir sit optimus et eruditione tanta instructus magnopere te oro, ut eius causam apud Senatum Academiae agas, ac perficias, ut rursus ei aurei illi viginti pendantur. Arbitror, hominis docti causam in Senatu doctissimo aequissimis animis audiri, deinde existimo, eam esse benevolentiam universi Senatus vestri erga me, ut, quod ipsius Matthiae virtuti tribui oro, facilius ac libentius ei propter meam petitionem daturi sitis. Te vero etiam, nostrae familiaritatis atque amicitiae memorem, velim moveri, ut sic agas hanc causam, ac si mea res ageretur. Meministi, nos in primo tyrocinio in eadem palaestra familiariter una versatos esse, multa contulisse, ac utriusque ingenium alterius tum exemplo tum commonefactione excitatum esse. Postea, quod maxime mihi iucundum est, iterum nos in causa publica coniunxit Ecclesia ***). Nec vero ullum sanctius foedus existimandum est, quam quo pios ecclesia devinxit, fuitque mihi pergratum, quod in conventibus in quadam varietate consilio-

---

*) Est Melanthonis in Danielem prophetam commentarius, qui prodiit Witeb. 1543.

*) Intelligit Matthiam Garbicium, Illyricum, quem commendaverat ipse Academiae Tubingensi. De eodem loqui videtur Lutherus in epist. ad Vitum Theodorum d. d. 13. Iun. h. a. (apud de Wett. V. p. 564.).

**) Vide literas Melanth. Academiae Tubingensi scriptas, quibus suasit, ut Garbicius vocaretur Tubingam anno 1537.

***) Fuit Balthasar Kaufflin in Conventu Wormatiensi, vid. epist. d. d. 15. Decb. 1540.

rum et negotiorum studium mihi tuum et benevolentiam erga me magna fide declarasti. Quare nunc quoque te oro, ut mea causa Matthiam complectaris et adiuves. In hac re et *Ioachimo Camerario* gratificaberis, qui de te honorifice et amanter saepe mecum et apud alios amicos loquitur. Postremo repeto, quod verissimum est, maxime a theologico ordine tuenda esse linguarum studia, ut iudicarunt etiam vetusti canones, quod doctrinae perspicuitas sine earum linguarum cognitione, in quibus fontes sunt, retineri non potest. Vobis igitur haec studia excitanda sunt, et fovendi professores, praesertim in hac temporum difficultate, cum a potentibus haec erudita philosophia negligitur. Quare etiam atque etiam te oro, ut tuo suffragio, tuo consilio, tua autoritate perficias, ut Matthiae, viro doctissimo et modestissimo, pensio illa reddatur, et ad huius consilii societatem adiungas clarissimos viros, D. *Gerhardum*, D. *Casparum Vollandum*, affinem meum, et *Leonartum Fuchsium*, quorum summa est virtus et autoritas. Ego vicissim et tibi et universae Academiae vestrae mea officia summa fide et observantia defero. Bene vale. die 8. Febr.

No. 2635. 9. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 382. (ed. Lond. lib. IV. ep. 256.).

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. Dabis veniam brevitati. Nam inde usque a secunda post mediam noctem lucubrandum mihi fuit, non modo ut Tubingensi nuncio darem litteras, sed etiam ut *Hieronymum Nopum* magnis fasciculis onerarem, euntem Noribergam, ac deinde *Ratisbonam.* Conficior, mi Ioachime, laboribus, et servio pene ut in antro Cyclopis, dicendum est enim apud te quod sentio, ac saepe de fuga cogito: vix mihi ad brevem precatiunculam tempus suffurari possum. Redit nuncius ille non plane inanis *), etsi pulchritudini operis, diligentiae autoris, et sumtib. non respondet hoc munus. *ἀλλὰ δεῖ συγκακοπαθεῖν αὐτὸν τοῖς ἀτυχήμασι τοῦ ἄρχοντος.* Bona natura et benefica est istius principis, et vicem eius doleo.

Scripsi ut voluisti, ad *Baldasarum*, ac mitto nondum obsignatas epistolas, ut legas et eam quam scripsi *Baldasaro* *), et alteram inscriptam *Matthiae.* Mittes igitur si videbitur, aut scribes meo nomine, quas putabis esse aptiores. Bene vale. IX. Febr.

Philippus Melanth.

*) Attulit pro libro stirpium Fuchsii ab Electore Marchione 100 Ioachiminos C. W.

No. 2636. 9. Febr.

F. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 35.

Viro optimo, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gotthanae, amico suo cariss.

S. D. Hodie, mi Friderice, inde usque a media nocte magnos fasciculos literarum scripsi. Mittimus enim tuum conterraneum *Hieronymum Nopum*, virum optimum, Ratisbonam [1]). Mittimus *Wolfgangum* vestrum [2]) Norlingiacum. Dabis igitur veniam brevitati. Tantum eo dedi hanc Epistolam *Portuno*, quia inofficiosum iudicabam, illum dimittere prorsus sine literis. Duriter servio, et saepe de fuga cogito. Et aula res nostras, occupata suis negotiis, leviter curat. Sed Deum oremus, ut adsit Ecclesiae suae, et nos miseros iuvet et regat. Te Filius Dei, qui est vita et lux, servet incolumem diu in hac vita propter suam Ecclesiam. Bene vale.

Philippus Melanthon.

No. 2637. 9. Febr.

Senatui Nordling.

Edita in *Dan. Eberh. Dolp*: gründlicher Bericht von — der Reformation der Stadt Nordlingen. (Nordl. 1738. 8.), in appendice no. CV.

*) Vid. ep. d. 8. Febr. Non enim haec epistola ad annum 1542., sed ad annum 1543. pertinet.

1) Is mense Februarii profectus est Ratisbonam.

2) Wolfg. Voglerum, vid. epist. ad Nordlingiacenses d. d. 17. Ian.

Senatui urbis Nordlingen.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Ehrbare, Weise, fürnehme, günstige Herren. Zeiger dieser Schriften ist Magister Wolfgangus Vogler von Gotha, welchen wir E. W. angezeigt, daß er zu Regierung der Schul tüchtig; denn er sehr wohl gelahrt in Latein und in der ganzen Philosophia. Und wiewohl wir selbsten E. W. gern einen ältern gesandt, so haben wir doch aus besondern Bedenken diesen vielen andern vorgezogen, derwegen, daß er sittig und friedlich, auch züchtig und ernst ist, und doch nicht störrig. Denn vielmehr ein sittiger und züchtiger zu haben, denn ein störriger, unzüchtiger, ob er gleich alt und gelahrt wäre. Wollen also diesen frommen, gelahrten und friedsamen Magistrum Wolfgangum befehlen, und bitten, E. W. wollen sich günstiglich gegen ihn erzeigen.

Er stellet auch nochmals zu E. W. Bedenken, was E. W. seinethalben schließen werden; denn wir nit entlich mit ihm geschlossen, wie auch solches uns nicht gebühret, wünschen aber von Herzen, daß der ewige Gott zu seinem Lob und zu vieler Besserung und Seligkeit, löbliche christliche Schulen erhalten und setzen wolle, daß er auch den Regenten Gnad gebe, solchs nöthige Werk zu fördern, und E. W. zu dienen seyn wir willig. Der ewige Gott Vater unsers Herrn Jesu Christi bewahre E. W. Kirchen und Staat allezeit. Datum Witteberg den 9. Tag Februarii, anno 1543.

E. W.

willige
Philippus Melanthon.
Melchior Fend.

No. 2638. 13. Febr. (h. a.?)

Chph. Meienburgio.

Manlii farrag. p. 242. et iterum in Mel. epist. lib. V. p. 685.

Egregia indole et virtute praedito Christophoro Meienburgio amico suo, Philippus Melanthon.

S. D. Epistolam tuam non tantum libenter legi, quia amicitiam nostram perpetuam esse volo: sed etiam, quia te in literis proficere animadverto, quarum studia nequaquam abiicito *). Mitto autem tibi orationem, in qua multarum virtutum laudatio est: quas intelligere iam discas, et amare, ut cogitatione earum te ad decus exuscites, ut mores tui et Deo placeant, et sint patri et matri voluptati. Brevi, ut spero, ad vos expaciabor. Bene et feliciter vale. Die 13. Februarii.

*) Scripta est epistola antequam Cph. Meienburgius disciplinae Mel. tradebatur (1544.), ergo fortasse 1543.

No. 2639. 13. Febr.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 171 sqq.

Vito Theodoro.

Scripsi ad Senatum vestrum, et ad D. *Hieronymum*, ac peto, ut stipendium, quod hactenus *Flocco* datum est, nunc transferatur in *Hieronymum* Schreiber, quem si scissem difficultatibus domesticis conflictari, certe contendissem vehementius de eo iuvando, cum deliberatio de Lectione Mathematica incidisset. Nunc *Floccus* praelatus est, non *propter incertam campi sortem*, ut olim dicebant Romani, nec quidem propter sedulitatem petitionis, sed magis propter egestatem. Vobis tamen hoc gratum esse debet, vestrorum Civium haberi rationem a nobis. Nunc hoc vicissim peto, ut vestri Civis et mei amici rationem habeatis, quod tamen non peterem, nisi virtus eius digna esset Liberalitate Senatus. Nullum est in hac Schola dexterius ingenium, et morum summa gravitas est. Doctrina vero in tota Philosophia ita instructus est, ut non dubitem eum omnibus Professoribus in hac Academia anteferre. Quare te etiam atque etiam oro, ut nos adiuves, ut stipendium illud *Hieronymus* obtineat.

Quantum laboris sustineam iam annos aliquot, non ignoras. Sed nunc pene obruor assiduitate molestissimarum operarum, quas feram, donec Deus mihi concedet mediocres vires. Opto autem toto pectore, ut ipse regat hanc nostram militiam, et det, successus felices. Decet autem nos omnes conferre operas, et provehere bona ingenia. Nam quocunque ruent imperia, tamen literae posteritati proderunt. Paulo ante captam Constantinopolin rursus excitatae sunt bonae Artes in Graecia, per Gemistum, Bessarionis Praeceptorem. Quid Graecis profuerit instauratio doctrinarum, nescio; sed Ecclesiis alicubi profuisse tamen arbitror.

Nobis autem profuisse illam instaurationem constat. Tunc enim in Italiam Graeci importarunt doctrinam cultiorem *Trapezontius*, *Gaza*, *Lascarus*, *Argyropolis*, *Tarchaniotes* et multi alii. Quare et nos foveamus ingenia. Et tamen spero Germaniam repressuram esse Turcos. Sed haec alias.

De *Hieronymo*, quantum potes, contendito, ut, quod petimus, impetremus, teque existimato, mihi rem gratissimam facturum esse, si hanc causam diligenter et συντόνως καὶ ἐκτενῶς egeris. Bene vale. Die 13. Febr.

Philippus Melanthon.

No. 2640. 13. Febr.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 107 sqq. — Hic ex autographo in Cod. Monac. I. p. 82.

Clariss. et optimo viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg. suo amico cariss.

S. D. Etsi arbitror tibi notum esse *Hieronymum Schreiber*, tamen si de eius ingenio, eruditione, gravitate morum testes requiris, audire *Schonerum* et *Vitum* poteris. Plane ita iudico, nec dexterius ingenium in hac schola esse, nec ullum ex Professoribus doctiorem esse in tota Philosophia. Scribit solutam orationem, et carmen foeliciter, tenet Mathemata, et Philosophos graece legit expedite. Cumque iam de Mathematica lectione hic deliberaretur, multi eam mandari *Hieronymo* cupiebant. Sed alter civis vester *Erasmus Floccus* petivit satis sedulo, et vel quia magis eget, vel quia studium adfinis habebat, lectionem obtinuit. Cum autem *Hieronymus* cupiat studiorum causa peregrinari, et patrimonium sustinere sumptus diutius non possit, orat, ut stipendium Medicum, quod *Flocco* hactenus dedistis, nunc in se transferatur. Certe si scissem haec de patrimonio, etsi *Flocci* paupertate etiam movebar, tamen pro *Hieronymo* magis contendissem, cum hic de lectione ageretur. Et volente aula poteram anteferre Hieronymum. Nunc igitur oro, ut virtuti Hieronymi hoc tribuas, ut eum Senatui commendes, ac perficias, ut stipendium obtineat. Interdum soleo in his commendationibus adscribere, ut mea causa labores. Etsi aliquid studii addere te volo mea causa, tamen scias, tantum vim ingenii, tantam eruditionem Hieronymi esse, tantam morum gravitatem, ut nulli iustius collaturos vos stipendium existimem. Magno erit ornamento patriae propter Doctrinam Mathematicam, propter quam civitas vestra omnibus eruditis carior est. Quid? quod mores sunt eiusmodi, ut civem gravem, et dignum patriae fore iudicem. Propter has causas mihi cum eo amicitia est, quae utinam possit ei prodesse! Magnum me beneficium accepisse abs te iudicabo, si Hieronymus impetrabit, quod petimus, et tu intelliges stipendium in hominem ingeniosum utiliter collocatum esse. Bene vale. die 13. Feb. 1543.

Philippus Melanthon.

No. 2641. 16. Febr.

Georgio Anhaltino.

Mel. select. Epist. p. 277. Iterum in Epp. lib. I. 102. (ed. Londin. I. p. 49.)

D. Georgio Principi Anhaldino.

S. D. Scio C. T. saepe de tumultibus horum temporum gementem cogitare, et imprimis Ecclesiae vastationes et interitum literarum metuere. Agnoscamus autem hos motus, poenas esse mundi fatales, nosque hac consolatione sustentemus, quod certum est Deum, ut in mari rubro, suum coetum servaturum esse. Quare interim et nos, quibus adhuc concedit otium, vult sedulo in propagationem literarum et salutaris doctrinae incumbere, et iuventutis studia accendere, et ad posteros quasi Patrimonium, bonas artes illustratas transmittere, quod ut faciamus, certe mediocriter annitimur. Sed Principes decet huius pulcherrimi laboris ἀγωνοθέτας esse, excitare et provehere ingenia. Quo in genere tua liberalitas non deest scholasticis. Etsi autem scio horum temporum difficultatibus et Principum et privatorum oeconomias conturbari, tamen ipsis temporibus condonabis, quod nostri ordinis homines plures ad te confugiunt. Pauci enim sunt alii qui literas respiciant. Cum autem *Stigelius* praeclare iuvet et ornet literarum studia, vicissim a Repub. ornandus erat. Etsi enim Italia una videtur sua-

via et venusta ingenia gignere, tamen fere adfirmari potest, nondum post Ovidii aetatem cuiusquam in Italia venam fuisse dulciorem et elegantiorem *Stigeliana*. Et in Germania arbitror *Micyllum* et alios, qui carmen felicissime scribunt, libenter *Stigelio* proximum ab *Eobano* locum tribuere. Tale ingenium et propter literarum dignitatem, et quia Patriae ornamento est, patronos habere debebat. Scripsit autem ad te praecipue admiratione et amore virtutis tuae inductus. Nec dubitamus te hoc poëmatum genere delectari, quod laudes Christi canit. Nec extant alia cuiusquam carmina, in quibus tanta luce, et tanto nitore dogmata Ecclesiae intertexta sint ut in hoc carmine. Cum autem haec exempla iuventuti prosint, C. T. oro, ut etiam tua liberalitate hoc ingenium ad similia scribendes excites. *Honos alit artes*, ut ille inquit; Et profecto magnos viros decet honestarum artium, in quibus, ut Plato ait, grata de Deo fama sparsa est, dignitatem intelligere, et suum iudicium populo significare. Bene vale. Die meo natali XVI. Februarii.

No. 2642. 18. Febr.

Alberto Duci Pruss.

Edita ex autographo a Fabro, ep. 14. p. 58 sqq.

(An Herzog Albrecht in Preußen).

Gottes Gnad durch sein eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtigster hochgeborner gnedigster Fürst und Herr, Nachdem E. F. G. der Kirchen Visitation vorgenommen, weiß ich wol, daß E. F. G. im Werk befinden werden, mehr denn sie zuvor gemeint, daß solches der Kirchen hohe Notturfft ist, bitt derwegen, der ewige Gott wolle seine Gnad dazu verleihen, und wäre wahrlich hoch von nöthen, daß die Regenten an mehr Orten ihnen dieses Werk liessen ziemlich angelegen sein, hülfen die Kirchen erhalten und hielten die Pfarrer zum Studio und das Volk zur Disziplin. Dieweil aber sie ihre Kirchen nit visitiren wollen, folgt die Straff, daß Königreich und Fürstenthum durch den Türken visitirt werden, der ewige Gott wolle die Straff lindern.

Von der Elevation des Sacraments in Coena domini, wollte ich um vieler groß wichtigen Ursachen willen, daß die Elevation an allen Orten unterlassen würde, und das Sacrament mit gutem Verstand und rechter Gottesfurcht, ohne die Elevation gebraucht würde. Was grosser Abgötterei aus dem päpstlichen Decret von der Transsubstantiation gefolget, werden alle Menschen nach der Auferstehung sehen, so Christus den greulichen Irthum aufdecken und strafen wird, Ich gedenk auch oft, daß der Türk vornemlich zu Straf dieses Puncten verhänget. Denn diese Othomanni haben eben die Zeit angefangen zu regieren, da zu Rom im Concilio Lateranensi der Artikel von der Transsubstantiation beschlossen, und will zu anderer Zeit E. F. G. weiter davon schreiben, so es E. F. G. begehren.

Vom Bisthum Naumburg ist nichts zu berichten, Es hanget alles in grosser Unordnung, wie E. F. G. wissen, daß zu Hofe Kirchen-Sachen langsam gehen. Darum dürfen E. F. G. auf dieser Reformation Exempel nit warten.

Wie hoch aber das Einkommen in E. F. G. Bisthumen zu machen, weiß ich nit, was sie für Onera tragen sollen. Das hab ich aber oft bey mir bedacht, daß gut wäre, daß Bischoff der geistlichen Regierung vornemlich warten, visitiren und verhörten die Ehesachen und andere mehr Stück, so zur Disciplin gehören. Dazu bedürfen sie ein ziemlich Einkommen, welchs Ihnen an gewissen Orten zu verordnen, ohne weltliche Herrschaft, die sie an der Kirchen Regierung verhindert, auch hat es mehr Bedenken, dieweil sie Weib und Kind haben ꝛc.

Es ist alhie ein Consistorium angericht, welches mit Fleiß durch etliche Personen bedacht, was die Lahr belanget, die Ehesachen, auch welche mehr Fälle darein zu ziehen, Item von der Priester Schutz, Mißhandlung, Straf ꝛc. Diese Copien will ich E. F. G. lassen abschreiben.

Wiewohl ich auch nit zweifle, E. F. G. als ein weiser Fürst werden selbst Ihrer Kirchen und Regierung Frieden bedenken, und auf fremde Leute acht haben, so kann ich doch E. F. G. nit bergen, daß ich grosse Sorg hab, Doctor Westerburg von Cöllen werde Unruhe anrichten, als der etwa mit dem Claus Storken und denselben Propheten umgezogen, die den Widertauff erstlich erweckt und viel böser Opinion die Zeit umgefürt. Es bedarf warlich Auffsehens, denn ich habe ihre Heucheley gesehen.

Auch bitt ich um Gottes willen, E. F. G. wolle auf Wege gedenken zwischen Marggrave Georgen und Marggrave Alberten die Sache gütlich zu vertragen. Es thut sonst niemand mit Ernst dazu, und wird leider in ganzem Teutschland täglich mehr Zwietracht zwischen

Fürsten. Der ewige Gott Vater unsers Herrn Jesu Christi helfe uns *).

Diese Stund habe ich Zeitung aus Cracow bekommen, darin mir Tricesius schreibet, daß Ofen in Hungarn wiederum erobert sey. Davon werden E. F. G. gewisser Zeitung haben. Gott helfe uns.

Auch bitt ich in Unterthenigkeit, E. F. G. wollen Magistro Petro **) zu der Unterhaltung so ihm E. F. G. bis anher gnediglich geben, eine gnedige Zulage verordnen. Er ist sehr ein ehrlicher ernster Mann, der in Kirchen wohl zu gebrauchen sein wird. Magister Jacobus ***) bitt um Erstreckung der Zeit, daß er noch ein Jahr in der Universität verharren möge, Er klaget auch seiner Gesundheit halben, und hoffet, er wollt in seinem Vaterland weniger Krankheit haben, Dieweil denn dem also, bitt ich E. F. G. wollen bedenken, ob es nützlich, ihn in Preussen zu erfordern, auch ob es vielleicht bequemer wäre, ihm ganz zu erlauben, dieweil er Schwachheit seines Leibs vorwendet. E. F. G. wissen, daß dieses arm Leben also ist, daß die Leut ungleich sind, und nit alle zur Arbeit gleich tüchtig.

Zu Noriberg ist noch wenig gehandelt, denn die Fürsten sind nit da in eigner Person, sondern es sind da der Römische König und von wegen des Kaisers der von Granwela, der sagt, der Kaiser werde auf den Sommer in Italia ankommen. Andere aber reden sehr zweifelhaftig davon. Gott bewahr, schütze und regier E. F. G. allezeit. Datum Witeberg 18. Februarÿ 1543. (*).

E. F. G.

unterteniger Diener
Philippus Melanthon.

(Huic epist. addidit *Faber* haec:)

(*) Zur Erläuterung dessen, was Melanthon im vorstehenden Briefe über die Kirchenvisitation in Preußen und die Einkünfte der Preuß. Bisthümer schreibt, folgt hier ein Auszug aus dem Schreiben des Herzogs

an Luther und Melanthon vom 15ten December 1542.

„Hierneben (neben Errichtung der hohen Schule) ist ohne Ruhm unser Herz dahin geneigt, daß wir, sofern es des lieben Gottes Wille, gern vor unserm Abschiede von diesem elenden Jammerthal die Herrn Prälaten und Pfarrer und andere Diener des göttlichen Worts und Kirchen in unserm Fürstenthum genugsam versorgt sehen wollten. Derhalben sind wir bedacht uns dieser Tag aus unserm wesentlichen Hoflager im Namen Gottes zu erheben und mit unsern Herrn Prälaten die Visitation anzufangen. Dieweil wir aber denselben Prälaten je gern solche Versorgung machen thäten, damit sie aller ländlichen Haushaltung, weltlicher Regierung und Geschäften enthaben seyn und allein ihres Amtsberufs und Dienstes abwarten mochten, so haben wir mit unsern getreuen Unterthanen von allen Ständen des Herzogthums Preußen allerlei Rathschläge derwegen gepflogen und bedacht, daß wir einem Prälaten für seine Versorgung und Unterhaltung 1500 fl. Rheinisch samt nothwendigen dazu behörigen Personen und Dienern verordnen wollten *), können aber nicht schließen, ob es an solchem genug seyn mag oder nicht. — Und wiewohl wir sie auch mit höherm und mehrerm unterhalten zu lassen gewogen, befinden wir doch, daß sich die Nutzung und Einkommen der Stiffte, wenn die Häuser derselben, wie denn hoch von nöthen, im baulichen Wesen, nicht minder die Amtleute und Verweser derselben, erhalten werden, sollen schwerlich so viel als berührt, ertragen. — Nachdem aber der Churfürst zu Sachsen in seinem Lande etzliche Bisthum, auch dieselben ohne Zweifel mit Eurem Rathe, versehen hat, wir uns aber zu eurer Person aller Gutwilligkeit versehen, so ist an euch unser ganz gnediges Sinnen, ihr wollet uns euren getreuen wohlmeinenden Rath, was uns diesfalls zu thun, ob die Bischöfe nach Gelegenheit der Bisthum mit einer solchen Anzahl Gelds genugsam versorgt oder nicht, und wohl weiter dabey zu thun, förderlich gutwillig mittheilen." —

Der Plan, die Bischöfe bloß auf baare Einkünfte zu setzen, ist in der Folge unter dem Herzog Albrecht nicht ausgeführt. Die Ver-

---

*) Dieses Streits zwischen dem Markgrafen George von Brandenburg (Bruder des Herzogs in Preußen) und Albrecht dem jüngern (Brudersohn des Herzogs) wird in der Geschichte nicht gedacht. Er hatte um so weniger Folgen, da der Markgraf George im December des nämlichen Jahres mit Tode abging. [Fab.]

**) M. Peter Hegemon, eine Zeit lang Lehrer bei der Schule im Kneiphof Königsberg, begab sich im Jahr 1541. nach Wittenberg, um daselbst seine Studien fortzusetzen, und erhielt auf 2 Jahre ein jährliches Stipendium von 40 Gulden, um nachher wieder nach Preußen zurückzukehren. Auf diese Fürbitte versprach der Herzog ihm eine Zulage. Er ward nachher zuerst Pfarrer am Dohm und im Jahr 1550. an die Löbenichtsche Kirche versetzt. [Fab.]

***) Menius.

*) Diesen Punkt erklärt der Herzog in der Antwort auf Mel. Brief so, daß er dem Bischofe für sich, für 1 bis 2 gelehrte Personen, die er in Amtssachen brauche und für etwa 6 Personen, die er zu seiner Bedienung nöthig habe, jährlich 1500 fl. bestimmen wolle, damit sie mit der weltlichen Regierung ganz zufrieden bleiben könnten. [Fab.]

ordnung vom Jahr 1542. unter dem Titel: Vernotelung wegen der Bischöfe, bestimmt dem Bischofe zu Samland einen wohlgebauten Hof im Dohm zu Königsberg zur Residenz, 1000 bis 1500 Mark zur Besoldung, eine ländliche Besitzung, freie Fischerei ꝛc. Dem Bischofe von Pomesan Marienwerder zur Residenz, ein gutes Vorwerk, freie Fischerei und andere Nutzung — und 1300 Mark zur Besoldung. Im Privilegio vom 16. Juni 1567. ist dem Pomesanischen Bischofe das Schloß und Amt Liebemühl zur Residenz, mit allen Nutzungen und Gerechtigkeiten, auch weltlicher Jurisdiction und überdem 1500 Mark zur Besoldung — und dem Samländischen Bischofe das Haus im Dohm zu Königsberg zur Wohnung und Residenz, 3000 Mark zur Besoldung und ein sehr ansehnliches Naturaldeputat verschrieben. (Privilegia der Stände des Herzogthums Preußen, gedruckt zu Braunsberg 1616.).

No. 2643. 21. Febr.

Io. Lango.

† Ex apogr. in cod. Goth. 399. p. 171.

Iohanni Lango, Theologiae Doct. et episcopo ecclesiae Erfordensis.

S. D. Typographus Basileensis *Oporinus*, noster amicus, satis magnas poenas dedit dilatae editionis *Epiphanii* *). Nam interea excudit Alcoranum, id Senatus vendi prohibuit, et typographum ipsum in carcerem coniecit. Sed liberatus rediturus est ad Epiphanium. Doleo quidem vicem amici, sed malim Epiphanium pium, luculentum et utilem ecclesiae scriptorem, interim excusum esse. Liber tuus bona fide ad te redibit. Alexander magnus opera artificum mathematicorum curabat cum thesauris reponi. Idem honos huic egregio monumento haberetur, si principes mallent Alexandri similes esse, quam aliorum qui studia literarum neglexerunt. Nihil enim dicam δυςφημότερον. Bene et feliciter vale. 21. Februarii. Saluta D. Sturciaden.

Ph. M.

No. 2644. 21. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 383 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 257.)

---

*) Cf. Epist. ad Langum d. 6. Dcbr. 1542.

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. Quod aspersisti dulcissimam consolationem in proximis litteris tuis *), et humanitatem agnosco tuam, et erga me benevolentiam, et tibi gratiam habeo. Sed scito me multo aequiore animo ferre privatas miserias, quam Heroum quorundam, ut esse volunt, πολιτεύματα, qui levissimas cupiditates suas Ecclesiae et patriae saluti anteferunt. Sed sunt haec fata ruentium imperiorum, et poenae ultimae senectae mundi, quae ut mitiget Deus, oremus. *Tricesius* Polonus scribit recuperatam esse *Budam* ab Hungaris. Sed ὁ χρόνος ἐλέγξει.

Hanc epistolam tibi tradet Magister *Caspar Erfordianus*, Decanus Saxonici Collegii, qui nunc unus scholam aliquam habet Erfordiae, et optime de rebus bonis sentit, et cum praeclare sit eruditus, feliciter docet. Videre te cupit et amicitiam tuam expetit. Scio, ubi noris eum, probaturum te eius candorem et integritatem. Excipies igitur eum, ut soles viros bonos et amantes nostrae philosophiae.

Mitto tibi capita proximae disputationis, de quibus disseruit Iuvenis Suevus **) accersitus ad gubernationem Ecclesiae *Isnensis*, quae admodum honorifice scriptis litteris ad Academiam nostram, petivit, ut testimonio publico hic Iuvenis ornaretur. vellem equidem diutius eum mansisse in Academia. Sed magna est paucitas mediocriter doctorum, qui praefici Ecclesiis possint. Haec cura nihil tangit illos Heroes, qui Ecclesiae et patriae exitialia bella movent, propter nugacissimas caussas. Sed redeo ad priorem querelam, cum potius pugnandum sit precibus apud Christum, ut pugnavit Cananea illa muliercula, cuius facta est mentio in proxima lectione Evangelii. Alterum exemplum dabis *Laterensi*, cui etiam his diebus pertexam quaestionem de negocio matrimoniali. Bene vale. die XXI. Febr. Plura exempla disputationis non erant venalia.

Philippus Melanth.

---

*) Vid. querelas Mel. in epist. d. d. 9. Febr.

**) M. Ioannes Marbachius, Lindoensis, qui die 20. Febr. (vid. Eberi quaest. p. 48 b) renunciatus est Doct. Theol. et abiit ut ministerio verbi fungeretur, in oppido Isny. Non igitur referenda est haec epistola ad ann. 1542., sed ad ann. 1543.

No. 2645. 22. Febr.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 384 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 258.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss. Lipsiae,

S. D. *Hieronymus* meus contubernalis mittit ad *Rheticum* litteras, quas tradidit huic Sacerdoti *Coburgensi*, qui narrat, olim se Lipsiae commilitonem tuum fuisse, ac una audisse *Heltum*. Ideo autem ei epistolium dedi, ut tibi litteras Rhetico inscriptas traderet. Nam illum non novit, nec ubi quaerendus sit sciebat. Ad te igitur misimus, non ut vel tibi, vel aliis oneri sit, properat enim in patriam. Est autem vir θεοσεβὴς καὶ ἱερεὺς, et quibusdam non levibus aerumnis exercetur, de quibus me consuluit.

Memini te nuper significare sermones istic esse de mea profectione in *Ubios*. Etsi *Macedo* urget ut proficiscar, tamen hactenus quidem repugnavi, satis est mihi negociorum domi. Et, quanquam optimi senis τοῦ ἀρχιερέως *). Ubiorum voluntatem probo, et adiuvandam censeo, tamen insidias τῶν παραστατῶν **), quos antea sum expertus in conventu, metuo, quorum ego flagitia texi et tegam, etsi profecto quoties recordor, irae mihi ignescunt, et duris dolor ossibus ardet. Sed haec alias. Bene et feliciter vale, die XXII. Febr. ***).

Phil. Melanth.

No. 2646. (h. t.)

Philippo Landgravio.

Edita a Pezelio in Melanthons christlichen Bedenken p. 266. Pezelius eam inscripsit Ioanni Friederico, Duci Sax. Electori. Sed huic Melanthon serius ea de re scripsit, ut intelligitur ex ep. d. 8. Aprilis. Scripta potius est ad Philippum Landgravium Hassiae, ut cognoscitur ex ep. ad Camerar. d. d. 22. Febr. — Landgravius Melanthonem hortatus fuerat, ut iter Coloniam susciperet, cui nunc Melanthon rescripsit.

(An Landgraf Philipp von Hessen.)

Daß der Ertzbischoff zu Cöln, und Churfürst, ein Christliche Reformation in Lehr und Ceremonien der Kirchen in seinem Fürstenthum fürgenommen, thun darinnen ihre Churf. G. christlich und recht: denn es ist kein Zweiffel, die Irrthum, die wir straffen, sind öffentliche Abgötterey. Nun ist dieß göttliche Gebot unwandelbar: Fliehet Abgötterey. 1 Corinth. 10.

Und dieweil zu besorgen, das Capitel werde heftig wider den Hochlöblichen alten Herrn practicieren, und der Papst nicht unterlassen wird zu gebieten, daß man procedire, einen anderen Bischoff zu wählen, so ist billich und christlich, daß ihn andere christliche Fürsten und Stände trösten. Ich bitte auch Gott für hochgedachten Churfürsten, daß er ihn stärken wolle wider alle böse Tücke und Practiken.

Daß aber ich erfordert werde zu S. Churf. G. zu kommen, bin ich natürlich für solchen frommen alten Fürsten auch mein Leib und Leben zu wagen bereit, so ich zu etwas erfordert würde, dazu ich zu gebrauchen: denn wir alle schuldig sind, dem Herrn in solcher grossen Last zu dienen. Es gehören aber zu diesem Werk Personen, die zu predigen tüchtig, und die dem Volk die Lehr also fürtragen, daß sie gestärkt werden, und sich des Gegentheils Widerstreben nicht abschrecken lassen.

Wozu ich denn zu gebrauchen sey, das kann ich nicht erachten, und ist hie der Universität Gelegenheit also von wegen der fremden Sachen, so schier täglich anherkommen aus andern Herrschaften oder Städten, auch von wegen unsers jungen Volks und der Lection, und Druckens, daß ich ohne merkliche Verhinderung vieler Ding in der Universität nicht kann abkommen. So auch ein Pestis auf den Sommer einfiele, wie zu besorgen, wäre vielleicht mein Abwesen auch unbequeme. Item wiewohl ich nicht zweifle, Seine Churf. G. haben ein christlich Gemüth, und wollten gern ein Reformation in Lehr und Ceremonien machen, die nicht vermischet bliebe mit Erhaltung etlicher Mißbräuche, als einer täglichen Messen, oder etlicher Heiligen Dienst, gleichwohl so besorge ich, es werden die Gewaltigen auf solch Ding arbeiten.

Nun würde solches ein Exempel werden, dem vielleicht andere hernach als eine Regel folgen wollten. Darum mir gantz schwer wird, dazu zu kommen.

Und bitte in Unterthänigkeit, man wollte in Betrachtung dero Ursachen mich meiner Arbeit allhie warten lassen. Doch stelle ich dieß alles zu M. G. Herrn Bedenken.

---

*) Archiep. Elect. Coloniensis Hermanni C. W.

**) Osiandri et similium C. W. — Potius Buceri in Conventu Ratisbon.

***) Non anno 1542., sed anno 1543. scripta est.

No. 2647. 24. Febr.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 109 sqq. — Apographon in Cod. Goth. 401. p. 116.

Hieronymo Baumgartnero, Senatori Norib.

S. D. Si aut ingenium *Valerii Cordi*, aut honestissimos mores, aut eruditionem in hac communi nostra Philosophia, aut diligentiam in inquisitione plantarum ignorares, longiori mihi oratione opus esse arbitrarer: sed quia scio, te non solum sapientem, sed etiam dextrum et candidum censorem esse ingeniorum, et alienorum studiorum, ero brevior. Intelligo autoritate publica istic, et tua oratione *Cordo* mandatum esse, ut compositiones Medicamentorum ad usum nostrorum myropoliorum conscribat. Etsi difficile opus est, tamen quia studium suum probare vobis cupiebat, operam suam vobis *) promisit. Saepe mihi, mi Hieronyme, in mentem venit Pindari, qui quod Athenas supra reliquas civitates Graeciae laudasset, a Thebanis suis mulctatus est. Sed fuit hoc humanitatis Atticae, quod Athenienses eam mulctam solverunt: Nec vero bellicis laudibus, robore, opibus, sed doctrina, et honestarum artium studiis antecellebant Athenae. Haec iudicavit Pindarus maiora esse ornamenta quam res ceteras, quibus aliae civitates florebant. Etsi autem in hac senecta mundi et Imperiorum confusione fortasse nullae sunt similes politiae Graecis illis, tamen hoc res ostendit, nunc quidem nullam esse urbem Germaniae, in qua plus sit honestarum artium, quam in vestra. Ideo eam anteferre caeteris soleo, et opto, ut possessionem huius laudis, quam tenuit iam aliquot seculis, diu retineat. Tibi vero aliquid debet patria, qui curas, ut Ecclesiae quoque ornentur, et ut in civitate literae colantur. Nunc igitur literatum hominem tibi commendo, teque rogo, ut senatui praedices non solum opus, quod misit *Cordus*, sed etiam egregias ipsius virtutes. Non enim dubito, quin delectentur boni viri, etiam ignari literarum, virtutis laude. Adiunxit autem *Cordus* ad doctrinam optimos mores, et singularem in omni officio diligentiam. Quantum autem artis sit in Medico opere, etsi rarus nunc est in iudiciis candor, tamen sperat vestros Medicos praedicaturos esse et probaturos has descriptiones, nec dubitat se bonis et eruditis satisfacturum esse. Quare te etiam atque etiam oro, ut librum Senatui offeras et perficias, ut intelligat *Cordus*, et voluntatem suam, et studium vobis gratificandi, et hunc laborem Senatui vestro probati. Id officium cum arti et doctrinae, tum vero *Cordo* ipsi tribues, qui profecto propter virtutem dignus est, quem boni viri complectantur et adiuvent. Bene vale. Wittebergae die Matthiae Apostoli. Anno cIↃIↃXLIII.

*) Cod. Goth. 401. *nobis*.

No. 2648. 26. Febr.

D. Schleupnero.

Epist. lib. VI. p. 506 sqq. — Apographon. in cod. Rehd. Vol. V.

Dn. Dominico Schleupnero, Concionatori Noribergensi, fratri suo in Christo †).

S. D. Et morem meum et studium animi erga te mei nosti. Quare nihil opus est longiore oratione qua silentium excusem. Nec enim fere nisi necessaria de caussa ad amicos scribo, nec amice fieri putem, si quis ab hoc vulgari scribendi officio meum animum aestimet. Quare boni consules, qui hactenus nihil scripsi. De Eucharistia rogas quid consulam. Ego vero utinam hac de re possem *πνευματικῶς* statuere, quemadmodum et Petrus requirit in Christianis. Verum et idem vobis, si quid novaturi estis, praestandum est, ut id proficisci sentiatis *ἐξ ἰσχύος ἧς χορηγεῖ ὁ θεός*. Agnoscis Petri verba. Nos enim anno superiore rem tantam *) quam infeliciter tentavimus et re ipsa comperiebamus, mundi spiritum negotium nobis facere. Scribam igitur paucis quid sentiam.

Primum quia in tanta multitudine vix pauci sunt Christiani et apti qui Sacramento fruantur, cavendum est, ne vulgus invitetur ad prophanandum corpus Domini. Deinde multo pauciores

†) Mortuus est Schleupn. anno 1547.

*) Abrogationem elevationis panis in coena sacra, factum per Lutherum. De eadem re Norinbergae lites fuisse anno 1543. docent epistolae ad Theodorum d. 25. Oct. et 25. Decbr. scriptae. Puto igitur hanc epist. in anno 1543. scriptam esse.

sunt, qui bona conscientia possint contra totius Europae consuetudinem, contra quam solent tot sancti in aliis terris, novare aliquid in ritu Ecclesiastico. Hae conscientiae scis quomodo sint tractandae, modis omnibus praestandum est, necubi impingant. Scio ipse et usu cum in me tum in aliis didici, quam facile labascat conscientia, nec tu crede iis, qui initio ante tentatam rem fortes sunt, et ea non dubia fere carnis est significatio. Quare ut maxime sint unus aut alter in universa urbe satis firmi, tamen illi cedant fratrum imbecillitati. Postulat hoc charitas. At ferimus peccatum? Esto: Ferebant et Apostoli peccatum in suis, in Ecclesia Iudaica, quae certe impia opinione legis ritibus utebatur. Item si quorum conscientiae captae sunt, ut non possint alterutra specie contenti esse, et ii prorsus ab Eucharistia abstinere possunt. Haec scribo ex mea sententia, non oraculi vice. Dominus faciat, quod et gloriae suo Evangelio est, et salutare nobis. Vale, postridie Oculi.

Philippus tuus.

No. 2649. 28. Febr.

Fr. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 50.

Viro optimo, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothanae, amico suo carissimo.

S. D. Valetudinis caussa *Iohannes* ad vos redit, quem tibi commendo, teque rogo, ut eum consilio iuves, et, si erit opus, D. *Sturciaden* adhibeas. Solent διαῤῥοίαι accidere naturis, quae sunt obnoxiae Phthisi. Ideo consulendi erunt periti. Circumferimus, ut vides, mi *Friderice*, mortem in hoc corpore: et tamen vivere aliquos in hac militia Ecclesiae oportet, ut Dei nomen celebretur in terris.

Mitto tibi propositiones proximae disputationis. Is, cuius in titulo mentio facta est *), est honestus iuvenis, accersitus ad gubernationem Ecclesiae in oppido Suevico, cuius Senatus valde diligenter petivit, ut testimonio nostrae Academiae ornaretur. Serviamus Ecclesiae, quae mansura est, etiamsi imperia dissipabuntur; nec relinquamus nostrum munus propter insulsitates aulicas. Exspecto tuas literas, teque rogo, ut *Menio* scribas, ut mihi significet suum iudicium de *Hieronymo* *), quem misimus ad gubernandam Scholam *Mölhusanam.* Commendaveram ei *Andream Ilebergensem*, ad gubernationem Ecclesiae *Mölhusanae* accersendum. Is iam vocatus est ad Ecclesiam *Salinarum Saxonicarum*: sed tamen inde transferri posset. Bene vale. Pridie Cal. Martii 1543. Salutem opto D. *Portuno* et D. Quaestori.

Philippus Melanthon.

---

*) Ioannes Marbachius, vid. ep. d. 21. Febr.

*) *Wolfio.*

No. 2650. (ex. Febr.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 409 sq.

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo carissimo,

S. D. Hic adolescens *Philippus* Friburgensis, cuius pater gubernavit scholam trivialem, ut vocant, in *Milichii* patria, stipendio Senatus Basiliensis alitur, et accedit aliquid liberalitate Francofordiani amici. Is mittit eum Lipsiam, et ad honestiss. matronam Coniugem D. *Camiciani* literas ei tradidit. Proficiscitur autem libentius tui audiendi caussa, nam in Graeca lingua praeclare promovit, et ingenio valet. Amo adolescentem et propter suavitatem ingenii ac studia, et propter ordinem in quo natus est. Τέττιξ γὰρ τέττιγι φίλος. Quare ut tu quoque eum complectaris rogo, nec aliud onus tibi impono, nisi ut cohorteris, ut plus operis tribuat philosophiae, in qua re adiuvari a *Rhetico* poterit. Commendabis eum et D. *Camiciano.*

Eccius tandem dicitur exhalasse infelicem animam, errans mente, cum ageret animam, rediit ad eas disputationes, quae Ratisponae eum in morbum coniecerunt, περὶ τοῦ ἐκθειάζειν τὸν ἄρτον τῶν μυστηρίων **). Deum oremus, ut servet et regat Ecclesiam.

**) Io. Eccius mortuus est d. 10. Febr. 1543., unde apparet hanc epistolam non referendam esse cum editore ad annum

Fabula de capta *Buda*, ab ipsis Turcis dicitur in Polonia sparsa esse *εἰρωνικῶς*, ut *πρὸς τὰ ἄλγεα αἴσχεα* patiamur, sed mi *Ioachime*, flagitiosa est neglectio Ecclesiarum Dei. Ideo nihil miremur *ἀρχῶν μεταβολὰς γίγνεσθαι.* Sed tamen mitigari poenas oremus. Bene et feliciter vale, salutem opto D. Laterensi et Rhetico.

Philippus Melanth.

No. 2651. 1. Mart.

Senatui Memmingensi.

Edita in Io. G. Schellhornii Beiträgen zur Erläuterung der Gesch. etc. (Memming. 1772. 8.) Pt. II. p. 172 sq. [Danz.]

An den Rath zu Memmingen.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Erbare, weise, fürnehme, günstige Herren. Daß sich Ew. Weisheit gutwilliglich auf meine Vorbitt, belangend den wohlgelahrten, ehrlichen jungen Mann Magistrum Johannem Hummelium *) haben erzeigt, dank ich E. W. ganz fleißig, und habe nit Zweifel, solche Güt und Wohlthat sey wohl bewahrt. Ich will auch E. W. nit bergen, daß sich zugetragen, daß der wohlgeborne Grave und Herr, Grave Ludwig von Königstein, m. g. H., einen Prädicanten begehrt hat. Dieweil denn Magistro Hummelio Uebung nützlich seyn wird, habe ich ihm gerathen, sich eine zeitlang zu ihme zu verfügen, doch also, daß er Ew. W. Erforderung gewärtig sey. Bitt derwegen, dieweil dieses ihm zu Uebung bedacht, daß E. W. ihm solches günstlich wolle gefallen lassen, und sich gegen ihn als günstige Herren erzeigen. Und E. W. Person und Stadt zu dienen, bin ich willig. Dat. Wittenberg prima Marcii 1543.

Ew. W.

willigér

Philippus Melanthon.

No. 2652. 4. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 385 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 259.)

*Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo carissimo***),

S. D. Non, si mihi quamvis magna et periculosa res suscipienda esset, plures autores requiretur, quam *Macedonem*, *Lutherum* et te. Et sententiae vestrae de mea profectione congruunt. Sed postquam rem ad aulae deliberationem reieci, et illa non quidem prohibet, sed tacet tantum, facile patior me retineri, nec insto ut respondeant. Multae sunt enim graves causae, propter quas hoc praesertim tempore, in eas regiones minus libet proficisci. Sed mihi crede, non inter postremas est, quod non libet audire fabulas *περὶ πολυπραγμοσύνης τῶν ἡμεδαπῶν καὶ ὅμοια θρυλλούμενα,* quae nec refutare ingenue possum, nec tamen confiteri decet. Sed omitto haec. Faciam has operas scholasticas, donec Deus concedet, quem

---

1542., sed pertinere ad annum 1543. De Eccii obitu Vitus Theodorus in epist. ad Lutherum d. 16. Febr. 1543. haec habet, teste Seckendorfio in hist. Luth. Vol. III. p. 468., quae etiam inveni in apographo in cod. Monac. 90. no. VII. p. 467 b.: „De Eccii morte audivisse te puto. Decessit de-„cima Februarii sub meridiem. Decubuit dies plus minus „septem. Initio Febris eum invasit, quam cum solito more „curaret crebris [1]) poculis, malum auctum est, adeo ut hor-„tarentur eum amici ad confessionem et Eucharistiam. Sed „frustra aliquandiu. Tandem [2]) etiam *παραφρόνησις* [3]) ac-„cessit. Itaque festinarunt, et adhibuerunt monachum, qui „ad lectum missam celebraret. Is cum solitas abominatio-„nes Canonis mussaret [4]), Eccius exclamare [5]) coepit: hät-„ten wir nur [6]) die 4000 Gülden, wir wollten der Sachen wohl „Rath finden [7]). Et tamen sic *παραφρονοῦντι* data Eucha-„ristia est [8]). Paulo post secuta est epilepsia [apoplexia!], „quae non solum aliorum sensuum omnium, sed etiam lin-„guae usum ademit. Quicquid dictum ei est, lapidi dictum „est; nec profuit, quod monachi ad lectum murmurarent [9]) „non intellectos Psalmos [10]). Tandem accessit tertius mor-„bus, qui etiam vinosorum et libidinosorum est; itaque una „cum sanguine etiam animam evomuit. Haec mihi narravit „*Weiglerus* [11]), nam eius amici alia [12]); pudet enim eos in „suo defensore tam foedae mortis." [13])

---

1) Cod. Monac. addit: *cum.*
2) *Tandem*] cod. Monac. *Deinde.*
3) *παραφρόνησις*] cod. Monac. *παρ‥θήματα oculis.*
4) Cod. Monac. *solitam abominationem mussitaret.*
5) Cod. Monac. *clamare.*
6) nur] Seck. nun.
7) Cod. Monac. der Sach zu Rath werden.
8) *Et tamen — data est*] in cod. Monac. desiderantur.
9) Cod. Monac. *murmuraverunt.*
10) Cod. Monac. *Psalmos* 55.
11) Cod. Monac. *Weglerus.*
12) Cod. Monac. *alia comminiscuntur.*
13) Cod. Monac. *pudet enim eos, suum defensorem tam foede mori.*

---

*) Hummelium in patriam rediisse anno 1542. docet ep. ad Theodorum d. 1. Mart. 1542.

**) Non anno 1542., sed anno 1543 scripta est.

oro, ut nos iuvet et reliquias Ecclesiae servet. Tanta est in Belgio opinionum confusio, ut hodie audivi, ut Principum negligentiam, vel potius stuporem non possim non execrari. Nihil miremur concuti orbem mutationibus imperiorum, et puniri Reges. Bene et feliciter vale. Nisi tempestates me retinebunt, expatiabor ad vos. IIII. Martii.

Philippus Melanth.

No. 2653. 4. Mart.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 151 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 560.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Norib.

S. D. Excrucior diuturnitate silentii tui, nam amplius mense nihil istinc accepi literarum. Neque tamen te accuso, sed tempestatibus retineri nuncios arbitror. Scripsi autem de multis negotiis ad te, ac nominatim de *Hieronymo Schreiber*, de quibus ut mihi respondeas, te etiam atque etiam oro *).

In *Moravia* terrae motu quassati quidam tumuli, postea dehiscente terra, ita mersi sunt, ut nunc tantum extent supra terram cacumina arborum. Motus igitur novi prodigio denunciantur.

Commendo tibi hunc Gallicum Hospitem, *Petrum Normannum*, amicum et Auditorem *Ioachimi*, qui eius integritatem praedicat. Et scio, Doctrinae Ecclesiasticae et Latinae et Graecae Linguae perstudiosum esse. Hoc anno militavit in Pannoniis. Videre cupit armamentarium vestrum, qua in re, ut hospitem virum nobilem, et bonum adiuves, humanitatis erit tuae. Nec puto, rem difficilem esse. Tuas literas expecto. Bene vale. die 4. Martii.

Philippus Melanthon.

*) Non anno 1542. sed anno 1543. scripta. Vid. ep. d. 13. Febr. 1543.

No. 2654. 8. Mart.

L. Crispino.

Edita in 3. libro Epistolarum Eobani Hessi a Ioach. Camerario edito, Lips. 1561. 8. Partem eius dedit etiam Tenzel. in supplem. historiae Gothanae p. 97.

Egregia doctrina et pietate praedito Leonhardo Crispino in oppido Homburg docenti iuventutem bonas literas, amico suo,

S. D. Vellem, *Crispine* optime, celebrari nomen *Mutiani*, et versari eius scriptum *) in manibus hominum. Sed quod misisti tale erat, ut emendandum esset. Erat enim prima silva operis. Sed profecto post tot meas peregrinationes, post tot conventus et molestissima certamina ubi sit liber nescio.

De *Hermanno* respondi honestissimo Senatui et vestris magistratibus. Misericordia afficereris, si assiduitatem laborum nostrorum videres. Hanc hodie scribo decimam epistolam **), sed haec est omnium brevissima, cum ad te, doctum virum, cuperem copiosissime scribere, teque rogo, ut brevitati veniam des. Animo certe tecum et cum omnibus symmistis tuis sum coniunctissimus, et Deo dante semper ero. Nec deerunt officia, qua modo praestare potero. Bene vale. Die 8. Mart. 1543.

Phil. Mel.

No. 2655. (die aequin.)

Io. Hesso.

Epist. lib. III. p. 224. (ed. Lond. lib. III. ep. 132.)

Iohanni Hesso.

Etsi vident Reges et Principes Turcicum tyrannum iam grassantem in Pannoniis, Germaniam etiam appetere: tamen nunquam magis inter se discordes fuerunt. Conventus Norinbergensis [1]) nihil adhuc quidem, nisi acerrima certamina habuit, de Geldria, de Brunsuicensi, et de talibus domesticis negotiis. Communis salus Europae postponitur rebus privatis. Nec suis nec Eccle-

*) Vid. epist. d. 11. Mart. 1538.

**) Ergo novem earum perierunt; nam praeter hanc nullam, certe nunc, habemus epist. hoc die et anno scriptam.

1) De comitiis Norinberg. vid. Sleidan. ad ann. 1543. p. 419.

siae periculis Principes afficiuntur. Impendent igitur fatales poenae, quas ut Deus mitiget oremus, et animos nostros confirmemus, ne propter haec pericula abiiciamus studium Ecclesiarum docendarum et fovendarum. Certum enim est Deum Ecclesiae reliquias conservaturum esse, etiamsi Imperia varie dissipabuntur. Hac de re aliquid dixi in Paulina oratiuncula, quam tibi mitto pro illa prima quam tibi ante annos duos et viginti inscripsi [2]).

Simul autem tibi commendo *Cratonem*, qui et praedicat tua beneficia cum magna gratitudine, et rogat ut nunc sibi viaticum aliunde conficias apud eos, quorum scis voluntates erga studiosos propensiores esse [3]). Offert operam Reipub. vel apud vos vel alibi. Et si poterit diutius nobiscum esse, inveniet conditionem honestam. Nam et literis ac solida doctrina praeclare institutus est, et mores sunt honestissimi. Rogo igitur, ut eius egestati opem ferri curetis, hoc difficili tempore. Nec volet oneri vobis esse deinceps, ubi iam a vobis adiutus ex his difficultatibus emerserit. Magnopere oro, ut si ego videor mediocriter servire studiis, mea causa etiam iuvari *Cratonem* cures. Tuus codex Nazianzeni est penes *Camerarium*, ut opinor. Nam Basileae habent similem, et ut audio, locupletiorem. Perspexi totum, et quanquam monumentum est dignum Bibliothecis, propter controversiam de Trinitate, tamen praeter eam causam, non multa continet διδασκαλικά. Bene et feliciter vale. Die Aequinoctii verni, 1543.

No. 2656. 12. Mart.

Ant. Musae.

Manlii farrag. p. 379 sqq.

Clarissimo viro D. Antonio Musae, pastori Ecclesiae Rochlicensis, amico suo charissimo,

S. D. Gratiam tibi habeo, doctissime et optime domine *Antoni*, quod tam amanter significasti perpetuam benevolentiam tuam, et in amicitia constantiam, maxime dignam viro docto, et in iis studiis versanti, quae nos quidem semper coluimus, et quae revera sunt virtutis studia. Vicissim autem te a me ex animo diligi statues: ac si possem reipsa declarare voluntatem meam, perficerem ut extarent illustria testimonia. Sed vides temporum difficultates. Iacemus (oppressi) [1]) variis modis nos omnes: quia signa sequuntur, (sicut ipse dixit) [2]), Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Gaudeo tamen non esse impeditam utilitatem tuam vel a Principe, vel ab Episcopo. Primum ex tuis literis intellexi, *Olsnicensem* sine consilio Principis et Episcopi a suo amico attractum esse: sed fortassis hoc ipsum tibi prodest. nam vix eodem loco sine certamine fuissetis (ne ipse quidem nunc sine certamine adest) [3]). Sed omitto haec.

De his qui ad Ecclesiasticum munus admittuntur, querela tua iustissima est. Querimur idem, sed non iuvamur a potentibus. Mihi in aula etiam calumnia insignis subeunda fuit, propterea quod rogavi ut de ordinatione ratio iniretur, ut doceri possent qui admittuntur. Monemus, hortamur, erudimus eos, quantum possumus.

De quaestione tua aliquoties cum *Luthero* disserui: et illi et mihi videtur simplicissime, ut sonat, articulus intelligendus esse: *Christum fuisse apud inferos*, excitasse multos mortuos, et erudiisse fortassis praestantes omnium gentium viros, ut Scipionem, Fabium, et similes. Tale quiddam intelligit Petrus, qui clare ait: Christum apud inferos concionatum esse. Si hoc paradoxum aliquibus videtur, nihil pugno: tecum familiariter disputo, ut tuam quoque sententiam audiam. Mitto tibi duas amicorum oratiunculas. Bene et feliciter vale, et rescribe. Die 12. Martii, 1543.

No. 2657. 12. Mart.

Bucerus ad Melanthonem.

† Ex autographo Buceri in Volumine Epistolar. Meining. ep. 143. — Quum pertineat haec epist. ad historiam eorum, quae Melanthon Coloniae gesserit, eam hic simul dandam esse putavimus.

---

2) Ann. 1520.

3) Ex Lutheri ep. ad Hessum d. d. 17. Iul. h. a. intelligitur, Cratonem se Lipsiam contulisse, honesta conditione vocatum.

1) Hoc antiqua manu adscriptum est in libro Manl. Dresd.

2) Eadem manu ibid. adscripta.

3) Eadem manu ibid. adscripta.

Cariss. et optimo viro Dom. Philippo Melanthoni, piae et bonae doctrinae assertori summo, amico et patrono cumprimis colendo et carissimo.

Wittenbergae.

S. D. Nimium contristasti quam plurimos bonos et pios viros quod non advenisti. Nec enim diu oportuisset te hic haerere, nec cuiquam fermentationi religionis adesse. Optimus senex *) ipse abhorret ab omni fermento, ut qui maxime propterea desperat adhuc, plenam posse per totam dioecesin reformationem obtineri, republ. Colon. sic adiuvante furorem ἀκλήρου Cleri. Conatur in iis locis, ubi utramque potestatem habet puram praedicationem Evangelii instituere, et congruentes cum hoc sacramentorum dispensationes, hoc est, baptismatis et Eucharistiae item catechismi scholarum, et Clericis admittere matrimonium, ut, dum verbo Dei docti homines fuerint, possit in universum de ceremoniis constituere. Audivisset tuam sententiam, scripto aliquo adiuvisses eius consilia, et rediisses. Poteras intra 10 aut 12 dies tuo hic ministerio omni defungi. Destituitur ille penitus omni suorum opera. Qui videbantur ei primum adfore, hi eum instanter oppugnant, et depositionem palam minantur. Sed haec et graviora experiri senex statuit, quam incepto desistere. In hunc diem convocati sunt huc status huius Electoratus, hac de causa deliberaturi. Dominus adsit. De ordine comitum, equitum et oppidorum bene speratur. Qui Cap.[1]) nomine abutuntur extrema tentabunt, ut me, quamlibet pacis studio infamem, eiiciant. Interim vocati brevi, ut spero, aderunt a nobis *Hedio*, ab Hessis *Pistorius*, et alii aliquorum *Sarcerius* Andernaci pulchre progreditur. Idem fecit quidam alius Kempen [2]), ubi magna hominum frequentia est. Solum coenobium [3]) veteri superstitione, quae quaestuosa eis est, timetur facturum cum adversariis. Commendate senem et pios in his regionibus domino. Nam si pervincamus, erit egregium perfugium hic religionis, et sequerentur omnino alii aliquot episcopi; nec poterit urbs Colon. Christum semper excludere. Si pax esset, iam nobis ex Belgis idonei homines adessent. Neque intra triduum pax vel induciae constituentur, dum incipient conserere manum Iuliacenses et Brabanti, ita utrinque instructi sunt. Iuveni *) multi metuunt, quod videtur volvere incerta consilia et esse idoneis ducibus non instructus. Dissipate omnia geri dicuntur. Deus avertat quod isti metuunt. Itali athei Sardanapalum Gallum inflammarunt. Hic, cuncta Gallia contremente, arma movit, et alios commovit, nec par est moli, quam suscepit in se. Imperator conabitur certiorem quam hactenus pacem sibi ab illo parare. Interim Turcis via ad nos praeclare munitur. Sed graviora peccata nostra meruerunt.

Veniunt hic tres Belgae ad vos Christi confessores; unus *Cornelius Wonterus* Gandensis et Canonicus Brugensis; alter *Georgius Cassander*, Brugensis. Hi duo admodum sunt cupidi Christi et docti. Tertius *Leodiensis* est, item Christi studiosus. Ut hos admittas ac consilio tuo iuves, praesertim priores duos, etiam atque etiam rogo. D. D. *Luthero* et aliis me rogo commendes, meum et tuum ministerium ut suis precibus adiuvent ores. Bene vale. Bonnae 12. Martii 1543.

M. Bucerus tuus.

*) Archiepiscopus Colon.

1) Capituli.

2) Kerpen?

3) *coenobium*; incertus sum an recte legerim; pessima enim Buceri est scriptura.

*) Duci Iuliacensi.

No. 2658. 15. Mart.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 131 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 107.

Clariss. et optimo viro D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noribergensi, amico cariss.

S. D. Versiculi sunt in Aiace Sophoclis, quos cogitans de Germania et de Aularum Sophistica paululum mutatos ita recitare soleo.

Ὅπου σοφισμάτων γέμουσιν οἱ ἐν τέλει
Ἔχθρας τ' ἰδίας ποιοῦσι πλείονος περὶ
Ἢ τὴν τεκοῦσαν πατρίδα ἠδὲ τὸν θεὸν
Ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ πότε
Ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν εἰς βύθον πεσεῖν.

(Ubi sophismatis abundant magistratus
Et privatam inimicitiam maioris faciunt,

Quam patriam quae peperit et Deum,
Hanc existima urbem tandem
Ex secundo cursu in profundum ruituram)*).

Meministi me saepe et queri et fremere cum viderem nostros nolle patriae auxilia promittere, nisi pactione nescio quarum rerum. Haec artificia indigna Heroico genere, unde oriantur, non libet dicere. Etsi autem ipsi sibi fata canunt, et rerum mutationes accersunt, tamen speremus Deum Ecclesiae reliquias servaturum esse, et piis studiis praebiturum hospitium alicubi terrarum. Urbes vestras spero Deo curae fore, in quibus non temere lucem Evangelii Deus spargi voluit. Principum politiae minantur ruinam. Quare forti animo et bona cum spe perferas labores, quos sustines. Hac ego spe etiam has Scholasticas operas facere pergo, et me in aulam non vocari gaudeo, cui scio meam Philosophiam invisam esse. Sed haec omitto. Non solum Imperia labant, sed etiam haec rerum natura in hac mundi senecta, quasi defessa languidior est *καὶ συστενάζει τῇ ἐκκλησίᾳ*, metuo accessuram famem ad bella. Oremus Deum, ut mala publica mitiget.

Ioachimum Leucopetreum iussi ad te scribere. *Hieronymum Schreiber* tibi commendo, de quo tardius nos petiisse magnopere doleo. Certe melius in huius ingenium collocatum fuisset publicum beneficium. Mitto tibi duas breves conciunculas. Bene vale. die XV. Martii **).

† Philippus Melanthon."

*) Versio editoris.

** Alia manus adscripsit: 1547., sed scripta est anno 1543.

No. 2659. 16. Mart.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 173 sqq. Responsum Theodori vide d. 31. Mart.

Vito Theodoro.

S. D. Optarim equidem *Hieronymo Schreiber* fortunam fuisse aequiorem in alterutro negocio; Sed pudor ei obstitit, et nunc ea moderatione fert utrumque casum, ut gravitate animi ipsius delecter. *καὶ ὁρῶ ἐν φύσει αὐτοῦ φιλοσοφίαν τινα ὑπάρχειν*, ut de Isocrate apud Platonem dicitur. Si quae autem erit Resp. non deerit honestus ei locus, Ac spero, Deum reliquias Ecclesiae et studiorum servaturum esse alicubi, etiamsi Heroum filii non defendent Germaniam.

Saepe nunc mihi in mentem venit, divino consilio praecipue in Urbibus et *ἀριστοκρατίαις* vestris accensam esse piae doctrinae lucem, quia ibi deinceps futura sint doctrinae et Ecclesiarum hospitia Principum imperiis impendent fatalis mutationes. Haec cum vaticinor, furere me dicunt multi, cum quidem non, ut vates sua illa *μαντικῇ*, haec dicam, sed ut Philosophus ex moribus ratiociner. Quanta est neglectio rerum divinarum? quantum mali, quod praetextu religionis tam multae cupiditates defenduntur? quantae Tyrannides? Sed omitto haec.

Mitto tibi duas Conciunculas*), quarum lectionem tibi iucundam fore spero. Nec desinam, facere has Scholasticas operas, donec mihi Deus aliquem nidulum concedet, in quo erunt literarii coetus. Nec eo frangor animo, quod non prospicio, ubi sit Ecclesiae certa sedes mansura. Scio a Daniele dici Ecclesiam, dispersionem inde usque a sua aetate, ad finem huius mundi. Sed tamen mansuras esse reliquias certum est. Quare non abiiciamus haec studia Ecclesiae necessaria.

Explicationem de Baptismo tibi mitto, de qua statues, ut videbitur. Fortassis enim habent alii aptiora. Haec tamen vera sunt, et non pariunt offensiones. *Ioachimus Leucopetraeus* brevi iter ingredietur. Iussi eum ad vos scribere.

De *Gerardo* Granveli familiari **), scripsi tibi nuper, me scire cupere, an sic istic. Venetis rescribemus. Sed profecto hactenus aliae me operae impedierunt, et eo magis contatus sum, quia ibi fit mentio controversiae de Coena Domini, quam si attinget *Lutherus*, erunt nova certamina. † Scis enim uti formis verborum physicis, quae sunt ignota primae Ecclesiae. Et fit in literis mentio mei *παραστάτου* (*Buceri*), quem ipse *διαιτητὴν* ferre nullo modo potest, eoque, ut in contentione durius postea respondet, quod nollem.

*) De Paulo et Polycarpo. Vid. ep. Myconii d. 26. Mart.

**) De eo vid. narrationem Mel. de libro Ratisbon. supra (d. 23. Iul.) 1541.

Et moveor veris causis."*) Bene vale. Die 16. Martii 1543.

Philippus Melanthon.

No. 2660. (16. Mart.)

Eidem.

Mel. Consil. lat. edit. a Pezelio, P. I. p. 524 sqq. — Apographon in cod. Goth. 402. p. 65.

De Baptismo Iohannis Baptistae, et Apostolorum. Ad Vitum Theodorum, Anno 1543. *Philip. Melanth.*

Etiamsi diverso modo significant baptismus Iohannis, et baptismus Apostolorum: Tamen et res easdem significant, et sunt efficaces ambo ad salutem recte credenti. Iudico etiam fuisse eximium opus Dei, inchoationem baptismi, quam [1]) Deus a Iohanne fieri voluit, qui missus est, ut esset huius novae Ecclesiae quasi praeparator. Nec de eius ceremonia [2]) sentiendum est, tanquam de traditione humana, aut ritu otioso, tantum significante novam professionem coram hominibus, sicut initio scripsit *Cinglius.*

Reiicio etiam imaginationem eorum, qui dicunt, Iohannis baptismum significasse quidem poenitentiam, sed non remissionem peccatorum, nec profuisse ad salutem [3]). Ac diligenter de hac re cogitavi. Quid est praedicatio poenitentiae sine remissione? Talis poenitentia esset poenitentia sine invocatione Dei, et res Ethnica. Imo talis praedicatio tantum esset mortis, irae et blasphemiarum ministerium. Item Iohannes aperte dicit de remissione peccatorum: *Hic est agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Et qui credit in filium, habet vitam aeternam.* Quin et textus ipse in Actis c. 19. dicit: *Ut crederent in Christum venturum.* Et quanquam baptismus poenitentiae vocatur: Tamen non divellenda et remissio.

Quod vero Iohannes discernit se baptizantem et Christum, personae discernuntur. Unus est donator vitae aeternae, filius baptizans spiritu et igne, id est, iudicans et salvans. Sed caeteri omnes, Iohannes et Apostoli sunt ministri verbi, per quos Dominus est efficax.

Neque vero hoc dici debet, quod aliqui dicunt: Iohannis baptismum non fuisse integrum, quia non docuerit de Spiritu sancto: Imo clare dicit, Christum esse baptizaturum Spiritu sancto. Tradidit et doctrinam totam de patre, filio, et Spiritu sancto, cuius illustrem patefactionem vidit cum [4]) Christus baptizaretur.

Si quis contendit, baptismum Iohannis tantum fuisse ceremoniam significantem poenitentiam, et non remissionem, nec profuisse, et somniat tantum, Iohannis doctrinam fuisse quandam disciplinam humanam, certe non recte sentit de tanto ministerio, et tanta vocatione. Meministi ineptias Erasmi, qui scribit Iohannem concessisse bellum, quia imperfectis praedicarit: Christum postea perfectiorem legem dedisse, de non bellando. Sic de Iohannis vocatione et ministerio sentire insulsissimum est.

Retineamus ergo hanc sententiam: *Iohannis baptismo significatam esse poenitentiam, et remissionem,* † *et credentes veri consecutos esse*"; *ac si quis sic decessit ante praedicationem Christi, eum haud dubie haeredem fuisse vitae aeternae.*

Cur igitur Paulus baptizat eos qui † *antea*" *a Iohanne baptizati fuerunt?* Respondeo. Non dicit hoc textus. Sed si quis omnino hoc factum fuisse contendat, is hoc etiam cogitet, factum id fuisse propter multos novos articulos fidei. Res easdem significant hi baptismi, sed dissimili modo. Ut igitur de modo emendaretur error, tales ab Apostolis baptizandi fuerunt. Baptismus Iohannis fuit testimonium venturi Domini. Sed baptismus Apostolorum est testimonium Christi exhibiti, crucifixi, resuscitati, regnantis, inchoantis vitam aeternam donato Spiritu sancto.

Haec omnia isti minus explicare [5]) adhuc norant [6]): Adhuc expectabant multi, Messiam daturum imperia Iudaeis, dominaturum inter gentes, partiturum provincias. Est autem ministerii pars praecipua, doctrina, in qua cum res quaedam

*) Haec a Sauberto praetermissa edidit Strobel in Miscell. I. p. 169. recusa in d. Beitr. zur Litt. I. p. 89.

1) Cod. *quem.*

2) Cod. *ceremoniis.*

3) *ad salutem* desunt in cod.

4) Cod. *esse baptizatum cum spiritu sancto patefacto, cum.*

5) Cod. *explicate.*

6) Cod. *erant.*

essent patefactae, quae prius non fuerant patefactae, symbolum accessit, quod comitari doctrinam debet. Nec damnatur prior baptismus, ut Anabaptistae nunc damnant infantum baptismum, sed confirmatur emendato [7]) errore. Nunc enim testantur Apostoli, recte factum esse, quod isti a Iohanne baptizati sunt, et quod ei crediderunt, et praedictam a Iohanne salutem, testantur iam exhibitam esse. Sed si isti nunc manerent in pristina opinione, adhuc expectandum esse Messiam, polluerent baptismum priorem huius erroris labe, qua etiam amitterent donatam reconciliationem, si nollent assentiri novae praedicationi Apostolorum. Ergo ut intelligant vere exhibitam esse salutem, accipiunt cum baptismo, etiam manifesta dona Spiritus sancti, ut intelligant Messiam inchoasse novum et aeternum regnum, et deponant imaginationes de imperio politico. Antea fide venturi Domini credebant sibi remissa peccata. Nunc agnoscunt ex manifestis donis Spiritus sancti datam esse remissionem peccatorum. Hanc iudico simplicissimam esse explicationem. Disserebam heri et cum *Luthero* de hac re, qui nolebat dici rebaptizationem: Et dicebat, utroque baptismo fuisse utendum propter diversos articulos, scilicet de venturo, et exhibito Christo. Vitabis tu quoque odiosum nomen rebaptizationis.

Etsi locus Actor. 19. *prima specie prae se ferre videtur, quasi Paulus viros illos* 12. *in Iohannis baptisma prius baptizatos, denuo baptizarit: tamen expeditiss. ratio explicandi hunc locum est, si Syntaxis Graeca observetur, quae in Latina versione paulo est obscurior, ubi (his auditis) ponitur pro ἀκούσαντες, id est, audientes: et quae verba Pauli sunt, eo referuntur quasi Evangelistae verba essent. Sententia autem vera haec est: Dixit Paulus: Iohannes quidem baptizavit baptismo poenitentiae, dicens populo ut in eum qui veniebat post ipsum crederent, hoc est, in Iesum Christum. Qui vero illud audiverunt, baptizati sunt in nomen Domini Iesu (a Iohanne scilicet) postea sequitur historiae continuatio verbis Evangelistae expressa.*

7) Cod. Goth. *damnato.*

No. 2661. 19. Mart.

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 39 b. ep. 53. descripta mihi a Cl. Gersdorfio.

Georgio Spalatino.

S. D. Mitto tibi duas conciunculas*), quarum lectionem tibi non insuavem fore spero. Ego etsi video impendere magnas rerum humanarum mutationes, tamen haec studia non abiicienda esse censeo. Mansura est enim Ecclesia Dei, hac nos spe, optime et cariss. D. *Spalatine*, sustentemus. Imo et indiciis mansurae Ecclesiae consolemur nos adversus Sycophantias, quae nulla aetate non exercuerunt occupatos publicis negotiis. Mitto et brevem responsionem de *contractibus*. Nam integre res non potest explicari sine longa disputatione, et certe sacco distinctionum opus habet, de quo interdum iocari soles. De habitatione vide textum in secundo libro Institutionum titulo quinto, videlicet de usu et habitatione, ubi dicitur: permisimus non solum in ea degere, sed etiam aliis locare. Et Iurisconsulti dicunt, habitationem in ea parte similem esse usufructui. Sed si tibi non satisfacio, Lycurgos quaerito. Commendo tibi civem vestrum *Christophorum Hofman*, comperi enim studiosum esse. Bene vale. die 19. Martii 1543.

Phil. Mel.

Eccium scis mortuum esse**). *Venetiis* quatuor concionatores pure docent Evangelium satis libere.

No. 2662. 20. Mart.

P. Medmanno.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Viro optimo, D. Petro Medmanno, Coloniae Agrippinae, amico suo carissimo.

S. D. Epistolam ad te misi per eos, qui Francofordiam proficiscuntur, quam reddi tibi optarim. Scribo rarius non aliam ob causam, nisi

*) De Paulo et Polycarpo. Vid. ep. Mycon. d. 26. Mart. h. a.
**) d. 10. Febr. 1543. Vid. supra ep. ad Camerar. exeunte Febr.

quia scio, Scholasticorum literas a mercatoribus negligentissime curari. O duram militiam nostri ordinis, quae cum praecipua vitae bona tueatur, tamen non solum contemnitur, sed etiam in odio est Centauris et foeneratoribus. Sed ferenda sunt haec ἀναγκαῖα κακά, et forti animo fero. Academia nostra, Dei beneficio, adhuc tranquilla est. De te saepe loquimur, et precamur, ut instaurationi Ecclesiarum vestrarum Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi adsit.

Hunc Magistrum *Lovaniensem Martinum* tibi commendo. Diu fuit auditor noster, et est integer. Cupit servire alicui Ecclesiae apud vos. Quare curetis[1]) eius rationem haberi.

Mitto tibi duas conciunculas, quarum lectionem tibi non insuavem fore arbitror. Imperties et seni nostro Nestori *Caesario.* Tuas literas avidissime expecto, vel te ipsum potius. Belgici belli furias etiam Deus aeternus pacis autor opprimat. Sed sunt fatales poenae, quas tamen ut mitiget Deus oremus. Quaeso ut hunc Magistrum Lovaniensem serio a me commendatum tibi esse ducas. Bene vale. 20. Martii.

Philippus.

No. 2663. 23. Mart.

Io. Lango.

† Ex apographo in cod. Goth. 399. p. 169 b.

Clarissimo viro, virtute et eruditione praestanti, D. Iohanni Lango, Doctori Theol., amico suo veteri et carissimo,

S. D. Clarissime D. Doctor et amice carissime. Si non possumus omnes contumelias nominis divini reprimere aut delere, tamen pugnemus nos semimortui ac laceri, ut latro conversus in cruce refutabat blasphemiam. Hunc cultum Deo praestemus, ut eius notitiam ac reverentiam aliquorum mentibus instillemus. Quare et voluntatem tuam et sententias disputationis probo. Infaustae sunt contumeliae Dei, falsa dogmata periuria et ortae ex quadam teterrima levitate execrationes, quae nullis sunt usitatiores, quam iis, qui dicuntur christiani. O rem tristem! Nec dubito, multas publicas calamitates accersi illis ipsis execrationibus. Accidunt enim impiis, quae sibi ipsis imprecantur. Haec vellem de poenis addi in recudendo, amplissime dici possunt de praecepto secundo: *non habebit Deus insontem eum, qui usurpat nomen Dei vane.* Ostendissem D. *Luthero* tuas propositiones*), nisi nuncius festinasset. Et nunc quia aderat *Marchio Albertus, Casimiri* filius (*der Schelm*) **) non potui cum eo de hac re loqui. Bene et feliciter vale. Die quo celebratur memoria mirandi agonis filii Dei, in quo sustinens iram Dei adversus nostra peccata sanguinem sudavit et pro nobis precatus est, inquiens: *pater, sanctifica eos in veritate tua.* O Iesu Christe, fili Dei vivi, exsuscita in cordibus nostris agnitionem tanti tui beneficii, et nos rege. Amen. Salutem opto toti familiae D. *Sturciadae.* Libellos recentes mitto duos, quos dono tibi.

Ph. M.

No. 2664. 24. Mart.

Cruciger ad Scholasticos.

Scripta publ. Acad. Witeb. T. I. p. 69.

Rector Academiae D. Caspar Cruciger Theologiae Doctor.

Semper Ecclesia Dei doctrinam tenuit de victima, qua ira Dei placatur. Nam hac ipsa voce condita est Ecclesia, nec alio modo accendi fides et invocatio possunt, nisi huius immensi muneris cogitatione. Fuerunt igitur inde usque ab initio mense verno veri Pascatis imagines et ceremoniae. Certum est enim mactatione agni significatam esse mortem Christi, manducatione vero significatam beneficii applicationem. Ac multi existimant, eodem anni tempore immolatam esse Isaac. Arbitrantur et Abel eodem anni tempore interfectum esse. Tandem filius Dei perspicuis testimoniis mundo exhibitus, sacrificium suum fecit, in quo simul et iram Dei adversus nostram immundiciem et immensam misericordiam erga genus humanum

---

1) *curetis* scripsi pro *curatis.* Fortasse rectius etiam: *curabitis.*

*) Videtur esse *Io. Langii* „de impiis iuramentis disputatio." Erf. 1543.

**) Est Albertus cognomine Achilleus. Additamentum *der Schelm* (quia uncis inclusum est), videtur profectum esse ab eo, qui epist. hanc descripsit.

conspicimus. Et quidem ferunt scriptores veteres, Christum crucifixum esse die 25. Martii, quo creatum et Adam et Christum conceptum esse traditur.

Hodie hic annus celebrat resurrectionis festum. Ac tempora nos de huius admirandi beneficii magnitudine admoneant. Adiungamus nostra vota et gratam praedicationem ad omnium temporum Ecclesiam, imo ad coetum, qui iam coram agit gratias filio Dei in coelo. et modestia nostra ostendamus, nos affici rebus tantis, et versari in earum meditatione.

Mandamus etiam, ut cras singuli scholastici offerant sua munera ad aram, ut declarent suum studium erga ministros Evangelii. Videtis quae sint tempora! Cogitemus magnum Dei beneficium esse, in pace convenire pios coetus ad audiendam Evangelii vocem. Quantus luctus est piorum, ubi Turcica arma impediunt congressus, concionem, disciplinam? Quare ut diu nobis concedat tranquillitatem Deus, referamus eam ad gloriam Dei, non abutamur ea. Ac de scholis quidem hoc vere dici potest, singulare Dei beneficium esse, quod aliquantisper in Germania quaedam literarum domicilia tranquilla fuerunt, quorum tranquillitas ut sit diuturna, faciat filius Dei suae Ecclesiae custos et defensor. Pridie Pascatos. Anno 1543.

No. 2665. 26. Mart.

H. Baumgartnero.

† Ex apographo Melanthonis in cod. Monac. I. p. 272.

Clariss. et optimo viro, D. Hieron. Bomgartnero, Senatori Noribergensi, amico suo cariss.

S. D. Proximas literas dedi scholastico, qui in oppido quodam vestro natus est, quas scire cupio an acceperis. Nunc tibi commendo *Ioachimum* λευκοπετραῖον *), modestum et eruditum iuvenem. Scio vos mores et ingenium probaturos esse; sed aetatem maiorem fortasse civitas desiderabit. Sed, mihi crede, sarcit id quod requiritis gravitate et moderatione animi. *Ante annos animumque gerit curamque virilem.* Ita multi evocantur ex schola, ut non habeamus grandes natu multos, qui labores praesertim scholasticos appetant.

Deum oro, ut et rempublicam vestram et ecclesias vestras et te, quem non dubito ecclesiae Dei κοινωνὸν esse, servet ac regat. Bene vale. Postridie Pascatos.

Philippus Melanthon.

*) i. e. ex oppido Weissenfels. Vid. de eo ep. ad Theodor. d. 16. Mart. et d. 26. Mart.

No. 2666. 26. Mart.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 175 sq.

Vito Theodoro.

Quod faustum et felix sit, Cariss. *Vite*, venit ad vos *Ioachimus* λευκοπετραῖος, cuius ingenium, eruditionem, et modestiam non dubito vos probaturos esse. Aetatem fortassis requiretis maiorem. Sed sarcit hoc, quod desideratis, moderatione morum. Tu etiam reges eius consilia. Et ut in Graeco Proverbio dicitur πόλις ἄνδρα διδάσκει, multa eum ipse Urbis vestrae conspectus monebit. Vellem equidem, eum esse excitatiorem. Sed id quoque res, tempus, Urbs consuetudo amicorum adferent. De caeteris rebus ante octiduum scripsi, ac tuas iam literas expecto. Hunc *Ioachimum* tibi commendo, si qua erit occasio de mensa eius cogitabitis. Nam ignarus Urbis vestrae certe habet opus προξένῳ aliquo. Et te suscipere aliquam molestiam in hoc genere, in iuvandis studiosis tempora cogunt, ut vides.

Tueamur has literarum reliquias, quantum Deus concedit. Hodie cum lectio Evangelica recitaretur, venit mihi in mentem postremae Senectae mundi; cum dicunt duo viatores, Mane nobiscum, Domine, quia dies inclinatur. Nunc eam vocem sonat Ecclesia, tenebrae impendent, clamemus igitur, mane nobiscum χρίστε, et serva reliquias. Et haec geruntur in vico, qui nomen habet a populi arce, id est in Ecclesia. Bene vale. Postridie Paschatos.

Philippus Melanthon.

No. 2667. 26. Mart.

Myconius ad Melanthonem.

† Ex apographo in cod. Goth. 190. p. 105.

Clarissimo et vere pio viro, D. Philippo Melanthoni, verae Philosophiae doctori praeceptori suo reverendo.

Gratiam et pacem a Deo patre nostro et domino etc. Accepi binas literas tuas, suavissime et ornatissime D. *Philippe*, simul et *orationes* duas *Polycarpo* et *Paulo* converso, quae etiam tuae sunt. Non credis, quam reficiant me talia scripta tua. Hic meus morbus, ut abstulit mihi vitam in aliis rebus mundi, quas Iohannes concupiscentiam vocat, concupiscentiam carnis aut concupiscentiam oculorum, aut superbiam vitae, ita hac parte vitae, quae vera vita est, adeo mihi nihil abstulit, ut nunc me vere vivere sentiam et nunc demum vere vivo et regno, ubi is, qui foris est homo meus corrumpitur, interior ille vero renovatur de die in diem, id est, semper magis magisque intelligit, quid sit scire Christum, quid habere, quid in illo habere illuminatos oculos et contemplari semper magnitudinem longitudinem et latitudinem et sublimitatem bonitatis Dei in Christo super nos. Omne gaudium meum est videre et admirari, quomodo super fundamentum hoc, quo nemo potest alius ponere aliud, pulcherrime superstructis aurum, argentum, gemmas, et igne verbi quem misit dominus Iesus exuritis foenum, stipulam, lingua et stramina, quae etiam sancti bona, ut vocant, intentione superaedificant.

Si me, mi ornatissime D. *Philippe*, diutius hic detinere vultis, nolite desinere frequenter ad me scribere. Scriptura, sacra evangelia, psalmi, commentarii vestri iam sunt mihi cibi et fomenta etiam huius corporalis vitae meae. Reliqua medicamina dolores mihi et tristitias relinquunt; haec sola corroborant, sanant, vivificant et restituunt, et intelligo, cur Paulus toties Christi doctrinam *sanam* vocet. Et Christus vocatur medicus male habentium. Vere, ut ais in literis tuis, mi *Philippe*, haec sunt gaudia nostra, corona et gloria nostra coniunctio societatis sanctorum inter se et omnium cum Christo.

Inter omnes ministros scholae et ecclesiae, quos hodie convivas habui, deinde inter nos et Senatum, imo et totam ecclesiam, pulcherrime convenit, et summum gaudium est, ambulare nos in domo domini cum consensu et habitare in unum. Ego illis adhuc interpretor Evangelia Sabbatis diebus, et semper crescit auditorum [numerus], mihi vero vox decrescit, si tamen voces sunt, qui hisco et nutibus loquor.

Habui nuper conventum. Centum et decem pastores vicinarum ecclesiarum adfuerunt, Doctor *Langius*, D. *Ioachimus Maurus*, Pastor etiam Vinariensis, et omnes huius ditionis concionatores, frequens etiam numerus eruditae iuventutis scholae nostrae. Abrogavimus elevationem corporis et sanguinis coenae domini, partem etiam aliquam vestitus papistici. Putabant enim in hac parte Thuringiae has res, cum institutione Christi pugnantes, facilius abrogari posse me adhuc vivo et superstite, quam forte defuncto. Adhortatus sum omnes, si olim beati servi esse voluerint, si coronam accipere, ut nunc studeant fideles, strenui, fortes et seduli esse in officio, et ut sanam doctrinam etiam integritate et gravitate morum exornent, et ut summo studio curarent doctrinam a *Luthero*, *Melanthone* et aliis paucis tanto sudore et labore nobis ex tenebris restitutam, servarent et studiosissime promoverent ad posteros, nil declinarent a regia via domini vel ad dextram vel sinistram.

Menius noster adhuc est *Mulhusii*, isthic mansurus usque dum imperium perveniat ad principem *Mauricium*. Nunc enim *Hessus* illic dominatur, et *Lenones Leningi* ac alii quidam factiosi haud dubie turbaturi essent miseram ecclesiam istic vix plumatam, si ille nunc abstraheretur. Senatus*) urbis totus in eo est studio, ut impetrent a principe nostro. ut apud eos perpetuo maneat, quod certe nollem fieri. Ille enim solus qui ad Visurgim propugnat nostra castra, ne *Lenonum* et *Dionisorum* vesania nostris noceat.

De ludimagistro, quem eo misistis, ita ad me scribit: „gubernator ludi nostri ita mihi placet, ut optarim eius mihi consuetudinem esse perpetuam posse; est enim doctissimus graecae et latinae, et moribus gravissimis praeditus; si omnino sit mihi hic diutius haerendum, facerem id eo libentius propter eius consuetudinem. Resumpsi quam olim e manibus deposueram, graecam gram-

*) Cod. *Si eius*, quod haud dubie error est.

maticam, et Xenophontem illo interpretante audio." Haec *Menius*.

Sevium accersivi a *Cruceburgo*, qui scribit se statim venturum ad me. Faciam quae videro esse utile ecclesiae Christi. Nam Thraso ille cum suis gnathonibus *) et manipulo furum, contra pugnat, insignes veteratores sunt, et digni quibus contingat, quod contigit *Calensibus*, qui ferre non potuerunt *Philippum Rubrum* **) et nunc coguntur ferre *Naogeorgum*, hominem morosissimum, imo ipsam morositatem. Also gehoert sich's. Sed metuo si eum abstrahitis, quod exemplum valde nocebit. Nosti studia nobilitatis. Vale. Caetera alias. Saluta reverenter patrem nostrum *Lutherum*. D. *Crucigerus* ist faul, schreibt mir nichts, etiamsi ei scribo. Tu ora, ut salvus sit etiamsi piger. Datae Gothae 1543. 2ª Pascae.

Fridericus Myconius.

No. 2668. 28. Mart.

Nic. Medlero.

E codice Bavari Vol. II. p. 323. edita a Ballenstadtio II. ep. 1. et a Zscheichselio in den Unsch. Nachr. ann. 1739. p. 271., repetita a Danzio ep. 16., nunc e codice Bav. denuo et accurate descripta.

Nicolao Medlero

S. D. Magno cum dolore legi eas epistolas, quas Magistro *Georgio* misisti. Nam maxime optandum est, ut et voluntates docentium Evangelium, et Ecclesiarum inter se sint coniunctissimae, praesertim cum tantum sit inter principes dissidiorum, qui debebant esse publicae concordiae duces et auctores. Adhortor igitur te ac obtestor, ut tua dissimulatione seu silentio potius obruas illam offensionem [1]). Ars quaedam est et philosophia non vulgaris, lenire tales impetus tacendo. Hanc ego non raro exerceo, habeoque in ore illud *Cornelii Celsi* de morbis corporis scriptum, quod ad πάθη πολιτικά transfero; *multi magni morbi curantur abstinentia et quiete.* Si non possumus obtinere rectissima, at [2]) in munere evangelico quod proprium et praecipuum est teneamus: Doceamus utilia. Id cum facias, scito te praeclare mereri de ecclesia, etiamsi plura efficere non potes. Civitas *Brunswiga* nominatim te, expetit, ad se mitti, ut tibi munus superattendentis commendet. Etsi autem nollem, te a tua ecclesia facile discedere, tamen hoc indicandum tibi esse duxi, ut significares mihi tuam voluntatem. Nusquam sine agonibus et sine cruce sonabimus evangelium. Hodie mane accepi tristissimas literas a principe quodam [3]), odio ubique plurimum est miseriarum. Feramus igitur nostras difficultates sapienter. Bene vale. Die 28. Martii 1543.

Phil. Melanthon.

*) Videtur esse praefectus Creutzburgensis, Georgius ab Harstall. Vid. Lutheri ep. ad Menium d. d. 8. Maii (apud de Wett. T. V. p. 558 sq.)

**) Non *Rubrum* sed *Fabrum* Myconius scripsisse videtur.

1) Sine dubio est illa contentio, quam Medlerus habuit illo tempore cum Amsdorfio, episcopo, de qua vid. epist. Lutheri ad Amsdorfium d. d. 13. Ian. h. a. (apud de Wett. V. p. 531.) et ad eundem d. 6. Apr. (ib. p. 555.)

2) Zscheichs. et cum eo Danzius mendose: *certissima*, *ut*.

3) Fortasse loquitur de Philippo Landgravio. Vid. seq. epist.

No. 2669. 28. Mart.

Philippo Landgravio.

Edita in Monumentis Hassiacis T. III. p. 302 sq. Contuli apographon ab autographo Mel. in tabulario Cassel. factum.

Dem Durchleuchten hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Philipps, Landgraven zu Hessen, Graven zu CatzenElnbogen, Ziegenhain, Dietz und Nida, meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum zuvor. Durchleuchter, hochgeborner, gnädiger Fürst und Herr. E. F. G. will ich kurz und klar berichten, daß in diesem Jahr nichts allhie in Truck geben worden oder geschrieben von der Sach, da E. F. G. von schreiben. Daß aber jetzund etwas an E. f. G. gelanget, acht ich komm von dem Fürhaben her, so im vergangenen Jahr im Januario sich zugetragen *), welches durch den Churfürsten zu Sachsen, meinen gnädigsten Herrn, verhindert worden, und davon hernach E. f. G. mit Doctore Martino selb allhie geredt haben. Es ist auch zur selbigen Zeit das Werk nit vollendet, auch hernach nit weiter daran geschrieben **). Von den

*) Vid. epistola Melanthonis ad Landgravium d. 5. April. 1542.

**) Initium huius scripti servatum est, et legitur hoc fragmentum libelli adversus Neobulum in Opp. Luth. Halens.

Zettel, so E. F. G. beigelegt, hab ich nit erfahren können, wenn sie geschrieben, oder vielleicht ohne Schrift aus Doctoris Martini Reden uffgezwazt[1]) ist. Ich acht aber, daß sie auch erstlich als *Neobuli*[2]) Buch ausgangen*), und sehr viel fürwitzer Leut dem Doctor Martino die Ohren mit gerieben haben, und viel gefraget, zur selbigen Zeit geredt oder geschrieben sey, und siehet mich an, als sey sie zu Freiberg in Meißen erstlich auskommen, doch sehen E. f. G. etlich Wort darinnen dadurch sie gelindert, nämlich daß man nit ein Recht, das ist ein öffentlich gemein Gesetz daraus machen soll.

Ich habe auch nie gemerkt, nachdem im vorigen Jahr im Januario der Truck abgeschafft, daß Doctor Martinus je von dieser Sach zu schreiben gedacht hätt, sondern er ist dieses Jahr viel mit der Materien wider die Juden umgangen, und schreibet jetzund das dritt Buch von Juden, und nichts anders.

Ich will auch weiter E. f. G. nit bergen, daß ich eben heut 4 Wochen vom Churfürsten zu Sachsen Schrift empfangen, darinne s. c. f. G. mir etlich E. f. G. Schwester Schriften[3]) sampt diesen Zettel, die in Doctoris Martini Namen umgetragen ist, zugeschickt. Nun schreibe E. f. G. Schwester auch diese Meinung, es gelanget an sie, daß Doctor Martinus etwas in Truck geben. Daruff hat mir der Churfürst zu Sachsen, mein gnädigster Herr, befohlen, mich mit Fleiß zu erkunden, und S. F. G. zu berichten; denn S. c. f. G. sähen nit für gut an, daß diese Sach in eine öffentliche Disputation geführet werde. Auf dieses S. c. F. G. Schreiben hab ich gleich also geantwortet, wie ich E. F. G. jetzund im Anfang dieses Briefs geschrieben, und ist also, daß nichts im Truck ist, sondern diese Reden kommen vielleicht von etlichen, die erst von dem Fürhaben hören sagen, welches im Januario des vergangenen Jahres sich zugetragen.

Ich hab auch noch allezeit gemerkt, daß der Churfürst zu Sachsen nit gern wölle, daß wider E. f. G. etwas von Jemand geschrieben werde, und ist s. c. f. G. und vielen andern beschwerlich, daß etliche in Meißen, und besonder zu Leibtzik, so viel höhnischer Reden davon treiben und zum Theil mit Schriften ausbreiten, die solches[4]) nicht als sehr E. f. G. zu Hohn als aus Haß gegen der reinen christlichen Lehr thuen, meinen damit, uns arme, so von christlicher Lehr reden, in Verachtung und Haß zu bringen. Ich laß aber solche Reden fürüber gehen mit Gedult, und bitt E. f. G. wollen auch Gedult haben, und solche Reden nit noch mehr erregen mit andern Ausschreiben. Denn so wir wahre Diener Gottes sind, und die Lehr des Evangelii recht ist, wie ich nit zweifel, so ist gewißlich der Teufel uns sehr feind, und treibet böse Leut, daß sie uns allen sehr feind sind, und suchen alles, damit sie uns mögen zu nichten machen.

Es ist noch nit lang, da sprach ein großer Doctor zu mir, er wölle erleben, daß alle die Herrn und Lehrer, so jetzo dem Evangelio anhängig und geehret werden, die verachtesten Leut seyn würden, so auf Erden seyn möchten. Diese Rede zeiget sehr einen großen bittern Haß an. Aber ich will dieses und ander Elend, das wir tragen, dem ewigen Gott Vater unsers Heilands Christi befehlen. Es sollten aber wir selbst einander deß treuer und tröstlicher seyn, Aber Christenheit muß in Elend und Anfechtung seyn, dagegen wüthet die Welt, die in Verachtung Gottes lebet, mit allerlei Muthwillen, bis die Strafen kommen, die wahrlich jetzund schrecklich vor Augen sind.

Daß der ewige Gott E. f. G. Kanzlern Herrn Johann Feygen, den weisen und ehrlichen Mann aus diesem Elend in das ewige Leben erfordert, wiewohl er nun in ewiger Ruhe[5]) ist, so ist doch solcher Tod zu klagen, daß ein solcher nutzer Mann aus der Regierung weg ist, und man siehet, wie wenig tüchtiger Leut in allen Landen zu finden. Der ewige Gott wölle tüchtige und glückselige Personen geben.

Ich sende E. f. G. das ander Buch von den Juden*), das Doctor Martinus jetzund ganz neuerlich

---

1) In Mon. Hass. aufgezwagt. Est quod nunc dicimus: aufgefangen.

2) Mon. Hass. *Neobrili*, mendose.

*) „*Huldarici Neobuli* liber de digamia" scriptus est a Mart. Bucero in gratiam Landgravii. Vid. ea de re Seckendorf. in hist. Lutheranismi III. p. 281., qui inter alia haec: „Illo „(libro Neobuli) viso vehementer exarsit Lutherus. Aegre „vero retineri se passus est, ne librum publice refutaret; „ferunt etiam folium quoddam iam scriptum et typis excu„sum, sed continuationem intercessione Melanchthonis im„peditam fuisse. Renovatus est tamen rumor post bien„nium, quasi tractatum de illa materia meditaretur Luthe„rus, sed Elector viduae Rochlitzianae [sorori Landgravii] „ea de re quaerenti d. 2. Mart. 1543. respondit, post dili„gentem inquisitionem nihil explorari potuisse." — Scripsit haec Seckendorfius ad annum 1540., ubi autem Menii tractatus nondum scriptus erat.

3) Mon. Hass.: Schrift.

4) Alterum apogr.: da solche.

5) Alt. apogr. im ewigen Reiche.

*) Scripsit Lutherus a. 1543.: „Von den Juden und ihren Lügen", qui liber bis illo anno prodiit. Item: „Vom Schemhamphoras und Geschlecht Christi Matthäi am 1. Kapitel".

hat lassen ausgehen, damit E. F. G. sehen, was jetzund seine Arbeit ist. Ich bitt den ewigen Gott Vater unsers Herrn Jesu Christi, er wölle E. f. G. regieren und erhalten zu seinem Lob und zu E. f. G. Seligkeit und vieler Christen Schutz und Trost. E. F. G. in Unterthänigkeit zu dienen bin ich willig. Dat. Witeberg 28. Martii 1543.

E. f. G.

unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 2670. 29. Mart.

Senatui Solisbacensi.

Ex msto edita in: Fortges. Samml. von alt. u. neuen theol. Sach. Jahrg. 1729. p. 190.

Den Ehrbarn, Weisen und Fornehmen Bürgermeistern und Rath zu Sulzbach in Bayern, meinen günstigen Herren.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn, Jesum Chr., unsern Heiland zuvor. Ehrbare, Weise, günstige Herren, wiewohl ich Euer Weisheit unbekannt bin, so hab ich doch nicht Zweifel, Ew. Weisheit, als die verständig, können achten, daß ich in diesem Beruff und dieser Vocation von der jungen Leute studiis mich erkunden muß. Nun bericht mich Georgius Staudner *) von Sulzbach, daß ihn E. W. günstiglich vertröstet, ihm zum studio eine jährliche Hülfe zu thun, damit er mit der Zeit seinem Vaterlande ehrlich, und in löblichen Ständen zu Gottes Lob dienen möcht. Dieweil ich denn befinde, daß bemeldeter Georgius sehr guter Geschicklichkeit und Sitten ist, hab ich ihn E. W. bedacht zu commendiren, und bitte, E. W. wolle ihn den Ihren günstiglich lassen befohlen seyn. Ich will auch dabei E. W. nicht bergen, daß er sich von wegen Armuth eine Zeitlang außer der Universität gen Halle in Sachsen zu Dienst begeben, doch der Meinung, sobald ihm müglich, durch E. W. Hülff oder sonst sich wiederum in die Universität zu verfügen. Damit er nun im studio möcht fortfahren, bitt ich E. W. wolle sich gegen ihn mit gunstiger Hülfe erzeigen, und dieses sein Fürnehmen, daß er sich eine Zeitlang außer der Universität zu Dienst begeben, nicht unfreundlich verstehen, sondern seine Nothdurft betrachten, und dagegen ihm wiederum zum studio in die Universität zu kommen Förderung beweisen, das wird Gott belohnen, wie der Herr Christus spricht, wer dem Geringsten von wegen der Lähr (Lehre) einen Trunck Wasser giebet, der soll belohnt werden. Gott bewahre E. W., der ich zu dienen als der Pfaltz unterthan mich schuldig erkenne. Datum Wittenberg 29. Martii 1543.

No. 2671. 31. Mart.

Vitus Theodorus ad Melanthonem.

† Ex autographo Viti Theod. in Vol. Epist. Meining. ep. 82.

Clarissimo viro, Dno Philippo Melanthoni, suo praeceptori observando Wittenbergk.

Salutem in Christo. Heri per nuncium, mi *Philippe*, tuae literae mihi sunt redditae, quae etsi continebant graves querelas, tamen mihi acciderunt iucundissimae *). Ostendunt enim, et amari me a te, quod tantum laboris mea causa suscipis, et docent etiam de maximis rebus. Quod ad locum in Actis attinet, sic intelligo tuam sententiam, quod eos qui a Ioanne in Christum venturum baptisati erant, oportuit etiam baptisare in Christum iam exhibitum, de quo Ioannes promiserat, baptisaturum eum non aqua tantum, sed spiritu sancto seu igni. Manet itaque virtus baptismi eadem, nec potest alterutra ratio damnari.

Graecos commentarios inspexi, sed pueriliter ineptiunt. Itaque, mi *Philippe*, summas tibi habeo et ago gratias pro tam erudita explicatione. Oratiunculas quoque legi. Profecto *Polycarpi* precatio tanquam nobilis gemma auro inclusa nunc multos detinebit, qui eam antea obiter inspexerunt. Precor itaque Christum, ut istam vestram navim, in qua Paulus vehitur, gubernet ac servet Deus in tantis tempestatum fluctibus. Nam praesentium periculorum sicut mitia certa sunt, ita nullus finis animo potest prospici. Omnes status imperii supplicarunt Regi, ut *Iuliacenum* nego-

---

Melanthon de posteriori libro loqui videtur. — Lutherus ipse scribit ad Ionam d. 7. Mart. h. a. (apud de Wett. V. p. 548.): „Absolvi alterum librum contra Iudaeos de Semhamphoras, quem non ita facile transferes in Latinum, scio."

*) Postea Superintendens Solisbacensis.

*) Est epist. ad Vitum Th. d. d. 16. Martii 1543.

tium componeretur*). Vident enim ardente istic bello conferri vires Germaniae ad depellendum externum hostem non posse; sed res, reiecta ad commissarios Caesaris et *Mariae* **) legatos, obtineri non potuit. Videntur hac occasione belli gaudere. Nostri quoque petunt comprobari declarationem a Rege et alterius partis statibus; sed ne id quoque obtineri potuit hactenus, nisi fortasse hac hora dominus respexerit nos. Nam coactus Senatus est. Rex admodum sollicitus est de auxiliis. Norunt enim ex certis indiciis, *Turcam* decies centena hominum millia coëgisse, et movere Adrianopoli cum uxoribus et liberis, ut Hungariam penitus occupet, et eam sedem Regiam teneat. Boëmi negarunt, se ulla auxilia velle conferre, sed volunt suos fines tueri. Ac in eam rem nunc imperatur pecunia ab omnibus ordinibus de centum aureis uncis. Huic praedae rex nunc inhiat ac statim solutis comitiis istuc ibit.

De *Synodo* quid scribam? Dicitur istuc iturus pontifex. *Granvella* quoque cum filio Atrebatenum episcopatum tenet, et orator, qui apud Venetos est, dicitur interfuturus. Aliud nihil scimus. Nunc quidam *Otto Druchseſs* hic est, quem aiunt etiam nostros Status nomine Pontificis evocaturum.

De *Gerardo* profecto aut nihil ad me scripsisti, aut literae non sunt mihi redditae. Fuit hic et convenit *Osiandrum*, sed iterum hinc abiit.

De Cerimoniis idololatricis, quas Rex ***) in arce publica instituit, audisse te puto. Habet autem multos ex nostris, qui istuc erunt. Itaque existimavi eas liberius reprehendendas. Ac proxime singulari pompa pedum lotionem cum filiis celebravit; sed non admisit ad eam nisi qui sacramento papistico uterentur. Itaque cum talium copia apud nos non inveniretur, ex Eystetensi †) agro decem huc evocavit. Ego cum Christi factum in templo explicarem, eo ipso die, statim clamores ad *Granvelam* et Regem allati sunt, et tantum non occisus ego sum comminationibus. Itaque eam concionem edidi in publicum, quam hic mitto. Sed scio succensebitur mihi, quod non admonuerim episcopos diligentius de lavandis ecclesiis, de corrigendis abusibus in ecclesia etc. Sed fatebor ignaviam. Aliis occupato cogitationibus ista iam non venerunt in mentem. Quid de ea re futurum sit nondum scio. Profecto libere reprehendimus idololatriam missarum et aliarum ceremoniarum, ac habemus senatum probantem hanc nostram non tam libertatem quam iustum zelum. *Granvela* voluit sibi aperiri monasterium Franciscanorum, sed Senatus constanter id recusavit. *Augustanus* in Aegidiano coenobio intra privatos parietes suos erat communicaturus, sed Senatus id rescissens *), graviter admonuit eum, ne id tentaret.

Huiusmodi hisce diebus habuimus παθήματα. Christus adsit nobis, ut eius contra idololatras gloriam vindicemus. Amen. Scribit ad me *Caspar* noster, cuius praelectiones in Psalmum: *dixit dominus* etc. edidi, te copiosiorem enarrationem instituisse, quae etiam edi coepta sit.

Mi *Philippe*, perge adiuvare ecclesias. Haec enim scripta manebunt ad omnem posteritatem quae explicant sacras literas. Bene vale in Christo, et ignosce tam negligenter scribenti. Datae Noribergae Pridie Calend. April. 1545. **)

Vitus tuus.

*) Videatur omnino Sleidani narratio de comitiis Norimbergae hoc anno habitis, in Comment. p. 419 sqq.

**) Sororis Caesaris, quae pro Caesare Belgium gubernabat. Caesaris legati in comitiis, in quibus praesidebat Ferdinandus rex, fuerunt Granvellanus et eius filius, Fridericus Palatinus, Episcopus Augustanus et Ioannes Navius, Mariae legati Vulrichus Chriechingus, et Viglius Zuichemus.

***) Ferdinandus. De his, quae hic narrantur, Sleidanus nihil scripsit.

†) Eichstadiensi.

*) Sic scriptum est.

**) In anno error est; nam scripta est epistola anno 1543. Fortasse alia manu annus additus est quam Theodori ipsius.

No. 2672. 1. Apr.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 103.

Clarissimo viro, et egregia pietate et eruditione praedito, D Antonio Lauterbach, Pastori Ecclesiae Birnensis, amico suo.

S. D. Carissime D. *Antoni*. Gratiam tibi habeo, quod de statu Ecclesiae Dei in Mysia interdum aliquid significas nobis, imo et Deo gratias ago toto pectore, quod accendit notitiam filii Dei et veram pietatem in multis; et oro, ut confirmet

quod operatus est in vobis propter templum suum, ut Psalmus inquit.

De Elevatione mitto tibi *Friderici Myconii* literas*), ex quibus intelliges in Synodo Thuringica abrogatam esse in multis locis elevationem. Et profecto multae, magnae et verae causae sunt, quare prodesset, eam esse abolitam. Confirmavit enim elevatio duos perniciosos errores, transsubstantiationem, et errorem de Sacrificio. Quantum enim falsae adorationis ex utroque errore secutum sit, dies novissimus ostendet, cum Christus reteget peccata mundi. O aeterne Deus, pater liberatoris nostri Iesu Christi, propter filium tuum rege Spiritu sancto tuo mentes principum et doctorum Ecclesiae, et accende veram pietatem in multis, ut vere tibi serviatur, ac maneant reliquiae verae Ecclesiae. Bene vale. Die prima Aprilis.

P. M.

No. 2673. 1. Apr.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 33 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Paulus inquit, nos, qui Evangelium et doctrinam, quae lumen est vitae, circumferimus *φωστῆρας ἐν κόσμῳ εἶναι, ἐπέχοντας λόγον ζωῆς.* Nostra igitur proferri et narrari possunt. Quid aulae, quid conventus agant, magno studio occultatur. Et ego inquirere curiose non soleo. Versor ergo in schola, et nostras literulas, donec Deus concedet, propono scholasticis hac spe, quod Deum non humanis praesidiis, sed sua bonitate Ecclesiam cumservaturum esse sentio. Sicut Arcam servabat inter Palaestinos. Et ut in Mosis typo significatum est, ubi Moses petiverat videre Deum, ac respondet Deus se, stantem illum in saxo, praeteriturum esse, et ita praeteriturum, ut manu eum tegeret. Hic Dominus nos teget. Principes implicari aliis rebus video.

Si *Canicius* nobilis, de quo scribis, filium huc mittet, commendemus eum aut *Marcello*, aut *Paulo.* Nec dubito, bene consultum fore eius

*) Vid. epist. Myconii d. 23. Martii 1543. scriptam.

studio his gubernatoribus. Si non advenies brevi, rationes tibi filii mittemus. Nam etsi est frugalis, tamen iam pro mensa aliquid debet. Bene vale. Die prima Aprilis.

Philippus Melanthon.

No. 2674. (in. Apr.)

A. Osiandro.

Epist. lib. III. p. 191. (repetita in ed. Lond. lib. III. ep. 113.). — Apographon in cod. Paris. D. L. 54[3]., quod vero non tatam epistolam sed excerpta ex ea continet.

Andreae Osiandro, (*Norimbergae.*)

S. Cum Epistolam tuam legissemus, ego et *Hieronymus Schreiber*, civis vester, et intelligeremus, te non prorsus de salute Iuliacensis desperare, sane gavisus sum, te bene ominari. Sed mihi subit animum, non de illo uno, sed de omnibus principibus cogitare. Ruit[1]) alto a culmine Troia. Sic profecto fatalis mutatio huic Imperio impendet. Meministi Platonis dictum, quod Aristoteles in *πολ. ε'* recitat: *ἀρχὴν δ' εἶναι τούτων, ὧν ἐπὶ τρῖτος πύθμην πεμπτάδι σύζυγεὶς, δύο ἁρμονίας περιέχεται τρὶς αὐξηθεὶς.* Sic et ego video, absolutas esse Germaniae harmonias[2]). Quingenti anni sunt post legem latam de Electoribus*). Id fuit tempus quo exacto[3]) insignes fuerunt conversiones Athenarum, Spartae, Romae, regni Solymi et aliorum. Huc adde degeneres Principes[4]). Nihil heroicum in ulla familia[5]); usuris et aere alieno oppressi omnes[6]), et *βουλιμία* in expilationibus est infinita. Ac memini *Capnionem* dicere, cum alluderet ad liberationem Israëlitarum: quando[7]) duplicantur lateres, venit Moses[8]). Etiam geneses aut[9]) tristes

1) Hic incipit epist. in apogr. Paris.
2) *Meministi Platonis — harmoniis* cod. Paris. non habet.
*) In epist. ad Hagecum d. d. 1. Mart. 1558. Melanthon dicit, se arbitrari legem de Electoribus latam esse ipso anno millesimo.
3) *exacto* cod. Paris. non habet.
4) Pez. ante Principes ad mitigandam sententiam inseruit *plerosque.*
5) *ulla familia*] Pez. *multis familiis.*
6) *omnes*] Pez. mutavit: *plerique.*
7) *quando*] cod. Paris. *cum.*
8) Cod. Paris. *Moises.*
9) *aut* abest a cod. Paris.

sunt aut θορυβώδεις[10]). Ad haec signa accedunt εἰδωλομανίαι, luxus et alia scelera[11]). Arbitror igitur, ventum[12]) esse ad metam[13]). Propterea Deum patrem aeternum domini nostri Iesu Christi oremus, ut servet Ecclesiam suam, et servet aliquas politias, Ecclesiae hospitia, ut familiam viduae Sareptanae. Huc refero studia, et hac spe adhortor scholasticos ad discendum.

Dani ingens bellum parant, ut Batavos et marinos reprimant. Quid censes futurum, si rursus ex illo Balthico sinu effluxerint illae ferocissimae gentes? Sed omitto haec. Etsi habere te existimabam geneses *Christiani*, Regis Danici, qui nunc regnum tenet, et Ducis *Mauritii*: nisi tamen, teque rogo, ut consideres, et cum de ipsis tum vero de illo Aristotelis loco significes, quid velit aenigma Platonis. Nam quid alii interpretentur memini. Te audire cupio, cuius scio esse excellens de rebus mathematicis iudicium et dexteritatem singularem. Bene vale, charissime Andrea.

No. 2675. 3. Apr.

N. Medlero.

Ex apographo in cod. Bav. Vol. II. p. 330. primum edita a Zscheichselio in den Unschuldigen Nachrichten, 1739. p. 400.; postea ex eodem cod. a Schlegelio in vita Langeri p. 228., et denique a Danzio in ep. ad Medler. ep. 17.

Nicolao Medlero, Pastori Ecclesiae Naoburg.

S. D. Scis ubique urgeri odiis pastores pios, et haec alius lenius alius minus leniter*) fert, ut est naturarum diversitas. *Philippus***) valet facundia et eruditione, et in doctrina constans fuit. Ideo rogo, ut eum Reverendissimo Domino Episcopo commendes, ut alicui Ecclesiae in vicina restra praeficiatur. Discessit ex *Cala* non propter culpam aliquam, sed victus odiis suorum civium, quae perferre vix erat Socraticae patientiae. Commendo eum tibi. Bene vale. 3. die Aprilis, anno 1543.

10) *aut θορυβ.* cod. Paris. non habet.

11) *scelera*] Pez. *vitia.*

12) Apogr. Paris. pro *ventum* habet *nondum*. Vera lectio videtur esse: *mundum.*

13) Hic finitur ep. in apogr. Paris. his verbis: *Deus servet Ecclesiam et aliqua Ecclesiae hospitia.*

*) Zscb. *leviter.*

**) Philippus Schmidt, s. Faber. Vid. supra ep. ad Mycon. d. d. 26. Mart.

No. 2676. 4. Apr.

Praefatio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³. — Est sine dubio praefatio, quam Melanthon praemisit *Nopi* scripto a Collino edito. Illud fuisse libellum Collini, „*quo continentur axiomata religionis*", discimus ex Mylii chronologia scriptorum Melanthonis ad hunc annum. Ipse libellum Collini non vidi.

Fidelibus et piis doctoribus literarum.

Etsi in tanta publica trepidatione, cum Turcica tyrannis universae Europae vastitatem minatur, literae nunc spretae sunt: tamen nos, qui sentimus, Ecclesiam Dei mansuram esse, etiamsi in his Imperiorum perturbationibus duriter quassabitur, tueri professionem doctrinarum, quantum possumus, decet, et caeteros confirmare, qui non putant, hunc mundum casu regi, ut Ecclesiae ornamenta et ipsi defendere studeant. Cura sit, docere iuventutem et tradere Evangelium filii Dei, etiam cum hostis vallo cingit muros; invocandus est Deus, etiam cum in acie praeliamur. Quare etiamsi aliarum humanarum artium studia intermitti aliquantisper possent, tamen semper, etiam inter ipsa classica, omnibus auribus et animis inculcari elementa doctrinae christianae debent. Haec cum erudite complexus sit hic vir doctus et eximia virtute praeditus, *Mattheus Collinus*, maxime studium et exemplum laudo. Olim in maximis tumultibus orbis terrarum, cum Gothi et Vandali Europam popularentur, simili modo Prosper Augustini sententias brevibus elogiis complexus est, credo ut, cum carmina inter iuvenes celebrarentur, facilius eorum memoria retineretur. Ita nunc *Collinus* plane res easdem, quas vir doctus et pius, *Hieronymus Noppus*, dum adolescentibus in schola summam Evangelii tradit breviter, ut aetati puerili serviat, in pauca contulit, versibus persp....*) recitat. Avidius enim

*) Scriptum est: *perspiens*, mendose. Caeterum videntur quaedam praetermissa.

ingeniosi versiculos propter numerorum cocinnitatem accipiunt. Olim haec studia purae doctrinae Evangelii magnum et verum decus genti Bohemicae conciliarunt. Non est enim summa gloria Imperiorum antecellere viribus, armis, sed etiam doctrina et literis opus est, quarum studia qui tuentur, hi et de patria et de Ecclesia bene merentur. Bene valete. 4. April. 1543.

No. 2677. 4. Apr.

Ch. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 309 sq.

Christophoro Pannonio.

S. D. *Et quo fata trahunt, virtus secura sequetur*, inquit Cato apud Lucanum, significans accidere homini multa, quae diligentia humana prospici non possunt. In his vero recti conscientiam magnum solatium esse: Solet autem hunc versum quidam meus amicus ita mutare: *Et quo fata trahunt pietas secura sequetur.* Haec maior est consolatio, cum videlicet pietas statuit, nos aeterno Deo curae esse, nec nos tantum, sed etiam navim, qua vehimur, id est, Ecclesiam ab ipso defendi. Hac te consolatione sustentes, mi *Christophore.* Ipsi successus *Turcici* significant brevi rerum mortalium finem fore. Si, ut audio, regia tyranni erit *Buda*, magnas rerum humanarum conversiones impendere necesse est. Et nunciantur undique prodigia. In *Sicilia* quaedam oppida, terrae motu quassata, in mare demersa sunt. Ut triennio ante Leuctricam pugnam Bura et Helice in Achaia. Scis autem, totius Peloponnesi vires in Leuctrica pugna ita fractas esse, ut postea veterem gloriam nunquam recuperarit. Nunciantur et Austriaca ac Marcomannica quaedam prodigia, quae istic non ignorari arbitror. Deum aeternum, Patrem Liberatoris nostri Iesu Christi, oro, ut Ecclesiam, studia pia, et te et tui similes servet. Filiam tibi natam esse gaudeo, et gratiam habeo, quod meam filiam voluisti esse *συμμητέρα.* Bene vale. Die Ambrosii.

Philippus.

No. 2678. 5. Apr.

G. Helto.

† Ex collectione Ballenstaedt. Vol. 1. p. 42., qui hanc epistolam descripsit ex msto 20. [s]. (fortasse Guelpherb.)

Viro optimo D. Georgio Helto in aula Ascania, amico suo cariss.

S. D. Optime vir, et mihi carissime. Dolendum est, in tanta publica moestitia, cum Germania civilibus bellis dilaceratur, et hostis Dei adducit copias ingentes sicut de Gog et Magog praedictum est, ita adhuc otiosis animis aliquos rixari de rebus non necessariis. Vellem omitti spectaculum crucis imponendae sepulchro *). Doceantur homines intueri Christum resuscitatum et exaudientem ac salvantem eos, qui ipsum invocant. Et ne aberret invocatio, hunc Deum aeternum patrem Domini nostri I. C., qui se patefecit misso hoc filio crucifixo, resuscitato, qui dixit: *quidquid petiveritis patrem, in nomine meo, dabit vobis*, invocent. De recitatione historiae resurrectionis et similium verarum historiarum sentio utiliter exerceri ea recitatione adolescentiam, et compescendos esse eos, qui hoc exercitium vituperant, qui rectius facerent, si hoc tristi tempore sua modestia tuerentur tranquillitatem ecclesiae. Satis est enim publicarum aerumnarum, quos ut Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi mitiget, oremus, ne funditus proruat ecclesia Dei. Bene vale. d. 5. April. 1543.

No. 2679. 6. Apr.

N. Medlero.

E codice Bavari Vol. II. p. 325. edita a Ballenstadtio II. ep. 2. et Zscheichselio in d. Unsch. Nachr. ann. 1739. p. 396., nuper repetita a Danzio ep. 18. nunc ex eod. cod. accurate descripta.

Nicolao Medlero.

S. D. Cogor brevius respondere propter alias occupationes. Non dubito, quin dux Saxoniae retinere te *Numburgi* cupiat, si tu manere velis.

*) Vid. de eadem re Lutheri ep. ad Heldum d. d. 5. Apr. 1543., collata ep. ad Georg. Anhaltinum d. d. 3. Apr. eiusdem anni (apud de Wett. T. V. p. 552. et 553 sq.).

Et nos ita consuluimus, te retinendum esse, nisi tamen tu ex eo loco, in quo nunc es, discedere cuperes. Et indicavimus principi, te a nobis petiisse, ut aliquando in alio loco collocareris, sed malle nos, si fieri possit, ut in ecclesia Numburgensi maneas. Tibi ergo statuendum est plane et clare. Nos movemur hoc argumento, quod diligi te ab Ecclesia tua intelleximus, et quod iam senescenti proficisci, praesertim in Saxoniam, ubi victus ratio et multa a tua consuetudine discrepant, fortasse minus est commodum. Et speramus, eas offensiones, quae istic extiterunt ex praesidis [1]) tyrannicis adfectibus tempus aliquando sanaturum esse. Sed haec omnia expendere tu ipse melius potes, cum vestra respublica tota sit tibi notior. De stipendio etiam propter liberos cogitandum est. Nescio quantum utroque loco proponatur, quare, re deliberata, ipsi statues certo [2]), utram conditionem malis. Mea tibi officia nunquam defutura sunt. Bene vale. Die 6. Aprilis 1543.

Phil. Mel.

No. 2680. 8. Apr.

Ioanni Friderico, Elect.

† Ex Actis Tabular. Vinar. Registr. H. fol. 506. no. 172. Epistola a scriba descripta est, sed Melanthon sua manu ei subscripsit. — Responsum Principis Elect. vid. d. 10. Apr.

Dem Durchleuchtigsten — Herrn Johanns Friedrich, Churfürsten etc.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Durchleuchtigster, hochgeborner, gnädigster Churfürst und Herr.

Zeiger dieser Schriften, Petrus Medmannus hat mir beiliegende Credenz *) vom Churfürsten von Cölln bracht, und dabei vermeldet, daß hochgedachter Churfürst begehre, daß ich etlich wenig Wochen zu seiner Chf. G. mich verfügen wollt, hat mir auch dabei von der Sach allerlei Bericht gethan, nämlich daß in der Herrschaft eine christliche Kirchenordnung soll vorgenommen werden, den Kirchen dieses Theils gleichförmig. Darum auch Gropperus, der das Regensburgische Buch gemacht, der Reformation ganz entgegen sey.

Nu hab ich ihm angezeigt, das [was] ich vor dieser Zeit auf des Landgrafen Schrift Antwort *) geben, daß ich von Herzen wünsche, daß hochgedachter Churfürst von Cölln eine rechte, wahrhaftige christliche Reformation vornehme und mache, und daß S. Chf. G. solchs zu thun schuldig sey rc. Daß ich aber erfordert, achte ich, daß zu diesem Werk Prädicanten nützlicher sind denn meine Person; so seye ich allhie also mit täglichen vorfallenden unsern und fremden Sachen beladen, daß ich ohne Verhinderung nicht ausreisen kann **).

Wiewohl nu lieber gewollt, daß Petrus Medmannus Ew. Chf. G. verschont, die sunst jetzund große Sorge und Last tragen, so hat er doch, seinem Befehl zu folgen, unterthäniglich ansuchen wollen. Darauf ich ihm diese Schrift geben, E. Chf. G. in Unterthänigkeit zu berichten, daß ich nicht ohne mancherlei Verhinderung hie abkommen kann; will auch nit ohne E. Chf. G. Befehl ziehen. Darum was E. Chf. G. hierin schaffen, will ich gehorsam seyn. Denn so es auf mich gestellt wird, laß ichs bei meiner vorigen Antwort bleiben.

Ew. Chf. G. füge ich auch in Unterthänigkeit zu wissen, daß zu Metz viel frommer gottfürchtiger Leut vom Bischoff, das ist vom Kardinal von Lothoring, eingezogen und grausamlich gemartert werden, unter dem Schein der Bischofflichen Jurisdiction.

In dem Brief, so von Augsburg gen Torga kommen, der mir aus E. Chf. G. Kanzlei zugeschickt, ist eine grekische Schrift gewesen an mich, die meldet, daß der Türk Solymon mit so großem Volk komme, als nie keiner zuvor gezogen, und teutsche Land gedenk zu verwüsten, und vermahnet derhalben zu Einikeit. Der ewige Gott Vater unsers Heilands Jesu Christi wölle E. Chf. G. trösten, stärken, erhalten und schützen, zu seinem Lob, und vielen Christen zu Trost. Dat. Witeberg, Sonntags 8. Aprilis 1543.

Ew. Chf. G.

unterthäniger Diener

Philippus MelanthoN.

---

1) „Doctor *Creutz* notatur". (Nota Bavari.). — Vid. etiam Lutheri epist. ad Amsdorfium d. 6. April. 1543.

2) *certo* habet cod., sed Danz. mendose *recte*.

*) 15. Ianuarii data. Vid. supra.

*) Vide illam post 22. Febr. h. a.

**) Vide Mel. epistolam, quam supra post 2. Febr. dedimus.

No. 2681. 10. Apr.

Pr. Elector ad Melanthonem.

† Ex concepto (ut vocant) in Tab. Vinar. Registr. II. fol. 506. no. 172. — Responsum Elect. ad Epist. Mel. d. 8. Apr.

An Magister Philipp Melanchton.

Johanns Friedrich ꝛc.

Unsern Gruß zuvor. Hochgelahrter, lieber Getreuer. Wir haben euer Schreiben seines Inhalts vernommen, auch unsers besondern lieben Herrn und Freunds, des Erzbischoffs zu Coln Churfürsten ꝛc. Gesandten hören lassen, und aus seiner Anzeige befunden, daß er bei uns nicht anders gesucht, denn daß wir euch gnädiglich erleuben wollten, daß ihr euch zu gedachtem Erzbischoff, seinen Herrn, verfügen möchtet. Weil denn solchs ein göttlich und christlich Werk ist, so thun wir euch hiemit aus den Ursachen, die ihr von unserm Rath Doctor Brück*) auch sonst unser Gemüth weiter verstehen werdet, gnädiglich erlauben; doch nicht länger denn ungefährlich ein sechs oder sieben Wochen. Darüber wollet auch nit außenbleiben, wie denn solchs des Erbischoffs Geschickten dermaßen angezeigt worden, und wir Seiner Lieb in unserm Schreiben hierbei auch vermelden. Der Allmächtige gebe und verleihe darzu seine Göttliche Gnade, wie wir denn nicht zweifeln.

Aber belangende die Verfolgung, so etlichen Bürgern in Metz von dem Cardinal von Lothringen begegnen soll, ist es nicht ohne. Solche Verfolgung ist bisher vorhanden gewest. Wir wissen euch aber nit zu bergen, daß durch Pfalzgrave Unterhandlung der Rath zu Metz gewilligt hat, Gottes Wort anzunehmen, wie sie denn dasselbige in der Stadt bei ihnen frei und öffentlich predigen lassen. Sollen auch weiter willens seyn, eine Schickung auf jetzigen Reichstag zu Nürmberg zu unsern Ständen zu thun, und um Einnehmung in die christliche Verständniß bitten zu lassen; darum unsers Vorsehens solche Verfolgung nunmehr aufhören und nit weiter wird gestattet werden.

Betreffende die Schrift, so euch von Augsburg in Grichischer Sprach zukommen, meldende von dem trefflichen vorhabenden Anzuge des Türken, begehren wir gnädiglich, ihr wollet sie deutschen, und uns vor euerm Abreisen zuschicken *). Es lauten fast alle Zeitungen also. Der Allmächtige sey uns gnädig, und wende seinen Zorn und Strafe gnädiglich von uns. Solches haben wir euch gnädiger Meinung nit wollen verhalten, und sind euch in Gnaden geneigt. Datum Torgau, Dienstag nach Miseric. Dom. 1543.

No. 2682. 10. Apr. (h. a.)

D. Stibaro.

Epist. lib. VI. p. 13 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. 373. ep. 2.

Nobilitate generis, eruditione et virtute praestanti Dn. Daniel Stibaro, Canonico Würcepurgensi, Patrono suo colendo

S. D. Non dubito te pro tua sapientia et gravitate saepe de instabilitate rerum humanarum et de

---

*) Habetur in iisdem actis conceptum, (ut vocant) epist. Electoris ad Pontanum, ubi leguntur: „Wiewohl es an dem ist, daß Philippus von unsrer Universität — dieser Zeit nit wohl zu entrathen, weil aber dieß ein göttlich christlich Werk ist, damit des ganzen Stifts Coln Unterthanen, auch den Benachbarten, die mit der Zeit durch Gottes Gnade auch zu Erkenntniß seines Worts kommen möchten, gedient würde, zu dem, daß unsers Schwagers (Ducis Iuliacensis) halben auch allerlei zu hoffen ist: so wird aus dem Aenderung müssen fortgesetzt, und indeß in unsrer Universität gethan werden wie man kann. Und darum sind wir bedacht, obgedachten Philippo in Gottes Namen zu erlauben. — — — Nachdem wir aber bedenken, daß nütz und gut sey, daß dem Philippo jemand, und sonderlich ein Prediger zugeordent: so sehen wir für gut an, wo es beschehen könnte, und euch und dem Philippo auch gefällig wäre, daß man ihm Jörgen Mayer, und auf den Fall, da es nicht seyn könnte, einen andern zuordnen thät. Den könnte man auch als einen geschickten und gelahrten Mann neben dem Philippo gebrauchen; doch muß er nit länger denn Philippus außenbleiben. Und auf dem Fall; so wollet ihm kraft dieses unsers Befehls sagen, daß er mit dem Philipo berührter Maß ziehen solle. Und wiewohl vielleicht Philippus, weil er vom Erzbischoff erfordert, mit Zehrung wird versehen werden, so schicken wir ihm doch bei gegenwärtigen zween unsern Einspännigen, die mit ihm zu reiten, auch fleißig aufzuwarten Befehl haben, einhundert Güldengroschen, damit daran nit Mangel sey, welches Geld er von ihnen nehmen und zur Zehrung allenthalben gebrauchen wolle. Aber einen Wagen und Pferde dafür wird er ihm wohl wissen zu Wittenberg ausrichten zu lassen. — — Dieweil wir auch aus eurer Schrift vermerken, daß ihr von den Colnischen Gesandten so viel verstanden, als soll unser Oheim und Schwager dem Evangelion und göttlichem Wort nit ungeneigt seyn, da seine Lieb allein durch etliche ihre Räthe davon nit abgehalten würde, und ihr denn wisset, daß sich hievor S. Lieb Leute haben lassen vernehmen, daß ihrem Herrn nit gebühre in der Religion Aenderung zu machen, denn dem Erzbischoff zu Celn stünde die geistliche Jurisdiction zu, und dann er, der Erzbischoff, nun, Gott sey Dank, sein heilwärtiges Wort angenommen: so sollt nit ungut seyn, daß sich S. L. auch kraft der Jurisdiction unterstünde, dasselbige in unsers Schwagers Landen, an Orten, da ihr dieselbige zustehet, anzurichten, welches unser Schwager ohne Zweifel gern würde geschehen lassen. Und wir bedenken, daß Philippus solches bei dem Erzbischoff thät erinnern, und sähe alsdann darzu, oder da er von unsern Schwager ohne das erfordert, zu Anrichtung der Religion begeben und gebrauchen lassen, und da er auf den Fall etliche Wochen länger würde außenbleiben, sollt uns daran nit gelegen seyn."

*) Vid. ep. ad Camerar. d. 13. Apr.

causis publicarum mutationum cogitare. Qua in cogitatione hi qui res humanas temere volvi ac fortuito iudicant, non possunt non vehementer odisse me et mei similes. Sed longe aliter de te sentio; nam et providentia divina regi humana adseverare te arbitror, et hanc ipsam doctrinam, quae sonat in Ecclesia Dei, certo traditam esse divinitus statuere te non dubito. Itaque spero, etiamsi immoderata aliquorum consilia et *φορτικώτερα* tibi displicent, tamen eorum studium te non improbare, qui res necessarias Ecclesiae Dei moderate explicant sine regni cupiditate. Scripsi autem ea, quae Ecclesiae Dei profutura spero, quicunque tandem imperia et opes tenebunt. Nec immoderatas contentiones probavi ulla in parte unquam, sed in castris, in quibus sum, fuisse me et esse confiteor. Neque tamen loco Ecclesiam uno circumscribo aut inclusam esse sentio; sed ubique terrarum multos bonos et prudentes esse, qui et recte sentiunt, et vere Deum invocant. Qui etiamsi, quantum vellent, iuvare doctrinae et disciplinae emendationem non possunt, tamen gemitu, et moderatione consiliorum ostendunt, se recte sentire. Hos quoque probari Deo significat Ezechiel, ubi vox divina parci iubet iis, qui gemunt propter prophanata templa. Existimo autem te quoque in eo numero esse. Quare te et diligo et colendum duco. Etsi autem horribilem discordiam, quae exarsit, humanis consiliis dirimi non posse videmus, tamen interim erit Ecclesia; huic servire poterimus veris officiis etiam dum alii de regnis dimicant. Optarim igitur me quoque servientem mediocriter in explicatione necessariae doctrinae tibi non improbari.

Haec scripsi ad te, cum *Ioachimus* Vir Optimus tuique amantissimus iter ad te suscepturus esset, ut, cum nostra tibi coniunctio nota sit, me quoque tibi commendarem. Nam illum ut tueare et defendas, habes graves causas. Nota est tibi ipsius virtus, nota eruditio, nota rectitudo consiliorum in omni officio. Et bene mereri eum de Repub. vides. Talis Vir ab omnibus honestis acerrime propugnandus erat. Te quidem ei non defuturum esse scio. Bene vale. X. Aprilis.

Philippus Melanthon.

No. 2683. (his dieb.)

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 90. (ed. Lond. lib. II. ep. 75.)

D. Iohanni Matthesio

S. D. Etsi fato quodam ultimae mundi senectae, Principes dilacerant orbem terrarum insulsis cupiditatibus et consiliis: tamen quod existimo genus humanum non ortum esse casu, sed divinitus conditum ad immortalitatem, mansuram esse partem non dubito, quae Deum celebret. Hac spe et studiorum propagationem bonos viros tueri decet. Quare confirmabis animos civium tuorum. Hunc *Iohannem Salatenum* natum in Noricis Alpibus, accersitum istuc ad munus hypodidascali, tibi commendo, teque rogo ut meis verbis commendes eum gubernatori scholae vestrae, ad quem scripsissem et ipse, si plus mihi ocii fuisset. Valet hic *Iohannes* ingenio, et honestis moribus praeditus est, et quadam civilitate quam vestra civitas requirit. Audi recens factum Lotharingici cuiusdam Domini, qui egressos cives Metenses aliquot viros et mulieres in vicinum oppidum ad audiendum concionatorem pium oppressit, interfecit multos viros et mulieres, mulieribus per vim stupra oblata sunt. Hoc modo polluit pascha ille Tyrannus. Sic irritatur Deus studio, dum Turci sunt in conspectu. Deus adsit nobis. Bene vale. Salutem opto doctissimo viro D. *Naevio* et Gubernatori scholae.

No. 2684. 13. Apr.

H. Bonno.

† Ex apographo et autographi facto in cod. Goth. 189. ep. 57.

Hermanno Bonno.

S. D. Saepe nunc, optime et doctissime *Bonne*, cogito de mirando spectaculo, quod in exodo describitur, ubi Deus se Mosi ostendit stanti in saxo, ac transiturum se esse, inquit (Exod. 33.) ita, ut manu ipsum praeteriens protegat. Significari enim iudico, Deum transire per universam mundi aetatem, et sibi colligere ecclesiam, quae stat in saxo et manu Dei protegitur. Hac protectione et huius saxi, hoc est Christi, cogitatione consolor me

in his tantis periculis, quae impendent. Nam si Turci rumperent in Germaniam, qualis vastitas, quantae dissipationes harum gentium fient? Sed Deus servabit aliquas reliquias, ideoque arbitror, accensam lucem evangelii, ne funditus in tantis imperiorum ruinis ecclesia periret. Agamus ergo Deo gratias, et eum oremus, ut reliquias sibi colligat, regat et servet. Gaudeo, te ad instaurandas ecclesias *Monasteriensis* ditionis accersitum esse*), et oro Deum aeternum, patrem Domini I. C., ut te gubernet. Ego post biduum iter ingrediar, iturus ad Coloniensem episcopum. Mitto tibi duas collatiunculas. Bene vale. Die 13. April. 1543.

Ph. Mel.

No. 2685. (fere d 16. Apr.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 425 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 296.).

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. Magna me solicitudine liberavit proxima epistola tua, ex qua intellexi te, et retentum esse, et incolumem reversum esse domum. Metueram autem itineris longiusculi laborem. *Matthaeus* noster affert tibi Graecam epistolam sane luculenter scriptam, etsi nostris controversiis est iniquior. Omnino erunt componendae responsiones, de quibus tecum loquar, cum istuc venero. Adero enim post triduum, inde profecturus ad *Coloniensem.* Rursus enim vocatus sum. Et tamen arbitror iam deliberationem absolutam esse.

Audi crudele facinus: *Lotharingicus* quidam seu Burgundus cum equitatu oppressit multos *Metenses*, viros et mulieres egressos ad audiendum Evangelicum concionatorem, multi interfecti, multi suspensi de arboribus, multi in flumen mersi sunt. Sic irritatur Deus, cum Turci sint in conspectu. Bene vale.

Philippus Melanth.

*) Vid. infra ep. d. d. 7. Maii, et Seckendorf. hist. Luther. III. p. 518. Hermannus Bonnus Westphalus, primum Rector postea Superintendens Lubecensis, nunc vocatus ad tempus, ut sacra in Westphalia instauraret. Vid. etiam Starks Lübeckische Kirchenhistor. 1. Th. S. 90.

No. 2686. (hoc fere temp.)

H. Baumgartnero.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. no. VII. p. 363.

Ad Hieronymum Baumgartnerum Noribergensem.

Non dubito te, cum et sapientia excellas, et melius noris rempublicam, et serias voluntates Turcicae gentis, iam prope aspicientem ruinas Panoniae, et cogitantem de reliquae Europae periculis, magno in dolore esse, et partim principum scelera partim ignaviam detestari. Mihi certe quoties in publicos Ecclesiarum congressus venio, quoties aliquam eruditam commendationem instituo, cohorrescit totum corpus metu venturae tempestatis. Sed tamen in his terroribus his me consolationibus sustento, quam omnes, qui non sunt ἄθεοι, tenere debent: Ecclesiam Dei semper mansuram esse, etiamsi regnorum conversiones et ruinae fiant. Pene eodem tempore praesens forma horum trium regnorum constituta est, Pannonici, Polonici, Germanici, ante annos quingentos, quod spacium usitata periodus et quasi aetas est, regnorum. Qualiscunque igitur conversio erit, non tamen frangamur animis, sed a Deo auxilium speremus, qui nominatim promittit apud Esaiam cap. 46., se etiam senescentem Ecclesiam in suo alvo gestaturum esse.

No. 2687. 17. Apr.

G. Normanno.

† Ex autographo Melanth. in Volumine: Virorum Illustrium literae Vol. I. in Tabular. Regni Sueciae mibi descripta a Venerab. Lüdecke, Pastori Stockholm. (Epistola alterius manu quidem scripta est, sed inscriptionem et nomen suum Melanthon adscripsit.) Apographon in cod. Goth. 401. p. 117., ubi vero caret inscriptione.

Praestanti Viro nobilitate generis, doctrina et virtute, D. Georgio Normanno, Legato Regis inclyti Suecorum Lubecae, suo patrono,

S. D. Etsi scio cogitationem de civilibus ornamentis et his nostris studiis, tempore belli impediri, tamen his, quibus spes a Deo pendent, officia pietatis eo tempore non sunt intermittenda. Venit autem ad te hic Suecus, *Magnus*, vir eruditus in Philosophia et doctrina Christiana, et ho-

nestissimis moribus ornans sua studia, et Deum vera pietate colens, petitque, ut cum ex patria propter bellum, nihil accipiat, nunc a te aliquo munere iuvetur. Si linguam nostram calleret, in Ecclesiis nostris inveniret honestissimam functionem, propter suam eruditionem et pietatem. Sed impeditus aliis melioribus studiis, nostram linguam neglexit, et servire aliquando Ecclesiis in patria cupit. Quare etiam atque etiam te oro, ut eum nunc adiuves, et restituta pace functionem ei aliquam in patria attribui cures. Tanta est ipsius *Magni* virtus, ut non dubitem te et alios prudentes vestro iudicio eum complexuros esse et invitaturos ad Ecclesiarum in patria gubernationem. Aditum tantum patefacere ei literis meis ad te volui, quas velim veri et sinceri testimonii pondus habere.

De repub. nihil libuit scribere. Scio in hac ultima mundi senecta maiores fore rerum humanarum et Imperiorum dissipationes, quam antea, sed mansuras tamen Ecclesiae Dei reliquias. Do igitur operam quantum possum, ut his reliquiis meus labor prosit, et eas foveat et coniungat, ac in tanta rerum perturbatione satis agnosco nos *ναυάγια πολιτεύειν*, ut Demades de sua Repub. dicere solebat. Sed Deus haec *ναυάγια* servabit. Bene vale. Die 17. Aprilis quo ante annos 3831 Nohe arcam ingressus est, quo exemplo testatus est Deus se etiam in diluviis orbis terrarum, hoc est, terribilibus mutationibus Imperiorum, mirabiliter Ecclesiam servaturum esse. Witebergae Anno 1543.

Philippus MelanthoN.

No. 2688. 17. Apr.

E. Schnepfio.

Epist. lib. III. p. 243. (ed. Lond. lib. III. ep. 155.)

Erhardo Sneppio

S. D. Hanc ad te Epistolam, charissime *Erharde*, scribo, Die 17. April. quo ante annos 3831 *Noha* in Arcam ingressus est, quo exemplo testatus est Deus, se in diluvio orbis terrarum, hoc est, omnibus terribilibus mutationibus imperiorum mirabiliter servaturum esse Ecclesiam. Cum enim pericula sint in conspectu, hoc exemplum et similia cogito, ut me ad invocationem Dei exuscitem. Oremus, optime *Erharde*, Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut Principes gubernet, et servet Ecclesias. Hodie iter ingredior profecturus ad Coloniensem Episcopum, etsi iam deliberationes absolutas esse arbitror. Dedi autem hanc epistolam huic misero *Stephano Ilsfeldensi*, fratri mei famuli, qui in quadam perturbatione animi sui tam longum iter ad fratrem in Saxoniam suscepit. Narrat se duxisse uxorem, a qua cum eam non plus duobus mensibus habuisset desertus est. Mulier eum accusat impotentiae. Et ipse fatetur se nunc quidem vires viriles amisisse, sed initio coniugii habuisse se incolumes adfirmat: seque fascino et incantatione aliqua laesum iudicat. Sed quoquo modo se id habeat, si mulier eum deseruit, ipse extra culpam est. Illud tantum metuit, ne patrimonium amittat. Non video, cur amitteret si illa tantum allegat impotentiam. Rogo igitur te, ut hominem miserum consilio tuo et autoritate tua iuves. Magnae sunt humanae miseriae, quas lenire nostris officiis quantum possumus et donec Deus concedit, studeamus. Nostra Academia Dei beneficio tranquilla est. Bene et feliciter vale, et aliquando ad me scribito. Die XVII. Aprilis.

No. 2689. 17. Apr.

Testimonium.

Editum in Hummelii Neuer Bibliothek von selt. Büchern, Vol. II. p. 484. et quidem ex apographo Codicis, nunc Monacensis 89. no. VI. p. 100 b. Aliud apogr. in cod. Monac. 65. p. 7. — Edidimus hic hoc testimonium, quanquam Melanthon ei non subscripsit, quum tamen Crucigeri nomen subscriptum legatur, forma eius prorsus Melanthoniana sit, et hoc test. non legatur in Lutheri epist. a de Wettio editis.

Testimonium Nicolao Gallo datum.

Versatus est in schola ecclesiae nostrae decennium *Nicolaus Gallus*, Cotensis*), et propter eruditionem et optimos mores ornatus gradu Magisterii in philosophia. Postea vero et in scholis et in ecclesiis specimen eruditionis, fidei et industriae suae praebuit. Quare gavisi sumus, eum vocari ad diaconi munus in ecclesia *Ratisponensi*. Etsi autem, cum ordinationem peteret, eius studia antea nobis nota et probata essent: tamen rursus cum publice et diligenter audivimus, et com-

---

*) i. e. ex oppido Anhaltino *Koethen*.

perimus, eum recte intelligere et tenere doctrinam Christi, et amplecti puram evangelii sententiam, quam ecclesia nostra uno spiritu, una voce cum catholica Christi ecclesia profitetur, et a fanaticis opinionibus damnatis iudicio ecclesiae catholicae Christi abhorrere. Promisit etiam hic Magister *Nicolaus* in doctrina constantiam et in officio fidem et diligentiam. Quare ei iuxta doctrinam apostolicam publica ordinatione commendatum est ministerium docendi Evangelii et sacramenta a Christo instituta administrandi iuxta vocationem. Cumque scriptum sit de filio Dei: *ascendit, dedit dona hominibus, prophetas, apostolos, pastores et doctores;* precamur ardentibus votis, ut suae ecclesiae det gubernatores idoneos et salutares, et efficiat, ut huius *Nicolai* ministerium sit efficax et salutare.

Legimus, Lucium Cyrenaeum, discipulum apostolorum, initio ad Danubium in Augusta Tiberina, ex cuius reliquiis Ratispona condita est, evangelium docuisse. Iam veterem ecclesiam instaurari et repurgari gaudemus, et hortamur pios cives Ratisponenses, ut Evangelium Dei pure et fideliter conservari ac propagari curent. Nam hoc officio Deus praecipue se coli postulat, sicut inquit Christus: *in hoc glorificatur pater meus, ut fructum copiosum feratis, qui fiatis mei discipuli.* Et hac luce retenta manet ecclesia, in qua Deus aderit, dabit vitam aeternam invocantibus eum, et opitulabitur in aerumnis huius vitae. Ibi enim adest, et exaudit Deus, ubi ipsius evangelion vere sonat, sicut scriptum est Io. XV. *si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quicquid volueritis, petetis, et fiet vobis.* Datae Witebergae die XVII. Aprilis, quo die ante annos 3831 Noha in arcam ingressus est, quo exemplo testatus est Deus, se ecclesiam suam in diluviis orbis terrarum et terribilibus mutationibus impiorum mirabiliter servaturum esse. Anno 1543.

Pastor Ecclesiae Vitebergensis ac caeteri ministri in eadem ecclesia.

Martinus Luther D.
Iohannes Bugenhagius D.
Caspar Creutziger D. *)

*) Solebat ordinationibus ministrorum interesse et testimoniis suum quoque subscribere nomen Melanthon, quod autem hic ab eo omissum est propterea, quod d. 17. April. iter ingressus est ad Archiepiscopum Coloniensem.

(*Iter ingreditur Melanthon Bonnam accersitus ab Hermanno, Archiepiscopo Coloniensi.*)

No. 2690. 20. Apr.

Alesius ad Eberum.

† Ex autographo Alesii in cod. Goth. 123. p. 61.

Venerabili viro M. Paulo Ebero professori publico in Academia Viteberg.

S. D. Cum adesset hic dominus *Philippus* dicebat, se quasdam meas chartas seposuisse in mensa, ac omnino decrevisse eas secum huc adferre, sed obrutum multitudine negotiorum, ut fit in decessu, oblitum esse. Iussit autem, ut ad te scriberem et repeterem. Nam constitui eas tradere typographo. Est autem una charta disputatio de primo capite ad Romanos, altera de primo Psalmo brevis expositio. Itaque de oro, ut has chartas mihi mittas et copiam mihi facias eorum, quae dominus *Philippus* addidit in locis communibus. Remittam una cum chartis, quas ad me Francofordiam misisti. Nam et illas iam inveni. Mittes autem cum primo nuncio, quia mihi intra decem dies erit respondendum. Bene et feliciter vale. Lipsiae 20. Aprilis 1543.

Tuus Alexander
Alesius. S.

No. 2691. 23. Apr. (Gothae.)

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 444. (ed. Lond. lib. II. ep. 466.)

D. Iacobo Milichio

S. D. *Ambrosius* reddidit mihi literas *Amelii* in hoc nostro itinere, quas iussi eum ad te perferre, quia non dubitabam, quin magnopere cuperes studia ac voluntates veterum amicorum cognoscere. Ac *Amelii* officia fortassis ex Patris tui literis melius cognosces. Nam haec epistola sic satis frigide scripta est; dat nobis praecepta alieno tempore. Sed velim te forti animo esse, ac praestare ut illam tuam moderationem animi, quam semper in te praedicavimus, mordicus retineas.

Difficiles aditus habet hoc vitae genus in quod ingressus es. Sed tempore erunt faciliora omnia, neque enim defuturus est Deus honesto consilio. Audio istuc venire *Cornarium* et conditionem venari. Ages cum D. D. *Augustino*, ut, si qua nobis absentibus eius rei mentio facta fuerit, ostendat tui rationem habendam esse potius. Amabo te, sis bono animo, nos quantum poterimus dabimus operam, ut intelligas nos tibi ex animo bene voluisse. Mittitur istuc meus frater, qui cum venerit recipiatur in meas aedes. Hoc *Francisco* te velim indicare. D. D. *Augustino* plurimam salutem dic meis verbis, Vale ex Gottha.

No. 2692. 23. April. (Gothae.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 426 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 297.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. Sensi me mirifico desiderio et tui et meae familiae affici, postquam a te discessi. Id an praesagium esse ducam futuri alicuius eventus, an vero senectutis *πάθος*, dubito. Habet enim *στοργαὶ* in senibus acriores stimulos. Sed Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut nos regat et servet.

Hactenus iter feci per rura Turingica, ubi hoc nomine beatius vivitur, quia nulli ibi de Rep. sermones audiuntur. Te non dubito iam de conventus exitu, foedo ut metuo, litteras habere *). Qualis sit ratiocinor ex caussis *προηγουμέναις*, quae notae sunt. Heri etiam quidam affirmabat *Granvelum* dixisse: *Carolum* hoc anno non posse in Germaniam venire. Sed Comes *Suarceburgius* aiebat, brevi affuturum esse: et quidem cum exercitu.

Relegi grecam epistolam in itinere, magis ocioso animo, quae videtur mihi quidem, referre Libanii *χαρακτῆρα*. Miror quo consilio ad nos scripta sit. Nam hae controversiae nostrae non impedierunt consilia defensionis vel Pannoniae vel patriae. Principum privatae cupiditates impediunt. Gallus impedire tot iam annos omnibus machinis conatur, qui alieniss. animo est a nobis. Omitto alia multa, quae tibi notiss. sunt. Bene vale. Gotthae. die Georgii. Anno XLIII.

Philippus Melanth.

*) Loquitur de Comitiis Norinberg., de quibus vid. Sleidan. l. l. p. 419 sqq.

No. 2693. 5. Maii.

Knutelio.

Epist. lib. VI. p. 293 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 293.

Egregia virtute et doctrina praedito, Domino Guilelmo Franco [Guil. Knutelio], Secretario Principis Nassaensis, amico suo cariss.

S. D. Quod faustum et felix sit, venimus *Bonnam* superatis Tencterorum saltibus et iugis, postridie quam a vobis discessimus. Scribuntur duae formae Reformationis Ecclesiasticae, quarum altera eligenda sit, altera a D. *Bucero* simplex et pura, altera a *Gropero* fucosa, qui tantum ludit excusandis et confirmandis abusibus. Sed semper hae praestigiae speciem habent sapientiae, et sunt gratae humanis iudiciis. Video aliquid fore certaminum. Sed oremus Deum, ut gubernet ipse suae Ecclesiae causam, et lumen Evangelii, nec a Sophistis, nec a Turcis obrui sinat.

Principi Illustri *Gulielmo* Comiti *Nassaensi* 1) meis verbis reverenter ages gratias. Tibi quoque gratiam habeo pro omnibus officiis. Episcopus hodie nos vocavit in vicinam arcem. De Conventu Noribergensi nec aula sciebat adhuc quidquam certi. Una hac me consolatione sustento, quod scio Deo curae esse Ecclesiam, quam tumultuantibus et ruentibus Imperiis mirabiliter servabit, etsi ruinae Imperiorum eam duriter concutiunt. Bene vale carissime Guilelme. die 5. Maii. Bonnae.

Philippus Melanthon.

No. 2694. 6. Maii.

Cruciger ad Ionam.

† Ex autographo Crucigeri in Vol. Epist. Meining. ep. 5.

1) Spanh. edidit *Nassoviensi.*

Viro Clarissimo d. Iusto Ionae, Theologiae Doctori, praeposito Witteberg., gubernatori Ecclesiae in Salinis patrono suo et amico praecipue observando,

S. D. Collocutus sum cum illo, qui petebat Danielem, de quo coram tibi dixi. Is ad te ipse literas dedit, quas hisce inclusi. Vides eleemosynam peti ab homine paupere et iam sene. Nam ipse ut suo sumptu excudat aut excudi curet exemplar, non est facultas, cum ipse mercede operam locet typographis. Quare si illi gratificaberis ut aliquam partem libri excudendi seu paginas aliquot dones, ut de reliquo tibi solvat *Mauricius*, magnum illi beneficium praestabis.

De fabulis, quas scribis a nescio quo fingi de te, equidem nihil audivi, nisi quod nuper nescio qui hospites, homines non mali et de te honorifice sentientes, in nuptiis forte et per iocum dicebant, se nescio quid istinc audivisse, cum id quod res erat negabamus nobis quidquam constare, nec abs te tale aliquid intellexisse. Praeterea ego quidem nusquam quidquam talium fabularum audivi. Si ita Deus dederit, ut tibi contingat alia materfamilias, quid nisi precabimur, ut sit simillima honestissimae et haud dubie in Christo beatae matronae quam habuisti, et tibi fidissima coniunx et liberis mater *).

Hodie in mensa illustriss. Principis Electoris facta est honorifica mentio tui, cum princeps in incudas tabulas incideret vocato d. *Doctore* et d. *Pomerano*, et praesentibus etiam *Ioh. Metsch* et praefecto *Spiegel*, per iocum dicebatur, a quibusdam divitibus viduis te appeti inprimis una opulenta, de qua etiam apud D. Doctorem aliquis iocatus est. De *Caesare* narrabat Princeps, scriptum esse ex Augusta, *Andream Doria* classe accessisse in Hispaniam, ut Caesarem transvehat in Italiam **), et *Granvelum* constituisse Noriberga egredi, obviam profecturum illi. Verum haec nondum videntur fidem facere nostris, ut credant Carolum vivere ***).

De *Iuliacensi* negotio *) sperantur fore pacificationes, quia iam datae sunt induciae, et instituti tractatus, et dati obsides. Deus faciat, ut sedatis his motibus aliqua tranquillitas concedatur ecclesiis et reipublicae. Bene vale cum tuis omnibus. Doctorem *Chilianum* compatrem meum quaeso meis verbis amanter salutes. Wittebergae, dominica Exaudi 1543.

Caspar Cruciger. d.

*) Illo tempore, ubi primum coniugium sacerdotibus a Luthero vix erat vindicatum, haud pauci putabant, non consultum esse, secundum matrimonium inire. Non solum Bugenhagius et Spalatinus ea de causa ad Ionam scripserunt hoc tempore sed etiam Lutherus d. 4. Maii (apud de Wett. T. V. p. 556.). Non dissuaserunt omnino, sed tamen iudicarunt, non festinandum esse ad secundas nuptias.

**) Quod factum est mense Maio 1543. Vid. Sleidani comment. p. 428.

***) De fama de morte Caroli vid. quae diximus ad ep. d. 8. Ianuarii h. a. ad Camerar.

*) De eo lege Sleidanum in Comment. p. 416. p. 389. 381.

No. 2695. 7. Maii.

P. Medmanno.

Edita a Gabemma in Epist. claror. viror. ep. 28. p. 73.

Egregia virtute, fide et doctrina praedito D. Petro Medmanno, Coloniae, in domo illustriss. Dom. Comitis Stolbergii Decani,

S. D. Et Agrippinam vestram videre *Hieronymus* noster[1]) et salutare senem optimum D. *Caesarium* voluit, quare istuc expatiari constituit. Eo autem consilium eius etiam probavi, quia cum istinc sint myropolia, curationes experiri commodius ibi poterit. Deduces igitur eum ad Doctorem *Echtium*[2]), quem non dubito iuveni versanti in iisdem philosophiae studiis libenter gratificaturum esse. Audire etiam aliquos professores Hieronymus cupit seu philosophiae seu aliarum honestarum artium, quare eum vel *Richvicio*, vel alicui nostri ordinis amice commendabis, qui auditoria non gravatim hospiti monstret. Meministi Homericum illud, Ulyssem non modo urbes, sed etiam sensus multarum urbium cognovisse. Non igitur tantum vetera Romanorum monumenta, sed etiam studia et doctrinam urbis celebratissimae, quae et vetustissima literarum sedes in Germania, considerare cupit. Hanc honestissimam eius cupiditatem te adiuvare velim. Bene vale. die VII. Maii. Bonnae. D. *Longolio* dices salutem meis verbis, neque ei commendabis.

Philippus Melanthon.

1) Hier. Schreiber, Norinbergensis. Vid. epp. d. d. 23. Maii, d. 11. Iun. et d. 3. Iul.

2) *Echtium* legendum, (vid. ep. d. d. 14. Maii h. a. et d. 21. Iul.) non *Echriam*, ut mendose editum est.

No. 2696. 7. Maii.

H. Bonno.

† Ex apographo in cod. Goth. 189. ep. 58. descripto ex autographo.

Clarissimo et optimo viro, Dn. Hermanno Bonno, ecclesias Christi instauranti in Dioecesi Monasteriensi, amico suo, Phil. Melanth. S. D.

Pridie quam iter ingressus sum ad te literas dedi [1]), cariss. Bonne, quas accepisse te non dubito. Hanc epistolam vero scripsi Bonnae, cum et a D. *Bucero* et a me hic *Brabantus* commendationem flagitaret, qui antea *Glandorpio* servivit in schola Brunsvicensi. Rogo, ut operas scholasticas aliquas ei tradas. Nam, grammaticum esse, animadverto, et diligentiam pollicetur. Episcopi Coloniensis voluntatem in emendanda Ecclesia optimam esse animadverto, et D. *Bucerus* pia et honesta consilia proponit. Sed tanta res tardius procedit, quia Collegium Coloniense omnibus artificiis et technis impedire eam conatur, et princeps non multos habet, a quibus adiuvetur. Omnino agnosco Ecclesiae fatum. Luctantur, inquit propheta, equi tui in profundo luto. Id profecto experiuntur pii gubernatores. Sed Deum oremus, ut hos equos [2]) suos adiuvet. Bene vale, et hunc Brabantum adiuva. Die 7. Maii, Bonnae.

No. 2697. 9. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 427 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 298.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. Etsi magna est imperiorum confusio, cariss. Ioachime, et hanc augere dogmatum defensiones existimantur, tamen tantae sunt tenebrae, ut necessarias habeamus caussas repurgandae doctrinae. Non posses sine lachrymis videre harum*) Ecclesiarum labes, in quibus adhuc frequens populus quotidie concurrit ad statuas. Et in hoc ritu summa est religionis indoctae multitudini. Iudicat igitur senex Princeps necessariam esse emendationem Ecclesiarum. Et hanc recte institui cupit. Hactenus tantum initia scripti legi, in quo forma doctrinae et rituum describitur, proponenda his Ecclesiis. Et intexui quaedam περὶ τριῶν ὑποστάσεων τῆς θεότητος. Pauci adiuvant Principem, Colonia oppugnat. Sed tamen passim sunt boni Viri et recte sentientes. Mittit tibi D. *Bucerus* has epistolas *Regum* *), in quibus scio te non sine stomacho, vanitatis καὶ ἀλαζονείας exemplum lecturum esse. Bene et feliciter vale, die IX. Maii, Bonnae. Salutem opto Ziglero, Bornero, Rhetico, et Scoto.

Phil. Melanth.

1) Vid. ep. d. 13. Apr. h. a.

2) *equos*] cod. Goth. 189. habet *quos*, haud dubie ex mendo.

*) Coloniensium.

*) Galli et Caesaris. C. W.

No. 2698. 9. Maii.

I. Milichio.

Epist. lib. II. p. 444. (ed. Lond. lib. II. ep. 467.)

D. Iacobo Milichio

S. D. In itinere meo non veni Francofordiam, sed postea Bonnae intellexi *Cornarium* iam migrasse Marpurgam, decrevi autem in reditu per Francofordiam iter facere, ubi et voluntates eorum explorabo, quibus negotium et dignitatem tuam curae esse arbitror, et [1]) existimabo tuis rebus conducere migrationem hanc, ero hortator, ut rem adiuvent. Nondum opinionem Aristotelicam abiicio, quae censet tranquilliorem in Aristocratiis vitam esse. Tantum illud moleste fero, te tali ingenio, virtute, eruditione praeditum, non in Academia retineri. Sed de his rebus alias plura, nam quantum possum contendam, ut cito mihi reditus concedatur. Bene vale, et salutem dicito reverenter Clarissimo viro D. D. *Augustino.* Die 9. Maii. Commendo tibi familiam meam.

1) Videtur excidisse *si* vel simile.

No. 2699. 9. Maii.

I. Bugenhagio.

Mel. Select. epist. p. 553. Iterum in Epist. lib. I. p. 261. (ed. Lond. lib. I. ep. 83.). — Apographa in cod. Bav.

Vol. II. p. 435., in cod. Goth. 191. p. 42. et in cod. Basil. 39. p. 51 b.

Iohanni Bugenhagio Pomerano, Pastori Ecclesiae Witebergensis,

S. D. Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut honestissimae filiae tuae det felix, faustum, et foecundum coniugium, ut et tu tranquillo animo Ecclesiae Dei diu servire possis, et videas in eadem statione aliquanto[1]) post tuam posteritatem. Initia emendationis Ecclesiarum in his regionibus Dei beneficio mediocria sunt. Ipse quidem Princeps cupit recte consuli Ecclesiis, sed collegium Coloniense adeo atrociter adversatur, ut nuper *Landgravius* ad collegium scripserit, se et caeteros foederatos eum defensuros esse, si eum[2]) excutere conentur, ut minati fuerant. Videres[3]) in his regionibus deplorandam inscitiam pastorum, et singularem vulgi amentiam, quod summam religionem[4]) in solis statuis adorandis collocat. Et tamen *Groperus*, et alii docti Coloniae haec portenta tueri student. Profecto necessariam esse his locis emendationem facile iudicari potest. Ideo Deo commendabitis has Ecclesias, et totam Ecclesiam dissipatam toto orbe. Gallia, et Belgicum magis saeviunt, quam unquam[5]). Caetera ex literis scriptis ad Reverendum D. Doctorem *Martinum*, et ad *Crucigerum* cognosces. Commendo tibi familiam meam. Bene vale. Bonnae, 1543. Maii 9.

No. 2700. 9. Maii.

C. Crucigero.

Mel. Select. epist. p. 552. Epist. lib. I. p. 262. (edit. Lond. lib. I. ep. 84.). — Apographa in cod. Bav. II. p. 430. et in cod. Basil. 39. p. 52.

Casparo Crucigero D. Theologiae, de Ecclesiis in Episcopatu Coloniensi,

S. D. Non posses †carissime Caspar", harum Ecclesiarum labes sine lacrymis videre. Pastores aut nulli sunt, aut indoctissimi. Tota religio populi est in adorandis statuis. Quare fatetur Princeps necessariam esse emendationem, ac adfirmat, se eam recte et vere instituere cupere, nec defugere pericula. Coloniae nunc fit vestis statuae, quam aestimant centum aureis. Haec[1]) *Groperus* defendit, quem aiunt circiter tria millia aureorum quotannis habere. Etsi magna est confusio Imperiorum, et dolendum est distrahi Germaniam, tamen tantae sunt tenebrae, ut nos iustissimis et necessariis causis urgeri[2]) intelligere possimus, ut doctrinae puritatem adseramus. Legi hic *Eccii* rabiosissimum scriptum; Allatrat nos, quod dicimus, imputari iustitiam. Nihil contendit dici a *Paulo* iustitiam, nisi nostras qualitates, eaque de re prolixe declamitat. Quid agatur hic, scripsi D. Doctori *Martino*. Tantum[3]) inchoatum est scriptum de forma rituum, et doctrinae, et sequitur[4]) formam Noribergensem. Legi quaedam, et ipse articulum intertexui, *περὶ τριῶν ὑποστάσεων τὸν θεότητος*. Commendo tibi familiam meam. Mitto Epistolam Pontificis ad Senatum Coloniensem. *Bucerum* et *Pistorium* video omnia fideliter agere. Die 9. Maii, Anno 1543.

No. 2701. 9. Maii.

P. Melanthoni, filio.

Edita in Schelhorni Ergötzlichk. Vol. II. p. 46. Contulimus apogr. in cod. Goth. 401. p. 119.

Phiippo Melanthoni filio.

S. D. Etsi publicis curis satis multis exerceor, tamen etiam domesticas circumfero, quas quidem lenire mihi tua diligentia et tuo obsequio debebas, praesertim cum scias, qua benignitate te et educaverimus et foverimus. Praecipio igitur tibi, ut tuos mores timore Dei regas et primum Deo aeterno iudici, deinde et honestorum hominum iudiciis approbari eos studeas, eaque in re mea causa etiam diligentiam ac sollicitudinem maiorem praestes. Matri pie obtemperato, cui tua aetas et vir-

---

1) Cod. Goth. 191. *aliquam frugem.*
2) Cod. Bav. *Episcopum.*
3) Sic cod. Bav. et cod. Basil. 39. pro *Videris.*
4) *religionis* cod. Goth. 191.
5) †*antea* cod. Goth. 191.

1) *Hanc* correxit antiqua manus.
2) Cod. Bav. et cod. Basil. 39. *cogi.*
3) Cod. Bav. *tandem.*
4) Cod. Basil. 39. *sequimur.*
5) Cod. Bav. *diligenter*, cod. Basil. 39. *feliciter.*

tus iam praesidio esse debebat. Salutem[1]) dicito meo nomine Magistro *Franco*, M. *Ioachimo* et *Thomae*, ac caeteris convivis. *Friderici* pater in *Sigen*[2]) amanter et liberaliter me excepit, quod ei commemorabis. Bene vale, die 9. Maii, Bonnae ad Rhenum, 1543.

Philippus pater.

No. 2702. 11. Maii.

I. Calvino.

Edita in: Io. Calvini epist. et respons., Genev. 1617. fol. p. 382. Eiusd. Opp. T. VI. P. II. p. 174.

Iohanni Calvino.

Ex nundinis Francofordiensibus epistola ad me tua transmissa est, exempla vero editi scripti non sunt allata; tardius enim Francofordiam allatae fuerant. Postea *Bonnae* apud D. *Bucerum* nactus exemplum vidi τὴν προςφώνησιν ad me, et subito bonam partem disputationis evolvi *). Quod autem honorifico testimonio me ornaris et de tota re non solum pie sed etiam eloquenter dissserueris de utraque re, videlicet de mea gratitudine et de ipsa disputatione coram nos, ut soliti sumus, quoties una fuimus prolixe colloqui posse optarim. Etsi enim tantum vel ingenii vel doctrinae mihi non arrogo, quantum tribuis, et nos inprimis in ecclesia agnoscere imbecillitatem nostram decet: tamen benevolentia erga me tua vehementer delector, tibique gratiam habeo, quod in scripto luculento tanquam in illustri positam loco extare significationem amoris erga me tui voluisti. Gratum mihi et illud tuum testimonium esse ingenue fateor, quod me et amare et quaerere simplicitatem dicis. Nam praedicare bona conscientia possum, fuisse hoc meum studium, cum initio harum contentionum multa horridius et intricatius disputarentur, ut excerperem res utiles, easque ex illa caligine evolutas, quantum possem, plane et dextre recitarem, nec raro illud Euripidis mihi venit in mentem: ἐσθλὸν τὸ σαφὲς et ἄσοφον τὸ μὴ σαφές, nec nihil periculi adii, dum quaedam praecidi confragosiora: retinui vero et illustravi utilia, quod tamen verecunde feci, ne irritatis vehementioribus ingeniis discordias magis inflammarem. Fuit enim hoc mihi etiam curae, nostrum, hoc est Ecclesiae, consensum in maioribus causis ut tuerer. Vides enim quam multae aliae causae utilissimae motae sint. Ut autem ducum ars est, leviora et parerga interdum relinquere, ne impediantur in persequendis adversariis, ita nobis videndum est, de quibus rebus maxime dimicandum sit. Pontifices maiori spe quam unquam suas εἰδωλομανίας propugnant. Arbitrantur enim stultitia nostrorum Principum nostra dogmata ruitura esse, quos vident implicari bellis civilibus, et irritare *Carolum* hactenus cessantem et quasi fugitantem bella Germanica. Etsi hoc tanto malo moveor, quod quidem saepe praedixi vaticinans οὐ μαντικῇ, ἀλλὰ φιλοσοφίᾳ τινι εἰκάζον, cum Principum πολυπραγμοσύνην et alios morbos viderem: tamen scio Deum inter fatales imperiorum tumultus ecclesiam suam servare mirabiliter. Non igitur frangamur animis, sed dum possumus, sonemus, ut conversus latro in cruce, doctrinam de filio Dei, deque arcana sapientia, quae est ecclesiae propria, de magnitudine humanae infirmitatis, de poenitentia et fiducia promissae misericordiae propter filium Dei, vera invocatione, et veris ecclesiae virtutibus, de mysteriis non polluendis, de ecclesiae politia, non illa quam fingunt Pontifices, sed qualis fuit prophetarum et Apostolorum, denique de vita aeterna. Ad harum maximarum rerum doctrinam ornandam transferas velim eloquentiam tuam, quae et confirmare nostros, terrere adversarios et sanabiles iuvare poterit. Cuius est enim oratio hoc tempore in disputando vel nervosior, vel splendidior? Nostra vel propter ingenii infirmitatem, vel propter eas aerumnas, quibus consumta est naturae vis, si qua fuit, est squalidior. Magnopere igitur gaudeo, divinitus te ad Evangelii explicationem excitatum esse, teque illa Apostoli voce adhortor, quam scribit ad Timotheum: μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος.

Etsi autem videor ὀτρύνειν σπεύδοντα, tamen ad confirmandos animos hae mutuae cohortationes seu consolationes praesertim in ecclesia aliquid conducunt, ut Paulus se ait velle συμπαρακληθῆναι aliorum piorum officiis ac commonefactione. Satis est hostium, qui domino bellum

---

1) Haec et quae sequuntur non edidit Schelhorn.

2) Knutelius, vid. ep. d. 5. Maii.

*) Dedicaverat Calvinus Melanthoni: libros quatuor de liberi arbitrii controversia, adversus Albertum Pighium Campensem. 1543.

inferunt, qui nos delere conantur: eo sit firmior consensus noster; *συμφερτὴ γὰρ ἀρετὴ κρείσσων.* Fortassis nostra Germania paulo post a Turcis vastabitur, quod si fiet, eo magis vobis alibi in locis tutioribus studia literarum excitanda erant, et pugnandum vehementius, ut in reliqua Europa Evangelii lucem accendatis et retineatis.

Quod ad quaestionem *de praedestinatione*, habebam amicum Tubingae, doctum hominem, *Franciscum Stadianum*, qui dicere solebat, se utrumque probare: evenire omnia, ut divina providentia decrevit, et tamen esse contingentia; sese haec conciliare non posse. Ego qúum hypothesin hanc teneam, Deum non esse causam peccati, nec velle peccatum, postea contingentiam in hac nostra infirmitate iudicii admitto, ut sciant rudes, Davidem sua voluntate ultro ruere, et eumdem sentio cum haberet spiritum sanctum, potuisse eum retinere, et in ea lucta esse aliquam voluntatis actionem. Haec etiamsi subtilius disputari possunt, tamen ad regendas mentes hoc modo proposita, accommodata videntur. Accusemus ipsi nostram voluntatem cum labimur, non quaeramus in Dei consilio causam, et contra eum nos ut erigamus, sciamus, Deum et velle opitulari et adesse luctantibus. *Μόνον θέλησεν, καὶ θεὸς προαπαντᾷ,* inquit Basilius. Excitetur ergo cura in nobis et laudetur Dei immensa bonitas, quum et promisit auxilium et praestat, sed petentibus, ut inquit dominus, hoc est iis, qui promissionem intuentur. Nam a verbo Dei ordiendum est, nec repugnandum promissioni, sed ei adsentiamur, nec disputemus antea, tunc nos assensuros esse, cum arcanum Dei decretum nobis monstratum fuerit. Adsentientem autem Deus adiuvat, qui per verbum est efficax.

Haec non scribo, ut tibi tradam quasi dictata, homini et eruditissimo et peritissimo exercitiorum pietatis. Et quidem scio, haec cum tuis congruere; sed sunt *παχύτερα,* et ad usum accommodata.

Haec *Bonnae* scripsi apud D. *Bucerum*, cum eo accersitus est, ut ecclesias in dioecesi Coloniensi emendaret. Haec consilia Deo piis votis commendes. Rogo autem, ut mihi significes, an hanc epistolam acceperis. Nam si intellexero, certo ad te perferri meas literas, scribam saepius. *Ἀντίδωρον* tibi debeo, quare et grati animi significationem ostendam. Bene vale. XI. Maii.

No. 2703. (his dieb.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 428. (ed. Lond. lib. IV. ep. 299.)

Clarissimo viro et egregia eruditione et virtute praedito Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo carissimo,

S. D. *Matthaeo* nostro et eius comitibus opto iter faustum et felix, ac Deum precor, ut Ecclesiae suae ingeniosos adolescentes *καὶ εὐσεβεῖς* servet. Haec seminaria dum erunt reliqua, spes est futuram aliquam ad posteros politiam. Saepe animo circumspicio ac quaero *στρατηγοὺς,* qui quia iam desunt germaniae, nostrum ordinem tamen adhuc quidem Dei beneficio, ingenia digna laude habere gaudeo. Tu quoque horteris hos ipsos nostros amicos et auditores, ut industriam et studia referant ad communem utilitatem patriae, et melioris patriae Ecclesiae. Mitto epistolam de Scotico regno, quam dabis legendam *Alesio.* Bonnae mecum *Scotus* fuit, homo nobilis, Legatus in Galliam, is satis pie de nostris sententiis loquebatur. Mirum ni *Alesius* iam sibi Daedaleas pennas faciet, ut in patriam mox revolet. Bene vale.

Philippus Melanth.

No. 2704. 14. Maii.

H. Schreibero.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 81 b. et cod. Monac. 90. no. VI. p. 365.

Hieronymo Schreiber Noribergensi,

(Aquisgranum in thermas profectus.)

S. D. Et opto ex animo, ut medicatio morbi tui sit foelix, et scire cupio, quomodo procedat. Cum autem facile per amicos ad nos mittere literas possis, magnopere abs te peto, ut scribas et de tua valetudine, et doctorum, qui ad te accedunt studiis et officiis. *Noviomagum* *) iam Coloniae esse audio, qui cum versetur in Mathematum doctrina magna cum laude, velim te amicitiam cum eo contrahere, ideoque ad eum de te quoque scripsi.

*) i. e. Gerhard Geldenhauer.

Colamus nostrum ordinem et amicitias literatorum utcunque foveamus, quas semper iudicavi ad rempublicam etiam pertinere. Clarissimo viro D. *Echtio* salutem reverenter opto.

Iussi equum tuum vendi, cum habebimus[1]) emptorem; fit enim in otio contumacior, cum alioqui sit ignavissimus, pene ut nunc centauri et contumaces sunt et ignavi. Quaeramus igitur equum philosophicum, id est, strenuum et placidum ac tractabilem. Sed satis est philosophatum de equis et centauris. Bene vale, et rescribe. Die 14. Maii[2]).

Philippus Melanthon.

No. 2705. 18. Maii.

Nic. Buscoducensi.

Edita in Gabbema epist. claror. viror. ep. 92.

Viro optimo, et eximia eruditione praedito, D. Nicolao Buscoducensi, gubernanti studia literarum Wesaliae, amico suo carissimo S. D.

Saepe hoc belli *) tempore de te et ego et amici multi in nostra Academia locuti sumus, teque optavimus vel apud nos, vel alibi tranquillam sedem in hac tua senecta habere. Postquam igitur Bonnam veni ad *Bucerum*, ac intellexi, deliberationes esse de quaerendis Ecclesiarum gubernatoribus, mentionem tui fecimus. Et adfuerunt alii, qui honorifico testimonio te ornabant. Iussus sum igitur a D. *Bucero* ad te scribere, ut vel literis tuam voluntatem significes, vel ipse huc venias, ut coram de munere Ecclesiastico mandando tecum agi possit, et tu hic rerum omnium statum explores. Principis Coloniensis voluntatem in emendatione Ecclesiarum piam et firmam esse animadverto. Venies igitur Bonnam ad *Bucerum*, aut certe significabis tuam voluntatem. Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut te servet, et in locum tranquillum traducat. Bene vale. Bonnae, die XVIII. Maii.

Philippus Melanthon.

1) Cod. Monac. 90. *habemus*.
2) Cod. Monac. 90. *Martii*.
*) Caroli adversus Ducem Iuliacensem.

No. 2706. 19. Maii.

M. Luthero.

Mel. Select. epist. p. 270. Item in Epist. lib. I. p. 219. (ed. Lond. lib. I. ep. 74.). — Apographa in cod. Bav. Vol. II. p. 428. et in cod. Basil. 39. p. 51.

Clarissimo et optimo viro, D. Martino Luthero, Doct. Theologiae, instauratori piae doctrinae Evangelii, patri suo carissimo S. P. D.
(Inscriptio in cod. Bav.)

Postquam veni *Bonnam*, intellexi Episcopum dedisse mandatum, ut forma doctrinae et rituum proponenda Ecclesiis conscribatur, et quidem ad exemplum Noribergensis formae. Ac iussus sum inchoatum opus inspicere. Id hoc triduo feci, Episcopus vult pure tradi doctrinam, et tolli ritus publicos pugnantes cum doctrina, sed adversari non desinunt Canonici, etsi in his quoque sunt qui aliorum violentiam impediunt. Fuerunt[1]) minitati quidam ferociores, se excussuros esse Episcopum. Quare *Landgravius* ad Collegium scripsit, ac palam affirmavit[2]) se et caeteros foederatos suscepturos esse defensionem Episcopi, si opus sit. †Sed" reliquae civitates praeter Coloniam et praecipua pars nobilitatis expetit piam[3]) Ecclesiarum constitutionem, quam vident profecto necessariam esse. Vix enim alibi in Germania tantum arbitror fuisse, aut esse superstitionis barbaricae et plane Ethnicae, quantum fuit in his regionibus, ut adhuc exempla currentium ad statuas ostendunt. Sed video nunc conciones magna frequentia audiri *Buceri* et *Pistorii*, et animadverto utrumque pure et recte docere. Sunt et alii in vicinis aliquot oppidis et pagis, qui recte docent, et Sacramenta pie administrant. His initiis ut Deus faveat oremus, eaque provehat. In ditione Iuliacensi prorsus negliguntur Ecclesiae, quod belli tempore solet accidere. Interim vero et illi, qui in illa regione oderunt puram doctrinam, hac occasione saevitiam exercent, ut ex literis, quas adieci, videbitur, quas quidam ex[4]) Iuliacensi ditione scripsit. Deum aeternum Patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut te servet incolumem, tibique diu ad Ecclesiae suae utilita-

1) *Fuerant* cod. Bav.
2) *affirmavit* codd. Sed Peuc.: *affirmat*.
3) Cod. Basil. 39. *puram*.
4) Codd. *in*.

tem vitam proroget. Salutem opto honestissimae matronae coniugi tuae et dulcissimis liberis. Bonnae XIX. Maii. † Iam hac hora audimus, Weseliae abolitas esse privatas missas, et institutam administrationem coenae domini iuxta Evangelium, et aulicos ob hanc causam Senatui minitari. Scribam de hac re ad D. *Dolsium*, et si videbitur profuturum, agemus, ut scribat ad ducem episcopus coloniensis". M.D.XLIII.

No. 2707. 23. Maii.

C. Crucigero.

Epist. lib. III. p. 151. (edit. Lond. lib. III. ep. 75.). Apographa in cod. Bav. Vol. II. p. 438. et cod. Monac. 90. no. IV. p. 368.

Doctori Casparo Crucigero

S. D. Scripsi vobis antea, Episcopum secuturum esse formam Noribergensem, eratque ante meum adventum institutus liber ad exemplum Norinbergense scribendus [1]). Retinuit pleraque *Osiandri* [2]) *Bucerus*, quosdam articulos auxit, ut est copiosus. Mihi cum omnia relegissem attribuit articulos περὶ τριῶν ὑποστάσεων, de creatione, de peccato originis, de iustitia fidei et operum, de Ecclesia, de poenitentia. In his consumpsi tempus hactenus, et legi de ceremoniis baptismi et coenae domini, quae ipse composuit. Arbitror pene finitum esse opus. Avellam igitur me quam primum. Nam secuturas esse longas deliberationes et tardas ratiocinor. Sunt et in aula et in tota regione docti quidam et nobiles, qui expetunt veram emendationem Ecclesiarum; sed reliqua turba, ut alibi, aut non curat, aut repugnat bonis consiliis. Coloniae liber editus est, non tam contra *Bucerum* quam contra universam doctrinam Ecclesiarum nostrarum et contra nostros principes. Poëta operis est Carmelita ille bene saginatus et Bacchi ac Veneris sacerdos *). Titulum operi fecerant: Iudicium Cleri et Academiae **). Cum autem saniores in Collegio Comites quidam [3]) vidissent, scriptum dignius esse scurris quam Clero, iusserunt mutari titulum, ac testati sunt, id opus non probari suo collegio. Addita est ergo tituli [4]) correctio; pro Clero iubent legi *Clerum secundarium*, nothos videlicet cleros intelligunt. Petulantissime convitiatur doctrinae et *Luthero*, et in loco de coniugio spurcitie et obscoenitate verborum ea [5]) utitur, quam vix in lenone ferrent aures mediocrium hominum. Convitia ex Plauti fabulis lecta sunt, quibus fortasse Carmelita ille magis delectatur quam Psalmis.

De republica nihil habeo quod scribam. Spero Iuliacensem brevi recepturum esse Heriburg [6]). Belgae affirmant Imperatorem *Carolum* in Italia esse [7]). Sed aula Coloniensis praeter Belgicos [8]) sermones nihil habet de ea re; vestras res scire mallem. Audio etiam Turcicum tyrannum cum exercitu [9]) venisse Belgradum. Bene et feliciter vale. Salutem opto Reverendis viris D. Doctori *Martino* et D. *Pastori*, quibus has literas ostendes. 23. Maii, Bonnae [10]).

1) *scribendus*] addunt codd.
2) *Osiandri*] non habet Pez., sed addunt codd.
*) Eberhardus Billicus.
**) „Iudicium Deputatorum Universitatis et secundarii Cleri Coloniensis de doctrina et vocatione Martini Buceri."
3) Henricus Comes a Stolberg et Iohannes Comes Beichlingensis. Vid. Seckendorf. hist. Luth. T. III. p. 438.
4) Cod. Bav. *titulo*.
5) *ea* excidit e textu Pez.
6) *Spero — Heriburg*] praetermisit Pezel. — Cod. Bavari habet: *Recuperaturum esse Hemsburg*.
7) Mense Maio Caesar ab Hispaniis cum classe Genuam appulit, et exeunte Iulio Spiram venit.
8) Cod. Bav. *bellicos*.
9) Pez. *Turcicum exercitum*.
10) 23. *Maii*, *Bonnae*] addunt codd.

No. 2708. 23. Maii.

Eidem.

† Ex apographis in codice Bavari Vol. II. p. 436., cod. Monac. 88. no. IV. p. 86. et cod. Monac. 90. no. IV. p. 359 b.

Clarissimo viro, et egregia eruditione et virtute praedito, Caspari Crucigero, Doctori Theol., ἀδελφῷ φιλτάτῳ, Wittebergae,

S. D. Mitto exemplum *) literarum Romani Pontificis ad Collegium Coloniense **), in quibus

*) Cod. Monac. 90. *exemplar*.
**) Literae Pauli III. Pontif. ad „Senatum Coloniensem" leguntur in cod. Bav. ib. p. 432. Scribit inter alia Papa de descissa ecclesiae Germanicae suoque de ea re dolore, et addit: „Nec sane in hoc (dolore) tam nostras et dictae Se„dis iniurias attendimus, a cuius reverentia sicut a fide et

quo argumento utatur videtis. Sepelit Christum, et promittit rerum mutationem. Nec dubito, quin hae ineptiae a *Gaurico* proficiscantur, aut a *Vate Mediolanense*. Exhibebit vobis *Ioannes Anglus* scriptum Coloniense *); nam alterum exemplum hodie nacti sumus postquam priorem epistolam scripseram. Videbis, me non temere petulantiam, scurrilitatem et spurcitiem scripti detestatum esse. Ostendes venerandis viris D. Doctori *Martino*, et D. *Pastori*. Bene et feliciter vale. die 23. Mai. Bonnae.

Phil. Mel.

No. 2709. 23. Maii.

N. Brücknero.

† Ex autographo Melanthonis in bibl. Academ. Argentoratensis mihi descripta a Clar. *Strobelio*.

Clarissimo D. Nicolao Bruckneo, doctrina egregia philosophiae et mathematum ac virtute eximia praedito,

S. D. Clarissime Domine Brucknere. Memini, nos una fuisse Francofordiae ante quadriennium, et recordatio sermonum vestrorum philosophicorum mihi periucunda est, vosque propter eximiam doctrinam in philosophia veneror. Cum autem *Hieronymus Schreiber* Noribergensis, studiosissimus philosophiae, saepe audisset praedicari vestram eruditionem, meque eo libentius in has regiones euntem comitatus esset, at vos videret et audiret, rogo, ut eum amanter excipiatis. Cupit videre vestras geneses, et aliquid audire de doctrina philosophica, quam et ipse colit. Est autem humanitatis vestrae, tali ingenio, flagranti cupiditate honestissimarum artium non deesse. Recte et feliciter valete. Bonnae, die 23. Maii.

Philippus Melanthon.

„obedientia multi, beneficiorum obliti, recesserunt, (mater enim et magistra omnibus fuit), quam *contaminatum* „fidei catholicae sensum, *oblatum Dei sanctum honorem*, „*cultum ipsius Dei imminutum*, persecutionem Cleri et „Religiosorum, *Moniales, antea Deo dicatas, mox Monachis nuptas*, spoliatas ecclesias, et per haec *irreparabilem tot animarum iacturam* dolore, quo debemus, „comploramus."

* *Exhibebit — Coloniense* tantum habent codd. Monac.

No. 2710. 23. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 428 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 300.). — Apographa in cod. Monac. 90. no. VII. p. 369. et in cod. Bav. (ubi inscripitur Crucigero) Vol. II. p. 437.

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo carissimo in Academia Lipsica,

S. D. Accedit mihi ad alias molestias, quas sane ἐπαχθεῖς sustineo, ut coram narrabo, haec quoque, quod eo sum loco, quo non commode ex Saxonia literae mitti possunt, praesertim cum mecum quoquo terrarum circumferam curas non mediocres de nostra Academia, de rebus domesticis, et de amicis. Gratiam vero habeo et tibi et tuo compatri, quod litteras misistis: accepi enim epistolam tuam, quam *Martinus* Coloniam misit, et *Sturmii* carmen. O me flagiciose stultum, qui reclamante et dehortante tota philosophia nostra, et toties ictus, tamen aulas sequor. Sed sequor, ut scis, non cupiditate aliqua, verum Ecclesiae caussa, et senex[1]) noster afficitur cura recte constituendarum Ecclesiarum, quae profecto in his regionibus valde deformatae sunt. Et sunt in aula boni quidam Viri, sed pauci, qui eum adiuvant. Tarde igitur in tanta rerum mole procedunt negocia. Sturmio misi versus tuos Argentinam. †Nam"[2]) de Academia Coloniensi scito, nullum non solum nostris, sed ne caeteris quidem veterem philosophiam amantibus ibi locum esse. Cedit *Noviomagus*, cedit *Longolius*. Hodie accepimus †600 fl."[3]) mulctam dictam esse iis, qui usi sunt integra coena Domini, nisi exilium anteferant. Bene et feliciter vale, die XXIII. Maii. Bonnae.

Philip. Melanth.

No. 2711. 5. Iun.

Cruciger ad Camerarium.

Edita in Mel. epist. ad Camerar. p. 432. (ed. Lond. lib. IV. ep. 303.)

---

1) Cod. Bav. *senior*.

2) Addit cod. Bav.

3) Addit cod. Bav.

Viro clarissimo praedito excellenti doctrina et pietate Ioachimo Camerario, amico suo cariss. S. D.

Cum huc venissem comitatus parentem, attulit nobis litteras a D. *Philippo*, Ioh. Anglus, qui aliquot annos versatus est in nostra Academia. Is cum haberet etiam litteras ad te, dedit eas vestrati civi marito Gengebachiae: iis addidi etiam exemplum litterarum ad me, quae paulo copiosiores erant: nam alteras illas tibi inscriptas resignavit D. Doctor *Ionas*, qui sibi abs te hoc nomine veniam dari petit, et te amanter salutat. Scripsi haec iam abiturus et inter convivas, quare veniam rogo ut des brevitati. Bene et feliciter vale, et meis verbis nostros saluta, cum quibus eadem a *Philippo* communicabis. Quaeso te mittas quamprimum ad me exemplum versuum tuorum, quibus respondisti ad scurrilem criminationem de tribus *Martinis* *), turpiter enim oblitus sum eos abs te coram postulare. Vale iterum. Halae Saxonum, V. Iunii.

Caspar Cruciger T.

*) M. Luth., M. Bucer, et verosimiliter Sanctus Martinus.

No. 2712. 5. Iun.

G. Knutelio.

Epist. lib. VI. p. 295 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 299.

Clariss. viro — D. Guil. Knutelio, Consiliario Principis Nassaviensis, amico suo

S. D. Gratum mihi fecit vester civis, quod operam mihi suam in perferendis ad te literis detulit. Forte enim me convenit in oppido exiguo non procul Colonia Agrippina, eo die, quo ad Coloniensem Archiepiscopum venit Dux *Iuliacensis.* Molitur Episcopus piam emendationem suarum Ecclesiarum. Vidi enim totum scriptum, quod suis proceribus et civitatibus proponet. Et adsentitur nobilitas. Sed adversantur monachi et sacrificuli Colonienses, etsi in summo collegio habet studia quorundam praecipuorum: Decani, qui est Comes *Stolbergius*, *Richardi* Comitis Palatini: Item *Comitis Rhenani* et aliorum quorundam. Etsi autem horum autoritas non frangere prorsus pertinaciam malorum potest, tamen hoc perficit, nequid adversus Episcopum statuatur. Quidam enim initio minati erant, se excussuros esse eum ex gubernatione. Monachus Carmelita, quem vidisti Wormatiae, edidit scriptum Cleri et Academiae titulo contra *Bucerum.* Ad id scriptum ego respondi, tibique exemplum brevi mittam. Hodie editio absolveretur, nisi hic me Iuliacensis detineret. Intelligo esse de pace deliberationes. Et hac constituta etiam Ecclesiis earum regionum consuli posset. Animadverto in his locis populi religionem praecipue sitam esse in colendis statuis. Haec stant mira varietate in templis et prodigiose ornatae. Ad has concurritur magna frequentia. Sed iam aliquae amotae et crematae sunt: Et orandus est Deus, ut hic sibi Ecclesiam etiam colligat. Commenda nos Deo tuis precibus. Bene vale, 5. Iunii [1]). Ad Rhenum non procul [2]) Colonia.

†Philippus Melanthon."

1) Spanh. addidit: *anno* 1543.

2) Spanh. addidit: *a.*

No. 2713. 10. Iun.

Philippo Landgravio.

† Ex autographo in Tabular. Elector. Cassel. descripta nobis a Rommelio.

Dem Durchleuchtigen, hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Philipps, Landgraven zu Hessen, Graven zu Catthen Elnbogen, Ziegenhain, Dietz und Nida ꝛc., meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen Eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Durchleuchter hochgeborner gnädiger Fürst und Herr, Es ist zu Collen von etlichen Verordneten von dem untern Clero und Universität ein Buch wider den würdigen Herrn Martinum *Bucerum* ausgangen *), latinisch und teutsch, darinn nit allein die Prädicanten sondern auch die Ständ, so christlicher reiner Lehr anhängen, sehr unflätig angriffen. Sie beschließen zuletzt, daß außer **) dieser Lehr, alle Strafen jetzund auf Erden verursacht wor-

*) De hoc libro et Buceri et Melanthonis responso uberius dicetur suo loco ad librum Melanthonis.

**) Potius: aus.

den, item daß es Gotteslästerungen seyen, item, daß diese Stand Sacrilegi seyen, item, daß der Closterpersonen coniugium seyen sceleratum und incestae nuptiae. Und ist solcher schönen Titel das Buch voll. Nu hab ich ein wenig daruff geantwort, und ist jetzund Herr Martini Buceri Antwort auch im Druck, denn es ist die Gelegenheit in diesem Ort also, daß man nit hat sollen still sweigen,

Wiewohl ich nu die Fürsten nit gern bemühe, oder in der Scribenten Gezänk menge, so acht ich dennoch, daß gut wäre, daß in Namen der Stand an den Rath zu Collen geschrieben würde, daß sie nit wollen bei ihnen solche Schmachschriften, darinn sie die Stand angreifen würden, drucken und verkaufen lassen, daß auch die Chur und Fürsten dieses Theils billiche an diesen unflätigen Schriften, die ausgangen, ein Misfallen haben, ꝛc.

Doch stelle ich dieses zu E. F. G. Bedenken. Es dienet aber vielleicht dazu, daß etlich im Rath Ursach hätten ernstlicher wider diese Pfaffen zu reden, Gott bewahr E. F. G. allezeit. Datum X. Juny 1543.

E. F. G.

unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 2714. 11. Iun.

N. Schreibero.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 79b. et cod. Monac. 90. no. VII. p. 353b.

Hieronymo Schreiber Noribergensi,
(tunc Aquisgrani in thermis).

Grata mihi fuit epistola tua, quam medico tradidisti. Nec vero minus grata medici oratio fuit, qui mihi de tua valetudine sciscitanti narravit, te liberatum esse scabie, ac profuisse thermas ad eluendas sanguinis sordes, et excitandam ac fovendam vim epatis. Haec ita esse opto, ac Deum patrem domini nostri I. C. oro, ut et ingenium tuum regat, et corpori tuo vires suppeditet, ut servire reipublicae possis, *καὶ συναγονίζεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ.* Scio autem, quantum referat, iustum tempus tribuere huic curationi; quare te adhortor, ut non properes, sed considerata corporis ἕξει prudenter statuas, quam diu thermis utendum sit. Nam ego nunc diutius opinione mea retineor, eo, quod princeps Coloniensis propter *Iuliacensem* ad *Landgravium* subito profectus est. Tentantur pacificationes, *εἱμαρμένης*[1]), ut metuo[2]), *οὔπω ἀποτελούσης*, ut nos Astrologi loquimur, etsi optarim *Iuliacensem* ex his difficultatibus foeliciter eluctatum esse; est enim iuvenis bono et modesto ingenio praeditus, ut animadverti nuper in congressu principum. Et quorum scelere implicitus sit bello, non obscurum est[3]). Hi nunc sunt ociosi spectatores, ac fortassis stultitiam Germanorum rident. Nec tamen hostes procedere audio; omnino mira in utraque parte ignavia est. De Caesaris *Caroli* adventu iterum silentium est. Nondum aiunt venisse in Italiam, et expectationem incertam esse. Sed fortassis Francofordiae audiemus aliquid certi. Nam hic nemo haec curat, nec ullae ad me vel ex Norico vel ex Saxonia literae mittuntur. Nunquam in tali solitudine fui. Unas accepi literas, quae narrant, Polonos post regias nuptias missuros auxilia Pannoniis[4]), et plane confidere Budam se recepturos esse. Hactenus enim nondum novae copiae Turcicae advenerunt. Bene vale et rescribe. Die 11. Iunii 1543.

Philippus Melanthon.

No. 2715. (fere med. Iun.)

G. Knutelio.

Epist. lib. VI. p. 294. — Hic ex autographo in cod. Monac. II. p. 298.

Clariss. viro — — D. Gulielmo Knutelio,
Consiliario Nassaviensi, suo amico

S. D. Postquam exarsit inter Reges bellum ex nescio qua causa, non dubito fatalem mutationem Imperiis impendere, quam ut Deus regat, orandus est. Tu in ista tua aula, quae abhorret a turbulentis consiliis, tranquillitate tua feliciter fruere, eamque, quod velle vos arbitror, usitata

---

1) Scriptum fuit in cod. Monac. 88.: *εμαρκοννης*, sed iterum deletum est verbum, neque aliud adscriptum. Cod. Monac. 90. habet *ἐνμαρηνης*. Puto: *εἱμαρμένης*.

2) Cod. Monac. 90. *ut nemo*, mendose.

3) De Gallis eorumque rege loquitur.

4) Sigismundus, Poloniae regis Sigismundi filius, hoc anno duxit in matrimonium Ferdinandi, Romanorum regis, filiam Elisabetham.

moderatione tueamini. O iam felices Resp. quae Ecclesias habent recte constitutas, et alienae sunt a Regum factionibus. Utinam magni Principes frenarent privatas cupiditates et suas res agerent, suis consulerent, et ornare Ecclesias studerent. Hic rixatus sum cum Coloniensibus Sycophantis, quorum rabies non literis refutanda esset, sed fustibus castiganda, si Principes pios haberet Europa. Mitto tibi libellum non quidem tua lectione dignum, sed tamen, quia hoc tempore aliud xenium mittere non poteram, has pagellas misi, quae cordato Lectori, ut ego arbitror, ostendunt nos iustis causis moveri, ut reclamemus hypocritis, qui in Ecclesia impiam tyrannidem gerunt. Bene vale. *Aemylium* *) etsi scio tibi curae esse, tamen ut mea causa etiam complectaris oro. Bonnae.

† Philippus Melanthon."

No. 2716. 19. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 429 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 301.)

Clarissimo viro et egregia eruditione et virtute praedito Ioachimo Camerario Pabergensi in Academia Lipsica amico suo cariss.

S. D. Bis a te litteras accepi in hac ripa Rheni, ac ex epistola per *Theobaldum* missa intelligo te saepius scripsisse, sed scio interdum nostras litteras a mercatoribus negligi, quibus sane veniam do, quia non multi legerunt illas veriss. et gravissimas disputationes quinti Ethicorum, *περὶ τῆς ἰσότητος,* quae sunt fontes officiorum humanitatis. Cum autem brevi me rediturum esse ad vos sperem, *θεοῦ γε ἡγουμένου,* scribo brevius, nec do mandata de litteris mittendis. Sed si retinebor, per *Echtium* certo mittere poteris, quicquid ei trades. Is fratrem habet Coloniae medicum, vere *πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων,* doctum in Galeni philosophia.

Caroli adventus utinam sit faustus Germaniae, sed magnae res impendent. Nunc *Iuliacensem* regionem duo exercitus populantur, alter Brabandicus, alter Iuliacensis. Nec *Brabanti* copiam dimicandi faciunt. Miserrimum est spectaculum. Coloni, miserae mulieres cum parvis liberis lachrymantes quaerunt latebras, non vitam ut tueantur, sed ut sine turpitudine, fame moriantur. Turcica bella non multo crudelius geri arbitror. Non diu tamen differri dimicatio poterit. Deum orate, ut vos et vestras Ecclesias servet. Scripsi hic libellum, quem leges, ut mea omnia, *ἐπιεικῶς.* subito effudi. Imperties et *Laterensi* et *Crucigero*, ac si ita videbitur, recudite. Bene valete. die XIX. Iunii. Bonnae.

Philippus Melanth.

*) Georg. Oehmlerum, gubernantem scholam in oppido Sigen.

No. 2717. 19. Iun.

Bucerus ad Ionam.

† Ex autographo Buceri in Volum. Epist. Meining. ep. 146.

Clarissimo viro et Theologo gravissimo D. D. Iusto Ionae, christianae religionis in Hala Saxoniae instauratori primario, domino et patrono suo observandissimo.

(Aliena manu facta est inscriptio, cui iterum alia manu adscripta sunt haec: D. Doctori *Mart. Luth.*, et d. Doct. *Pomerano*, et Doct. *Crucigero*, remittendae dom. Doct. *Ionae.*)

S. D. Dignum est, ut ad te, ornatissime vir, vicarium Archiepiscopi et Electoris primarii, ego vicarius secundarii, vel si mavis tertiarii, aliquid dem literarum, praesertim eandem causam episcopalem agens, quanquam non pari virtute. Accedit ad hanc causam, quod in quo ego nunc laboro *ψευδοδιγαμίας* crimine et tu forsitan brevi laboraturus es. Fert enim et mea (?) et spiritus Christi, ut, qui eadem sentiunt, agunt et patiuntur, se invicem singulari studio complectantur, salutent et consolentur. Eo officio quo minus tu eges hoc debes me benignius recreare, quod ut abs te impetrem, has prior ad te literas dare volui. Tu enim, ut est cursus regni Christi, quia dominum habes adversantem in terris, virtute domini coelestis agis ac perficis negotium evangelii felicius maioreque successu. Ego cum meis symmistis, quia princeps noster nihil in hac vita pluris ducit, quam restitui regnum Christi apud suos, vim coelestem potiorem in opere nostro experimur. Idque merito nostrorum peccatorum,

quanquam nos non parum consoletur spiritus ministerii nostri successum maiorem tamen *) quam sperare ausus fuissem huc veniens. Patimur a Coloniensi clero, schola, a senatu prorsus eadem, quae passi sunt apostoli a Sacerdotibus, Scribis, et Senioribus Ierusalem, nisi quod dominus nos nondum eo honore dignos habuerit, ut de contumelia flagellorum aut carceris vel crucis ab his hostibus Christi illata gloriemur. Caeterum si non par, profecto parum dissimilis furor est. Misertus autem Dominus nostri et eo est, et quidem magnifice, quod huc adduxerit Protodoctorem et unice salutare organon suum D. *Philippum*, qui quantum non nos tantum, sed optimum quoque senem, et quotquot ulli in causa Christi adsunt, omnesque ecclesias huius regionis, cum sapientissimis consiliis tum fortissima propugnatione adiuverit, dici sane non potest. Coniecturam autem non levem praebebit tibi lectio libri suavissimi, quem hic pro causa Christi scripsit, et tibi nunc mittit. Patres et praeceptores nostri Wittenbergenses prope indignantes profectionem eius ad nos admiserunt, cuius fateor non vulgares causas habuerunt, etiam ex conditione huius provinciae: at scio, ubi cognoverint, quantum dominus per eum hic effecerit pro sua gloria, pro suo populo, gratias agent Domino, qui alia, quam ipsi volebant, ratione nomen suum per hunc servum suum praestantissimum sanctificarit.

Quo in statu nunc sit hic ecclesia Christi, et ut instet dimicatio de summa rerum, quandoquidem reformationis formula statibus provinciae iam tanquam proponenda et diiudicanda sit, scribit indubie Dominus *Philippus*. Urgebis itaque precibus tu cum ecclesia tua misericordiam patris coelestis, ut nobis in illo certamine adsit, quo, sicut in proximis comitiis factum est, tres prophani, qui a vere prophanis sic vocantur, huius provinciae ordines, comitum, equitum et oppidorum pio seni nostro constanter adhaereant. Nam a quarto ordine, Capitulo Colon. adversa omnia iure expectamus. Obtinent enim in hoc capitulo septem spiritus non boni, quos vocant septem presbyteros. Sunt autem a quibus egreditur hic omne malum, inter quos ii utinam non duces sint, qui nostri esse toti videri paulo ante volebant. De regno Christi quod non est de hoc mundo, nec mundi viis vel defenditur vel propagatur, omnis pugna est. Hic doceat nos et degat in omnibus, ut nihil non ex eius spiritu suscipiamus et proficiamus. De evangelio ipse nihil negliget. In hoc bene vale, et boni consule meas nugas. Bonnae 19. Iunii 1543.

deditus tibi in Domino
M. Bucerus.

Si quis tecum sit, cui notus sum, eum rogo meo nomine iubeas salvere.

*) Post *tamen* praetermissum est aliquid, ut *dans* vel simile.

No. 2718. 20. Iun.

Senatui Soëstano.

Ex autographo in tabellario Senatus urbis *Soest* asservato primum edita in C. G. Grothe Jahrbuch für Westphalen und Niederrhein, Vol. I. p. 17 sq.; iterum in dem Soester Wochenblatt no. 41. ann. 1826.

Den Erbarn und weisen Herrn Burgermeistern und Rath zu Sost, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad und Fried durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Ehrbare, weise, günstige Herren. Ew. W. sende ich eine Schrift, die ich einfältiger, treuer Wohlmeinung von Bestellung einer lateinischen christlichen Schule in Ewr Stadt, an E. W. geschrieben, und bitt ganz fleißig, E. W. wolle sie gutwilliglich annehmen, lesen und beherzigen, denn ich sie auch darum zu Druck gegeben, damit sie zu lesen leichter wäre, besonders dieweil ich jetzund allhie zu Bonn nicht Schreiber nach meiner Gelegenheit bei der Hand habe. Und wiewohl ich weiß, daß jetzund die Zeit leider unruhig ist, und etliche auch mir übel deuten werden, daß ich, der ich eine geringe Person bin, an fremden Ort mich anmaße etwas zu rathen, so bitt ich doch Ew. W., als die verständigen und ehrliebenden, wollen mir mein Schreiben zu gut halten. Denn wahrlich zu Förderung christlicher Schulen jederman Vermanung und Hülfe thun soll. So hoff ich, der ewige Gott werde auch die Städte[1]), so seiner heiligen Kirche und dem Evangelio Herberge geben, gnädiglich bewahren, wie der Psalm spricht, Psalm 45.; Gott ist in dieser Stadt, darum wird sie nicht[2]) zerstöret etc. Ach so wir diesen Schutz suchen, gebe uns Gott

1) Groth. Stadt.
2) Wochbl. nie; Mel. scripsit nit, ut solet pro nicht.

gnädigen Frieden und Wohlfahrt. Darum wollen E. W. ihr dieses Werk Gott zu Lobe, und den Euren zu Gute lassen befohlen seyn. Der ewige Gott bewahr Eure Stadt allezeit. Dat. Bonn den 20. Iunii 1543.

Ew. W.

williger

Philippus Melanthon.

No. 2719. (20. Iun.)

Eidem Senatui.

Legitur in libro manu scripto, qui inscribitur: das erste Theil verdeutschter Declamation, Vorreden und christlicher Trostschriften Herrn Philippi Melanthonis — durch M. Stephanum Reichen. a. 1559. In bibl. Gothana codd. in Fol. no. 265. p. 138. Prodiit etiam hoc scriptum separatim: Schrift D. Philippi Melanthonis an eine ehrbare Stadt (Soest) von Anrichtung der lateinischen Schulen, nützlich zu lesen deutsch gestellt. Witteb. 1543. 2½ pl. 4. iterum Augsb. 1543. 2 pl. 4. — Ex epist. antecedente intelligitur scriptam esse hanc epist. ad Senatum urbis Soest.

(An den Stadtrath zu Soest in Westphalen.)

Gottes Gnade und Friede durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Ehrbare, weise und günstige Herren. Ich bin zum öfternmal von den würdigen Herrn, den treuen Predigern des Evangelii in eurer Kirche angesucht, an Ew. W. zu schreiben, und sie freundlich zu Anrichtung einer christlichen, nützlichen Kinderschul zu vermahnen. Nun bin ich für meine Person solches zu thun allezeit geneigt gewesen. Denn das ist ja der allerheiligsten Werke eins auf Erden, zu Anrichtung der Schulen treulich helfen, wie ich hernach anzeigen will. Mich haben aber etliche Ursachen aufgehalten, und nämlich die.

Die erste, daß ich weiß, daß Ew. W. selbst, als die verständigen, wissen, daß zu Erhaltung der Religion und vieler nützlichen Künsten ganz vonnöthen ist, die Kinder zur Lehre zu halten, und soll keines Menschen Ansehen und Autorität auf Erden so groß gemacht seyn, daß jemand höher und mehr dadurch zu Förderung der Schulen bewegt werde, denn durch die Sache selbst, dieweil männiglich weiß, daß Gott geboten, seine Lehre zu erhalten; item, männiglich weiß, daß solches nicht möglich ist, so man die Schulen fallen läßt. Ueber das so bin ich eine geringe Person, daß ich besorgt, mein Schreiben würde mehr mit Unwillen angenommen werden, denn daß es viel Frucht schaffen würde.

Die andere Ursache, die mich aufgehalten, ist gewesen, daß ich weiß, daß der Kirchen Güter, damit Kirchen und Schulen zu bestellen, wenig in euern Händen sind, und fressen die Pfaffen im Stift und anderswo die Präbenden auf, welche nicht allein euch nicht dienen, sondern wollen auch gern die reine christliche Lehre aus euern Kirchen vertreiben. Dieweil denn dem Rathe schwer wird, so viel sonst zusammen zu bringen, daß die Pfarr etlicher Maaßen erhalten werde, so kann ich wohl achten, daß man zu Bestellung der Schule desto weniger geneigt ist, dieweil nicht übrige Güter vorhanden sind.

Die dritte Ursach ist diese, daß leider ein Krieg an diesen Ort erreget, den Gott gnädiglich stillen wolle. Nun hat man zu Kriegszeiten auch nicht großen Lust oder Raum, solche Ordnungen zu machen, die man zu Friedens Zeiten bequemlicher machen kann.

Die vierte Ursache ist, daß ich besorgt, es sind Parten [Partheien] under euch, also, daß etliche zu Unterdrückung des Evangelii gute Ordnungen verhindern. etc.

Wiewohl mich nun diese Ursachen scheu gemacht zu schreiben, gleichwohl bin ich endlich bewegt worden, guter einfältiger Meinung diese Erinnerung E. W. zuzuschicken, und bitt fleißig, E. W. wölle sie von mir freundlich annehmen. Ich weiß wohl, daß ich eine geringe Person bin, und nicht zu gebieten habe; gleichwohl bin ich durch Gottes Gnade in diesem Schulamt, und bin schuldig, so viel mir möglich, andere zu vermahnen, diese Gaben Gottes zu preißen und zu erhalten. Darum wolle E. W. meine treue Wohlmeinung freundlich verstehen.

Und erstlich bitt ich, E. W. wolle die hohe und große Nothdurft bedenken. Viel unvernünftiger Leute gedenken, ob gleich die Religion vonnöthen sey, so bedürfe man doch keiner Kunst und Studien dazu; es wisse ein jeder aus natürlichem Verstand, was er thun solle. Dieses ist ganz eine thörichte, ja gotteslästerliche Rede. Denn zur ewigen Seligkeit gehört Erkenntniß des Evangelii, davon menschliche Vernunft von ihr selbst nichts weiß. Dieweil denn Gott menschliche Natur nicht vergeblich geschaffen hat, sondern will sie richten und etlich *) selig machen; so hat er vom Anfang den ersten Menschen seine Gnade und Vergebung der Sünde, da-

---

*) etlich i. e. etliche, nisi malis, cum in abstracto de humana natura loquatur, legere entlich, quod magis convenire videtur.

von menschliche Vernunft nichts gewußt, geoffenbaret, und ist diese Offenbarung durch die ersten Väter, und hernach durch die Propheten in ein Buch gefaßt worden, welches Gott aus besonderm Rath wunderbarlich für und für erhalten hat, und hat hernach der Apostel Schrift dazu gethan, daß also beisammen ist die nöthige Kirchenlehre vom Anfang der Schöpfung bis zu Erbauung der Kirche nach den Aposteln. Dieses Buch ist der höchste Schatz, der auf Erden bleibet. Denn es lehret, wie wir Gott erkennen und anrufen, und wie wir selig werden sollen, und gibt Zeugniß, daß diese Lehre vom Anfang die einige, rechte Lehre von Gott gegeben, und ist eine besondere große Ehre und große Weisheit der Kirche Gottes, daß sie allein eine gewisse Historia hat vom Anfang der Welt, an einander hangend und für und für, daß wir den Ursprung und die Ausbreitung unsrer Religion eigentlich wissen mögen, und ist unsre Religion nicht wie die heidnische, die blind eingeschlichen, daß man nicht weiß, woher sie kommen. Darum auch Gott dieses Buch selber wunderbarlich erhält, gebeut aber daneben allen Menschen, daß man es hören und lernen soll; gebeut auch allen Regenten in seiner Kirche, daß sie diese Bücher sollen helfen erhalten und andere lehren. Darum müssen Leute seyn, die es lesen können, die die Sprachen verstehen etc., und also andere zu lehren und zu unterweisen geschickt sind.

Darum sind allezeit von Anfang der Welt bei der Kirche Gottes Schulen und Studia gewesen, diesen edlen Schatz, Gottes Verheißung und Zeugniß, nämlich dieses Buch, darin der Kirche Lehre gefasset gewesen, zu erhalten, und auf die Nachkommen zu erben. Und um dieser Ursache willen ist das schöne Regiment Israel gestellet, und das Königreich Juda mit großen Wunderwerken erhalten, daß es dieses Buch bewahren und auf die Nachkommen erben sollte. Es wird auch für und für Gott etliche Regiment zu diesem Dienst erhalten, daß bei ihnen dieses Buch bleiben und gelesen werde, daß man es nicht verliere. Und ist ganz kein Zweifel, wo es dahin kommt, daß in einem Regiment dieses Buch nicht bekannt ist, wird auch nicht gelernet, daß dasselbige Regiment bereits von Gott verworfen, und sein Ende vor der Thüre ist, wie im Osea geschrieben stehet cap. 4.: Dieweil du die Lehre von dir geworfen hast, so will ich dich auch verwerfen, daß du in meinem Priesterthum nicht dienen sollst; und dieweil du mein Gesetz vergessen hast, will ich deiner Kinder auch vergessen. Dieses sind ernstliche Gottes Worte, die fleißig zu betrachten, und uns bewegen sollen, rechte Lehre zu pflanzen und zu fördern. Ew. Weisheit sehen, wie viel Plagen, Krieg und mancherlei Zerrüttung auf Erden sind. Ohne Zweifel aber ist der Ursache dieser Strafen eine, daß die Regenten, denen Gott befohlen, rechte Lehre zu fördern, wie der andre Psalm spricht: et nunc reges intelligite etc., solches Werks gar nicht achten, sagen, dieß sey den Pfaffen befohlen. Wahr ists; aber Päpste und Bischöffe sind jetzund weltliche Regenten, achten der Bibel auch nichts, darum ihr Priesterthum ein Ende haben wird. Die frommen christlichen Prediger schreien, als viel ihnen möglich ist, daß die weltlichen Regenten Kirchen und Schulen bestellen, und den Studiis helfen sollen; denn ohne der Regenten Hülfe kann solches nicht geschehen, und ist den weltlichen Regenten gleich so wohl von Gott befohlen dieses Werk zu fördern mit Anrichtung und Gütern, als uns mit unsrer Schularbeit: dieweil aber wenige diesen göttlichen Befehl achten, so kommen die Strafen.

Dagegen bedenke man doch, daß Gott so stark gehalten hat ob den Königen und Städten, bei welchen seine arme Schulerein *) Schutz gehabt, als ob David, Josaphat, Ezechia, Josia, der Wittfrau zu Sarepta, Abdia, der die armen Schüler heimlich ernähret, da sie Jesahel tödten wollte, und Abdemelech, der den Jeremia errettet, dem saget Gott zu, er sollte nicht beschädiget werden von den Feinden wie die andern, Jerem. 39. Also auch hernach, wie großen gnädigen Sieg hat Gott Cyro, Constantino, Theodosio, Carolo gegeben, daß sie Fleiß gethan, die Kirchen und Schulen zu bestellen. Denn Gott hält seine Regel: Wer mich ehrt, den will ich wieder ehren, und wer mich verachtet, den will ich auch verachtet machen. Er wird auch die Herren und Städte, so Kirchen und Schulen Gutes erzeigen, in der jetzigen Verfolgung ohne Zweifel schützen und bewahren. Ich will von heidnischen Königen nicht sagen, deren Dienste an Schulen und Studien dennoch der Kirche auch nützlich gewesen, darum sie Gott mit großer Ehre gezieret hat, als Ptolemeum Philadelphum, der die Propheten in die griechische Sprache erstlich gebracht hat. Dieweil es denn Gottes Gebot ist, daß wir alle, und besonders die Regenten, zu Erhaltung seines Buchs dienen sollen; zudem daß die ewige Seligkeit ohne dies Buch nicht mag erlangt werden: so ist ja öffentlich, daß die Regenten schuldig sind, Schulen anzurichten und zu handhaben.

Zum Andern bedenke doch ein jeder, wozu soll vornehmlich weltliche Regierung dienen? Darauf spricht

---

*) Puto legendum esse: Schüler einen.

man kurz: zu Frieden! Ja; [aber] nicht daß man allein ein sanft Leben habe, sondern daß man in solchem Friede Gott erkennen lerne, die Jugend aufziehe zu Gottes Erkenntniß und guter Tugend. Also spricht S. Paulus 1 Timoth. 2.: Ihr sollt beten für Könige und Oberkeit, daß wir ein still, friedlich Leben haben in aller Gottesfurcht, in Glauben und in Ehrbarkeit. S. Paulus lehret, die weltliche Regierung solle also zu Frieden dienen, daß man auch den Frieden wohl gebrauche zu Gottes Lobe, und gute Zucht zu erhalten, welche in Unfrieden und Kriegen sehr verhindert wird. Dieweil denn all unser Leben und Regieren entlich zu Gottes Erkenntniß dienen sollen, so sind darum Städte und Regiment, nicht daß sie allein große Güter und Wollust haben, sondern daß sie Kirchen und Schulen wohl halten sollen. Dieses soll das vornehmste Ende und Ziel seyn löblicher Regierung. Daß aber dieses Ziels nicht geachtet wird, darum straft Gott die Welt.

Zum Dritten: ein jeder Vater ist schuldig, nach seinem Vermögen die Kinder zu Erkenntniß göttlicher Lehre aufzuziehen, wie Ephes. 6. geschrieben stehet: Ihr Väter sollet eure Kinder aufziehen in Zucht und Unterweisung des Herrn, das ist in göttlicher Lehre in Propheten und Aposteln. Nun kann nicht ein jeder gemeine Bürger allein solche Personen erhalten, die zu gründlicher Unterweisung der Jugend vonnöthen sind. Darum soll in Regimenten die Obrigkeit, als gemeiner Vater, solche Personen bestellen, und Rath finden, wie sie zu unterhalten sind.

Diese Ursachen wollen Ew. W. betrachten, Gottes Gebot, Erhaltung rechter Erkenntniß Gottes und rechter Religion, Erlangung ewiger Seligkeit, und derhalben Gott zu Lobe und den Euern zu Gute eine lateinische Schule anrichten, und mit Personen und Besoldung ziemlich bestellen. Denn diese Rechnung ist sehr leicht zu machen. So niemand Leute aufzöge, was wolle endlich werden, so man keine Religion, keine Gotteserkenntniß hätte? Es werden auch ohne Zweifel am letzten Gericht vor Christo und aller Welt viel hundert Tausend verlohrne Menschen schreien und klagen über die Obrigkeit in aller Welt, die solchen Dienst versäumet haben vom Anfang her der Heidenschaft. Solche Klage sollen wir nicht über uns lassen kommen, sondern dieweil uns Gott das Licht des Evangelii wiederum gnädiglich angezündet, und dabei Verstand der nöthigen Sprachen und nützlichen Künste gegeben, ohne Zweifel um dieser Ursach willen, daß sie zu Erhaltung und Ausbreitung rechter Lehre dienen sollen. Der Herr Christus spricht Johann. 15.: Dadurch wird mein Vater gepreiset so ihr viel Frucht bringet und werdet meine Jünger. In diesen Worten gebeut er allen Menschen, daß wir göttliche Lehre fördern sollen, und lobet dieses Fördern als den höchsten Gottesdienst. Darum wisset, daß rechte Bestellung einer christlichen Schule der höchsten Gottesdienst einer ist.

So sollt auch billig euch dieses anreizen, daß die Versammlung der Kinder in christlicher Schul ein sehr schöner Theil ist der wahren Kirche Gottes. Dieses ist der Hauff, da Christus von sagt: Lasset die Kinder zu mir kommen, solcher ist das Reich der Himmel; und sollen Schulmeister und Jungen, so sie in die Schul zusammenkommen, nicht anders gedenken, denn als wären sie in einer Kirche vor Gott und Engeln, die auch allda bei dem jungen Volk in der Schule sitzen, und sie bewahren.

Wiewohl nun die gemeldeten Ursachen die vornehmsten sind, die in gemein alle, und einen jeden nach seinem Stand, Beruf und Vermögen zu Förderung der Schulen bewegen sollen, so ist doch weiter zu betrachten, daß Gott mehr Künste gegeben hat, die zu diesem leiblichen Leben dienen, und dennoch Anleitung geben zu Verstand göttlicher Schrift. Die weltliche Regierung muß vernünftige, ehrbare, ordentliche, klare geschriebene Rechte haben. So bedarf man im ganzen Leben allerlei Historien, Geographi, Rechnung, Messens, Calender, Sprachen, Item der Arznei; und ob wohl viel ingenia schwach sind, und allein bei den ersten Künsten, die allen zugleich nöthig sind, bleiben müssen: so gibt doch Gott etliche große Ingenia, die fortfahren, daß sie andere hernach unterweisen, und die Künste erhalten sollen. Gleichwohl sind beide, die Schwachen und Scharfen, erstlich Kinder, und bedürfen der ersten Anleitung zugleich. Nun ist die Obrigkeit auch schuldig, diese erzählten Künste zu erhalten; denn es sind Gottes Gaben, zu gemeinem, menschlichen, vernünftigen, sittigen, ehrbaren uud ordentlichen Leben nöthig. Denn welche Blindheit wäre in allen Händeln, so man keine Calender, keine Historien hätte? Und obgleich etliche Menschen so grobe sind, daß sie dieser großen Dinge nicht achten, so sollen doch die Regenten darnach gedenken, und für gemeinen Nutz sorgen. Denn was wäre dieses für eine Stadt, da alle Bürger in großem Reichthum, Frieden und Wollust lebten, und wäre doch in solcher Stadt kein Erkenntniß Gottes, kein Mensch, der schreiben und lesen könnte; hätten keine Calender, wüßten gar nichts von Historien und alten Geschichten, die uns ein Spiegel seyn sollen unsers Lebens, und uns allerlei erinnern? Welcher Vernünf-

tige wollte in solcher Stadt wohnen? Darum auch die heidnischen Regenten ihre Städte mit diesen nützlichen Künsten schön geziert haben. Wir aber sollen sie noch fleißiger erhalten; denn sie geben auch Anleitung zu Verstand göttlicher Schrift. Denn ohne Verstand der Sprachen kann man das alte und neue Testament nicht lesen; dazu bedarf man auch allerlei Historien, Geographi, Rechnung der Zeit, und andrer Künste, so man die göttliche Lehre ordentlich und verständiglich fassen will, und sind in Summa die löblichen Künste eine große Zier der Kirche.

Dieses alles, bitte ich, wollen Ew. W. mit Ernst bedenken, und Gott zu Lob, und den Euern und Euern Nachkommen zu Gut eine ziemliche lateinische Schule anrichten, und nicht zweifeln, Gott wird solche Wohlthat belohnen. So werden euch auch die jetzigen und Nachkommen im ewigen Leben vor Gott danken, die durch diesen Euern Dienst zu Gottes Erkenntniß kommen werden.

Nun acht ich wohl, daß Ew. W. zu diesem Werke nicht ungeneigt sind, es mangelt aber an Gütern. Dieses ist ja zu beklagen, daß man in der Welt zu allen andern Sachen leichtlicher Geld finden kann, denn zu Erhaltung göttlicher Lehre; so wir doch dieses Edelgestein höher achten sollen denn alle Güter; wie Christus im Evangelio spricht, und Gott darum allein die Regiment erhält, daß sein Buch nicht verloren werde. Es sollten billig die Canonici bei euch selbst der Tugend seyn, daß sie etliche Präbenden absonderten, dieselbige auf eine Schule zu wenden; und so sie es nicht thun wollten, so sollte solches die Herrschaft schaffen und verordnen. Aber ich weiß durchaus in Deutschland, daß die Schulen in keinen Städten weniger geachtet und bestellet sind, denn da die reichen Stift sind, so doch diese Güter vornehmlich zu Pflanzung und Erhaltung göttlicher Lehre und anderer löblicher Künste dienen sollten. Ich habe aber nicht Zweifel, Gott wird diesen großen Unfleiß hart strafen. Wir Schüler können nichts dazu thun, begehren auch ihrer Güter nichts, denn G o t t i s t u n s e r E r b e, spricht Sirach. Aber dennoch sollten gottfürchtige Obrigkeit bedenken, wie diesen Sachen zu rathen. Es sey nun mit Euern Stift wie es wolle, so mögen E. Weish. etwa so viel zusammenbringen, daß man eine Kinderschule anrichte, wenn gleich alle Güter, so die päpstlichen Pfaffen inne haben, verbrannt wären, so müßte dennoch eine christliche Versammlung darauf gedenken, wie sie Kirchen und Schulen für ihre Kinder und Nachkommen unterhalten wollten; wie ich auch weiß, daß in Hochdeutschland viel löblicher Städte sind, die nichts von ihren Stiftgütern einnehmen, und dennoch ihren christlichen Predigern und Schuldienern aus eigenen Gütern ihre Besoldung geben.

Dieses ist schwer und thut frommen Leuten die Ungleichheit wehe, daß ein großer Hauff unnützer Personen da lieget, und fressen die Güter auf, die zu Kirchenämtern und Schulen gehören, und thun keine Hülfe zu Bestellung der nöthigen Aemter. Ob auch diese Ungleichheit allezeit also bleiben kann, das mögen sie selbst bedenken. Denn Ungleichheit ist Unrecht, das Gott zu seiner Zeit zu Boden stößet. Gleichwohl sollen fromme gottfürchtige Regenten mittlerzeit die rechten Aemter nicht fallen lassen, und obgleich in Eurer Stadt etliche sind, die gern Verhinderung dieser christlichen Sachen anrichten, wie an vielen Orten auch solche Meuterei und Untreue ist, so hoffe ich dennoch durch Gottes Gnade, der größere Theil im Rathe sey zu dieser löblichen Sache geneigt. Der Kaiser Iulianus, da er zu schwach war, die Christen mit dem Schwert öffentlich zu verfolgen, wie zuvor Diocletianus und andere gethan, da erdacht er diesen neuen Tück: er ließ sie zu keiner Regierung kommen, und verbot den Christen die gemeinen Schulen, hoffet also, er wollte sie zu nichte machen, wenn sie keine Regierung und keine gelehrte Leute hätten. Also gedenken die jetzigen Iuliani auch, sehen, daß die großen Güter bei ihnen sind, und wo sie weiter uns nicht schaden können, so drücken sie uns doch, und wehren mit Ränken, daß die Jugend nicht in diesen Studien auferzogen werde. Damit, hoffen sie, wollen sie dieses Sturmwinds auswarten. Diese ihre Gedanken sollen gottfürchtige Regenten merken, und dagegen desto fleißiger arbeiten, daß die Jugend christlich und in guter nützlicher Lehre auferzogen werde, daß auch Leute daraus werden, die man mit der Zeit gebrauchen muß.

Eben diese Meinung schreibt S. Paulus zu Tito mit diesen Worten: E s s o l l e n a b e r d i e u n s e r n l e r n e n, d a ß s i e e h r l i c h e S a c h e n r e g i e r e n k ö n n e n, z u n o t h d u r f t i g e m B r a u c h, d a ß s i e n i c h t u n n ü t z e L e u t e s e i e n, das ist zu Christen: lasset eure Kinder ehrliche Künste lernen, daß man sie zur Regierung gebrauchen könne in Sachen, die gemeinem menschlichen Leben nöthig sind, als in Gerichten, Räthen, Kriegen, Kirchen, Schulen etc. In diesen Ständen soll der Glaube leuchten, daß man Gottes Kraft an ihnen erkenne, und daß Andere von ihrem Bekenntniß und von ihren guten Exempeln zu Gott bekehrt werden. Darum sollen wir uns die Iulianos nicht irren lassen, sondern wider ihre heimliche Tücke und Praktiken öffentlichen Ernst und Fleiß üben, und was

zu Gottes Lobe, und zu Besserung der Jugend dienet, dasselbige treulich fördern, und so wir Fleiß thun, wird Gott desto gnädiger Hülfe thun, und seine Gaben mehren; wie Christus spricht: Wer hat, dem wird gegeben; wer nicht hat, der wird auch das wenige, so er hat, verlieren. Werden wir fleißig seyn, gute Lehre zu erhalten, und unser gegeben Pfund treulich anzuwenden, und zu mehren, so wird Gott seinen Segen dazu thun. Werden wir aber faul seyn, und nichts thun zu Erhaltung und Ausbreitung der großen herrlichen Gaben, die jetzund Gott besonders gegeben in so reicher Offenbarung des Evangelii, und in Besserung vieler nützlicher Künste; so wird warlich die Strafe folgen, Irrthum, heidnische Blindheit, Zerstörung der Lande und ewige Verdammniß.

Matth. 13. spricht Christus: Ein jeder Schriftgelehrter, der zum Himmelreich unterwiesen ist, ist gleich einem Hausvater, der aus seinem Schatz hervorbringt neue und alte Gefäße. Diese Worte sollen wir nicht gering achten, sondern daraus lernen, daß des Herrn Christi Gebot ist, daß man Schulen und Studia habe, darin man diese Lehre übet, die zum Himmelreich führet; und besonders ist dieses denen geboten, welche zur Regierung kommen sollen. Diese nennt er hie Scribas. Denn in ebräischer Sprach ist diese Weise gewesen, solche Personen in die Regierung, die wir jetzund Doctores nennen, die die Schrift ausgelegt, Urtheil und Edicte gestellet, welches bei uns durch die Doctores geschieht, Scribas zu nennen. Nun spricht Christus, dieser Scriba oder Doctor muß auch zuvor von Andern unterwiesen seyn, daß er wie ein Hausvater einen Schatz und Vorrath bei sich habe, das ist, daß er die Summa nöthiger Lehre recht wisse, nicht allein ein Stücklein ergriffen habe, wie die blinden Papisten ein Stücklein haben, sagen vom Gesetz und Werken, und wissen nicht, was eigentlich das Evangelium ist, und die hohe nöthige Lehre vom Glauben, daß man um Christi willen Vergebung der Sünden erlangt durch den Glauben, und nicht von wegen eigenen Verdienst etc., und wie dieses alles zu verstehen sey, was rechte Anrufung Gottes sey; und dieweil sie keinen Vorrath haben, so laufen sie um, und stehlen den Heiden ihre thörichten Ceremonien, lehren zum Götzen laufen, Heilige anrufen, Mönch werden etc., welche Stück nicht im Schatz göttlicher Lehre gefunden werden, sondern sind sonst aufgelesen bei den Heiden. Aber ein christlicher Scriba und Prediger soll Vorrath haben, das ist, die Summa der reinen christlichen Lehre; daraus soll er hervortragen neue und alte Gefäß, das ist, er soll die ganze Kirche vom Anfang der Welt bei sich betrachten, und die alten wunderbarlichen Zeugnisse Gottes zum Evangelio halten, und den Glauben damit stärken, wahre Gottesfurcht und herzlich Vertrauen und Gehorsam gegen Gott damit erbauen.

Es ist nicht ohne besondern gnädigen Rath Gottes geschehen, daß dieses Buch bleibet, welches Anfang und Ausbreitung der Kirche mit großem göttlichen Zeugniß vom Anfang der Welt uns vorhält, damit wir wohl und gewißlich lernen, daß eine einträchtige Lehre des Evangelii ist, dadurch vom Anfang die Erwählten selig worden, und für und für bis zu End durch dieselbige Lehre selig werden. Item, daß Gottes Volk allezeit unter dem Creutz gewesen, und doch wunderbarlich erhalten und getröstet worden, wie in Aegypten, zu Babylon, und fast zu allen Zeiten, in mancherlei Verfolgung, daß auch endlich die Verfolger schrecklich gestürzt sind, etc. Dieses Zusammenhalten der alten und neuen Historien gibt großes Licht und großen Trost, und wäre dieses noch weiter zu decläriren in allen Artikeln des Glaubens, wie nützlich ist, Gezeugniß vom Anfang her zu betrachten. Wie großen Trost geben die Historien, David, Manasse, Nabuchdonosor, Magdalene, Petri, Zachäi und andere dergleichen, so wir bedenken, wie gnädiglich sie Gott nach ihren öffentlichen Uebertretungen, da sie sich zu Gott bekehret, wiederum angenommen, und daß Gott solche Gnade allen anbeut. Solches zusammenhalten und erklären ist nicht möglich, so man göttliche Schrift nicht lesen, und nicht studiren will.

Und sind dieser Sprüche noch sehr viel, die das Studium gebieten. 1 Timoth. 4. spricht S. Paulus: Halt an mit lesen, mit vermahnen und mit lehren. In welchen Worten nicht ohne Ursache diese drei Stück nämlich [namentlich] ausgedrückt sind. Denn alles Predigen ist in diese drei Stück getheilet. Wir sollen nicht eigene Fantasien erdenken. Die Kirche hat ein Fundament, der Propheten und Apostel Buch, das sollen wir lesen, davon sollen wir nicht weichen. Davon redet S. Paulus, da er sagt: man soll anhalten mit lesen. So man nun dieß Fundament hat, soll man's erklären; das nennet er lehren, als wenn man im Fundament anzeigt, was Gesetz und was Evangelium ist etc. Nach der Lehre soll folgen affectus, daß man das Herz mit Anzeigung der Strafen und Gnaden zu Furcht und Vertrauen erwecke und treibe, wie alle Rede auf diese zwei Ende soll gerichtet seyn, daß man wisse, was recht sey, und folge demselbigen, oder, daß sie lehre und bewege.

Weiter ist auch beschrieben 2 Petr. 1.: Wir haben eine feste Rede der Propheten, an welche ihr euch halten sollt, als zu einem Licht in der Finsterniß. Item Röm. 15.: Alles was geschrieben ist, ist uns zur Lehre geschrieben, daß wir, in Geduld durch Trost der Schrift, Hoffnung haben sollen. Dieses scheinet den wüthenden Wiedertäufern, die die Schrift sehr verachten, und rühmeten ihre eigne erlogene Erleuchtung eine seltsame Rede, daß S. Paulus spricht: wir sollen Hoffnung haben durch Trost der Schrift. Soll doch das Herz auf Gott hoffen, und bei Gott Trost suchen; dieses ist wahr. Aber S. Paulus lehret dich, wie du Gott suchen sollst, nämlich durch seine Schrift. Sein Wort sollt du dir vorhalten, und diesen einigen Gott anrufen, der sich dir also durch sein Wort und in Christo geoffenbaret hat: du ewiger Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, Schöpfer aller Creatur, der du gesprochen hast: so wahr ich lebe, ich will nicht daß der Sünder sterbe, sondern daß er sich bekehre und lebe, dich, der du diesen deinen Willen also geoffenbaret hast, rufe ich an, um deines Sohnes Jesu Christi willen sey mir gnädig, gib mir deinen heiligen Geist, lehre mich, schütze und bewahr deine Kirche, diese Stadt etc., und sollst wissen, daß Gott solch Gebet um Christi willen gewißlich annimmt und erhöret. Diesen Willen Gottes erkennt niemand außer der Lehre des Evangelii, und sind Heiden, Juden, Mahometisten, Papisten weit von dem Verstand und Trost kommen, darum daß sie die göttliche Schrift verlassen und weggeworfen haben. Darum laßt uns Fleiß thun, den theuern Schatz, die Bibel, zu erhalten.

Und was soll ich doch lang erzählen? Zu beklagen ists, daß menschliche Natur so steinerne und verstockte Herzen hat, daß sie nicht bedenkt dieses große Wunderwerk, daß Gott um der Menschen willen alle andre leibliche Creaturen geschaffen hat, und die für und für um unsertwillen erhält, und darin für und für um unsertwillen arbeitet. Ueber dieses hat er seinen Sohn gesandt, zum Opfer gemacht, und eine kräftige Verheißung und Wort gegeben, uns dadurch ewige Seligkeit zu geben. Diese große, unaussprechliche Wohlthaten werden verachtet und vergessen, so man Schulen zerfallen läßt, und der Propheten und Apostel Schrift nicht studiren will.

So spricht auch S. Paulus Eph. 5.: Christus sey vom Himmel gefahren, habe uns Gaben gegeben, Propheten, Apostel, Hirten und Lehrer, und habe solches darum gethan, daß die Kirche mit gewisser Lehre erbauet werde, und wir nicht wie die Narren hin und wieder schwanken und fallen, und uns durch menschlichen Betrug von Gott abführen lassen, welches so oft und viel geschehen, und geschiehet, sobald man dieses Buch verachtet, und darnach eigen Gauckelwerk erdichtet, wie die Heiden, Ketzer, Mahometh und andere abgöttische gethan, und noch thun. Ach helft doch, die Gaben, die Christus uns erworben, das ist dieß Buch, Predigtamt und ewige Seligkeit, wie wir alle schuldig sind, ehren, lieben und erhalten; wie auch die Apostel Schulen angerichtet, daß gewisse Zeugen wären, welche Bücher sie der Kirche gegeben hätten; item, was ihr Verstand gewesen sey, und zu Erhaltung derselbigen christlichen Schulen sind erstlich die reichen Begabungen gestiftet worden; aber es haben die Stift die Studia nun lange verlassen, und die Gaben, die Christus erworben, nichts geachtet.

Darum sollen die christlichen Regenten arbeiten, daß sie sonst christliche Schulen anrichten und erhalten, welche, so sie rechte Lehre pflanzen, sind sie ohne Zweifel der Gaben eine, davon S. Paulus spricht, daß sie Christus der Kirche erworben und gebe. Und obgleich ein wenig Geld darauf gehet, so bedenket doch die reiche Verheißung Christi: wer dem Geringsten unter den Meinen um der Lehre willen einen Trunk Wasser gibt, dem wird es belohnet werden. Wie wollen wir ewige Güter von Gott hoffen, so wir ihm nicht vertrauen, daß er uns in dieser kurzen Zeit dieses Lebens nicht versorgen werde? Es sollte der Glaube in diesen kleinen Dingen leuchten, und geübet werden, daß er stärker würde, und ewiger Güter warten könnte. Gott heißt uns, Frommen, Elenden und Dürftigen mittheilen, Priester und Schulen erhalten; so will er unsre Güter, Haus, Vaterland bewahren. So wir nun in Hoffnung seiner Zusage diese Hülfe erzeigten, so folgte ohne Zweifel Friede, Schutz und Mehrung der Güter. Aber das heidnische Herz gedenkt, diese Zusage sind Worte; was in Schulsachen ausgegeben werde, sey verloren. So denn das Herz göttlicher Verheißung und Gebote nicht achtet, wie kann es anders gehen, denn daß Strafen folgen müssen? So man nicht zu Gottes Ehre gar ein Geringes wenden will, so kommen darnach jämmerliche Kriege und andre Plagen; die fressen die Güter ganz auf. Salomo spricht: Ehre Gott von den ersten Früchten, so wird sie Gott reichlich mehren. Was soll er Lust dazu haben, Nahrung und Güter zu geben, wenn man nichts zu Erhaltung seines Namens wenden will?

Diese und dergleichen viel mehr Ursachen, die Ew. W. selbst auch bedenken können, wollen E. W. betrachten, und dieß löbliche und christliche Werk, diesen rechten Gottesdienst vornehmen, nämlich Anrichtung der lateinischen und christlichen Schule, dazu ohne Zweifel Gott seine Gnade geben wird, so Ihr solches zu seinem Lobe und Ehre anfahen werdet, und wird dazu dieses heilige Werk mit leiblichen Gütern auch hie auf Erden belohnen, mit Frieden und Mehrung eurer Nahrung. Es werden euch auch eure Kinder und Nachkommen hie und Ewigkeit Lob und Dank dafür sagen.

No. 2720. 30. Iun.

Cruciger ad Camerarium.

Edita in Mel. epist. ad Camerar. p. 430 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 302.).

Viro optimo praedito excellenti doctrina et virtute Ioachimo Camerario in Acad. Lipsensi,

S. D. Iam istuc abierat *Paulus Eberus* noster, cum tuas litteras accepi nuncias rumusculorum sparsorum de *Philippo*, quorum cum ante nihil audivissemus, tamen ilico etiam aliunde confirmari incipiebant, etsi a nobis quidem dubitari non debebat, quin falsi et commenticii essent, sed cum maxime studeremus cavere, ne quid ea de re in familiam D. *Philippi* permanaret, tamen iam eodem nuncio consternatus erat *Iohannes* illius minister. Percommode igitur, et ut existimo *ϑεόϑεν* accidit, ut eodem die litterae a *Philippo* afferrentur, scriptae ad D. *Pomeranum* pastorem Ecclesiae nostrae, et item alterae ad *Eberum*, quarum exemplum tibi mitto, nam *αὐτόγραφον* retinui, si forte iam in reditu esset *Paulus*, ut eas hic inveniret, sed si istic est, curabis ut et ipse quamprimum legat. Cupio enim et vos, si quid est metus aut certe sollicitudinis, prorsus liberari. Non habui per quem mitterem citius, sicut optabam. Nunc spero ipsum *Philippum* ingressum esse iter, quod illi opto ut felix sit, ac ut redeat incolumis. Nam et is qui litteras attulit, ita narrabat, et ipse significat, nihil esse quod eum remoretur, iam compositis articulis doctrinae pietatis, et absoluta responsione, ac iam excusa, ad insulsum scriptum Monachi Coloniensis. In quem audio ipsum festive et hilariter lusisse. Sed tu ut spero prior et ipsum *Philippum* videbis, et ab eo accipies libellum: constituit enim, ut audio, transire Francofordiam, et per Turingiam iter facere, ut amicos salutet. Tu vero, potius quam istic detineas, ipsum huc comitere, ac nobis sistas quamprimum. Bene vale. Prid. Cal. Iulii.

Caspar Crucig.

No. 2721. 3. Iul.

H. Schreibero.

† Ex apographis in cod. Monac. 88. no. IV. p. 81. et cod. Monac. 90. no. VII. p. 354.

Hieronymo Schreibero, Noribergensi (Aquisgrani).

S. D. Scio, te ea eruditione et prudentia esse praeditum, ut consideres, quantum temporis tribuendum sit his metallicis aquis. Sed tamen interdum commorationem tuam miror. Habes autem isthic dominum *Guintherum*, et amicum et *συμφιλόσοφον*[1]), cum quo de tua valetudine deliberare potes, idque ut facias te adhortor. Meministi illud vetus: *πρῶτον ὑγιαίνειν*[2]). Peto etiam, ut, si differtur tuus adventus, significes mihi, quomodo valeas. *Cornelius Sittardus* valde petivit, ut, cum redieris, Coloniam venias, idque te facturum esse promisi.

Academia Coloniensis teterrimum scriptum Germanicum Senatui exhibuit contra me et D. *Bucerum*. Sed latina edimus *δεινότερα*. *Carolum* in Italia esse certum est, et conventus ab eo indictus est, ut Spirae mense Novembri Germaniae principes conveniant. *Gallicus* rex accessit cum duabus filiis ad Nervios, et extremam Brabantiae oram populatur. In ditione Lucelburgensi, quin Caroli copias existimat per ea loca iter facturas esse in Galliam, agros prorsus vastat, et villas omnes incendit. Sed prorsus rem gerit Gallus, ut videatur sibi accersere fatale exitium, ut vaticinia praedicunt.

Turcicus Tyrannus in Pannoniam venit et iam Viennenses cives locupletiores patriam relin-

---

1) Cod. Monac. 90. *συμφιλυρον*.
2) Cod. Monac. 90. *ἀγαϑὸν* pro *ὑγιαίνειν* habet.

quunt. Valde a te peto, ut mihi scribas quamprimum, nisi mox adfuturus es. Bene vale καὶ ἔῤῥωσο, quod graecis melius est; nam et robustum esse significat. die 3. Iulii[3]).

No. 2722. 12. Iul.

P. Ebero.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. no. VII. p. 64 b.

M. Paulo Ebero.

Deposuit apud me hic adolescens Vesaliensis N. aliquot aureos, ut ex syngrapha, quam ei dedi intelliges. Proficiscitur isthuc studiorum causa, et est ingenio modesto praeditus καὶ φιλομαθής. Quaeso igitur te, ut eum in quaerendo hospitio adiuves, qua in re adhibebis quendam eius civem honestum et mihi bene notum, *Rugigerum*, Pastorem Vesaliensem. Et si hic adolescens petet pecuniam sibi mutuo dari, dabis; nam ego, cum rediero, restituam. Constitueram autem iter ingredi proximo die, h. e. 18. Iulii, qui est natalis meae filiae. Miror, quorum negligentia factum sit, ut nullas prorsus a vobis acceperim literas tanto tempore, quo abfui, cum tamen singulis septimanis mittere possetis. De mea familia et de schola scis me non paucas sollicitudines circumferre. Tumultus publici Germaniae hic mihi notiores sunt, quam vobis isthic, et cur me non leviter excrucient suspicari potestis. Sed haec coram. Bene vale. Coloniae 12. Iulii anno 1543.

No. 2723. 12. Iul.

C. Crucigero.

Epist. lib. III. p. 152. (edit. Lond. lib. III. ep. 76.). — Apographon in cod. Monac. 90. no. IV. p. 361.

D. Casparo Crucigero

S. D. Accessit mihi ad caeteras molestias, quas hic non mediocres pertuli, hoc incommodum, quod nullas a vobis literas accepi de schola et de rebus domesticis, ac mitti posse scit *Paulus Eberus*. Nam Echtius[1]) Lipsicus mercator frequentes mittit tabellarios. Per hunc scripsissem ad vos saepius, si quid literarum a vobis accepissem.

De Ecclesiis in ditione Episcopi Coloniensis, et bona spes est, et initia mediocria sunt. Nunc adest *Hedio*, et Episcopus ipse cum aliquot praecipuis Comitibus et aliis consiliariis: Consumpsit in relegendo scripto Ordinationis Ecclesiarum quinque dies continuos. Disputavit graviter de multis rebus, et doctrinam Evangelii recte intelligit ac constanter amplectitur. Nunc librum legunt Canonici summi Templi Coloniae. Conventus in proximam septimanam indictus est. De nobilibus[2]) et civitatibus non dubitant, quin Principis sententiam secuturi sint. De Collegio summo etsi[3]) cavetur dignitati et opibus, tamen quid sit futurum dubito. Mihi Princeps permisit, ut domum redeam, et statui iter ingredi XVIII. Iulii. Sed nobilitas contendit, ut paucos dies ipsis tribuam in conventu, ut respondere *Gropperi* Orationibus possint. Nondum promisi. Nam expecto literas ex Smalkaldia. Sed Deo iuvante[4]), etiamsi paucis diebus impedior[5]); tamen brevi vobiscum ero.

De bello coram. Galli agros late vastant in finibus, ut exercitibus Caesaris desit frumentum. Ita simul miseram plebeculam fame necant, et alio avertere bellum conantur. Non iuvant *Iuliacensem*. Is nunc fere toto semestri unum quoddam oppidum suum circumsidet. Sed haec coram.

De *Moshameri* Decani Pataviensis[6]) morte non dubito quin audieritis. Tam multis horrendis Exemplis monemur, ut in timore Dei obediamus Evangelio, nec calumniemur res recte traditas, ut satis audacter faciebat *Moshamerus*[7]). Academia Coloniensis ad Senatum contra me et *Bucerum* exhibuit venenatissimum scriptum, et respondimus satis plane. Bene vale. 12. Iulii. Reverendo D. Pastori Ecclesiae salutem opto. Bonnae.

---

3) Cod. Monac. 90.: *d. 28. Iulii.*

1) *Echtius*] sic cod. Monac. 90. — Pezelius edidit: *N.*
2) Cod. Monac. 90. *nobilitate.*
3) „*etsi*" deest lib. III.
4) Cod. Monac. 90.: *dante.*
5) Cod. Monac. 90.: *retinebor.*
6) Cod. Monac. 90.: *Moshami Decani Passaviensis.*
7) Cod. Monac. 90.: *Moshamus.*

No. 2724. 12. Iul.

V. Winshemio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3]. Item apogr. in cod. Monac. 88. no. IV. p. 87 b. et in cod. Monac. 90. no. VII. p. 361.

Egregia virtute, prudentia ac doctrina praedito, M. Vito Winshemio in Academia Vitebergensi, amico suo[1]),

S. D. Etsi constitueram intra triduum iter ingredi die natali meae filiae Magdalenae, tamen huic Scholastico Wesaliensi, ad vos eunti, literas dedi, ut novus hospes haberet quasi πρόξενον ad quem accederet. Commendavi igitur eum *Paulo* *). Aliquoties ad *Crucigerum* et *Paulum* scripsi, quos certe decuit[2]) in hoc officii genere reddere[3]) ἀμοιβάς. Tibi veniam do, quem scio satis officiosum esse. Sed ad te nihil scripseram in hac peregrinatione. Nullam ab ullo ex Academia literam accepi toto tempore, quo absum; quod quam mihi sit molestum, facile iudicari potest ab iis, quibus animus meus notus est. Circumfero curas de schola absens non minores, quam de caeteris rebus, quae maxime[4]) angunt animum. Nam in Academia est non solum huius meae privatae vitae portus, sed plane totius Reipublicae fastigium. Caetera sunt deploranda. Ruunt enim imperia fatalibus causis. Galli stolidissime tumultuantur; tantum faciunt vastitates in finibus quam latissime, ne adduci exercitus possint, et ut[5]) alio molem belli avertant. Sed haec coram[6]).

Guntherus medicus, συμφοιτητής tuus, vir doctrina et candore eximio praeditus, saepe de te honorifice et amanter loquitur, ac plane mihi promittit, se aliquando ad nos excursurum esse. Bene vale, die 12. Iulii.

Non procul a Parma[7]) Carolus Imperator Pontificem Romanum in colloquium admisit **), sed ea pactione, nullam prorsus ut mentionem faceret de pace aut induciis inter ipsum et Gallum faciendis. At Pontifex hanc ob causam praecipue tam longinquum iter ex Urbe ad Alpes fecerat. Consumptum igitur biduum in parergis. Sed habere has fabulas vos opinor.

1) Inscriptionem integram habet cod. Paris.
*) Paulo Ebero.
2) Codd. Monac. *docui.*
3) *reddere*] non habet cod. Paris.
4) *maxime*] cod. Monac. 88. non habet.
5) *ut*] desideratur in cod. Paris.
6) *Sed haec coram*] cod. Paris. non habet.
7) *Parma*] cod. Monac. 88.: *patria*; cod. Monac. 90. *portu.*
**) Sleidanus in comment. p. 428. narrat Caesarem et Papam convenisse *Busseti*, inter Placentiam et Cremonam.

No. 2725. 13. Iul.

P. Ebero.

Epist. lib. III. p. 204. (edit. Lond. lib. III. ep. 120.)

Paulo Ebero Witebergam.

S. D. Prorsus hic nauticam vitam vivimus: Nam hospitium est in ipsa ripa Rheni in statione navium, unde perpetuus foetor sentinae nobis admodum molestus est. In hospitio, ut in navi, mensa, lectus, focus, omnia sunt unus scalmus. Vina cruda. Coquendi ratio, ut in Westphalia. Non enim existimes similem esse huius Galliae munditiem, ut est Rheni tractus superior. Nunc etiam expectatur Caesaris exercitus, qui per haec loca descensurus putatur. Ex vicinia audimus ploratus plebis, videmus fugas virginum adultarum. Quo igitur animo hic me vivere putas? Et accedunt curae de schola et de rebus domesticis, de quibus miror, te ne literas toto hoc semestri scripsisse.

Iam etiam ὀνειροπολῶ conventum Spirensem, quem *Carolus* Imperator indixit. Bone Deus, de quibus nugis tumultuantur inter se summi orbis Principes! Et hoc ipsum bellum ex futili causa ortum est. Nos igitur nostrum officium sedulo agamus, et agnoscamus hos tumultus poenas esse fatales mundi, et interim literas Ecclesiae servare studeamus. Mihi crede, inter tot curas meas, non minus angor de Academia, quam de ulla re alia. Et cum vobis antea mea solicitudo nota sit, huic vestrae negligentiae succenseo, qui nihil literarum misistis.

Mitto vobis libellum hic editum, quem dabis *Crucigero*, nisi antea vidit Exemplum. Nam *Ioachimo* et D. *Ionae* misi per quendam Equitem *Mysium*, qui mihi a D. *Iona* literas attulerat. Si rediit *Franciscus* Hispanus, dicas ei, ut omnino retineat *Frisium* *) illum, quem novit,

*) *Helo*, Frisius.

donec rediero. Nam hic collocabimus eum in conditione certa et praeclara functione. Sin autem abest Hispanus, tamen *Frisium* illum inquirito, nomen non memini, Sed est Doctor Theologiae, Vir doctus et ingeniosus. Fortassis iam titulum dissimulat. Sed ex aliis Frisiis percunctare, an adsit, et iube eum expectare isthic meum adventum. Vale. 13. Iulii, Anno 1543. (Coloniae Agrippinae.)

No. 2726. 14. Iul.

Petro Martyri.

Epist. lib. III. p. 149. (edit. Lond. lib. III. ep. 74.). — Apographon in cod. Monac. 89. no. IV. p. 74. — Adspersae sunt quaedam lectiones ab anonymo collectae et libro impresso adscriptae.

Clarissimo viro, et egregia virtute et eruditione praedito, D. Petro Martyri, Evangelium docent in Schola Argentinensi, amico suo

S. D. Cum gravissimam consolationem tuam ad D. *Martinum Bucerum* scriptam[1]) legissem, valde te diligere coepi. Lucebant enim in oratione et ingenii acumen, et eruditio singularis, et vera pietas, quarum virtutum coniunctione nihil pulchrius, nihil amabilius cogitari potest: Itaque vicissim abs te peto, ut benevolentia tua me complectaris. Fatebor autem quod res est, me tua oratione non solum oblectatum; sed etiam confirmatum esse in his certaminibus. Valde enim me movit imago, quam nobis intuendam proponis, cum dicis, tunc sibi Diabolum maxime accersere cladem, cum atrocissime saevit. Neque unquam acrius saeviit[2]), quam cum evertere Ducem nostrum Christum[3]) conatus est. Maxime igitur in eo praelio succubuit, et secuta est postea magna universi orbis mutatio. Hic me de omnibus Ecclesiae temporibus admonuisti. Maximae rerum conversiones post Pharaonis, post Maxentii furores secutae sunt.

Interfui autem multis Conventibus quasi praeliis mutuis[4]). Sed nunquam videor incidisse in sycophantas rabiosiores, et impudentiores. Quare Consolatio tua mihi pergrata fuit. Sed peto etiam, ut et nos et universam Ecclesiam precibus Deo commendes: Hac enim spe nos praecipue sustentemus[5]), quod quorum mentes Deus vocat ad hoc munus et excitat, eorum laborem[6]) adiuvat, ut scriptum est: ὁ θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, hoc est: Ut quaedam pars generis humani officia praestet Deo grata, et ne totum genus humanum furenter adversetur Deo[7]), et pereat.

Vides quassari orbem terrarum perniciosis bellis: Negligi, imo vastari Ecclesias a Pontificibus et Regibus. Interim nos nostrum officium modeste faciamus, ac Deo exitus commendemus, cui cura[8]) erit, ne Ecclesia funditus pereat. Et fortassis ideo eam[9]) in urbibus Germanicis collocavit, quae aliquanto habent tranquilliora et moderatiora imperia, quam ullae aliae gentes. Quare hoc tuum hospitium tibi gratuleris, ac Ecclesiam ibi tua sedulitate ornare studeas. Bene et feliciter vale. *Sturmio* salutem opto. 14. Iulii, Anno 1543. Bonnae.

1) „Bucerum scriptam" desunt cod. Monac. 89.

2) *Neque — saeviit*] cod. Monac. 89.: *Nunquam pugnavit acrius.*

3) Cod. Monac. 89. addit: *ipsum.*

4) *quasi — mutuis*] cod. Monac. 89.: *multis praeliis.*

5) Pez. *sustentamur*, ex mendo.

6) Cod. Monac. 89. addit: *et.*

7) Codd. *fureret adversus Deum.*

8) Cod. Monac. 89.: *curae.*

9) Cod. Monac. 89.: *eas.*

No. 2727. 14. Iul.

Hedio ad Ionam.

† Ex autographo Hedionis in Vol. Epist. Meining. ep. 66.

Clarissimo Viro Iusto Ionae Praeposito Wittenberg., amico observando, Wittenbergae.

S. D. Clarissime *Iona.* Cum *Bonnam* venissem sub finem Iunii, cum Dom. *Philippo* filium tuum *Ionam* inveni, quo unice delectatus fui propter morum suavitatem et singulare illud studium, quod habet omnibus gratificandi, ut interim nihil dicam de pio adolescentis animo ac eruditione minime vulgari pro hac aetate. Hunc oro tibi, Christus servet. Equidem habui filium mihi quoque cognominem Casparem, quem superior pestis Ar-

gentorati*) nobis ademit. Hic si diutius vixisset et facie et annis parum abfuisset a tuo Iona.

Cum nuper simul *Bischofheim* ad Archiepiscopum equitaremus, prolixe recensuit calamitatem domus tuae, ut qui carissimam matrem, tu vero coniugem dilectissimam amiseritis. Crux est sane ingens, at quae bona dei voluntate infligitur, non ut perdat, sed ut salvet, ut fide erigamur ac ipsum invocemus. Ut me dominus superiori tempore in hac exercuerit, amissis brevi tempore tot carissimis liberis, ex scheda adiuncta facile aestimabis. Summa, benigniss. pater vitam hanc vilem nobis facit desiderio immortalis vitae, cum subiicit calamitatibus ac variis tribulationibus. Atque utinam agnoscamus. Bene vale. Bonnae. 14. Iul. 1543.

Caspar Hedio
tuus ex animo.

D. Crucigerum et reliquos viros Dei saluta meo nomine.

*) Legitur *Argnt.*

No. 2728. 17. Iul.

Guilielmo, Duci Iuliac.

Ex autographo Mel. in Bibliotheca Regia Berolin. (mst. theol. lat. Fol. 376.) a Clariss. Friedemanno. — Nuper edita a Foerstemanno in den Neuen Mittheilungen aus dem Gebiete historisch=antiquarischer Forschungen, Vol. I. pt. 4. p. 134.

Dem Durchleuchten hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Wilhelm, Hertzogen zu Julich, Gelern[1]), Cleve und Berg, Graven zu der Mark, Zütphan und Ravenßberg, Herrn zu Rabenstein, meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad und Fried durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Durchleuchter, hochgeborner, gnädiger Fürst und Herr. Daß E. F. G. zu christlicher Besserung der Kirchen in ihrer F. G. Landen geneigt sind, das ist löblich, christlich, und warlich die hohe Nothdurft. Der ewige Gott wolle zu diesem Werk E. F. G. stärken und schützen. Daß aber E. F. G. mich erfordern, füge ich E. F. G. zu wissen, daß ich allhie auf dem Landtag aufgehalten bin, darum ich vor gehaltnem Landtag nit abkommen kann. So es aber hernach E. F. G. Gelegenheit seyn wird, will ich gehorsamlich erscheinen. Es wird auch ohne Zweifel alsdann E. F. G. die Colnische Reformation*) zugesandt werden, daraus E. F. G. vernehmen werden, daß man allhie auf Besserung der Lehr und Gottes Dienst gearbeit hat, und nit, denen von Adel etwas zu entziehen, wie viel von solchen Sachen beschwerlich reden. Der ewige Gott, Vater unsers Heilands Jesu Christi, bewahr E. F. G. und erhalte sie bei Land und Leuten zu seinem Lobe. Datum Bonn 17. Julii.

E. F. G.
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

1) Foerst. Gelren.

*) Opus Gropperi, formam sacrorum describens.

No. 2729. 21. Iul.

H. Schreibero.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 77 b. et cod. Monac. 90. no. VII. p. 352.

Hieronymo Schreiber, Noribergensi
(tunc Aquisgrani in thermis).

S. D. Fabellam de inscriptione nomismatis Saxonici inde ortam puto. Vetus est Imperii Germanici ius, ut in interregno[1]) duo sint Vicarii, Palatinus et Saxo. Propter hoc ἀξίωμα *Fridericus* cum tali inscriptione: Vicarius Romani Imperii, nomisma procuderat vivo Maximiliano, ac mihi *Peutingerus* senex Augustanus narrabat, *Maximilianum* ea inscriptione nonnihil offensum fuisse. Et quidem tunc narrabat inspicienti collum rubore perfusum esse, quod dicebat illi familiare fuisse[2]) in subitis commotionibus. Habet autem nostra aula hunc ineptum morem, ut titulos maiorum putent ambitiose tuendos esse; ideo[3]) et noster Dux cudi nomismata[4]) fortasse cum ea inscriptione curavit[5]). *Longolia*[6]) habet eius generis nomisma, in quo opinor eam esse inscri-

1) Cod. Monac. 90. *regno.*

2) Verba: *Et quidem tunc — fuisse*] exciderunt e cod. Monac. 90.

3) *ideo*] abest a cod. Monac. 90.

4) Cod. Monac. 90. addit: *aliqua.*

5) Insidebat illo tempore aulae Electoris opinio de Carolo in undis maris suffocato. Facile igitur fieri potuit, ut nomisma in interregno edendum iam pararetur, ut in promptu statim esset, si nuncius de morte Caroli advenisset.

6) Legendum: *Longolius.*

ptionem. Fortassis haec res praebuit occasionem vel dicacibus vel malevolis. Vellem certe has ineptias vitari, et principem ab iis, quorum valet auctoritas admoneri. Arbitror principem de *Maximiliani* offensione nunquam audisse. Et putat, usurpari posse, quod ius publicum concedit; sunt enim, ut scis, *ἀκριβοδίκαιοι*. Sed nostra philosophia non *) subtilitate Iurisconsultorum, sed alia quadam humaniore ratione haec metitur. Caeterum quod fingunt, inscripsisse Ducem Saxoniae Romanorum Imperatorem, haud dubie commenticium est, et coargui facile mendacium potest, quia aiunt in altero latere Carolum inscriptum esse. Sed has nugas omitto.

Librum *Alphonsi* vidi, et legi, mi Hieronyme. Si qui illis Sycophantiis et deliramentis adversariorum delectantur, non impedio, quo minus fruantur. Ego utilem doctrinam complexus sum in locis, in Romanis, in Daniele. Hi libri satis respondent adversariis, nec volo singulis hostibus peculiares refutationes opponere. Gerimus enim bellum cum centimanis, ut vides, et subinde ex sanguine priorum sophistarum novi nascuntur, ut de Gigantibus poetae scribunt. Scis, me methodicam scribendi et disserendi rationem elegisse, ut res bene[7]), ordine et perspicue explicarentur ad posteritatis utilitatem. Et de meis scriptis iudicium bonis permitto, et Deum oro, ut studiosis et et Ecclesiae prosint. Profecto aliud nihil in his laboribus unquam[8]) spectavi; non dimico de laude ingenii, nec tamen ita me ipse despicio, ut vel *Alphonsum* illum, vel *Aquonsum*[9]), qui Coloniae iam scripsit: levius peccare sacerdotem cum centum scortis polluitur, quam si uxorem ducat, mihi anteferam. Scio, praedicari *Alphonsum*, et non miror, eum placere hostibus nostris. Illud miror, quosdam, qui nobis volunt videri amici, delectari talium librorum laudibus, qua re malevolentiam suam significant.

Hodie venient Legati *Coloniam* missi a nostris; horum nomina apud D. Decanum explorabis et mihi scribes. Velim etiam te significare si quid tamen audisti, quae sint facta *προκρίματα περὶ βιβλίου πεμφθέντος*[10]) *παρὰ ἀρχιεπισκόπου πρὸς τοὺς εὐγενεῖς*[11]) *ἐν τάξει ἀρχιερατικῷ*. Bene vale. Salutem opto illustri comiti *Stolbergio*, et d. *Richwino*, dom. *Echtio*, et d. *Cornelio*. 21. Iulii.

Philippus Melanthon.

*) Cod. Monac. 88. *non nostra*.

7) Cod. Monac. 88. *bonae*.

8) Cod. Monac. 88. *nunquam*.

9) Cod. Monac. 88. *Aquorsem*.

10) Cod. Monac. 90. *πέμψαντος*.

11) Cod. Monac. 88. *ἐγενεῖς*, mendose.

No. 2730. 24. Iul.

I. Caesareo.

Epist. lib. VI. p. 34 sqq.

Clarissimo et Doctissimo Viro, Iohanni Caesareo

S. D. Ut post praelium, ita post conventuum exitus, haec civilia certamina melius narrari possunt. Cum igitur finem Conventus adhuc expectemus, nondum de eo satis plane scribere possum. Sed narrabo historiam, quae praecessit, quam scio tibi iucundam lectu fore, mihi certe spectanti fuit iucundissima. Priusquam Princeps publicavit librum Instaurationis Ecclesiarum, legere et penitus cognoscere eum ipse voluit. Pertinebat haec diligentia ad eius officium, et laude digna est. Sed multo magis miratus sum eius in auscultando attentionem et assiduitatem, et in expendendis ac emendandis locis obscurioribus et horridioribus prudentiam, et in disputando eruditionem. Tribuit quinque diebus matutinas horas quinas huic auscultationi, adhibitis Coadiutore, *Comite Stolbergio*, *Husmanno*, *Lenepio*, *Buchelo* et me. Attentissime audivit legi integrum opus. Quoties occurrit locus in quo aliquid desideravit, re disputata, accurate dixit quid sibi videretur, et auditis aliorum sententiis, vel mutari, vel illustrari eam partem iussit, quaedam ipse suo iudicio recte emendavit. Multas controversias dogmatum ita dextre diiudicavit, ut animadverterem res tantas ei diu cogitatas esse, et integram Ecclesiae doctrinam recte ab eo intelligi. Scio paucos hac iudicii dexteritate praeditos esse, quae quidem et ingenii vim significat, et curam atque intentionem animi quam nemo adhibet, nisi qui vere Deum colere et invocare cupit. Erat situs liber caelestis doctrinae ad manum, iuxta *Lutheri* versionem, recens editam Witebergae.

Ibi saepe testimonia citata ipse requirebat, ut fontes consideraret. Haec saepe commemoravi aliis, et hodie recitavi duobus gravissimis *Comitibus Manderschid* et *Novaeaquilano*, cum D. *Bucerum* et me ad quandam deliberationem vocassent. Cum igitur iudicem Principem pia voluntate, et bono consilio hanc instaurationem Ecclesiarùm moliri, et ipsius virtutem laudandam esse sentio, et Deum orandum, ut pia consilia adiuvet. Cumque te idem iudicare et optare arbitrer, hanc tibi narrationem gratam fore speravi. Nunc de conventu pauca adiiciam. Brevissimae deliberationes fuissent, nisi rem extrahere *Gropperus* studeret. Comites, Ordo Equestris, Legati Civitatum censuerunt recipiendam esse formam Ecclesiarum restaurandarum. Sed Legati Collegii Coloniensis refragantur. Etsi enim doctrinae genus non improbant, tamen expectari Collegii consensum volunt. Nectunt moras, negant rem tantam subito constituendam esse. Adsunt viri optimi, senex frater Principis, *Stolbergius*, *Glichensis*, sed habent, ut solent fieri, mandata certa. Suntque adiuncti duo *Gropperus* et *Hieronymus*. Sed *πρωταγωνιστὴς* est *Gropperus*. Is hactenus variis artificiis pugnavit, ut impediatur Ecclesiarum emendatio. Liber profecto tantum necessariam omnibus pueris *κατήχησιν* continet et summam Christianae doctrinae.

De Collegiis et *ἱεραρχίᾳ* Ecclesiastica, ut vocant, moderatissimae sunt sententiae, ut maneat forma politiae Ecclesiasticae, maneant Collegia et *ἀξιώματα ἱερατικὰ*, opes, gradus, ornamenta; sed superstitiones graves tollantur. Saepe in conventibus Germanicae Nationis hanc pacis viam proposui. Nec aliam video, nisi hanc unam, ut retineant Episcopi et Collegia sua *ἀξιώματα*, et suas opes, et recipiant doctrinam piam. Quid cogitari aequius potest? Si hanc moderationem *Gropperus* non probat, sed prius nos interfici cupit, nec Ecclesiae nec patriae bene consulit. Sed Deo haec commendo.

Habes historiam conventus inchoatam tantum. Nam ante finem plura nunc quidem scribere non poteram. Deum aeternum patrem liberatoris nostri Iesu Christi oro, ut te diu servet incolumem, meque tibi ut parenti commendo. Bene vale, Die Iacobi 24. Bonnae, Anno 1543.

No. 2731. 25. Iul.

I. Menio.

† E cod. Bavari Vol. II. p. 287.

Venerando viro, et egregia eruditione et pietate praedito, D. Iusto Menio, Pastori ecclesiae Isenacensis, amico suo,

S. D. Ante mensem absolutus fuit liber, qui continet formam emendationis ecclesiarum. Postea me retinuit Episcopus, ut una librum legeret adhibitis delectis consiliariis. Legitur accurate, et de singulis articulis prudenter et erudite disseruit, cum quidem ad manum haberet positum codicem, Witebergae editum, scriptorum propheticorum et apostolicorum, in quo ipse interdum testimonia requirebat, ut consideraret, an apte citata essent. Postquam huic recognitioni dies sex tribuissemus, et singulis diebus quinas[1]) horas matutinas, permisit mihi, ut rursus iter ingrederer domum rediturus. Sed nobilitas petivit, ne ante conventum abirem. Mansi igitur, et certamina cum *Gropero* expecto. Comites, ordo equester, civitates magno consensu amplectuntur emendationem ecclesiarum, et propagari puram doctrinam cupiunt. Sunt et in collegio Coloniensi comites et principes aliquot, qui dicunt pias et honestas sententias. Sed maior collegii pars refragatur, et *Groperus* propugnat deteriorem sententiam, etsi adhuc ambigitur, quo inclinata sit ultima collegii suffragatio. Nam reliqui ordines ditionis petiverunt, ne ab ipsis sua sententia disiungatur. Tamen utilius videtur, collegium ab hoc negotio seiungi. Facilius enim puritas doctrinae collegiis retinebitur. Nam forma ab Episcopo proposita ad nostram congruit. Si accedent collegia ....[2]) aliquid de suo *Groperus*. Habes omnia, quae hactenus hic acta sunt.

Orabis autem Deum, ut ipse ecclesias suas regat et servet. Quanto sit in periculo Germania vides; isthinc Turci bellum inferunt; hic pene civili bello ardet. *Carolus* Imperator Spiram venisse dicitur*), et ad Iuliacense bellum properat.

---

1) Cod. Bav. *quigenas*, mendose. Puto Melanthonem scripsisse: *quinas integras*, et haec duo verba a Bavaro male lecta et in *quigenas* contracta esse.

2) Est lacuna in codice. Puto supplendum esse: *adderet*, vel: *immisceret*.

*) Venit Spiram exeunte Iulio.

Tanta est hominum desperatio in Iuliacensi ditione, ut res suas multi transvehant in Coloniensia oppida. Vidi heri sero magno cum gemitu honestas matronas in ripa, quae res suas transvexerant. Gallus nihil iuvat Iuliacensem, imo belli molem in Germaniam avertit. Nam in externis finibus magnam fecit vastitatem, ne duci in Galliam exercitus possint. Et munit quaedam oppida. Caeterum reducto in regnum suum exercitu quiescit. Et tamen tanto bello iuvenem Iuliacensem miro artificio implicuit. Deus liberet Iuliacensem, et regat ac defendat nostros. Sed haec brevi coram. Bene vale. Die Iacobi, Bonnae 1543.

Phil. Melanthon.

(*Melanthon iter ingreditur domum.*)

No. 2732. 30. Iul. (in arce Runkel.)

G. Aemilio.

† Ex apogr. In cod. Goth. 402. p. 276. Eadem descripta legitur in cod. Dresd. C. 140. p. 13.

Georgio Aemilio, erudientem iuventutem Sigensem amico suo,

S. D. Quod filiolam a vestro amplexu abstractam lamentaris, agnosco et probo animi paterni στοργὴν[1]) tuoque luctu afficior. Nam expertus sum, qualia haec sint animi vulnera. Memini *Lutherum* superiori anno, cum eius filia mortua esset, dicere, non existimasse se, tam acres ex interitu liberorum dolorum stimulos existere posse, quam acres iam sensisset. Sed ut pium est, desiderio eorum affici, quas nobis natura ipsa commendavit, ita rursus moderandus est luctus, ne aut moestitia consumamur[2]), aut succensere Deo videamur, cuius imperio evocamur ex hac vita. Non enim casu nascimur, non casu occidimus. Deinde de filiae salute certam habes[3]) sententiam, quae ad consolandum animum efficacissima est. Ait enim Christus: *non est voluntas patris, ut pereat unus ex parvulis istis.* Scito igitur, salvam esse filiolam tuam, ac iterum venturam in complexum tuum in illa aeterna nostra consuetudine cum Christo. Bene vale. Die 30. Iulii in arce Runckeliana.

1) Mst. Dresd. στοργάς.
2) Cod. Goth. 402. *ante moestitia consumantur*; mendose.
3) Cod. Dresd. *habemus.*

No. 2733. 30. Iul.

Ad Aemilii uxorem.

† Ex apogr. in cod. Goth. 402. p. 276 b.

Phil. Mel. an Georg. Aemilii Hausfrawen, Agnetem.

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Ehrbare, tugendsame Fraue. Wiewohl es also von Gott geordnet und recht ist, daß das väterliche und mütterliche Herz Betrübniß hat, so die Kinder sterben; so will doch Gott auch, daß solch Betrübniß eine Maße habe, und daß wir uns damit trösten, daß wir gewißlich wissen, daß sie Gott liebt und selig macht, und ihnen ewiges Leben und ewige Freude gibt, wie unser Heiland Jesus Christus gesprochen hat: Es ist des Vaters Wille nicht, daß einer ꝛc. Damit wollet euch trösten und bedenken, daß ihr eure liebe Tochter im künftigen Leben wiederum sehen werdet in Freuden, und daß uns Gott also durch Absterben der liebsten Freunde vermahnet, daß wir des Künftigen gedenken und darauf hoffen sollen. Gott behüt euch. Datum zu Runckel, 30. Julii.

No. 2734. (30. Iul.)

G. Knutelio.

Epist. lib. VI. p. 296 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 301., cui autem (certe nunc) inscriptio deest.

Guil. Knutelio, Secretario Principis Nassav.

S. D. Plura tibi de conventu Bonnensi scriberem, si chartae plus nobis hic in arce Runkelia fuisset. Comites, Equestris ordinis Viri et Civitatum Legati omnes communi consensu amplexi sunt formam instaurationis Ecclesiarum propositam a Principe. Sed maior pars Collegii Coloniensis refragatur, quam tamen caeteri Ordines

hortati sunt, ne quid contra Principem moliantur. Se enim Principi suo non defuturos esse, quia eius iustitiam in gubernatione tot annis spectatam probent, et se debere ei gratiam agnoscant. Magnum fuit hoc et illustre testimonium de Principis virtute. Ante Conventum voluit Princeps sibi totum librum instaurationis illius legi, ac adhibuit Dn. Coadiutorem, Decanum *Comitem Stolbergium*, Doctorem *Husmanum*, *Lenepium*, *Buchelum* et me. Attentione summa totum opus audivit, de multis locis prudentissime et eruditissime disputavit, sciscitatus et nostras sententias, tanquam arbiter honorarius elegit verissimam. Miratus sum non solum assiduitatem et diligentiam eius (nam quotidie quaternas horas matutinas aut plures per integram hebdomadem ei labori tribuebat,) sed etiam prudentiam et eruditionem. Nam adeo dextre has controversias Ecclesiasticas diiudicabat, ut penitus eas intelligi ab ipso animadverterem: Denique, quod praecipuum est, apparuit in hoc consilio instaurandarum Ecclesiarum suo eum iudicio moveri, non ab aliis impelli, ut quidam calumniantur. Haec coram narrare mallem, sed quia *Francofurdia* adeunda fuit, ad vos non potui redire. Bene vale. In arce Runkelia.

†Philippus Melanthon."

No. 2735. 7. Aug. (Francofordiae.)

Actio Mel. Francofordiana.

(*Actio Melanthonis cum concionatoribus Francofordianis.*)

Ex excerptis e Tabulariis senatum et principum Seckendorfio (scripturo historiam Lutheranismi) missis, quae nunc sunt in cod. Goth. 453. intellexi, Melanthonem in reditu fuisse Francofordiae, ibique egisse cum concionatoribus inter se litigantibus de coena sacra. Leguntur enim in excerptis p. 734. inter alia haec:

„Anno 1543. d. 7. August ist der übrige Disputat „unter den Predigern [zu Frankfurt am Mayn] we„gen der Ceremonien bei des H. Nachtmahl, item „der Taufe und Hinsegnung der Eheleute durch Herrn „Philippum Melanthonem und Johannem Pistorium „Niddanum durch ein christlich Gespräch beigelegt „worden, und hat Hr. Philipp Melanchthon den „Originalvertrag aufgesetzt und mit eigner Hand ge„schrieben."

Scripsi ad Senatum Francoford. et rogavi, ut mihi hoc scriptum mittatur, vel describatur, sed responsum non accepi. Quod vero ad controversiam ipsam attinet, ea iam anno 1541. orta est, quum Melchior Tambach, Ioannes Culius et Sebastian Ligarius verba: *hoc est corpus meum*, mystice interpretarentur, praesentiam corporis Christi in s. coena negarent, item imagines in ecclesiis ferre nollent, contradicentibus Petro Geldnero, Matthaeo Lumpergero, Andrea Zophelio, et Eberhardo Haberkornio. Horum controversiam componere iam studuerat Bucerus, qui d. 9. Decb. 1542. formulam concordiae („den Concordien-Artikel") Francofordi composuerat, a concionatoribus acceptam, editam est in Ambrosii Wolfii Historie von der Augsburgischen Confession, p. 127—130., qua autem, ut ex actione a Melanthone habita intelligitur, lis non prorsus extincta fuit.

No. 2736. 10. Aug. (Erfordiae.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 432 sqq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 304.).

Clariss. viro et excellenti virtute et eruditione praedito Ioachimo Camerario Pabergensi, amico suo carissimo,

S. D. Quod faustum et felixque sit, *Erfordiam* venimus pridie eius diei, qui dicatus est Laurentio. Libenter enim hac diei descriptione utor, propter memoriam viri fortis. *Portunus* nobiscum est, comitaturus nos *Vuimariam*, quo Principis litteris vocatus sum. Multis me locis in itinere tum studia, tum negocia amicorum remorata sunt. Nunc accedit insuavior mora in aula, quam tamen spero brevem fore. *Sabino*, si tecum est, nam fuisse Lipsiae audivi, hortator eris, ut meum adventum expectet.

Etsi res in Ubiis actas narrabo, tamen interim summam significandam esse duxi. Postquam *Bucerus* et ego librum absolvimus, quo forma instaurandarum Ecclesiarum continetur: Episcopus senex adhibitis coadiutore, ut vocant, et Decano Comite *Stolbergio* ingenioso homine,

et aliis quibusdam praecipuis viris, et me, legi sibi totum librum iussit, attentissime audivit, multa de plaerisque locis graviter disseruit, quaedam suo iudicio recte mutavit, interdum nostras sententias re disputata, suae opinioni praetulit. Huic labori dies sex tribuit, ac quotidie matutinas horas quaternas continuas. Miratus sum senis assiduitatem et diligentiam, ac animadverti serio hanc rem tantam ab eo agi, quod quantum referat, intelligis. Et has controversias pene ut artifex diiudicat. Continet autem liber initio doctrinae summam. Postea politica de collegiis, ut teneant ἀξιώματα, ac tantum corrigant doctrinae et ceremoniarum vicia. Cum de libro statuisset Episcopus ipse, postea conventum indixit, delecti sunt qui legerent et expenderent. Tandem igitur Comites, ordo Equester, et legati civitatum magno consensu librum comprobant, et pollicentur se ad eam formam Ecclesias instauraturos esse. In collegio Coloniensi, etsi multi summo loco nati recte sentiunt, tamen πλεόνές οἱ κακοὶ. Ab his reliqui ordines petiverunt, ne quid moliantur adversus principem.

Haec fuit καταστροφὴ conventus. Episcopus Coloniensis mox post conventum Spiram ad *Carolum* Imperatorem profectus est. Caetera narrabo coram. Fabellas de nobis hic sparsas narrari audivi Francofordiae, et natae dicebantur *Moguntiae*. Bene vale, die Laurentii, Erfordiae. Haec quoque adscribendum videbatur, *Carolum* Imperatorem in patria mea *Bretta* pransum esse.

Philippus Melanth.

No. 2737. 10. Aug.

P. Ebero.

Epist. lib. III. p. 202. (ed. Lond. lib. III. ep. 119.)

Paulo Ebero.

Quod faustum felixque sit, Erphordiam veni pridie eius diei, qui Laurentio dicatus est. Delector enim Viri fortis recordatione. Hodie Wimariam proficiscor, quo Principis literis accersitus sum, fortassis ut de furoribus scholasticorum, qui isthic tumultus atroces excitarunt, aliquid audiam. Mihi crede, maiorem mihi dolorem fama eorum tumultuum attulit, quam ullae molestiae totius huius peregrinationis.

Etsi autem coram audies Historiam rerum in Ubiis actorum, tamen summam nunc significabo. Postquam liber, quo forma instaurandarum Ecclesiarum describitur, a *Bucero*, et me absolutus est, Episcopus adhibitis aliquot Comitibus, et Equestris loci viris doctis et prudentibus, et me, legi sibi totum librum ordine iussit, attentissime audivit, de multis locis accurate disseruit, quaedam suo iudicio correxit, interdum suae opinioni nostras sententias praetulit. Controversias Ecclesiasticas pene ut artifex intelligit. Miratus sum senis assiduitatem. Nam diebus quinque huic labori quaternas horas matutinas tribuebat. Postquam decrevit ipse secum de libro, conventum egit, in quo delecti sunt ex omnibus praecipui Viri, qui librum una legerent et expenderent. Tandem igitur Comites, equester ordo, et legati civitatum magno consensu librum comprobarunt, et pollicentur Ecclesias ad eam formam instauraturos esse. In Collegio Coloniensi, etsi multi summo loco nati recte sentiunt, tamen πλείονες οἱ κακοί· hi refragantur: Sed impedire non possunt quo minus Ecclesiae in ditione recte constituantur. Caeteri etiam ordines longa oratione a Collegio petierunt, ne quid contra Episcopum moliatur, ac palam testati sunt, sed dominum bene meritum defensuros esse. Episcopus mox a conventu ad Imperatorem *Carolum* profectus est, non tam sui negotii causa, quam propter Iuliacensem. Caetera narrabo coram. Meae filiae dicito salutem, ac significes ei, me in itinere esse. Audio et somniavi filiam meam *Sabini* coniugem apud vos esse. Bene et feliciter valete. Die divi Laurentii Erphordiae. Anno 1543.

No. 2738. 11. Aug.

Hedio ad Melanthonem.

† Ex autographo Hedionis in Volum. Epist. Meining. ep. 67.

Clarissimo viro, D. Philippo Melanthoni, Praeceptori meo charissimo.

Wittenbergae.

S. D. Ornatissime vir, Praeceptor charissime. *Bucerus* et ego adhuc *Bonnae* sumus, quotidie

animas nostras crucifigentes, dum videmus, quoties prospicimus advehi supellectilem miserrimorum rusticorum. Non miror Melancholiam hinc augeri mihi. In Caesaris adventum paratur Cancellaria Bonnae. Moguntiae adhuc est *Carolus* dum haec scribo*), vel in itinere. Christus optimus maximus aspiciat res adflictissimas Germaniae ac misereatur nostri. Reliqua ab hoc nobili studioso, qui pietatis et disciplinae gratia Wittembergam vadet, quem commendatum pro tua humanitate habebis. Referet historiam plane horrendam! de piis combustis Lovanii. Salutant mei *Philippum* ac suos. *Eusebius* se singulariter tibi commendat. Bonnae, postridie Laurentii. 1543.

C. Hedio
tuus.

D. Luthero, D. Ionae et D. Pomerano meis verbis plurimum salutis dic, Item Hieronymo et Ionae filio.

*) Venerat Moguntiam d. 5. Augusti.

(*Melanthon d.* 15. *Augusti intrat Witebergam.*)

No. 2739. 17. Aug.

G. Sturciadae.

Epist. lib. VI. p. 268 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 315.

Clarissimo viro, et egregia virtute et doctrina praedito, D. Georgio Sturciadae, Doctori Medicinae, amico suo

S. D. Vir clarissime; Cum nuper Erfordiae virum honestissimum et tui amantissimum de valetudine tua interrogassem, et ille mihi narrasset, te, et honestissimam matronam coniugem tuam et dulcissimos liberos recte valere, ea pars orationis ipsius magnam mihi voluptatem attulit. Postea vero cum narraret te de migratione cogitare, et causam novi consilii commemoraret, fatebor quod res est, valde consternatus sum. Dolebam enim etsi causam intelligebam non magnam esse, et periculi nihil esse, tamen te non frui usitata tranquillitate. Multa igitur sciscitatus cum audirem, te liberatum esse tota molestia tutelae, et non solum sine periculo, sed etiam sine odio Erphordiae vivere posse, decrevi hac de re cum *Ioachimo Camerario*, quem scio tui amantissimum esse, et in dando consilio non solum fidelem, sed etiam diligenter omnia circumspicientem, quae provideri possunt, colloqui. Ego quidem ita sentio; Erfordiam sine maximis causis non esse relinquendam, praesertim hoc tempore, cum in Principum imperiis subinde existant subiti et πανικοὶ tumultus. Qualiscunque status est civitatum, tamen moderatiora ibi sunt imperia, et certior est tranquillitas, quam in Principum gubernatione, quae nunc quidem incertissima est, et alicui non sine saevitia. Ego quidem saepe ac multis hoc do consilium, ut se in urbes honestas abdant, in quibus maior est iustitiae reverentia, et certior tranquillitas, quam in iis locis, quae reguntur aulicis consiliis. Quid, quod liberis etiam tutum hospitium retinendum est et coniugi, contra irruptiones Turcicas, quarum metus iam non est inanis existimandus. Saepe cogito Deum collocasse Ecclesias in urbibus Germaniae firmissimis, ut ibi reliquiae literarum et doctrinae conserventur, siquando Turci vastabunt Germaniam. Nam delere urbes non poterunt, etiamsi loca minus munita populabuntur, incendent ac evertent. Sunt et alia multa commoda mediocrium urbium, quae in aliis locis agrestioribus desiderantur. Quare te etiam atque etiam adhortor, ut Erfordiae manere malis, quam in alia loca cum detrimento rei familiaris migrare, ubi tamen minus commode vivitur. Bene et foeliciter vale. Die 17. Augusti.

† Philippus Melanthon."

No. 2740. 17. Aug.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 178 sqq. — Hic ex apographo in cod. Monac. II. p. 183., quod ex autographo descriptum videtur, cuique adscripta sunt: „allata, 27. Aug. 1543."

Vito Theodoro.

S. D. Quod faustum et felix sit, redii ex Ubiis domum, eo die, quo Apostoli et alii eorum σύνεργοι ex dissitis locis dicuntur ad Mariae moritu-

rae conciones convenisse *). Utinam omen sit felix, et semper congruant Doctorum sententiae et voluntates! Reverso statim monstratae sunt epistolae tuae de Danielis Enarratione, de qua nunc quidem novam Disputationem non instituam.

Si Iulius est parvum cornu, vel Augustus, quomodo convenient caetera, quod bellum gerat cum Sanctis, quod novum doctrinae genus orbi invehat? Etsi istic fortassis illa dissimilitudo interpretationis Sermones praebet aliquibus, tamen te adhortor, totam hanc rem, ut silentio prorsus obruas, ac prorsus dissimules. Sinas ei placere suum poëma, ac optes, ne in dogmatibus simili αὐθαδεία ludere aliquando incipiat.

In ditione *Coloniensi* exordia instaurationis Ecclesiarum, Dei beneficio, laeta sunt; sed faciliora essent, si non incidisset bellum Belgicum, quod moveri semper dolui, et fortassis aliquando dolebunt, motum esse, hi, qui Iuvenem *Iuliacensem* implicuerunt Gallicae Societati.

Postquam liber, qui formam doctrinae, et rituum continet, absolutus est, Episcopus Senex adhibitis Coadiutore, Decano *Comite Stolbergio* et aliis quibusdam consiliariis, et me, totum librum praelegi iussit, attente audivit, et disputavit accurate, si quid occurrit, quod vel correctionem, vel explicationem requirere videbatur. Habebat ad manum Sacrum Codicem, in quo ipse interdum testimonia requirebat. Miratus sum non solum diligentiam eius, sed etiam iudicium, quod fortassis illi, qui eum non norunt, ei non tribuunt. Sed mihi crede, non delirat, et est natura φιλαληθής, et has controversias de Fide et vera Invocatione dextre intelligit. Postquam igitur librum ipse comprobavit, indixit Conventum, in quo res eaedem iterum inter praecipuos disputatae sunt.

Tandem Comites, Equester Ordo, et Legati Civitatum, magno consensu polliciti sunt, se Ecclesias ad normam propositam instauraturos esse. Convenit autem norma praecipue cum vestra. Hanc enim imitari *Bucerum* iusserat.

Groperus in Conventu acriter Collegii nomine repugnavit, etsi sunt in Collegio multi bene sentientes. Sed *Groperus* et pauci alii defendunt Idola, partim ambitione, partim propter alias cupiditates.

Habes summam Historiae veram, quam imperties et D. *Hieronymo.*

Ioachimum Mollerum Hamburgensem tibi commendo, et commendarem pluribus verbis, nisi scirem, tibi eum notum esse. Valet ingenio, et se ad Remp. praeparat ac instruit optima doctrina, et de luce doctrina Evangelii recte sentit; quare eum amanter excipies. Fortassis ante iter Italicum commorabitur aliquantisper apud vos. Obsecro Te propter Christum, ne litiges cum Collega tuo; Sed potius omnes colaphos et σκόλοπας perferas. Bene vale. die 17. Augusti.

Philippus Melanthon.

*) i. e. 15. Aug.

No. 2741. 20. Aug.

I. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 66. (edit. Lond. II. ep. 49.)

D. Iohanni Matthesio.

S. D. Gratiam habeo *Casparo* nostro, qui mihi iter suum indicavit. Etsi enim hoc tempore in tantis publicis aerumnis non scribi laeta multa possunt: tamen veterem consuetudinem nostram in scribendo et quasi colloquia renovari velim. In ditione Coloniensi Comites, equester ordo et legati civitatum in conventu polliciti sunt, se Ecclesias instauraturos esse ad normam, quam Episcopus proposuit, quae quidem congruit cum nostris Ecclesiis. Collegium Coloniense et senatus adhuc adversantur purae doctrinae, sed hi emendationem in ditione impedire non possunt. Et iam in aliquot oppidis inchoata est emendatio. Et pii ac eruditi concionatores fideliter et pure docent. Deum oremus, ut lucem suae doctrinae late spargat et conservet. Audio apud vos atrocia edicta proposita esse. Optarim melioribus ominibus suscipi bellum contra Turcos, sed fatales poenas talis furor solet praecedere, ut historiae ante excidium Ierosolymae indicant. Deus pater Domini nostri Iesu Christi mitiget publicas poenas, et servet Ecclesiae suae reliquias. Salutem opto clarissimo viro D. Doctori *Nevio.* Bene vale, die 20. Augusti.

No. 2742. (fere hoc mense.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 434 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 305.)

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo cariss.

S. D. Subito mihi scribendum erat, cum iam *Petrus* iter ingressurus esset. De *Sciuro* valde mihi et Pastori consilium tuum placebat. Nam ego ingenium eius et industriam ei laudavi. Sed nunc *Petrum* intelligo velle in Pomeraniam proficisci. Differri tantum vult iter in Septembrem. Fortassis haec mora, etsi aliquid habet incommodi, tamen concedi posset. Sed constanter vellem constitui. De *Dassio* bene monuisti. Nam si spem abiecerimus de Vicinia, incumbam in alterum negocium: diligo profecto eum, et spero fortunam ei fore aequiorem. Natura enim bona est, et Deus ei non deerit. Me domesticae curae exercent. Filium decrevi mittere Marpurgum, etsi invitus id facio, ac mallem eum apud me maritum alere. Sed quaedam adversantur, quae me quoque excruciant. Bene et feliciter vale.

Philippus Melanth.

No. 2743. 22. Aug.

I. Lango.

† Ex apographo in cod. Goth. 399. p. 172 b.

Iohanni Lango, Erford.

Profectus est Erfordiam ante aliquot menses cum mea commendatione quispiam *Frisius* *), qui, etsi latine satis doctus est, tamen, quia inepte pronunciat, verebar ut placiturus vestris esset; sed egenti tamen dedi commendationem. Postquam autem pronunciatio eius impedivit, quo minus consequeretur eam conditionem, quam sperabam, nunc petit eam hic Magister *Andreas* Mansfeldensis, cuius eruditionem, mores, pronunciationem probaturos vos esse spero. Nam latine bene doctus est, et in dialecticis ac philosophiae elementis fortasse magis aliquantulum versatus, quam ille *Frisius*. Mores exculti sunt aulica consuetudine. Docuit enim aliquamdiu filium *Eustachii de Slieben*, qui inter consiliarios Marchionis praecipuum locum tenet. Rogo igitur, ut hunc *Andream* civibus tuis commendes, qui si eius uti volent opera, diligentiam et fidem praestabit, et, ut spero, industriam quae in eo munere requiritur. Bene vale. Westvalicos tumultus audio sedatos esse. Equites qui in eo loco fuerunt dicuntur conduci a Iuliacensibus. Sed tamen ibi etiam speratur otium. Vale. 22. Augusti.

Ph. M.

*) De hoc *Frisio* scribit *Iohannes Stigelius* in epist. d. ann. 1545., scripta Iohanni Lango (cod. Goth. 399. p. 185.) haec: „erat is *Helo Frisius* degens, quem et ornarem et amarem, „cum meo convictu uteretur, praeditus summa modestia, „et eximia morum suavitate. Sed eo nomine carissimus „mihi erat, quod in amplissimo coenobio Advardiensi Frisiae, „cum Abbas esset electus, et dignitatem et fortunas atque „voluptates minores fecerat, quam locum aliquem in ovili „Christi, quem mutato et animo Monachi et persona fortiter ac constanter spretus, profiteri veritatem maluit cum „Lazaro, quam cum divite et patre mendaciorum in luxu „periculose vivere." Vid. epist. Mel. d. d. 13. Iul. 1543 — Videtur esse idem, quem Lutherus in epist. ad Nobilem a Moltzau d. d. 18. Aug h. a. (de Wette T. V. p. 585.) nominat Iohannem Frisium, et quem commendat, ut ab isto Nobili parochiae praeficiatur.

No. 2744. 24. Aug.

C. Loenero.

† Ex apographo in codice Bavari Vol. II. p. 289 sq.

Egregia pietate et doctrina praestanti viro Dom. Casparo Loenero, docentem Evangelium in Ecclesia Naumburgensi, amico suo,

S. D. Laudo piam voluntatem viri doctissimi Dom. Doctoris *Melchioris* Medici *), quod Ecclesiae *Norlingiacensi* bene consulere studet, ac Deum oro, ut hanc rem adiuvet. Etsi autem dominus doctor coram exponet, quid petat, et te spero pro tua pietate non denegaturum operam tuam Ecclesiae in urbe, in qua maxime opus in-

*) *Melchior Fendius* (nota Bavari). Epistola Fendii legitur in D. Eb. *Dolps* gründlichem Bericht von — der Reform. der Stadt Nördlingen (Nordl. 1738. 8.) in appendice no. XLVIII. Scribit: — — wir haben nach langem Deliberiren einen — — befunden, M. *Caspar Loener*. — — Er ist viel Jahr zu Oelsnitz ein Pfarrer gewesen, und von dannen gen Naumburg zu einem Prediger in dem Stift oder Thum geschickt und verordnet." Data est epist. „Naumburg, Montags nach Bartholomaei im XLIII. Jahr." — Vocatus est Lonerus, Pastor et Superintendens, Nordlingiam d. 14. Nov. 1543.

spectore, viro gravi et perito; tamen ego quoque te et rogandum et hortandum esse duxi, ut abs te impetrari sinas, ut illam functionem suscipias. Si conferenda loca sunt, facile intelliges, Norlingiacensi Ecclesiae magis opus esse tua opera, quam Naumburgensi. Nam Naumburgensis Ecclesia mediocriter constituta est; et gubernatorem habet D. Doctorem *Medlerum*. Deinde tu in ea urbis parte doces, ubi dominantur Canonici, et auditorium est exiguum. At in Rhetica urbe Norlingiaco magna est Ecclesia, quae diu variis procellis iactata, nunc quaerit gubernatorem, qui sincere doceat; et dissipatam multitudinem doctrinae puritate et moderatione consiliorum coniungat. Hanc tantam ad rem vocabit te Senatus, ubi voluntatem tuam domino D. *Melchiori* ostenderis. Nobis enim mandarunt, ut virum indicemus, cuius eruditio, gravitas ac moderatio nobis probetur. Cum igitur existimem, te melius serviturum esse Ecclesiae Dei in Rhetica urbe, quam in ea functione, quam nunc administras, et oro et hortor, ut migrationem hanc suscipere non recuses. Proderit in Rhetica tua auctoritas toti viciniae, et habebis socium consiliorum *Brentium*, qui in vicina urbe concionatur. Postremo genus hominum, disciplina civitatum, vitae ratio eam mediocritatem servant, quam opinor tibi gratam esse. Et facilius liberos tuos in ea urbe collocare poteris. Caetera ex Domino Doctore audies. Bene vale. Die Bartholomaei, anno 1543.

Phil. Melanthon.

No. 2745. 24. Aug.

N. Medlero.

E codice Bavari Vol. II. p. 331. edita a Zscheichselio in den Unsch. Nachr. 1739. p. 401., repetita a Danzio, ep. 19. nunc ex eodem cod. accurate descripta.

Nicolao Medlero

S. D. Mea officia filio tuo non defutura sunt; nam et amo eius ingenium, et provehi opto, ut ecclesiae aliquando feliciter serviat. Saepe cum Turcicas irruptiones et alias imperiorum confusiones cogito et deploro, hac consolatione dolorem lenio, quod Deum scio custodem esse suae ecclesiae, et piorum ministrorum familias non deserturum esse, neglectas in tanta mundi impietate. Sed haec alias copiosius. Nunc negotium ecclesiae *Norlingiacensis* tibi commendo. Tua ecclesia Numburgensis abduci te non patitur; sed si id fieri posset, de te ad senatum Norlingiacensem scripturi essemus. Expones igitur tuam voluntatem D. Doctori *Melchiori* *). Cum autem retineri te Numburgi arbitrer, scripsi domino *Casparo* **). Huic sis hortator ut non recuset migrare Norlingiacum, ubi profecto melius de ecclesia Dei mereri potest, quam inter Canonicos suos, ubi iam concionatur. Plurimum refert, Germaniae urbibus consuli, ac saepe cogito, Deum in illis arcibus collocasse ecclesias, ut seminaria reliqua ***) maneant, si Turci vastaverint Germaniam. Nam magnas urbes delere non poterunt. Denique multae magnae causae sunt, cur in Rhetica urbe quam in hac Thuringia utilius servire posse *Casparum* arbitror. Bene vale. Die Bartholomaei 1543.

No. 2746. 27. Aug.

F. Myconio.

Edita a *Snegassio* ep. 28. nunc ex autographo Philippi in cod. Goth. 279. fol. 18. accurate descripta.

Egregia virtute, pietate et doctrina praedito D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gotthanae, amico suo cariss.

S. D. Tu mihi optimus es testis, cariss. *Friderice*, me saepe ingentibus doloribus excruciari propter principum errata. Mea quidem magis me deplorare oportuit, et deploro; sed tamen sine cupiditate in Republica versatus sum, et semper optavi, aulas non miscere privatos affectus consiliis de Repub. In eo negotio, in quo tu unum accusas *Carolum* [1]), multi praestantes viri et tui amantes, etiam alios accusant. Sed nos haec negotia aulica omittamus. De Ecclesiis potius et studiis nostris inter nos colloquamur. Mitto tibi *Lutheri* luculentum scriptum de ultima concione Davidis [2]). Scio tibi voluptati hanc lectionem fore.

---

*) Melchiori Fendio, legato Norling.

**) Casp. Lonero.

***) Danz. mendose: *aliqua*.

1) Sneg. edidit: *N.*

2) Luther: *von den letzten Worten Davids.*

Quid enim piis dulcius est, quam confirmare in agnitione filii Dei, et discere veram invocationem? Saepe deploro, populum non discernere invocationem suam ab Ethnica aut Iudaica aut Turcica. Ideo mentionem eius rei feci in libello Coloniensi. Et in hoc ipso *Lutheri* scripto illustratur discrimen. De his rebus dum[3]) inter nos commentabimur, proteget Deus Ecclesias et politias nostras, quas Deo assiduis votis commendemus. Nihil enim video humanorum praesidiorum. *Lovanii* recens duo honesti viri propter Evangelii confessionem necati sunt; et duae honestae matronae vivae defossae, quarum virtus in tota urbe[4]) praedicatur. Sinamus igitur furere Tyrannos, et a Deo petamus auxilium et defensionem. Adolescens *Hieronymus* dicitur mediocriter facere suum officium. Bis enim interrogavi eius praeceptorem, virum gravem, *Francum*, qui eum regere studet, non sine labore. Ero et ipse non solum hortator sed etiam obiurgator, cum opus erit. Hac nocte calculus atrociter invasit *Lutherum*: quare orabis Deum, ut suum ministrum servet et cruciatus mitiget. Bene vale. Die Augusti 27.

No. 2747. 28. Aug.

N. Buscoducensi.

Edita in S. A. Gabbema epist. claror. viror. p. 91.

Viro optimo D. Nicolao Buscoducensi, amico suo suavissimo, Bremam.

S. D. Cum hic iuvenis peteret commendationem ad te a nobis, magnopere mihi gratulatus sum nuncium mihi certum ad te oblatum esse. Amo enim ingenium tuum ex animo, atque utinam suavitate tua frui possem. Nunquam a te divelli me sinerem. Tu, quoniam habes ocium velim aliquando ad nos iterum expatiere. Nam hic quidem sumptus nullos facere te patiar. Et fortasse apud nos, quod ageres, invenire posses, qua de re optarim me tecum hic, cum adesses, disputasse. De *Frisio* *) nihil est, quod solliciti sitis. Ingenio est tali, ut bene sperandum nobis esse statuam. Et ego nihil dissimulo, me bonis ingeniis indulgentiorem esse. Sed tamen ita regetur, ut in officio sperem futurum esse. Hunc iuvenem *Antonium* commendavi Senatui. Probabis eius orationem. Quare te etiam atque etiam oro, ut eius causam D. *Iacobo* *) commendes, ut ipse quoque pro eo apud senatum et amicos intercedat. Bene vale et rescribe. Amabo te etiam atque etiam, suscipias causam huius *Antonii*, et nos ama. Iterum vale. die Augustini.

Philippus Melanthon.

No. 2748. (28. Aug.)

Senatui Bremensi.

† Ex apogr. in cod. Goth. 189. no. 45. sect. 8tiae.

Senatui Bremensi.

S. D. Principio peto, ut mihi ignoscatis, clarissimi viri, quod studia adolescentis in urbe vestra nati vobis commendare ausus sum. Scitis enim pro vestra prudentia, praeceptorem debere studia disciplinarum omni officiorum genere iuvare, ac provehere, idque hoc tempore maxime facere debere, cum, quodam tristi fato, literae magis quam ulla unquam aetate negligantur. Decet autem vos quoque, qui respublicas tenetis, honestas disciplinas summa ope conservare. Cum igitur peteret a me commendationem ad vos adolescens *Antonius Blo*, filius civis Bremensis non volui ei deesse, ac vos valde oro, ut eum respiciatis ac iuvetis. Constituistis, ut accipio, scholasticos aliquos de publico alere, qua in re officium et bonis magistratibus dignum et Deo gratum facitis. Nam literae, cum quidem necessariae, sunt rebus publicis, non possunt sine ope Magistratuum conservari. Porro hic *Antonius* ingenio valet, et in literis bene proficit, et mores habet aetatis commodos, et spem de se bonam praebet. Quod si eius ingenium liberalitate publica foveritis, olim, Deo volente, usui esse reipublicae poterit. Itaque rogo, ut ei confugienti ad vos, tanquam ad patronos literarum honestarum, opem feratis, et stipendium aliquod ei constituatis, ut in literis perseverare possit. Scitis, has eleemosynas Deo placere, et spero, ipsum

3) Sneg. *cum.*
4) Sneg. *toto orbe.*
*) *Helo*, Frisius monachus. Vid. ep. d. 22. Aug.

*) Iacobo Probestae.

adolescentem vobis gratum fore. Ego quidem, si quo officii genere declarare meum erga vos studium potero, faciam, ut intelligatis, me fore vestri studiosissimum et esse.

D. V. deditissimus

Phil. Melanchth.

No. 2749. 31. Aug.

M. Sidemanno.

Mel. select. epist. p. 405. Iterum in Epist. lib. I. p. 457. (edit. Lond. lib. I. ep. 130.). — Denique a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. I. p. 532 sqq. — Apographa in cod. Bav. Vol. I. p. 629., cod. Goth. 263. p. 3. et in cod. Mehn. III. p. 207.

Martino Sidemanno docenti bonas literas in oppido Mansfeldt, amico suo S. D.

Et consilium et voluntatem tuam probo, quod teneras mentes Puerorum imbuis elementis coelestis doctrinae. Nam hic coetus vel praecipua Ecclesiae Dei pars est. Quare in eo sonare coelestem doctrinam necesse est: ac Deum aeternum Patrem liberatoris nostri Iesu Christi oro, ut haec agmina discentium servet et gubernet, et hospitia eis det tranquilla, id est; politias mediocres. De quaestione tua breviter tibi respondeo. Recte, proprie ac bene[1]) dicitur, *Peccatum originis esse Privationem iustitiae, quam Deus indidit homini in creatione,* Et στέρησις hic significat, quod usitate Dialecticis significare solet, ut cum dicimus, tenebras esse privationem lucis, aut confusionem privationem ordinis. Multa autem complectitur appellatio Iustitiae, illustrem et firmam Dei notitiam, amorem Dei et obedientiam iuxta totam legem. Harum pulcherrimarum rerum amissio non est exiguum †aut leve" malum. Cogita quantum decus, et quantum bonum fuerit lux illa in mente, firma de Deo notitia, pro qua nunc haerent in mente tenebrae, neglectio Dei, dubitationes[2]) de providentia, denique magna caligo. Et firma conversio voluntatis ad Deum, scilicet amor Dei, timor verus, fiducia ardens, quanta bona erant? Nunc pro timore inest animis prophana securitas, nullae sunt flammae amoris et desiderii ad Deum: caetera ipse mediteris, non enim vacat integre haec tractare. Cum igitur dicimus esse privationem, seu amissionem, seu spoliationem, plane et proprie loquimur, et intelligimus στέρησιν more Dialecticorum. Nec hoc impedit, quod illi aiunt, στέρησιν esse formae, quae potest adesse; At iustitia integra nunc in natura esse non potest. Haec cavillatio ociosa est: certe creatura[3]) sic est condita, ut in ea luceret haec iustitia, et adhuc est eius capax et ei restituetur, sed non sine divina ope. Denique sit modus ἀκριβολογιῶν. Sin non placet dicere *privationem* aut στέρησιν, dicas *amissionem*, †etsi idem significat amissio quod στέρησις"[4]). Paulus eandem privationem satis clare describit, cum ait: *Omnes carent gloria Dei*, id est, *luce divina glorificante Deum.* Et *nuditas* in tertio cap. lib. *Geneseos* monstrabat confusionem partium et deformitatem inferioris potentiae: Magnae res brevibus verbis significatae sunt piis et pie[5]) meditantibus et volentibus agnoscere humanam imbecillitatem. Illam cavillationem sic dilue: *Nihil non puniendum est, Peccatum nihil est, Ergo non puniendum est*: Aliud est nihil *negative*, aliud est nihil *privative.* Nam nihil *privative* est in subiecto existente corruptio et confusio: ut ruina domus est confusio illius ordinati aedificii. Deinde verum est, post privationem lucis et iustitiae sequi multos errantes motus et furores[6]), ut aversa voluntas a Deo, ardet amore sui et voluptatum malarum sine Deo, mens caeca ignara Dei ludit opinionibus de Deo, alius aliud fingit, ut ostendunt εἰδωλομανίαι omnium gentium. Ita post privationem sequuntur positiva, ut vulgo loquuntur, et talis[7]) deformitas vel ἀταξία in illo ipso positivo, etiam est στέρησις. Quantum ego videre possum, haec perspicue et dextre dicuntur et nihil habent absurditatis, et sunt germana sententia doctrinae Propheticae et Apostolicae. Fortassis naturae cavillatrices multa inveniunt, quae[8]) argute obiicere possunt: sed explicari a peritis

---

1) Codd. *ac bene*; Peuc. et cod. Mehn. *et vere.*

2) Peuc. et cod. Mehn. *dubitationes*; cod. Goth. 263. et cod. Bav. *dubitatio.*

3) Codd. *natura.*

4) Haec addit cod. Mehn.

5) Text. impr. *haec*, quod codd. excepto cod. Mehn., non habet.

6) Sic cod. Mehn. et cod. Bav. — Text. vulg. *errores.*

7) Codd. *talis*; text. impr. et cod. Mehn. *tamen.*

8) *inveniunt quae* non leguntur in codd.

cavillationes illae facile possunt. Nam *vera sunt firma*, ut Demosthenes ait, ἰσχυρὸν τ' ἀληθὲς. *Viti* iudicium mihi non est ignotum; sed facit iniuste, quod in deliberatione tanta de rebus divinis †de sua salute, de salute publica ecclesiae" adhibet in consilium suam[9]) malevolentiam, quae impedit Iudicium, nec acquiescit rebus veris mediocriter explicatis, sed quaerit cavillationes sine fine. Fortassis ubi aliam sedem nactus erit, publicis scriptis bellum nobis inferet, quod geret non felicius, quam *Eccius* aut similes gesserunt. Spero tibi satisfacturam esse nostram explicationem, sed tamen velim te mihi scribere, an tibi sit satisfactum. Mediocrem haec attentionem et candorem in iudicando, et dexteritatem requirunt. Imo considerationem nostrae miseriae. Pro tua erga me benevolentia et pro munere habeo tibi gratiam. Bene vale, Prid. Calend. Septemb. 1543.[10]) Domino *Martino* conterraneo meo charissimo, seni pio et docto, omnia fausta opto.

†Philippus Melanthon."

No. 2750. mense Aug.

Egnatio.

Epist. lib. VI. p. 37 sqq.

Clarissimo et Doctissimo Viro, Domino Ioanni Baptistae Egnatio amico suo. Venetias.

Etsi in his Europae tumultibus et fatali regnorum perturbatione, nec honos est literis, praesertim in hac nostra natione horridiore, nec colere studia doctrinae quantum optamus possumus: tamen cum multis veris caussis moveamur, ut speremus mansuras esse aliquas Respubl. religione et iure consociatas, non desino meo loco adhortari nostram iuventutem, ne frangatur animis in hac tanta temporum moestitia, sed quantulamcunque literarum et doctrinae professionem retinere conetur. Ut autem Pericles, apud Thucydidem Athenas nominat τῆς ἑλλάδος παίδευσιν; ita multo verius Italia sola multis saeculis unicum domicilium est omnium doctrinarum et omnium gentium in universa Europa magistra. Quare maxime probo honestissimam cupiditatem adolescentum nostrorum, qui doctissimos homines apud vos audire et in patriam ex vestris fontibus quasi rivulos aliquos eruditionis deducere cupiunt. Cum autem te sciamus, non solum doctrina, sed etiam humanitate in illa omnium sapientissima et humanissima natione excellere, teque propter eruditionem et aetatem velut Nestorem veneremur, omnes, qui literas mediocriter didicimus, maxime cupiebat hic*) *Matthaeus Irenaeus* natus in nostra Francia tibi commendari. Si quid igitur testimonio meo tribuis, magnopere te rogo, ut propter nostras literas, in primo congressu eum amanter excipias. Postea enim ubi nosse eum coeperis, pro tua summa humanitate ultro eum propter optimos mores et cognitionem multarum bonarum artium complecteris. Etsi enim Iurisconsultorum doctrinae se dederit, ut aditum ad Rempublicam haberet, tamen antea se illo doctrinarum orbe, quas Philosophia continet, praeclare instruxit. Et ad hoc decus pulcherrimam morum moderationem, candorem et fidem semper adiunxit. Nec tam propter Iurisconsultorum disputationes, quam propter tuos Socraticos sermones Italiam appetivit, quos sibi ad omnem vitam recte agendam profuturos sperat. Quare ei sciscitanti interdum aliquid de literis aut de aliis honestis rebus ne desis, te etiam atque etiam oro. De mea vero erga te observantia locuples testis erit hic *Matthaeus.* Amavi nomen ante annos triginta puer adhuc cum tuae annotationes primum in lucem prodissent. Postea te magis veneratus sum, quo magis intelligere virtutes coepi, et scis ex iudicio ortam observantiam non extingui. Quare me quoque tibi commendo. Bene et foeliciter vale. Mense Augusto.

No. 2751. 3. Sept.

M. Ramassy.

Edita in libro: „Approbatio Reformationis Ecclesiae Coronensis ac totius Barzensis Provinciae, a Clariss. D. Mart. Luthero, Philippo Melanthone et Ioanne Pomerano, Viteberga Cibin. Pastori, suae Ecclesiae reformationem petenti, transmissa, et ex autographo s. Originali descripta. Coronae" (s. a.) 8. Ex hoc libro denuo excusa in dem Ungarischen Magazin T. IV. p. 207., quod contulit Clariss. Foerstemannus. Nimirum miserat Matthias Ramassy, Pastor Cibinensis, libellum: „Reformatio Ecclesiae Coronensis" etc. [vid. no. sq.], in quo descripta erat forma sacrorum in quibusdam oppidis Hungariae, secundum

---

9) *suam* non habent cod. Bav. et cod. Goth. 263.
10) Cod. Bav. 1534.

*) De Irenaeo et tragico eius casu lege, quae scribit Camerarius in vita Melanth. p. 181.

Witebergensium typum emendatorum, rogaveratque ut Witebergenses suam de ea sententiam scriberent. Responsa Lutheri, Bugenhagii et Melanthonis Hungari nunc ediderunt in libello: „Approbatio Reformationis Ecclesiae Coron." etc. — Iterum editae sunt epistolae Witebergensium, ex autographo (?) ut editor affirmat, in den Unschuldigen Nachrichten, ann. 1718. p. 1137 sq. — Caeterum monitus sit lector Cibinium esse oppidum Hermanstadt, et Coronam, Kronstadt in Transylvania.

Venerabili Viro et egregia doctrina et pietate praedito, Domino Matthiae Ramaschi [1]*, Pastori Ecclesiae Cibinensis, Philippus Melan.*

S. D. Praecipua consolatio est in magnis calamitatibus tanquam portum prospicere [2], videlicet intelligere, Deo nos curae esse et recte eum invocare. Hac consolatione nos iam in his Turcicis vastationibus et aliis aerumnis sustentamus [3]. Ardet orbis terrarum communi incendio, in quo Deus non tamen [4] sinit penitus deleri Ecclesias [5], et mitigabit mala publica, si eum rursus invocare discemus et idola abiiciemus.

De ritibus Ecclesiae nostrae audite eos, qui illos viderunt: magis enim perspicue narrari quam describi possunt. Praecipua autem sit cura, ut populo tradatur doctrina incorrupta et salutaris. Et quidem pueritia ad catechesin [6] assuefacienda est. Maiores natu, qui admonitionibus privatis indigent, (sunt enim multi rudes), examinentur de doctrina et erudiantur in illo colloquio privato, quod confessionem vocant. Utrique vero, seniores et iuniores, planis et perspicuis concionibus de summa doctrinae christianae doceantur [7], ubi prudenter eligendae sunt materiae, quae prosunt populi mentibus, ut loci de poenitentia, de fide, de invocatione, de cruce, de operibus a Deo praeceptis, de discrimine verae pietatis et superstitionum. Copiosius arbitror tibi Pastorem Ecclesiae nostrae respondisse. Mihi et Coronensis ordinatio [8]) placet, et oro aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut reliquias suae Ecclesiae servet, nec sinat in Pannoniis et Germania deleri nomen Christi [9]. Spero etiam illuxisse flammam Evangelii, ut aliquam [10] pii in tantis miseriis consolationem habeant, et ut prosit eorum doctrina ad religionis verae conservationem in hac vastatione, donec deus ex his regionibus iterum expellet Turcas. Non enim diu grassabuntur in Pannonina et reliqua Europa. Bene et feliciter vale et rescribe. Die 3. Septb. anno 1543.

1) Lutherus in suo responso: *Romaschi.* Unscb. Nachr. *Ramuschi.* Verum nomen ex autographo (infra d. 24. Decb. 1544.) est *Ramassy.*

2) Unsch. Nachr. *respicere.*

3) *sustentamus* edidi, quod hoc verbo in hac phrasi Melanthon saepissime utitur. Ungar. Magaz. *utamur*, Unsch. Nachr. *laetamur*; sed neutrum potuit habere autographon.

4) Unsch. Nachr. *tamen non.*

5) Unsch. Nachr. *ecclesiam.*

6) Unsch. Nachr. *catechismum.*

7) Unsch. Nachr. *informentur.*

8) i. e. liber: „Reformatio Ecclesiae Coronensis" etc.

No. 2752. (h. t.)

Praefatio.

Praefatio praemissa libro: Reformatio ecclesiae Coroniensis ac totius Barcensis provinciae. Cum praefatione Philippi Melanthon. Wittembergae, anno M.D.XLIII. (per Iosephum Klug. 22 pagg.). — Extat hic liber in biblioth. Hamb. et Helmstadt. Praefationem mihi descripsit Cl. Hoffmannus, I. U. Doct. Hamburg.*) Habetur hic liber etiam in biblioth. Norinberg., et ex eo descripsit mihi praefationem etiam S. V. *Rannerus.* Caeterum vid. epist. antecedentem et Lutheri epist. ad Romaschi d. 1. Septb. 1543.

Philippus Melan. S. D.

Inde usque ab initio, postquam exorta sunt imperia, gentes omnes inter se ferro grassatae sunt, et subinde mutationes regnorum tristes et luctuosae factae sunt. Primum Babylonii, postea Assyrii, deinde Persae regnarunt. Hos secuti sunt Graeci. Deinde Romani, mox Parthi, deinde Saraceni seu Arabum latrones, mox Turci procul ex Caucasi iugis educti. Inter hos gentium tumultus et inter has regnorum ruinas res ipsa ostendit, semper duriter quassatam esse Dei ecclesiam. Nam ut bella et urbium excidia fatales poenae sunt scelerum, idolomaniarum, libidinum, crudelitatum inter gentes, ita et ecclesiae delicta puniunt. Sed illud est piis diligenter considerandum, cum bella pariter grassentur in impias gentes et ecclesiam, Epicurei existimant inane nomen esse ecclesiam Dei, nec ullam partem generis humani Deo curae esse. Sed nos, qui testimonia de

9) Unsch. Nachr. *Iesu Christi.*

10) Unsch. Nachr. *aliqui.*

*) Hofmannus argumentum libri hoc esse scripsit: de doctrina; de baptismate; de missa privata; de missa publica; de reliquis ceremoniis; de cura aegrotorum; de absolutione; de excommunicatione; de vocatione; de officiis ministrorum; de scholis; de pauperibus; de pupillis; de libertate christiana.

ecclesia omnium temporum certo consilio Dei tradita, inde usque ab initio in scriptis propheticis tenemus, discamus ex superioribus exemplis, Deum semper reliquias sibi ut ita dicam, excerptas ex prophana multitudine servasse et per has instaurasse et ecclesiam et doctrinam, sicut in diluvio servavit familiam Nohae, ut instaurandae ecclesiae seminaria essent. Sic, cum gens iudaica abduceretur in Chaldaeam, servati Daniel, Zacharias et magna multitudo. Sed illud est deplorandum: non saepe vetus flos restituitur post illas insignes mutationes. Post diluvium quanta humani generis imbecillitas, quanta terrae deformitas secuta est. Ita post reductam gentem Iudaicam ex Chaldaea nunquam splendor regni talis fuit, qualis fuit Davidis aut Ezechiae tempore. Discamus ergo, has regnorum mutationes poenas esse peccatorum, nosque ad poenitentiam et pietatem excitemus, ut Deus mitiget poenas, et nos inter suas reliquias servet. Maxime vero hi, qui in tali dissipatione ecclesias gubernant, hanc consolationem populo exponant, ne existiment, prorsus abiectum esse a Deo universum genus humanum, sed in his tantis malis portum aliquem prospiciant, cogitent exempla omnium temporum, et calamitatum causas et ecclesiam luctantem inter has aerumnas, et confugiant ad vocem Evangelii, sciantque, ibi mansuram ecclesiam, ubi Deum adesse, exaudire, servare reliquias et coetum aliquem, ubi manet vox Evangelii. Sicut Christus clare testatus est Ioh. XV.: *Si manseritis in me, et verba mea manserint in vobis, quicquid volueritis petetis, et fiet vobis.* Nec profecto sanis mentibus ulla consolatio alia proponi potest, in qua acquiescant praeter hanc doctrinam, quae ostendit hunc portum, videlicet Christum.

Quid prodest polliceri Pannoniae, quae tot seculis pro nobis arma gessit, mutuam et debitam defensionem? Quid prodest recitare fatalia excidia omnium Imperiorum? Quid prodest deplorare communem humani generis conditionem, quod universum morti et variis fortunae casibus obnoxium est, ut dicitur in poëmate:

> Constat aeterna positumque lege est,
> Ut constet genitum nihil.

Haec non levant luctum, sed portus monstrandus est, quis finis aerumnarum futurus sit, et an Deo in tantis miseriis curae simus, sicut ipse inquit: *Invoca me in die tribulationis, et eripiam te, et glorificabis me.* Pie igitur et sapienter faciunt aliquae in Pannoniis ecclesiae, quae doctrinam curant repurgari, et ut populus in his miseriis consolationem firmam audiat, et ne in his nomen Christi deleatur. Nec vero dubitandum est, Deum in iis locis aliquas sibi reliquias, aliquos coetus, aliqua studia, aliquas scholas servaturum esse, ubi sonat vox Evangelii sublatis idolis, et recte invocatur Deus fiducia filii mediatoris. Quare pii ubique dent operam, ut ecclesiis suis vera ratione consulant.

No. 2753. (h. t.)

A. Alesio.

Edita in C. G. Wilischii arcanis bibliothecae Annaeberg. p. 107. (descripta a Lunzio.).

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Alexandro Alesio, Doctori Theologiae in inclyta Academia Lipsica, fratri suo cariss.

S. D. Reverende vir, et cariss. Frater. Hospes isthic *Pannonius* proficiscitur, vir doctus et honestus, Pastor Ecclesiae Dei in urbe *Corona*, ut Ecclesias harum regionum audiat. Vult enim suam Ecclesiam cum nostris coniunctam et unam esse in Deo. Dedi ei pagellas nostrae proximae disputationis, de qua valde cupio tecum loqui, eamque ob causam ad vos, quam primum potero, exspatiabor. Utinam doctrinam explicatam et incorruptam tradamus posteritati. Hoc praecipue opto. Alii de potentia et de imperiis contendant, et Sisyphi more saxum adversus montem agant, quod interpretatur *Lucretius* [1]) esse petere Imperium, quod inane est, nec datur unquam [2]). Bene vale.

T. Rev.

Philippus.

---

1) Locus est L. III. v. 1011 sqq. in ed. Bipontina p. 120. ac sic se habet:
„Nam petere imperium, quod inane 'st, nec datur unquam,
Atque in eo semper durum sufferre laborem,
Hoc est adversum nixantem trudere monte
Saxum, quod tamen a summo iam vertice rursum
Volvitur, et plani raptim petit aequora campi." [Lunz.]

2) Wilisch. edidit: *mane* nec datur *uni.* Sed Lunzius rectius: *inane* nec datur *unquam.* Vid. Leipz. Lit. Zeit. 1808. p. 503.

No. 2754. 6. Sept.

G. a Bünau.

Edita a Koelero ep. 6. p. 40. Legitur apographon in cod. Goth. 188. ep. 64.

Den Ehrenvesten und gestrengen Henrichen und Gunthern von Bünau, auf Elsterburg, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen Eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Ehrenveste, gestrenge und gunstige Herrn. E. Ehrenv. wissen, daß allhie in der Universität ein junger Knab ist von Elsterburg, mit Namen Marcus Furster, welchen Ew. Ehr. etwa vor einem Jahr, aus besonder Mildikeit, und in Betrachtung seines Ingenii, zu Unterhaltung im studio zehn fl. verordnet. Nun hat er vernommen, daß man aus dem gemeinen Kirchenkasten zu Elsterburg etwas auf arme Studenten, die allda Bürgerkinder sind, zu wenden fürhabe; darum er mich abermal angesucht um Vorschrift[1]). Nun bitt ich E. Ehrenvest, sie wollen mir mein vielfältig Schreiben und betteln zu gut halten. Ich weiß wohl, daß ohne das jetzund viel großer Beschwerung in allen Regierungen, klein und groß, fürfallen, daß man der armen Jugend mehr nicht wohl helfen kann, und ist zu andern Sachen des Ausgebens mehr, denn man schier ertragen kann. Doch wollen E. Ehrenv., als die Tugend[2]) und nöthige, nützliche, ehrliche Künste zu fördern geneigt sind, diese Nothdurft auch bedenken, und[3]) etwas an den jungen Knaben Marcum reichen. E. Ehrenvest wollen, Gott zu Lob, diesem Knaben Hülff zu thun befehlen, jährlich mit funfzehen Floren über die vorigen zehn Floren. Ich habe nicht Zweifel, diese Elemosyna wird durch Gottes Gnad wohl bewandt, [angewendet]; denn der Knab hat ein sehr gut Ingenium, und ist von Natur zu reden wohl geschickt, ist züchtig und studirt fleißig. Darum bitt ich um Gottes Willen, E. Ehrenv. wolle Ihr ihn lassen befohlen seyn. Es ist leider großer Jammer jetzund in Niederland und Oestreich; darum sollen wir Gott anrufen, und destmehr Gedult mit unsern Armen haben, daß Gott uns auch Gnad erzeige. Der ewige Gott wolle E. Ehrenvest allezeit bewahren. Datum Wittenberg 6. Septembris 1543.

Euer Ehrenvest

williger

Philippus Melanthon.

1) Vorschrift, i. e. Fürschrift, Fürbitte.

2) Koelerus edidit: Jugend.

3) Mst. et Koeler. kann, quod mendum habeo.

No. 2755. 6. Sept.

Vito Theodoro.

Edita in Peuceri tract. hist. p. 66. Repetita a Pezelio in Melanth. Consil. latin. P. I. p. 583.

Vito Theodoro.

Scis in Italia et Gallia controversiam περὶ δείπνου accensam esse eamque dissensionem, ut in Germania, Evangelii cursum remorari. Et in Gallis proceres in excusanda saevitia immani, allegant autoritatem *Lutheri.* Haec confirmari a te nollem. Profecto enim vetustas longe aliter locuta est de hac re, quam recentior aetas.

Nazianzenus simplicissime nominat ἀντίτυπα σώματος καὶ αἵματος χριστοῦ. Et possem plura similia testimonia recitare. An me sine magno dolore nostros audire putas, qui interdum nihilo mitius de Ecclesiis Rhenanis loquuntur, quam de Turcis? Te quoque interdum doleo horridius loqui. Velim igitur de tota re te cogitare interdum, ut hominem doctum.

Attigi hanc caussam in libello scripto Bonnae contra Colonienses sycophantas, quem ut legas, per[1]) nostram amicitiam te rogo. Volui enim significare aliquid de usu Sacramentorum, et vulgi persuasiones taxare, quae fingunt inclusiones Christi pene magicas. Nec tamen rem profanam facio δεῖπνον κυριακόν. Dico, in usu, Christum nos sibi membra facere, efficacem esse. Sed haec alias copiosius[2]). Die 6. Septemb. Anno 1543.

1) Peuc. *vel propter.*

2) Peuc. addit: *etc.*

No. 2756. (h. t.)

B. Ziglero.

Epist. lib. VI. p. 319. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 325.

Clarissimo viro excellenti eruditione et virtute praedito, D. Bernhardo Zieglero, Doctori Theol., amico suo cariss.

S. D. Non adeo inepte sum Suffenus, ut meorum scriptorum forma delecter. Video maciem et tristitiam meae orationis, quam augent etiam

animi mei moerores multiplices. Sed tamen quia me aliquid scribere interdum iubetis, studium et officium meum vobis probare cupio. Nam Academiolas nostras ex animo opto unam vere consentientem et Spiritu sancto Christi συμβιβασθεῖσαν Ecclesiam esse. Ac utinam meae operae conducere aliquid studiis publicis doctrinae salutaris possent! De ipsa vero conciuncula vestro arbitrio statuetis. Fortassis splendidius tractare potuissem argumentum δημηγορικὸν, quam haec διδασκαλικὰ, quae flagitastis *). Bene vale.

† Philippus Melanthon."

No. 2757. 17. Sept.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 368 sq.

Marco Crodelio, gubernanti scholam Torgensem.

S. D. Charissime Marce. Commendo tibi hunc Magistrum *Hieronymum* [1]), Noribergensem, convivam meum, qui Torgam proficiscitur, ut arcem et exempla artis Architectonicae contempletur. Curabis igitur, ut admittatur ad spectandum. Ea est eruditione ac virtute praeditus, ut universae Academiae sit probatus. Ac scio, tibi eius eruditos sermones et gravitatem voluptati fore.

De bello *Iuliacensi*, arbitror, te certa ex aulicis resciscere. Carolus Imperator dicitur occupasse eam partem, quae proprie titulum tenet Iuliacensis Ducatus. Ego, etsi sum in dolore, nec tamen magis nunc propter eventus hos adficior moerore, quam dolui ante propter caussas ipsas, quibus videbam, Principes sibi pericula accersere. Deo commendemus piis votis Remp. et Ecclesiam. Domino Pastori et Diaconis salutem opto. Si istic est d. *Iohannes Maior*, dices ei salutem meis verbis. Bene vale. 17. Septembris 1543.

Philippus Melanthon.

---

*) Videtur esse oratio, quam Ziglerus publice recitavit, quum ei gradus Lipsiae decerneretur. Egit „de necessaria coniunctione scholarum cum ministerio ecclesiastico." Ziglero gradus decretus est d. 27. Sept. 1543.

1) Hieron. Schreiber.

No. 2758. 18. Sept.

I. Snegio.

Manlii farrag. p. 180 sq.

Reverendo viro, egregia pietate et doctrina praedito, D. magistro Ioanni Snegio, pastori Ecclesiae Heidensis in Ditmarsia, amico suo,

S. D. Reverende domine Pastor. Ex literis ad magistrum *Ioannem Turstenium* missis intelleximus, eum ad docendam Ecclesiam istuc accersi. Cum autem *Turstenius* promiserit se serviturum Ecclesiae in hac urbe, et studia eius iuventur stipendio a Duce Saxoniae: nos comperimus, *Turstenium* non posse hoc tempore hinc migrare. Quia vero cupiebamus Ecclesiae vestrae consulere hoc nostro iudicio, fuimus hortatores magistro *Ioanni Anglo* *), ut ad vos proficisceretur. Vir est eruditus hic magister *Ioannes Anglus*, et recte sentiens de doctrina Ecclesiae Christi, nec ullis pravis opinionibus infectus. Et scimus eum magna ingenii dexteritate praeditum esse, quam ornat honestissimis moribus; et cum fit pacis publicae studiosissimus, erit in collegarum concordia diligens. Propter has egregias virtutes, speramus eum utiliter serviturum Ecclesiae Dei, ubicunque concionabitur. Hoc ipso tempore in hac vicinia invitabatur ad cuiusdam Ecclesiae gubernationem. Sed tranquillitatis causa ad vos proficisci maluit. Pronunciationi aliquid condonabitis initio, quam tamen consuetudo cum vestris hominibus emendabit. Nostro et N. consilio perpulsus est, ut hoc iter susciperet. Et nos bono et simplici studio propter utilitatem vestrae Ecclesiae ad hoc iter eum hortati sumus. Anglus est, sed inter Germanos diu vixit, et iusticia et fide et constantia in omni officio tanta praeditus, ut dignus sit, quem omnes boni ament et adiuvent. Quare te etiam atque etiam oramus propter Christum filium Dei, ut hunc hospitem amanter complecti, et tuis civibus commendare velis, ut ei functionem Ecclesiasticam commendent. Plurimum prodest in Ecclesiis, concordes esse collegas. Id cum optime intelligat hic *Ioannes*, et cum ipse natura sit amans pacis, summo studio tecum communem tranquillitatem tuebitur. Maxime igitur tibi optandum est, ut talem collegam habeas. Bene vale: die 18. Septembris, 1543.

---

*) Vid. Crucigeri epist. ad Camerar. d. 5. Iun.

No. 2759. 27. Sept.

Georgio Anhalt.

Epist. lib. VI. p. 7 sqq. — Apographon in cod. Monac. 88. no. IV. p. 243.

Georgio, Principi Anhaltino.

S. D. Illustrissime Princeps. Etsi in tantis tumultibus Imperiorum, et communi moestitia, minus delectant studiosos literae; tamen earum tractatio non prorsus omittenda est, et a divinis quidem iam levatio quaedam dolorum petenda est. Hanc sententiam et mihi et aliis saepe iam inculco, et intelligo *Bernhardum Zieglerum*, etsi una nobiscum rempub. luget, tamen hoc consilio non abrumpere operas Scholasticas. Cum autem propter Scholae consuetudinem, nunc titulo Doctorum, ut vocant, ornandus sit; et usitatum sit[1]), post publicam renunciationem testimonii, collegis eiusdem laboris, ad significandam coniunctionem animorum, convivium instruere, orat sibi ferinam carnem donari. Scio nimis multos hoc modo in vestris sylvis venari, qui alibi etiam invenire praedam possent. Sed Theologi paucos habent potentes amicos. Cum autem a te et ab Illustrissimis fratribus tuis, amari Ecclesiam Dei, et Ecclesiae studia sciat, a vobis petere ferinam non dubitavit. Tribuetis igitur hoc beneficium homini docto, vestram familiam reverenter colenti, et in iis studiis versanti, quae et tu optime intelligis, et gravissimo iudicio antefers omnibus rebus humanis. Tanta est autem vis ingenii in *Ziglero*, ut neminem in his duabus Academiis ei praeponendum ducam. Et hanc vim naturae confert ad Ecclesiae utilitatem, magna dexteritate illustrat Prophetica scripta, meque multa ex eius observationibus didicisse profiteor. Cyrus iunior laudatur a Xenophonte dulcissima narratione, quod viris excellentibus miserit[2]) interdum fercula, et vini lagenas. Et in hoc genere nota est multis vestra cum[3]) liberalitas tum comitas. Sed praecipue grata nobis erit, si talis viri ingenio et virtuti hunc honorem habebitis. Bene valete. Die XXVII. Septembris quo ante annos 3831 primum consistere arca Nohae coepit, post diluvium. Utinam Deus nunc quoque arcae Ecclesiae suae quietem et tranquillitatem concedat!

1) *sit*] cod. Monac. 88.: *est.*

2) Cod. Monac. 88.: *miserat.*

3) Cod. Monac. 88.: *tum.*

No. 2760. 27. Sept.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 34. (ed. Lond. lib. II. ep. 17.). — Apographon, sed non integrum et desinens in verbis: *Nevio colloqueris*, in cod. Monac. 89. no. VI. p. 62. Aliud in cod. Goth. 191. p. 59.

D. Iohanni Matthesio

S. D. Nescio unde exordiar, cum et de publicis motibus[1]), et de privatis tuis doloribus ad me scripseris. Sed meminerimus, omnes calamitates publicas et privatas, nos hortari, ut Deum Patrem aeternum Domini nostri Iesu Christi invocemus, qui se ideo tam illustribus testimoniis patefecit, ut testaretur se nos curare. Hunc oro, ut servet te et honestissimam coniugem tuam. Abortus in his regionibus crebros esse animadverti propter frigidum potum, quem vocant secundariam Cerevisiam, quam fere bibunt mulieres. Curabis igitur tuae coniugi potum pleniorem, et de hac ipsa causa cum D. *Nevio* colloqueris. Publicos tumultus etiam Deo commendemus assiduis precibus. Satis enim apparet impendere fatalem conversionem imperiorum, qua etiam Ecclesiae et Academiolae[2]) quassabuntur, sed tamen spero Deum servaturum esse studiorum honestorum reliquias. Magna sanis hominibus consolatio est in tantis calamitatibus tenere tamen firmam de Deo doctrinam et considerare fatales causas et Ecclesiae speciem omnibus aetatibus. Ideo apud vos gaudeo rectae doctrinae concordiam retineri, et de his tantis rebus homines commonefieri, ac dici ea quae ad consolandos et sanandos animos prosunt, in quam rem ut incumbas te etiam atque etiam oro. Bene vale. Die 27. Septembris, quo ante annos 3831[3]) arca Nohae primum quievit post diluvium, Utinam Deus nunc quoque det Ecclesiae suae quietem. Iterum vale.

No. 2761. 27. Sept.

Testimonium.

Manlii farrag. p. 544 sqq.

1) Lib. II. *moribus.*

2) Cod. *academiae.*

3) Cod. 3837. Neuter numerus convenit chronologiae in aliis epistolis.

(*Lecturis S. D.*)

Cum *Martinus Heinricus* a vobis ad ministerium Evangelii vocatus sit, et testimonium publicae ordinationis veteri Ecclesiae more a nobis petitum sit, diligenter exploravimus eius eruditionem: et comperimus eum recte tenere summam doctrinae Christianae, et abhorrere a fanaticis opinionibus, damnatis iudicio catholicae Ecclesiae Christi, et amplecti consensum catholicae Ecclesiae Christi, quem et Ecclesia nostra profitetur. Quare cum promitteret in doctrina constantiam, et in officio fidem et diligentiam, commendatum est publica ordinatione, iuxta doctrinam Apostolicam, ministerium docendi Evangelii, et Sacramenta a Christo instituta administrandi iuxta vocationem. Cumque scriptum sit de filio Dei, Ascendit, dedit dona hominibus, Prophetas, Apostolos, pastores et doctores: precamur ardentibus votis, ut suae Ecclesiae gubernatores det idoneos et salutares, et efficiat ut huius *Martini Heinrici* ministerium sit faustum et salutare. Et Ecclesiam ipsius hortamur, ut curet Evangelium pure et fideliter conservari, et propagari. Nam hoc officio Deus praecipue se coli postulat, sicut inquit Christus: *In hoc glorificatur Pater meus coelestis, ut fructum copiosum feratis, et fiatis mei discipuli.* Et hac luce retenta manet Ecclesia, et aderit in Ecclesia Deus, et dabit vitam aeternam invocantibus ipsum: et opitulabitur in aerumnis huius vitae. Ibi enim adest et exaudit Deus, ubi ipsius Evangelium vere sonat, sicut scriptum est Ioannis XV.: *Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quicquid volueritis petetis*, et *fiet vobis.* Et quanquam horribiliter quassatur Ecclesia Dei in his tantis ruinis regnorum, et mutationibus imperiorum: tamen Deus eos qui Evangelii puritatem retinere student, proteget et defendet. Datae Vitebergae, anno 1543., die Septembri 27., quo arca Noe post diluvium consistere primum ante annos 3831 cepit. Nec dubitemus, Deum Ecclesiae suae quietem daturum, etiam in horum temporum tumultibus.

No. 2762. 30. Sept.

A. Lauterbachio.

† Ex apographo in cod. Goth. 190. p. 111.

Clariss viro, et egregia erudicione et pietate praedito, Dm. Antonio Lauterbach, Pastori Ecclesiae Birnensis, amico suo cariss.

S. D. Literas tuas et munus accepi die 27. Septembris, quo ante annos 3831 Arca Nohae primum consistere post diluvium coepit. Nec dubito, quin Deus Ecclesiae suae aliquam quietem aut sedem etiam in horum temporum tumultibus daturus sit. Ideo velim te et *Rivium* esse tranquillo animo*). *Iuliacense* bellum finitum est, de quo quae mea fuerit opinio multo ante, norunt multi. Gallicis artificiis iuvenis princeps Iuliacensis illi tumultui implicatus est. Nunc, etsi cum aliquo incommodo, tamen liberatus est. Bellum Galliae *Carolus* infert. Germanica negotia differuntur. *Carolus* imperator hactenus de religione nostris amicis mediocriter respondit. Sed impendet fatalis mutatio totius Europae. Ad hanc animos praeparemus et Ecclesias eo diligentius foveamus, ne Christi nomen deleatur. Subito respondi; ideo dabis veniam brevitati. Pro caseis ago gratias. Tuae coniugis honoratissimae et liberis opto salutem, teque adhortor, ut sis tranquillo animo. Tegit deus sua dextra Ecclesiam, ut tegebat praeteriens Moisen stantem in caverna. Mitto pagellam, etsi alia mittere cupiebam. Sed subito non erant ad manum ea, quae mittere cupiebam. Bene vale. Die divi Hieronymi.

P. M.

No. 2763. (exeunte Sept.)

Senatui Nordlingensi.

† Ex apographo in cod. Goth. 401. p. 121.

Dem Ehrsamen und weisen Herrn Burgemeister und Rath zu Nördlingen, unsern günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Ehrbare, weise, fürnehme, günstige Herren. Nachdem Ew. Weisheit begehret, daß wir allerlei von dem würdigen Herrn Caspar Lohner, Prediger zur Naumburg, berich-

---

*) Cum Pistorio (Becker) Cancellario pugnandum erat Lauterbachio. Vid. epp. Lutheri ad Lauterb. d. 30. Sept. et d. 3. Nov. h. a. (apud de Wett. T. V. p. 591. et p. 598.).

ten sollen, haben wir aus guten Ursachen und guter Meinung bedacht, daß es förderlicher und nützlicher sey, daß er sich selbst zu Ew. W. ferner mehr hierin bedenken werden, selb in Gegenwärtigkeit erwägen *), und alsdann entlich mit schließen möchten. So kann euch auch nicht viel großer Unkost darauf gehen, denn so man so oft Boten hin und wieder senden sollte. Darum bitten wir, E. W. wolle ihr dieses unser Bedenken gefallen lassen, wie wir hoffen. Denn so E. W. den Mann sehen wird, haben wir nicht Zweifel, E. W. werde befinden, daß wir es mit eurer Kirche treulich gemeint haben, und nicht ihn als eine übrige Person aus dem Land geschickt. Denn er zu Naumburg einen christlichen Dienst hat, und hat nicht größere Ursach abzuziehen, denn daß er dazu bewegt durch unser Anhalten zu Gottes Lob in andern Landen zu predigen, da die Kirchen noch zerstreuet, und in christliche Gleichheit zu bringen, dazu Gott seine Gnade verleihen wolle. So auch Ew. W. ernstliche Meinung ist, christliche Lehre zu Gottes Lob und Seligkeit vieler Menschen zu pflanzen, wie ohne Zweifel die Regenten zu thun schuldig sind, so haben Ew. W. zu solchem Werk eine mächtige Person an diesen Herrn **Caspar Lohner**, der einen rechten christlichen Verstand hat, und guter Sitten und friedlich ist. Es wollen sich auch Ew. W. vom Pflanzen einer christlichen Lehr nicht abwenden lassen durch Bedräuung oder durch solcher Leute reden, die sich als Feinde der Wahrheit vernehmen lassen. Denn wer treulich beide Lehren, die unsere und die Gegenlehre, gegen einander halten will, kann leichtlich richten und erkennen, welche die Lehrer zu Gott weise mit rechter Anrufung und rechten Gottesdiensten, und welche von Gott zu Heiligendiensten und äußerlicher Heuchelei (weiset), dadurch Gottes Zorn und Strafen in der Welt verursacht werden. Darum bitten wir E. W. um Gottes willen, sie wolle ihr die Gottes Gnad und Wort befohlen lassen seyn, und bedenken, wie der Sohn Gottes spricht: **Damit wird mein Vater geehret, daß ihr viel Frucht bringet, und werdet meine Jünger etc.** (1543.) **)

*) Corrupta haec sunt; sensus est: daß er sich, damit Ew. W. die Sache ferner mehr erwägen können, selbst zu Ew. W. begeben soll.

**) D. 24. Aug. ann. 1543. Lonerus Senatui Norling. commendatus, et d. 14. Nov. 1543. a Senatu Norling. vocatus est. Videtur igitur post primam commendationem Senatus adhuc dubitasse, an vocandus sit, nec ne. Epistola igitur fere mense Septb. scripta videtur vel ineunte Octobri. *Dolpius* (in d. Reform. Gesch. der Stadt Nördl.) hanc epistolam non novit, narrat vero, Senatum Nordlingensem Brentii, Isenmanni, Moningeri etc. iudicia de Lonero ante quaesivisse quam eum vocaret.

No. 2764. 1. Oct.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 195 sq. — Apographa in cod. Goth. 401. p. 117b., in cod. Monac. 89. no. VI. p. 73b. et in cod. Zeltn. Dresd. ep. 17. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 181. fideliter descripta. Ut tamen habeat lector exemplum variae lectionis in apographis, dedi hic etiam eorum lectiones.

Clarissimo viro, et egregia virtute, doctrina et prudentia praedito, Dom. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noribergensi, patrono suo carissimo

S. D. Quod faustum foelixque sit. Hieronymus *) profecturus in Italiam prius in patriam iter facit, non solum ut matrem salutet, sed etiam ut ipsi patriae et tibi gratitudinem suam coram oratione sua delectaret. Dedi autem ei hanc epistolam, ut ad ipsius vocem mea etiam sententia accederet. Nam et ego [1]) tibi, carissime Hieronyme, gratias, quod hunc tuum civem et amanter complexus es, et singulari studio ornasti. Spero hoc tuum beneficium et tibi privatim voluptati, et reipublicae utile fore. Nam et tibi hominis ingeniosi, ac, ut ego animadvertere videor, a natura ad gravitatem et constantiam facti, et doctrina ad moderationem et decus excitati [2]), amicitia iucunda erit. Et quid universae hominum vitae utilius [3]) est [4]), quam bona ingenia provehere? Etsi enim quadam fatali lege magni semper et fuerunt et sunt et erunt imperiorum tumultus, crebrae mutationes et ruinae [5]), tamen bonorum ingeniorum virtute publica mala leniuntur, et legum et doctrinarum qualiscunque possessio ad posteros transmittitur. Nec raro mihi in mentem venit *Borneri* nostri [6]), qui dicere solet: perinde ut motus Coeli primus inferiorum orbium motu leniter adversante temperatur, ut rebus nascenti-

*) *Hieronymus Schreiber*, Norimbergensis, qui Melanthonem Bonnam comitatus fuerat, cuiusque studia multum iuverat Baumgartnerus.

1) *ego*] Apographa et text. libri VI. addunt: *ago*. Cod. Goth. 401. *ago* habet post *gratias*.

2) *et doctrina — excitati*] non leguntur in apogr. cod. Goth. 401. et cod. Monac. 89.

3) *utilius*] cod. Zeltn. Dresd. *melius*.

4) *est*] non habent cod. Monac. 89. et cod. Goth. 401.

5) *crebr. mutat. et ruinae*] Apographa: *variae vices et mutationes*.

6) Cod. Zeltn. Dresd. addit: *vox*.

bus et vitae animantium conducat, sic imperiorum impetus moderatione aliquorum sapientum ad utilitatem communem flecti [7]). Ac nos quidem, qui scimus Ecclesiam fore sempiternam defatigari in excitandis studiis non decet. Movebuntur, inquit Propheta, coelum et terra, et Deus erit spes populi sui. Quare, quod facis, perge iuvare studiosos bona cum spe, nec frangaris animo vel propter iniqua civium iudicia vel propter regum tragoedias. Servabit Deus inter hos motus reliquias suas, et, ut te et rempublicam vestram servet, toto pectore eum oro. Nos dum licet has scholasticas operas Deo iuvante faciemus, etsi pene consumor dolore [8]), cum non solum quae impendent cogito, sed etiam causas ex aliquot annorum historia animo [9]) repeto. Quoties fremens et ardens ira *πολυπραγμοσύνην καὶ πλεονεξίαν* principum reprehendi [10]). Nunc vident, si tamen vident, quantum sibi periculi accersiverint. Adhuc Dei beneficio hic mediocriter coluntur literae. Tuum libellum scholasticis in manibus esse haec pagella, quam mitto, indicat [11]). Bene et foeliciter vale. Calendis Octobris [12]).

Philippus Melanthon.

No. 2765. (1. Oct.)

L. Gaurico.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54³.

Clarissimo et doctissimo viro, Lucae Gaurico, verae philosophiae antistiti, domino suo.

S. Clariss. et doctiss. vir. Cum *Hieronymus Schreiber*, Norimbergensis, philosophiae studiis se totum addixerit, ac praecipue doctrinam de syderum motibus et viribus amet, flagrat ingenti cupiditate tui videndi, et, quantum conceditur, audiendi. Legit olim accensos amore harum artium ex Graecia in Aegyptum navigasse Eudoxum, Platonem, Euripidem, et, ut Plato affirmat, etiam Socratem. His exemplis et ipse movetur praesertim ut in Italia, quae multis iam saeculis sola est sapientiae et doctrinarum domicilium, doctissimos homines adeat, et eorum eruditione excolatur. Hanc igitur voluntatem non solum non languefaciendam putavi, sed potius incitandam. Itaque cum te nosset ex monumentis tuis eruditissimis, multa et saepe de tuis sapientissimis sermonibus deque humanitate tua digna philosopho narravi. Venit igitur in spem, te si quid aliquando sciscitaturus esset, non gravatim responsurum esse. Quare petenti literas ad te dedi, teque propter philosophiam oro, ut hunc Hieronymum a natura ad virtutem et decus incitatum, et expetentem non umbram philosophiae, sed veras et utiles artes, complectare. Etsi enim nunc in his tantis orbis terrarum tumultibus haec studia non sunt in honore: tamen virtutis causa colenda esse censet; et tu, qui fatidica mente praeditus nosti, quae sint, quae fuerint, et quae futura trahantur, praedixisti aliquanto post tranquilliora Europae tempora. Hac spe adolescentiam ad has disciplinas et hortari soleo, et te arbitro, libenter adiuvare ingeniosorum studia, ut ad posteritatem doctrinarum possessio transmittatur. Ea est autem virtus in Hieronymo, ut pollicear tibi gratissimum fore, et sperem omnem ingenii vim et industriam ad utilitatem publicam et conservandas honestas artes collocaturum esse. Bene vale.

Phil. Mel.

No. 2766. (h. t.)

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 474 sq. — Apographon vetustiss., ex quo edita videtur, est in cod. Monac. II. p. 160.

Vito Theodoro.

S. D. Etsi Lipsiae copiose de excommunicatione *καὶ περὶ μνήσεως καὶ εὐπιθέσεως χειρῶν* respondere constitueram, tamen tantum fuit scriptionum subitarum, ut *Hieronymus* noster *) testari po-

---

7) Codd. *flectitur.*

8) Apographa: *etsi non mediocri dolore afficior.*

9) *animo*] abest a cod. Zeltn. Dresd., cod. Monac. 89. et cod. Goth. 401.

10) Pro: *Quoties fremens* etc. apographa habent: *semper mihi principum πολυπραγμοσύνη καὶ πλεονεξία displicuerunt.*

11) Apographa: *Coluntur literae, ut ex pagella iudicabis, quam inserui, ut videas, tuum libellum scholasticis in manibus esse.*

12) Apograpba addunt annum: 1543. — Danzius hanc epistolam retulit ad ann. 1546. Editor libri VIti eam inseruit epistolis anno 1552. scriptis.

*) *Schreiber*, qui pertulisse epistolam Norinbergam videtur.

terit, ut eas disputationes omiserim. *Lutherus* περὶ ἐνπιθέσεως χειρῶν admodum miratus est Collegae tui contentionem, ac affirmavit, si de ritu contenderet, multis seculis eum ritum non servatum ab Episcopis. Tota res mutata est in isto regno Pontificio, postquam coeperunt sacrificare pro vivis et mortuis. Sed Ecclesiae vocatio vere est veneranda. Nec postea aliud fuit impositio manuum, nisi publicum testimonium. Sed haec paulo post copiosius. De excommunicatione nollem te tempora nostra a veterum politiis discernere. Semper politiae debent punire nota flagitia. Idque aliud iudicium, aliud forum est, quam Ecclesiasticum. Interim et Ecclesia suum officium facere debet, hoc est, non admittere ad Caenam Domini palam flagitiosos. Haec severitas servari potest etiam sine illis ceremoniis, de quibus fortasse Collega disserit. Sed de nolim de his rebus concionari, nisi hactenus, ut iubeas abstinere a Caena contemptores poenitentiae, et profecto tempora hortantur nos ad poenitentiam. Scribam per vestrum tabellarium copiosius.

Hieronymum civem vestrum tibi commendo. Hactenus est et amans virtutis et veritatis, et natura factus ad gravitatem. Valde tibi gratias ago quod eum adiuvisti.

Mitto tibi Eclogas, alteram *Stigelii* Latinam, alteram Graecam. Sed duo abs te peto cum poëmata mitto, ut et legas et postea significes, te officio nostro delectatum esse. Bene vale. Lipsiae, Mens. Octobr. Anno 1543.

No. 2767. (in. Oct.)

Io. Rivio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Ioanni Rivio.

S. Cum *Cyriaco* nostro epistolam ad te daturus essem, accidit mihi quod fieri solet, ὅπου τὶς ἀλγεῖ, κεῖσε τὴν χεῖρ' ἔχει. Eadem de re assiduus dolor me scribere cogit, de qua nuper ad te scripsi. Audio ducem Iuliacensem fecisse deditionem et sui corporis et suarum provinciarum, ac petiisse errati veniam. Quid dicam de aulicis consiliis? Si ante duos menses de sola Geldria cessisset, quando melioribus conditionibus pacem et sibi et patriae confecisset. Nec raro sum miratus, qua re ipse niteretur. Sed haec quaerere desinamus, nosque praeparemus ad ea, quae impendent, ac oremus Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi ac Ecclesiae suae conditorem et conservatorem, ut Ecclesiae suae et salutarium studiorum reliquias servet. Principum et aularum consiliis servari non posse videmus. Tuas literas expecto, teque rogo, ut meis verbis amanter salutem dicas D. *Danielo* et D. *Albino.* Bene vale.

No. 2768. 3. Oct. (h. a.?)

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 35. (edit. Lond. lib. II. ep. 18.). — Repetita a Pezelio in Consil. Mel. lat. P. I. p. 530., qui eam retulit ad annum 1543., nescio an recte.

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, De forensibus quaestionibus duabus respondi in pagella, quam huic Epistolae addidi. De tertia quaestione, cur Moises prius nominetur Rom. 10. textus ipse respondet, cum ait: τέλος γὰρ νόμου χριστὸς. Remedia non primo loco recitantur, sed prius dicitur, quae sit membri natura integra, deinde quibus morbis affici possit, tertio loco quibus remediis occurratur morbis. Ad docendum certe Pauli ordo accommodatus est, cum prius definit iustitiam legis, postea monstrat mediatorem Filium Dei sanantem nostras ingentes miserias. Etsi autem credo ipsum Filium Dei λόγον esse, qui etiam sonuit legem: tamen usitatum est Paulo, cum legem vult nominare, loqui Iudaeorum more ac Moisen nominare. Scribe an haec satisfaciant vobis. Bene vale, nunc enim plura scribere non potui. Die 3. Octobris.

No. 2769. 4. Oct.

I. Brentio.

Epist. lib. VI. p. 395 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. ep. 369.

D. Iohanni Brentio, Pastori Ecclesiae in Salinis Suevicis.

S. D. Apud D. *Ioachimum* legi Epistolam tuam, in qua erat insignis significatio benevolentiae erga

me tuae, quae quidem mihi alioqui perspectissima est. Sed lectione tamen illa delectabar, cum sollicitudinem tuam exponis de mea peregrinatione. Rixarum ibi satis et fuit et adhuc est cum homine Sophistico *Groppero*, quem Sphyngem alteram dicere possis. Sed corpori meo nihil periculi fuit. Et Deo curae sunt Legationes nostrae. *πρεσβεῖαι ἱεραί εἰσι. μάλιστα δ' αἱ ὑπὲρ τοῦ εὐαγγελίου.*

Scripsi ad senatum vestrum pro *Hieronymo*, filio mei ministri. Iudico adolescentem bono ingenio praeditum esse, et profecto in literis bene promovit, et ad doctrinae Ecclesiasticae studia idoneus est. Si quid potest obtineri, oro ut stipendio iuvetur. Vides in hac tanta perturbatione Reipub. Civitates Germanicas hactenus de Ecclesia et literis bene meritas esse. Ac saepe cogito singulari beneficio Dei in civitatibus liberis collocatas esse Ecclesias, quod ibi reliquiae doctrinae conservari possint, si Turci cetera vastabunt. Sis igitur hortator civibus, ut studia iuvent. Scribae vestro salutem opto, et hanc causam commendo, si me iudicat mediocriter servire utilitati communi. Bene vale. die 4. Octobris.

†Philippus Melanthon."

No. 2770. 7. Oct.

F. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 1. Legitur apogr. in cod. Mehn. 1. p. 39 b.

Clarissimo viro et egregia eruditione et pietate praedito, D. Friderico Myconio, Pastori ecclesiae Gothanae, amico suo carissimo,

S. D. Quoties, mi Friderice, cogito de ecclesiis singularum regionum gratulor et vobis et huic regioni, sic ornatas esse Dei beneficio [1]) Thuringicas Ecclesias, ut nullam aliam regionem anteferendam arbitrer. Hoc decus donec potes, carissime Friderice, tueri studeas. Vides [2]) enim principes quodam tristi fato, aut etiam praeter fatum sua *πολυπραγμοσύνῃ* inutili, implicari aliis negotiis, quorum exitum ut regat Deus oremus. Perge igitur, quod facis, ornare tuas scholas et Ecclesias. *Iohannem* [3]) idoneum iudico ad docendam iuventutem. Est enim doctus [4]) et valde eius oratione delector, eumque hortatus sum non solum ad hanc conditionem accipiendam, sed etiam ad hunc studiorum cursum, quem ingressus est, urgendum. Mitto tibi versiculos his diebus editos. Alias mittam grandiora scripta. Bene et feliciter vale. Die 7. Octobris [5]). Salutem opto D. *Portuno* et *Pancratio* [6]).

Philippus Melanthon.

1) *Dei benefic.* non habet cod. Mehn.
2) Cod. Mehn. *Video.*
3) *Ioann. Messerschmidt.*
4) *Est enim doct.* non habet Sneg.
5) Cod. Mehn. addit: *anno dom.* 43.
6) Cod. Mehn. *Salutato Portunum et Pancratium.*

No. 2771. 7. Oct.

Pet. Fuldnero.

† Ex apographo in cod. 54., qui est in Biblioth. St. Genovevae Lutetiis Paris., mihi descripta a Clariss. *Dübnero.*

Clariss. viro et egregia eruditione et pietate praedito, M. Petro Fuldnero, Pastori Ecclesiae Walterhusanae amico suo,

S. D. Intelligo ad munus docendae adolescentiae Waltershusanae delectum etiam iudicio viri clarissimi D. *Friderici* *), hunc *Iohannem* **). Cum autem et mores et studia Iohannis norim, maxime probo Friderici iudicium. Nam et mores sunt integerrimi et pleni officii et modestissimi, et in literis ita dextre et feliciter versatus est, ut solutam orationem et versus praeclare scribat. Forma etiam solutae orationis colorem et elegantiam Antiquitatis refert. Quare tibi, carissime Petre, hunc Iohannem commendo, teque rogo, ut honestissimo Senatui vestro meum de ipso testimonium exponas. Gaudeo te tali modestia et eruditione praeditum gubernatorem scholae habiturum esse. Quid enim pulchrius quam consensus nostri collegii, quia certe in isto coetu Christi et Ecclesiae *ἡγούμενοι οἱ μυσταγωγοί.* Oro autem Deum, ut nos omnes servet et regat. Mitto tibi versiculos, quorum lectio fortassis aliquid tibi voluptatis adferet. Bene vale, et interdum ad nos scribito. 7. Octob. 1543.

Philippus Melanthon.

*) Myconii.
**) Io. Messerschmidt.

No. 2772. 7. Oct.

Theologis Lipsiensibus.

Epistola Theologorum Lipsiensium, qua theologos Vitebergenses invitant, ut intersint disputationi *Bernhardi Zigleri*, summis in theologia honoribus ornando, d. 10. Oct. 1543., et Witebergensium responsum leguntur in libello: „In hoc libello exponuntur quaestiones V, quibus tota doctrina et universum negotium Evangelii comprehenditur, propositae Lipsiae futuris doctoribus theologiae — — — cui inclusa est oratio [Bernh. Zigleri] — — additae sunt duae epistolae etc." Lips. 1544. 8. — Cf. etiam epist. Mel. ad Georgium Anhaltinum d. 27. Septb. h. a. et ad Ziglerum (post d. 8. Septb.), ex qua intelligitur, orationem Zigleri a Melanthone scriptam esse.

A. (*Epist. Lipsiensium.*)

Praestanti pietate sapientiaque et doctrina praeditis, sacrae Theologiae in Acad. Viteberg. Doctoribus, viris clariss., dominis suis observandis, Collegium Doctorum eiusdem professionis Acad. Lipsicae S. D.

Quam bonum sit et iucundum consensio fraterna proponit considerandum divinae fidicen Lyrae. Atque haec est profecto una res, qua Deus fulcit hunc coetum suum, et veluti in una novi fluctuantem sustentat ecclesiam. Quae cum hoc tempore variis turbis exagitetur, et multiplices habeat adversationes, magnopere gaudemus, Dei beneficio similem, vel potius eandem esse doctrinam vestrae academiae ac vestrae. Eaque cum non solum omni cura nobis conservanda, sed aliis etiam declaranda, et, ut ita loquamur, ostentanda esse videatur, cumque his diebus aucturi simus novis doctoribus theologorum apud nos collegium, vehementer petimus ab humanitate vestra, ut festivitatis illius solemnem actum, qui indictus est ad diem X. mensis Octobris, vestra praesentia ornatiorem et illustriorem reddere velitis, ut intelligi possit, nos minime dissimulare concordiam professionis, et nos nequaquam pudere coniunctionis nostrae. Etsi autem nihil hoc officio humanitatis vestrae gratius nobis accidere posset, ii tamen, quorum causa haec apparantur, tanto desiderio tenentur adventus vestri, et ita de hoc laborant, ut maximam partem honoris et existimationis suae in illo positam esse sibi persuadeant. Cum autem vestrae humanitati perspecta sit observantia, et cultus et veneratio et amor etiam horum erga vos omnium, tantam exspectationem et spem et cupiditatem eorum ne frustremini vehementer etiam atque etiam petimus. Convertit in linguam latinam praeclare *Philippus* aliquando *Melanchthon* psalmum eum, cuius supra mentionem fecimus, ita exorsus:

> Exiguis addit vires concordia rebus,
> Et male quassatas fulcit et auget opes.

Quod si unquam opus fuit sustentatione ecclesiis et scholis, nunc est maxime. Ubique enim, ne de nostra tantum loquamur, omnes cum magnis difficultatibus et durissima fortuna conflictantur. Itaque consensus et mutui amoris remedio indigent illae his temporibus maxime. Sed haec moneri vos sapientissimos et eruditissimos viros non oportet. Quapropter, id quod restat, omni cura, labore, studio, contentione vestram humanitatem iterum oramus, ut nobis et mox futuris collegis nostris, viris optimis et vestrae dignitatis studiosissimis, hoc officio adventus vestri libenter gratificari velitis, expectantes et a nobis et illis grati animi constantissimam memoriam.

Dabitis autem operam, (nam impetrasse iam nobis speramus quod oravimus), ut pridie indicati temporis adveniatis, et in aedes *Georgii Helperici*, cognomento *Longi*, noti hominis, divertamini, ubi ut hospitium paratum reperiatis, a nobis curatum est. Vestrum omnium salutem Christo commendamus. Lipsiae III. nonas Octobris.

B. *Responsum Vitebergensium.* (Neque Walchius neque de Wettius viderunt hanc epist. Melanthonem epistolam scripsisse, dubio caret.)

Martinus Lutherus, Ioannes Bugenhagius Dr., D. Philippus Melanchthon, clarissimis viris et excellente eruditione, pietate et sapientia praeditis, D. Doctoribus collegii facultatis Theologicae in Academia Lipsiensi S. D.

Et promiseramus viro clarissimo Domino *Bernhardo Ziglero* petenti communi omnium nomine, ut ad renunciationem publicam gradus sui et collegarum veniremus, et acceptis literis vestris, gravissime ornatissimeque scriptis, magis etiam movebamur, ut morigerari vobis cuperemus. Nam etsi in hac moesticia temporum de his congressibus nostris malevoli quidam secus iudicaturi erant: tamen illa causa, cuius fit mentio in literis vestris, honestissima est, videlicet quod significationem ostendi non solum consensus nostri, sed etiam

verae benevolentiae mutuae prosit. Sed casu praeter opinionem nostram hic retinemur, quod *Erasmus Alberus* eodem die, qui vestrae pompae destinatus est, adducturus est huc amicos suos ad spectandam sui gradus renunciationem. Nec alius dies illis subito iam significari poterat. Cum igitur adesse aliquos ex collegio nostro necesse sit, dolemus, nos gratificari vobis non posse, ac oramus, ne retineri nos ulla causa alia existimetis. Veniam autem necessitati pro vestra sapientia et aequitate dabitis.

Consensum autem nostrum et amorem mutuum aliis maioribus officiis saepe declaratum esse speramus, et omni studio, Deo iuvante, tueri ac ostendere deinceps conabimur. Nam et per se res necessaria est coniunctio recte sentientium, praecipue eorum, qui ecclesias et studia doctrinae gubernant, et his regionibus ad tranquillitatem utilissima est. Nec vero autoritas ministerii nostri retineri posset, si inter nos ipsi certare petulantia *καὶ ζυγομαχεῖν,* quod Deus prohibeat, inciperemus. Fuit igitur pergrata nobis illa tota commemoratio vestra de concordia nostri ordinis, ac Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oramus toto pectore, ut in his ecclesiis perpetuo tueatur recte sentientium coniunctionem. Laudatur illud, quod Dion scribens Dionysio propinquo suo, vel fortasse autor epistolae illius Plato, citat, *οὐ χρυσὸς ἀχλαὸς οὐδ' ἀδάμας ἀστράπτει πρὸς ὄψεις, ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόησις.* Vere hoc quidem et dulcissime dictum est. Vere et illud Basilius: *non tam sinistrae opus est dextra, quam ecclesiae concordia doctorum.*

Sed scitis multas divinas sententias similes, quibus utinam moverentur omnes ubique, qui verae doctrinae studium profitentur, et tamen saepe, tanquam in navi, foedissimis tempestatibus perniciosas seditiones excitant, conturbant dogmata, dissipant ecclesias, quibus ex rebus existunt in populo aut superstitiones aut Dei contemtus ac odium religionum omnium, disciplinae perturbatio, factiones, distractiones principum, civium caedes et infinita vastitas. Quid cogitari tristius his malis potest? Quare et Deum oremus, ut animos omnium doctorum aeternis vinculis verae sententiae et spiritus sui copulet, et nos ipsi consilia *συμβιβαστικὰ* amemus, et actiones nostras ad communem tranquillitatem referamus.

Ut autem in praesentia studium etiam nostrum vobis ostenderemus, cum universis abesse non liceat, iussimus ad vos et nostro et suo nomine proficisci amicos nostros Doctorem *Casparum Crucigerum*, et Magistrum *Paulum Eberum*, quos sciebamus vobis cum propter ipsorum virtutem et in omni officio diligentiam, tum vero etiam propter privatas et veteres necessitudines iucundissimos fore. Bene valete. Wittembergae nonis Octobris anno M.D.XLIII.

Benedicat vestro instituto Dominus ex Zion, id est, in Christo domino nostro, ut glorificetur pater, dum fructum plurimum feretis. Et efficiamur omnes eius discipuli, Amen.

M. Lutherus sua manu.

Psalm. CXXXII.

Exiguis addit vires concordia rebus,
Et male quassatas fulcit et auget opes.
Utque senis celso manantia vertice Aronis,
Defectos artus balsama larga rigant,
Sive satis ut vita redit dum Sirius agros
Torret, si gelido rore madescat humus:
Sic ubi sunt aequo sociatae foedere mentes,
Fidaque communis pectora iunxit amor,
Virtutem Deus aspirat, placidoque favore
Adiuvat, et vitae cuncta pericla regit.

Philipp. Mel.

No. 2773. 8. Oct.

Io. a Werden.

† Ex apogr. in cod. Goth. 401. p. 118 sq.

Magnifico viro, sapientia et virtute (praestanti) D. Ioanni a Werden, Equiti aurato, consuli Dantistano, patrono suo cum observantia colendo,

S. D. Magnifice Domine. Etsi in tantis tumultibus Europae gubernatores reipublicae, occupati ingentibus curis, minus respicere nostrum ordinem, qui literas profitemur, possunt; tamen scio, vos ea sapientia et virtute praeditos esse, ut interea tamen velitis conservari literas et honestas artes.

Hunc cum de vobis opinionem haberem, speravi, vos meam epistolam non gravatim lecturos esse. Audio ab *Asvero Brandt* commendatum

vobis esse Scholasticum *Ioannem Slibensem*, honestum et ingeniosum iuvenem, qui ad vos profecturus testimonium a me petivit, quod ei, quia et mores et ingenium eius video probari multis bonis et prudentibus viris, libenter impertivi. Scio autem, vos sapientissime et gravissime de cuiusquam natura iudicare. Ideo scribo verecundius, sed tamen quia mores eius sunt honesti et singularis est ingenii dexteritas et industria, commendandum vobis esse duxi, et rogo, si qua est occasio, eum adiuvetis. Si amplissimi Senatus Dantistani liberalitate iuvaretur, servire aliquando eius industria vicissim reipublicae posset, et promittit fidem et diligentiam. Certe tali est ingenio, ut iudicem, dignum esse quod provehatur. Etsi autem hanc petitionem adolescentis peregrini fortassis aliqui novam et inusitatam esse iudicare possent, tamen vos pro vestra excellenti prudentia boni consuletis hanc interpellationem. Arbitratur se adolescens ab *Assvero* vobis commendatum esse, et sperat, se non frustra ad vos, cuius virtus in multis regionibus celebratur, confugere. Non enim dubitamus, vos bonis ingeniis favere. Quare oro, ut hunc adolescentem, cui iam omnes in vobis spes positae sunt, benigne tuearis [1]). Bene et feliciter valete. Die 8. Octob. anno 1543.

No. 2774. 10. Oct.

Alberto Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 65 sq. ep. 15.

(An Albrecht Herzog in Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtigster hochgeborner gnädigster Fürst und Herr. E. F. G. sende ich die Ordnung des Consistorii alhie gestellet und durch Gottes Gnad angefangen*). Es hat der durchleuchtige hochgeborne Fürst und Herr 2c. Herzog Moritz an die Universität zu Leipzik ein sehr löblichen Befehl, belangend ein Consistorium, thun lassen, laut beigelegter Copien, und wiewohl die unruhige Zeit viel Gutes verhindert, so ist doch der Anfang zu loben. Der ewige Gott gebe seine Gnad und Frieden, zu guter christlicher Regierung, gebe auch den Fürsten solchen Sinn, daß sie ihn (sich) nit unnöthige Unruh selb zuziehen, dadurch nöthige Sachen leider verhindert werden, Er wolle auch E. F. G. zu aller Zeit gnädiglich bewahren und regieren. Datum Witeberg X. Octobris 1543.

E. F. G.
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 2775. 11. Oct.

N. Medlero.

E codice Bavari Vol. II. p. 332. edita a Zscheichselio in den Unsch. Nachr. 1739. p. 402. et nuper a Danzio, ep. 20. nunc ex illo cod. accurate descripta.

Nicolao Medlero

S. D. Scis, Deum non frustra se patefecisse [1]) generi humano, non frustra misisse filium ac resuscitasse, sed velle, nos intelligere et causas mortis et iudicii divini adversus peccatum generis humani, et liberationem promissam et consignatam tantis testimoniis iuxta hanc vocem: *ero mors tua, o mors.* Ex his fontibus, carissime Nicolae, consolationem petito, qui tibi noti sunt. Cum filius *) esset mortuus, casu post triduum incidi in Psalmum: *ipse fecit nos, et non ipsi nos.* Mirifice acquievi obiter arrepta sententia, quae me admonebat, nos non casu nasci, nec casu interire. Et coniugem tuam honestissimam fuisse haeredem vitae aeternae, ac sociam membrorum Christi, nihil dubium est. Non igitur ita tibi erepta est, ut non sis iterum eam complexurus. Sed occurret illa tibi in vita aeterna, et tecum de hac ipsa doctrina disseret, quam in hac domestica consuetudine vestra a te didicit. Hanc moram boni consulito, praesertim cum videas, quantum ubique sit calamitatum et quam [2]) tristes mutationes impendeant. In Pannoniis et Gallia non solum caedes magnae fiunt, sed etiam vastationes, quae causam praebebunt, cur hac hyeme magnam multitudinem hominum necesse sit fame mori.

---

1) *tueamini* scribendum est, quum in tota epistola in plurali loquatur.

*) Die Beilagen sind bei dem Briefe nicht befindlich. (nota Fabri.)

1) Cod. Bav. *perfecisse*, quod mendosum est. Zsch. edidit *prefecisse*, Danz. *praefecisse*.

*) Videl. Melanthonis, *Georgius*, qui diem obiit mense Aug. 1529.

2) Zsch. *quod*. Danz. *quam*.

Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi, qui iuravit, se nolle mortem nostram, consoletur te spiritu sancto suo. Filius *Samuel* erit mihi commendatus. Accersam eum ad me quamprimum. Bene vale, die 11. Octobris 1543.

No. 2776. 12. Oct.

Eidem.

† E codice Bavari Vol. II. p. 334. a Zscheichselio in den Unsch. Nachr. 1739. p. 403., et nuper a Danzio ep. 21. edita, nunc ex eodem cod. denuo descripta.

Nicolao Medlero

S. D. Exhibui tandem literas tuas filio tuo, quod rumoribus res percrebrescebat. Etsi autem tantum vulnus initio nullam medicinam patitur, tamen et tibi et illi hoc[1]) inculcandum censeo, ut, quantum potestis, dolori repugnetis. Causae propositae in divinis scriptis vobis notae sunt. Vult nos Deus nostrorum desiderio adfici, sed tamen ita, ut praeferamus ipsius imperium. Si ipse evocat nostros, cedamus ei de possessione sui muneris. Non fremamus adversus eum. Deinde non levis est haec consolatio: quantulum in morte mali est prae illis aerumnis, quas iam tot[2]) honesti homines sustinent in Pannoniis et Galliis, qui vident liberos, coniuges, parentes immaniter lacerari, et quidem aliter sustinent, sine consolatione et sine luce evangelii. O miseriam, quam verbis eloqui nulla creatura potest! Nos vero gratias Deo agamus, qui ostendit nobis filium suum et beneficia filii. Retineo adhuc tuum gnatum, etsi mox ad te adcurrere cupiebat. Promisi autem ei, me concessurum, ut ad te post paucos dies proficiscatur. Quare per hunc tabellarium velim te mihi scribere et filium accersere. Deus, pater aeternus domini nostri Iesu Christi, consoletur te spiritu sancto suo, qui est παράκλητος. Die 12. Octobris 1543.

1) *hoc* excidit e textu Danz.

2) *tot* excidit apud Danz.

No. 2777. 12. Oct.

Vito Theodoro.

Edita in appendice ad epist lib. IV. p. 48 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 658.

Viro optimo, D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Video equidem sapientes, quasi attonitos, nunc demum mirari magnitudinem rerum, quae motae sunt in Imperiis. Sed quia et antea, quasi signa tempestatum, harum rerum initia consideravimus, et Ecclesiam, scio, mansuram esse, etiamsi concutitur Imperiorum ruinis, animo sum tranquilliore, quam illi, qui nos riserunt, haec vaticinantes. Desino igitur de illis scribere. Precibus potius Deo Politias commendemus, et studia nostra colamus, ne lux doctrinae extinguatur.

Bavarico Bavio, seu Thersitae, qui adversus te spurcissimos versus edidit, graviter responderi, curavi *). Nam hoc tristi tempore potius dicamus εὔφημα, quam convicia, ut Socrates moriturus inquit, καὶ γὰρ ἀκήκοα, ὅτι ἐν εὐφημίᾳ χρὴ τελευτᾶν. Etiamsi cadendum est nobis, tamen testimonia relinquamus, quod honeste et pie senserimus, ac laudatio tuae doctrinae suppeditat per sese locos splendidos, et lectori gratos. Nec ego vulgi iudicium moror. Ut ille desertus a ceteris, Antimachus puto, cum Platonem unum mansisse videret, et expectare reliquum voluminis, ait, se Platonis unius iudicium pluris facere, quam ceterorum omnium suffragia. Sic mihi satis est, placere *Hieronymo* nostro et *Camerario*, et paucis amicis, quae utcunque componimus. Praedicantur in Carmine tui mores, recitatur doctrina de hominis conditione, in qua nobis imago Dei impressa est, de lapsu, de lege, de beneficiis Christi. Haec sunt εὐφημότερα, quam convicia. Laudatur et civitas vestra. Si quid *Ioachimus* vester componit, mihi mittas. *Camerarius* eius venam probat, ac valde ea Elegia delectatus est, quam ad me recens scripsit. Lipsiae enim accepi. Bene vale. Die 12. Octobris. **)

Philippus Melanthon.

*) Per quemnam? nescio. Caeterum vid. de eadem re ep. ad Theod. infra d. 25. Oct. h. a.

**) Non anno 1548., ut Sauberto visum est, sed 1543. scripta.

No. 2778. (h. t.)

Studiosis.

Editum in Scriptis publ. Acad. Witeb. T. I. p. 72.

(*Studiosis.*)

Nosse temperamenta corporum humanorum et inclinationes, quae sequuntur crasin, profecto in vita utilissimum est, videlicet ad tuendam valetudinem et regendos mores. Et ut aliae partes Physices, dulcem haec pars doctrinam et gratam bonis ingeniis continet. Coepi autem nuper enarrare locum *Ptolemaei* in Quadripartito, in quo conferuntur Planetae, temperamenta, mores, morbi. Hunc locum vellem notissimum esse studiosis. Quare adhortor deditos Graecae linguae, ut eam lectionem audiant. Res ipsas scio profuturos auditoribus, et voluptati futuras. Deinde multae in eo loco sunt voces eruditae, significantes morum, morborum et temperamentorum discrimina, quarum vocum proprietatem intelligere pars est eruditionis. (An. 1543.)

No. 2779. 15. Oct.

Testimonium.

Editum est hoc testimonium, ut a Luthero profectum, a Schützio in epist. Luth. Vol. I. p. 278., unde illud hausit de Wettius in ep. Luth. T. V. p. 592. — Descripsit illud Schützius e codice Thomasiano, qui postea fuit Hummelii, qui quoque illud ex illo codice, sed satis mendose, edidit (in der Biblioth. von seltenen Büchern Vol. II. p. 486.). Nunc ille codex est in biblioth. Monacensi, ubi est cod. in 4to no. 89. no. VI., et legitur p. 99. — Schützius quidem addidit subscriptionem: *M. L.*, i. e. Martinus Lutherus, sed ex coniectura; in codice non habetur. Quanquam autem testimonium in fronte habet nomen Lutheri, quippe illo tempore Decani facultatis Theologorum, tamen a Melanthone conscriptum est, qui pleraque testimonia publica suo calamo exaravit.

Decanus Collegii Facultatis Theolog. in Acad. Wittenbergensi Martinus Lutherus, Doctor, salutem dicit omnibus lecturis has litteras.

Petivit a nobis testimonium de suis studiis, moribus et gradu vir venerabilis, pietate et eruditione praeditus egregia, Doctor *Hieronymus Nopus*: id ei summa impertivimus voluntate. Cum enim in his regionibus et in hac Academia magna cum laude vixerit, comperimus, eum honestis, castis, placidis ac piis moribus praeditum esse, et in studiis literarum egregiam operam navasse. Quanquam autem, ut natura eius est capax omnium artium, magnam feliciter didicit philosophiae partem, et tamen, quia vere et toto pectore sentit humanum genus non esse casu ortum, sed a Deo conditum, et Deum se patefecisse certis testimoniis in hoc uno doctrinae genere, quod per prophetas, Christum et apostolos inde usque ab initio nota successione traditum est Ecclesiae, studia praecipue ad cognoscendam doctrinam coelestem contulit. Ut igitur sermonem prophetarum et apostolorum percipere posset, linguas didicit ebraicam et graecam, evolvit et omnium temporum historiam comprehensam literis ebraicis graecis et latinis, cuius cognitio ad erudiendas mentes et confirmandas veras opiniones plurimum conducit. Diligenter audivit interpretes prophetarum et apostolorum in hac schola, et contulit veteres graecos et latinos scriptores de ecclesiae dogmatibus et piarum synodorum decreta, ut teneat, quid apostolorum ecclesia puriore aetate senserit, et deum firma fide invocare et alios recte docere possit. Cum igitur ab amplissimo Senatu Ratisponensi ad docendum Evangelium vocatus esset, ac a nobis petitum esset, ut testimonio in scholis usitato commendaretur, libenter hunc *Hieron. Nopum* propter optimos ipsius mores et eximiam eruditionem gradu doctoratus in Theologia ornavimus, idque his literis testamur, et Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, quoniam in Evangelii lucem eum traduxit ac voluntatem ei dedit, ut pie servire Ecclesiae cupiat, precamur, ut adiuvet eum, ut ministerium eius sit foelix et salutare, sicut scriptum est: Deus est, qui ut bona velimus efficit, et adiuvat ut perficiamus ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, i. e. ut aliqua fiant ipsi grata. Maxima enim pars generis humani, furenter contemnens Deum, ruit in scelera, quibus horribiliter Deus irascitur. Sed ne totum genus humanum pereat, excerpit Deus aliquos in Ecclesia sua, per quos salutaria fiunt[1]), per quos Evangelii lux late spargitur, et multi ad agnitionem Dei et ad vitam aeternam vocantur, propter quos servantur politiae, quae fiunt hospitia Ecclesiae. In hoc numero esse *Hieronymum Nopum* speramus, et, ut semper ei adsit Deus, semper eum gubernet spiritu sancto, ex animo precamur. Postremo et

---

1) Schütz. mendose *fiant*.

Ecclesiam Ratisponensem hortamur, ut Evangelii puritatem retinere studeat, et ministros recte docentes benigne foveat, ut gratitudinem suam erga Deum ostendat pro renovata luce Evangelii. Ferunt enim, in iisdem regionibus semina Evangelii statim post apostolos sparsa esse per *Lucium Cyrenaeum*, qui in actis apostolorum celebratur cap. XIII. Hunc secutum exercitus romanos ad Danubium narrant in Augusta Tiberina Christi nomen et doctrinam praedicasse. Tam cito Deus sibi in istis populis Ecclesiam collegit. Gaudeant autem nunc quoque pii, rursus accensam esse lucem Evangelii, eamque veris officiis retinere curent, ut Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi vere invocetur et celebretur. Datae Witenbergae die Octobr. 15., anno MDXLIII.

[M. L.] 2)

No. 2780. 17. Oct.

Medlerus ad Melanthonem.

Ex apogr. in cod. Bav. Vol. II. p. 335. edita in Danzii epp. Mel. ad Medler. p. 16 sq.

Clariss. et praestantiss. viro, Domino Philippo Melanthoni, in inclyta Viteberg. Academia divinarum et humanarum literarum Professori, doctissimo integerrimoque domino maiori, et praeceptori suo observando.

S. P. D. Nollem sane, me non sentire meas et meorum calamitates, Praeceptor unice observande. Quare fit, ut quoties uxoris meae fidelissimae erga me sanctissima officia, quibus modo privatus sum, et quoties liberos meos, quos in summa concordia et pari diligentia in christiana pietate educavimus adhuc esse infantes cogito, in gravissimos dolores incido. E contra vero, quando cogito, iam ipsam meam uxorem a laboribus requiem habere, et eam in sinu Abrahae, i. e. in coetu omnium credentium, in qua spe per egregiam confessionem et mortua est, coram patre coelesti in praesentia, et beneficio filii sui, D. n. I. Chr., cum omnibus sanctis patribus et maioribus nostris vivere, conversari et agendo Deo sempiternas gratias gaudere, mirificam iterum consolationem accipio, sperans me in eadem Christi cognitione iuxta bonam Dei voluntatem ipsam secuturum. Huius rei cum me tuae praestantissimae literae fideliter admonuerint, sane mihi gratissimae et optatissimae fuerunt, et praesertim ideo, quod videam Sp. Sancti testimonium in cordibus nostris ita concordare, atque tam certum et efficax esse. Nam et ego postridie post uxoris dilectae obitum felicissimum, in id casu in concione incidi, quam ordine concionum mearum postulante, ex versiculo isto Psalmi 37.: *Quoniam ipse dixit, et facta sunt, et mandavit, et creata sunt*, feci. Hic totus populus, ne pluribus utar, intellexit, quod mihi ipsi, non minus, quam ipsis hanc concionem fecerim. Similiter etiam proxima die dominica elapsa ex Evangelio de Regulo egregiam consolationem accepi, quod videam hoc proprium esse Christi filii Dei officium, ut nobis laborantibus et morientibus salvator subveniat. Quare ego et pro hac doctrina, quam a te, charissime Praeceptor, didici, et pro isto tuo singulari officio, quo modo tam egregie ex ipsis fontibus consolationum me consolatus sis, ac pro omnibus aliis et sedulis, tum in me, tum in filium collocatis tuis beneficiis, tibi maximas gratias ago, et semper agam, et orabo indesinenter, ut haec tua beneficia tibi, tuisque omnium noster benignissimus Pater rependere dignetur. Interim tamen me totum tuae praestantiae dedo, si quid in me modo est, in quo tibi vicissim gratificari potero. Porro sciat quoque T. P., me in luctu habere socium venerandum senem et virum doctissimum nostrae scholae ornamentum, D. M. *Petrum*, cuius uxor et ipsa quinta die post meam in domino obdormivit placidissime, et ita invicem modo condolendo nos consolamur. De filio omnino incertus sum, quid faciam; ideo eum totum tuae praestantiae committo. Nam mihi de contagio in meis aedibus timendum erit, tametsi nullum pestis signum in uxore deprehendere potuimus, tamen occultum aliquod venenum fuisse suspicamur eo, quod non ultra octiduum decubit. Christus P. T. Ecclesiae suae et nobis omnibus diu superstitem et incolumem conservet, Amen. Oro te, observandissime Dom. Praeceptor, ut barbaris meis literis et temeritati meae sive impudentiae ignoscat. Bene valeat T. P. Datae Numburgi 17. Octobris anno 1543.

T. P. omnino deditus discipulus
Nicolaus Medler.

---

2) Haec non habet cod. sed addidit Schütz.

No. 2781. 18. Oct.

Testimonium.

Editum est hoc testimonium, tanquam a Luthero scriptum, ab Aurifabro, epp. Luth. III. p. 417. et a Schützio epp. Luth. Vol. I. p. 281. (de Wettio epp. Luth. V. p. 594.), et haustum ex codice Thomasiano, qui postea fuit Hummelii, nunc autem est Monacensis in 4to no. 88. no. IV. ubi legitur p. 59. Contuli etiam aliud apographon in cod. Monac. 90. no. VII. p. 339., qui etiam fuit Hummelii et ex quo Hummelius edidit hoc testimonium, sed non satis accurate descriptum, in s. Bibliothek seltener Bücher rc. Vol. II. p. 481. — Hoc autem testimonium, quanquam Lutherus, ut Decanus, ei subscripsit, Melanthonem habere auctorem, dubio caret, ut argumentum ipsum satis docet. Convenit fere cum testimonio, Nopo datum, quod vid. d. 15. Oct. h. a.

Decanus collegii Facultatis Theologicae in Academia Wittenb., Martinus Lutherus, salutem dicit omnibus lecturis has literas.

Gratias agimus Deo aeterno, Patri domini nostri Iesu Christi, quod ecclesiam sibi in filio elegit [1]), condidit ac [2]) servat, et subinde excitat aliquos idoneos doctores, sicut Paulus ex Psalmo adfirmat: ascendit, dedit dona hominibus, alios quidem prophetas, alios apostolos, alios pastores, doctores. Non dubium est igitur, salutares doctores Dei dona esse. Sed tamen vult Deus esse docendi [3]) ministerium, tradidit scripta prophetarum et apostolorum Ecclesiae suae, haec legi et cognosci vult, et in his voluntatem suam ostendit, hac lectione mentes erudit, vocat et ad se trahit. Ideo de scripturae divinae studiis praeceptum est: verbum Christi habitet inter vos abunde, docete et admonete vos. Quare et ex discentium coetu Deus vocat et eligit doctores idoneos et salutares. Ad hunc usum scholae theologicae divino consilio institutae sunt per prophetas et apostolos, et deinceps conservatae et subinde divinitus instauratae sunt. Ut [4]) igitur studia nos fideliter regere oportet, ita iis, qui ad ministeria [5]) vocantur, testimonia coram Ecclesia impertire nos decet, fitque testimonii nostri renunciatio, cum decernitur gradus usitato scholarum more. Cum autem diu in schola Ecclesiae nostrae vixerit, D. *Fridericus Bachofer* [6]), Lipsiensis, comperimus, eum bono ingenio et honestis ac piis moribus esse. Cum [7]) autem in philosophia et studio linguarum, latinae et graecae et ebraicae, diligenter elaboraverit [8]), sedulo audivit interpretes scripturae propheticae et apostolicae [9]), et contulit probatos scriptores veteres, ut sententiam catholicae Ecclesiae Christi certo teneret. Itaque propter eruditionem et morum pietatem in Ecclesia nostra ad ministerii evangelici societatem vocatus est, ubi illustre specimen suae doctrinae dedit, ac ostendit [10]), se vere amplecti consensum catholicae Ecclesiae Christi, quem et nostra ecclesia [11]) sequitur, et abhorret [12]) a fanaticis opinionibus damnatis iudicio catholicae ecclesiae Christi [13]). Deinde cum vocatus esset a Senatu *Hamelburgensi* [14]), publico testimonio eum commendandum esse duximus. Quare cum mores eius essent pii, et eruditio esset probata nobis, quam ex eius concionibus et disputationibus diu cognoveramus, et ipse promitteret, in doctrina pia, quam professus est apud nos hactenus, constantiam: decretus est ei publice de Collegii sententia gradus doctoratus in Theologia, ut nostri [15]) de ipso iudicii [16]) testimonium extaret. Idque his publicis literis testamur, et Deum aeternum, patrem domini nostri Iesu Christi, oramus, ut, cum eum ad ministerium evangelicum vocaverit, adiuvet ipsum, ut ministerium eius sit foelix et salutare, sicut scriptum est: Deus est, qui ut bona velimus efficit, et adiuvat ut perficiamus ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, id est, ut aliqua fiant ipsi grata. Maxima enim pars generis humani, furenter contemnens Deum [17]), ruit in scelera, quibus horribiliter Deus irascitur. Sed ne totum genus humanum pereat, excerpit Deus aliquos in Ecclesia sua, per quos bona et salutaria fiunt, per quos Evangelii lux [18]) late spargitur, et multi ad agni-

1) Humm. *collegit.*
2) Schütz. *et.*
3) *docendi*] non habet cod. Monac. 90.
4) *ut*] non habet Humm.
5) Humm. *ministerium.*
6) Cod. Monac. 90. et Humm. *Bachofen.*
7) Schütz. et Aurif. *Postquam.*
8) Schütz. et cod. Monac. *elaboravit.*
9) Humm. *prophetarum et apostolorum.*
10) *ac ostendit*] Humm. *et respondit.*
11) Humm. et cod. Monac. 90. addunt: *fideliter.*
12) Humm. et cod. Monac. 90.: *abhorrere.*
13) *quem et nostra* etc.] Aurif. non habet.
14) Humm. *Hamburgensi*, ex mendo.
15) Schütz. *nostrorum*, Humm. *nostrum.* Sed Aurif. et cod. Monac. 88. recte *nostri.*
16) *iudicii*] Humm. et cod. Monac. 90. non habent.
17) *furenter* etc.] Humm. non habet.
18) Humm. *vox.*

tionem Dei et ad aeternam vitam vocantur, ac propter quos servantur politiae, quae sunt hospitia Ecclesiae. Oramus igitur Deum, ut hunc Doctorem Fridericum, vocatum ad piam[19]) functionem et Ecclesiae necessariam, regat et adiuvet. Datae die Lucae Evangelistae 18. Octobr. anno MDXLIII.

Martinus Luther.

No. 2782. 19. Oct.

Alberto, Duci Pr.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 66 sq. ep. 16.

(An Herzog Albrecht in Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtigster hochgeborner gnädigster Fürst und Herr, E. F. G. gnädige Schrift an den würdigen Herrn Andrea Samuel, der neulich Doctor in Theologia zu Leipzik promovirt ist, hab ich gesehen, und daraus vernommen, daß ihm E. F. G. aus fürstlicher und christlicher Gütigkeit, derhalben daß er von wegen göttlicher Wahrheit, die er bekennet und lehret in Polen nit sicher ist, gnädige Vertröstung thun. Er zeigt mir auch an, wie er E. F. G. selbst berichten wird, daß er das Geld, so ihm E. F. G. verordnet, nit empfangen hat, doch hat er diese Reise nit desselbigen Gelds halben vorgenommen, sondern daß er in Unterthänigkeit wo ihn E. F. G. gebrauchen wollten, denn er nunmehr Doctor und ehelich ist, und suchet ein christliche Arbeit da er im Evangelio der armen Christenheit zu Gottes Lobe diene, Darum bitt ich in Unterthänigkeit E. F. G. wolle ihr diesen Doctor Andream*) gnädiglich lassen befohlen seyn, und ihn an denen Orten, da er der Sprach halben dienen kann, gebrauchen. Er wäre auch in der Schul zu Königsberg zu einem Legenten in Theologia tüchtig, denn er hat ein guten Verstand, und ist nu ein lange Zeit in beiden Universitäten Leipzik und Witeberg gewesen, derhalben ich auch von seinen Sitten berichten und zeugen mag, nemlich daß er guter, christlicher, züchtiger Sitten ist, und friedlich, Darum bitt ich in Unterthänigkeit, E. F. G. wollen ihn gnädiglich annehmen und helfen die Christenheit, die warlich jetzund wenig treuer Fürsten hat, erhalten, das wird Gott ohne Zweifel belohnen, der wolle auch E. F. G. in allen Sachen regieren und schützen, Amen. Datum Witeberg 19. Octobris 1543.

E. F. G.

unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 2783. 22. Oct.

Vito Theodoro.

Edita in appendice libri IV. epistol. p. 50 sq. Item in Epist. lib. VI. p. 472 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 575.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Saepe, mi Vite, vos adhortatus sum, ut ἀριστοκρατίας urbium et ametis et tueamini. Etsi enim nullae sunt πολιτεῖαι sine vitiis, tamen in civitatibus plus valent leges et iudicia quam alibi, et disciplina est paulo severior. Vides nunc res Principum, qui, etiamsi boni sunt, tamen ita impediuntur, ita sunt impliciti variis foederibus et negotiis, ut domesticas res negligant. Sed Deum oremus, ut hos quoque gubernet, nec sinat deleri Ecclesias suas.

Belgici tumultus cura adfici nostros sentio. Non incidisset in haec pericula *Iuliacensis*, si nostrorum consiliis ante haec tempora obtemperasset, qui fuerunt hortatores, ut Ecclesias emendaret, et se fidelioribus sociis adiungeret. Sed omitto haec.

Mitto tibi Catalogum, de quo velim te mihi respondere. Praefationem in Micheam aliam hodie scripsi, paulo grandiorem tua, et alio argumento. De *Storckio*[1]) adolescente tibi gratiam habeo, eumque tibi commendo. Nam spero eum

---

19) *piam*] Humm. non habet.

*) D. Andreas Samuel war von 1544. ab Pfarrer und Archidiacon zu Gilgenburg an der Gränze mit Polen, ging aber wegen Uneinigkeit mit dem Lehnsherrn, Obermarschall von Oelsnitz, nach einigen Jahren von da ab und erhielt eine andere Stelle. Der Bischof Paul Sperat verwendete sich bei dieser Gelegenheit für ihn bei dem Herzoge und nannte ihn nicht allein einen gelahrten, sondern auch bei der Krone Polen und an andern Orten hoch berühmten und groß geachteten Mann. (nota Fabr.)

1) Spanh. *Starckio.*

usui fore patriae. Bene et feliciter vale, die 22. Octobris [2]). Inspice quaeso [3]) *Amerbachii τὸ σύγγραμμα περὶ ψυχῆς*, quem quidem non moleste fero dicere suas sententias de rebus ambiguis. Sed tantum aspergere eum veneni, contumeliarum et calumniarum nollem. etsi hoc quoque πράως φέρω. Ipse sibi bonorum odia accersit. Et respondebo cum erit plus otii.

†Philippus Melanthon."

No. 2784. 22. Oct.

N. Medlero.

E codice Bavari Vol. II. p. 339. edita a Zscheichselio in d. Unsch. Nachr. 1739. p. 404. et nuper a Danzio ep. 23., nunc ex eodem cod. descripta.

Nicolao Medlero

S. D. Gravissimae ac verissimae causae moderandi luctus hae sunt, quod scimus Deo parendum esse evocanti nos, deinde quod discedimus ad consuetudinem Christi et ecclesiae patrum, prophetarum et apostolorum, quodque post exiguum intervallum iterum complectetur suos quisque. Has causas cum cogitamus lenitur dolor. Sed alia quoque sunt, quae luctum non quidem leniunt, sed nescio quomodo hebetant, videlicet praesentium miseriarum conspectus, dissipatio reipublicae, principum furores, qui quotidie crescunt. Haec cum cogito, tanta indignatione accendor, ut etiam cupiam ex hac vita discedere. Et tamen orandus est Deus, ut servet aliquos doctrinae et ecclesiarum gubernatores. Sed si quos evocat, si praeripit adolescentiam impendentibus aerumnis, bene cum illis agi existimemus. Sic et Esaias inquit: *a conspectu mali colligitur iustus, discedit in pace, et quiescit in cubili suo.* (Ies. c. 56.) Haec subito scripsi, cum de tuorum periculis cogitarem propterea quod suspiciones satis atroces in literis tuis significaveras. Si a pestilentia non est periculum apud vos, filium accersi a te velim. Hactenus eum retinui, ut prius audiremus et quid fieri velis et quid tempora patiantur. Deus aeternus pater domini nostri I. C. te, et tuos servet incolumes. 22. Octobr. 1543.

---

2) Alia manus adscripsit: *anno* 1543.

3) *Inspice quaeso* etc. et quae sequuntur, Saubertus non edidit.

No. 2785. 25. Oct.

Vito Theodoro.

Edita est pars huius epist. in Peuceri tract. hist. p. 67. in Hospiniani histor. sacrament. II. p. 322. et a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. I. p. 583. — Hic integra edita ex apographo vetustissimo in cod. Monac. II. p. 166.

Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Noriberg.

S. D. †Mitto duas pagellas, in quibus pauca, et tibi antea nota, recito de impositione manuum. Sed tamen de magna re, videlicet de hac publica dissensione, intimos pectoris mei sensus ibi aperio, ut aperui saepe alias. Ubi legeris rescribito, quidnam tibi in mentem venit *περὶ τῆς ἐπιθέσεως χειρῶν*. Quid, si semel ad nos expatiarere, et publico ritu apud nos uterere?"

Illud ipsum de rebus Italicis *), quod accidit, metuebam. Sciebam horridius scripturum *Lutherum* quam sentit. Quid enim opus fuit largiri etiam transsubstantiationem, quae est fons idolomaniarum non vulgarium? Potest autem in instituto usu retineri praesentia sacramenti, rationi conveniens, etiamsi prorsus illa deliramenta tollantur de abiectione panis, de inclusione corporis perpetua in accidentia, ut si ligna in fornacem missa essent. Cohorresco quoties haec cogito et attingo invitus. Miror, tot seculis homines doctos non cogitasse discrimen inter agens liberum et rem animatam. Christus tanquam agens liberum adest actioni institutae; post actionem non vult esse inclusus pani, non vult ibi se alligatum esse. At quae portenta finxerint, constat. Cum autem late spargantur responsa *Lutheri*, perlata illa sententiola in Helvetios, accendet nova certamina. Id nollem fieri. Foveamus ecclesiarum nostrarum concordiam qualemcunque, et glutinemus eas quantum possumus, nec ostentemus industriam aut *δεινότητα* in augendis discordiis, ut multi faciunt **).

†Aetas haec est infecta diro veneno Saturninae et Martiae coniunctionis, et sequetur coniunctio in scorpio, quae haec mala magis incendet, ac multo verius nunc quam Homeri tempore

---

*) Hic incipit epistola in libris editis. — Epistola a fratribus Christ. in Venetiis ad Lutherum scripta legitur in Seckendorf. hist. Luth. T. III. p. 401. Responsio Lutheri in Eiusd. Epp. d. idib. Iunii 1543.

**) Hic desinit epist. in libris impressis.

est, οὐχ᾽ ὁσίη γενεῇ κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλων. Quare pericula intelligamus, et impetus moderemur quadam diligentia digna piis et eruditis. Ego quidem oro Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut propter filium me spiritu suo sancto regat, sicut dixit Christus: *οὐχ ὑμεῖς ἐστὲ οἱ λαλοῦντές ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν.* Spiritu sancto flectantur animi nostri ad salutaria, Et mea consilia scis saepe fuisse *συμβιβαστικά.*

Vidi editum a te libellum *Agendae* titulo, qui mihi placet. Si in huiusmodi formis ac politiis ecclesiae etiam iudicium ecclesiasticum constitui posset, ut alicubi inchoata res est, exerceri privatim in singulos contumaces excommunicatio posset. Nunc in hac dissipatione ecclesiae satis est, te pro concione proponere comminationem divinae irae et poenarum adversus contumaces, et privatim eos arcere a coena domini, si qui tamen ad eam accedere volunt; nam multi *αὐτοκατάκριτοι* relinquunt ecclesiam. Carmina brevi mittam. Te vellem prorsus nihil respondere insulsis poëtastris Bavaricis*). Bene vale. d. 25. Octobr. 1543.**)

No. 2786. (eod. d.)

Iudicium de impositione manuum.

Editum a Pezelio in Melanth. Consil. lat. P. I. p. 520 sqq. — Apographon in cod. Monac. II. p. 167. — Missum est hoc scriptum ad Vitum Theodorum cum epistola d. d. 25. Octobr.

Scriptum Philippi de impositione manuum. Ad Vitum Theodorum, Anno 1540.[1])

In historia Ecclesiastica Eusebii lib. 6. pag. 144. recitatur epistola Episcopi Hierosolymorum, in qua multis exemplis defenditur Origenes, qui concionabatur, cum non esset consecratus more sacerdotum, ut sic loquar. Et in libro iuris Canonici, cui titulus est liber Decretorum dist. 24. scribitur, *Laicos rogatos posse publice docere.* Verba canonis sumta sunt ex Synodo Carthaginensi.

Sed de administranda coena Domini maior est quaestio. Irrepsit enim opinio de mutatione panis. Hanc potestatem dicunt certo ordini commendatam esse. Sed opponi potest manifestum testimonium, et satis grave Synodi Nicaenae, quae constituit, ut diaconi absentibus presbyteris coenam Domini administrent. Nondum igitur erat persuasio, de potestate mutandi panem, tradita certo gradui.

Haec historica mihi quidem grata sunt, et me interdum confirmant disputantem in tanta temporum confusione de veteri ordinatione, sive electione ministrorum.

Nunc persuasio receptissima est Pontificiae partis: *Ecclesiam talem politiam esse, in qua nemo potestatem habeat docendi publice, aut administrandi coenam Domini, nisi consecratus sit ab Episcopo tenente titulum, et quidem a Pontifice Romano acceptum.* Hunc ordinem vocant successionem ordinariam et pene Levitici sacerdotii *κακοζηλία* est.

Quid velit tuus collega, nescio: Sed tamen non opinor, eum defendere illas opiniones Pontificias, quas si tuebitur, nova erunt et maiora certamina.

Dicam autem ordine, quae in ministris constituendis necessaria sint: Vocatio seu electio necessaria est. Hanc Paulus mandat Tito: *Constitue presbyteros*: Postea vides in probatissimis historiis fuisse universalem morem primae Ecclesiae, eligi, id est, vocari Episcopos per populum, id est, honestissimos[2]) homines in singulis ordinibus. Et adhuc vestigium moris manet, quod Episcopi a collegiis eliguntur.

Sic nunc vocantur ministri in nostris Ecclesiis, vel per Principes, vel per Senatum in Rebuspub.[3]) Et est pia et iusta vocatio. Princeps et Senatores dupliciter habent ius vocandi: primum, quia praesunt, et vult Deus gubernatores curare[4]) ministerium Evangelii: Deinde quia sunt praecipua membra Ecclesiae.

---

*) Vid. supra ep. ad Theod. d. 12. Oct. h. a.

**) Adscripta sunt in apographo Monac. haec:
Ex literis Crucigeri, quae erant his adiunctae:
Nostri iam incipiunt *κλίνειν τὰ πτερά* et quaerere alia consilia. *Philippus* noster ex somniis et aliis coniecturis vaticinatur de disputationibus in conventu, quare fortassis adducentur *καὶ οἱ θεόλογοι.*

1) In catalogo consil. Melanth., in fine a Pezelio addito, refertur hoc iudicium ad annum 1542. Est vero scriptum anno 1543.

2) Cod. Monac. *eligi, id est per honestiores.*

3) Cod. Monac. *vel Senatuum voce.*

4) Cod. Monac. *iuvare.*

Ut igitur Athanasium Ecclesia Alexandrina vocavit: sic te, sic collegas tuos[5]), vestri Senatores, qui sunt[6]) praecipua Ecclesiae membra, vocarunt: Nec refert, quam multis in Senatu placeat, satis est aliquos esse, qui praecipuam autoritatem habent, et eius Ecclesiae membra sunt, ad quam docendam vocati estis[7]).

Haec verissima et simplicissima sunt: Nec dubium est, vos iuste vocatos, et legitimos ministros esse, et non esse ἀλλοτριοεπισκόπους.

Post vocationem seu electionem olim accedebat comprobatio, quae fiebat per vicinos Episcopos, duos, aut tres, ut recitant multae historiae. Hi manus imponebant electo. Hunc morem et nos servamus, ut scis, ac delector ritu. Nam impositio manus celebratur in Genesi, in historia Iacob, cum benedicitur filiis Ioseph, et deinceps Aaroni et filiis[8]). Item hostiis manus imponebantur, et Christus manus imponebat infantibus: ἐπιθεὶς αὐτοῖς τὰς χεῖρας inquit Matthaeus.

Praeterea magna ministerii vis est: magna dignitas. Ideo honestissimum est, electum ministrum sisti coram Ecclesia, commendari Deo publica precatione, confirmari collegii testimonio. Haec olim summa cum gravitate fiebant, ut adhuc fieri optarim.

Sed vides, quae sit disciplinae dissipatio. Vix ab illo collega tuo impetrari posset, ut ad talem ritum in templum veniret. Si hunc morem amat, ut amare eum decet, cur non renovat? Et instaurari in Ecclesiis frequentioribus certe utile esset.

Sed tamen et hoc dico: Vocatum seu electum voce eorum, penes quos est ius vocationis[9]) fungentem ministerio Evangelii, etiam sine altero ritu impositionis manuum, vere ministrum Evangelii esse, posse docere, ac administrare Sacramenta.

Nihil enim addit iuris aut potestatis impositio manuum: Sed est declaratio et comprobatio vocationis, de qua constare necesse est. Et valent, etiam Sacramenta propter ordinationem divinam, sicut vox Evangelii: *Evangelium est potentia Dei ad salutem.* Nec differunt veri pastores et mercenarii hoc ritu, sed differunt genere doctrinae, et voluntate.

Quod autem ne quidem liceat nobis petere ritum ordinationis ab Episcopis, qui nunc titulum tenent, et profitentur se improbare doctrinam Ecclesiarum nostrarum, manifesta ratio est: quia neminem sine impiis vinculis ordinant. Et Paulus inquit: *Si quis aliud Evangelium docuerit, anathema sit.*

Nec propterea extinguitur universa Ecclesia, sed † manet ecclesia apud nos"; ubi sonat vox Evangelii, ibi et ministerium, et ius electionis, et comprobationis manet, iuxta illud: *Ascendit, dedit dona hominibus, alios prophetas, alios pastores, alios doctores.* Certum est enim hac sententia affirmari, quod in Ecclesia, in qua recte sonat Evangelium, sint haec dona, sit ministerium verum. †Hac me consolatione sustento."

Scio oportere perpetuam esse Ecclesiam, et eam non pendere ex titulis Episcoporum, sed vere eam esse coetum, qui sonat vocem Evangelii. Ergo et ministerium in eo coetu est.

Doleo quidem divelli nos ab illis, qui tenent ordinariam potestatem: Sed ipsi nos, sine nostra culpa abiiciunt. Foveo igitur quantum possum, et omnibus sum hortator fovendi hoc nostrum corpus, quod Ecclesiam Dei sentio, et dissipari nollem: Et ne dissipationes exorirentur, multas iniurias perferendas esse semper censui.

Habes quae de impositione manuum ego saepe cogitare soleo: Et a te expecto, quid tibi videatur.

No. 2787. 27. Oct.

Vito Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 475 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 576.

Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. *Hermano* γραμματοφόρῳ literas dedi, in quibus complexus sum materias οἰκείας ἡμετέροις γράμμασι, qui fortasse antevertet hunc tabellarium. Sed hanc Epistolam huic magistro *Andreae Ketzel* dedi, nato in ditione Mansfeldensi, qui post mortem patris honesti et pii senis, Norībergam ad componenda quaedam negotia cum

---

5) Cod. Monac. *sic Brentium.*

6) Pro *qui sunt* cod. Monac. habet: *id est.*

7) *qui praecipuam* etc. non habet cod. Monac.

8) Pro *Aaroni* etc. cod. Monac.: *in Moise.*

9) Cod. Monac. tantum: *voce superiorum.*

mercatoribus proficiscitur. Existimavit autem sibi amico aliquo isthic opus esse, qui loca et homines monstraret, quos conventurus est. Fortassis aliquid laboris tibi imponimus. Sed id volo esse, tantum ex eo genere, de quo inquit Cicero: *Ut homo, qui erranti comiter monstrat viam, quasi lumen de suo lumine accendat.* etc. Diu in Academia nostra et didicit et docuit. Nunc avocatur ad res domesticas. Bene et feliciter vale. Die quo ante annos 36 meus pater mortuus est, videlicet 27. Octobris*)

† Philippus Melanthon."

No. 2788. 2. Nov.

I. a Lasko ad Melanthonem.

Edita a Gabbema in epp. claror. Viror. p. 495. — Epistola Melanthonis, Coloniae ad Io. a Lasko scripta periit, sed ex hoc responso intelligitur quid ei scripserit. Ad hanc suam epistolam respicit Melanthon in literis ad Albertum Ducem Boruss. d. 11. Ian. 1545. — Laskium vero suas sententias non mutasse intelligitur ex ista ad Ducem epistola et ex altera ad eundem Ducem simul cum sententia de Laskii libro missa d. 15. Iul. 1545. Quum haec Laskii epistola multum faciat ad ea recte intelligenda, quae Melanthon possim de eius opinionibus scripsit, eam hic abesse nolui.

Ioannes a Lasco Philippo Melanthoni.

Video te nonnihil offensum fuisse literis meis, vir doctissime, idque ex aemuli cuiusdam mei, quantum audio, instigatione, qui, ut dissidium inter nos sereret, ac inde demum illius praetextu omnem mihi auctoritatem abrogaret, Evangelii se studiosum apud te fingebat, homo alioqui non indoctus, sed Evangelii summus et mire callidus adversarius. Causam autem offensionis eam fuisse intelligo, quod in illis visus tibi sim tribuere salutem infantibus omnium Ethnicorum. Ego vero, mi Philippe, etsi non prorsus caream scripturae testimoniis, quibus id mihi tueri posse videor, et puto, id ad Christi gloriam inprimis pertinere, ut illius beneficium quam latissime patere ex verbo Dei doceamus, tamen in mea ad te epissola nihil huius attingere volebam, quandoquidem id tibi per *Albertum* [Hardenbergium] nostrum transmissis ad te scriptis quibusdam meis significaram. Sed cum in hoc potissimum nostra versatur disputatio, an per baptismum proprie inseramur in Ecclesiam Christi? id quod tu mihi equidem affirmare quodammodo velle visus es: ego de nostrorum, hoc est, de Christianorum duntaxat infantibus quaerebam, qui ad Turcas aut Scythas in perpetuum abacti servitutem inter illos interim in coniugio versantes generant, et tamen nullum habere legitimum possunt neque publicum neque privatum ministerium verbi aut sacramentorum. Addebam et eos, qui sub Papae tyrannide constituti, in hac iam praesertim Evangelii luce non amplius sibi cum Christi adversariis propter offendicula communicandum esse putant. Horum porro omnium infantibus si salutem tribuimus, profecto neque a Christo illos (extra quem nulla est salus), neque item ab eius Ecclesia excludere possumus, etiamsi non baptizentur. Et proinde nos non tam inseri propriae Ecclesiae per baptismum, quam insitionem nostram potius promissione ad nos delatam vel per sigillum quoddam in hoc a Christo domino institutum obsignari.

Haec erat epistolae meae summa quod quidem ad infantes et baptismum attinet. Neque puto te improbaturum fuisse ea, quae ad confirmandam hanc meam sententiam adferebam*), nisi se tibi tum parum mihi aequus interpres ille obtrusisset. Ego enim, mi Philippe, non ideo elevo baptismi usum aut dignitatem, quod doceo, illo non tam proprie nos inseri in Ecclesiam Christi, quam insitionem nostram potius promissione ad nos delatam obsignari: sed proprium baptismi finem indico, eundem sane, quem Paulus tribuit circumcisioni, dum illam nostrae acceptationis σφραγῖδα esse docet. Promissio enim nos certos reddit, Deum esse nostrum et seminis nostri Deum, nosque vicissim una cum semine nostro in lumbis nostris incluso esse populum Dei; atque eadem nobis applicat etiam Dei erga nos benevolentiam, dum audimus et Deus *tuus* et Deus seminis *tui*. Baptismus autem illam et in nobis et in semine nostro obsignat ex Christi institutione, quae sane, nisi Christo domino simul contempto, contemni nulla ratione potest. Dicebam tamen mihi non improbari eum dicendi modum, ut fateamur, nos per baptismum inseri Ecclesiae Christi, atque per eundem nobis applicari promissionem: siquidem de visibili insitione et applicatione iuxta naturam sacramenti intelligamus, ut baptis-

---

*) Alia manus adscripsit ann. 1543.

*) In eo errasse Laskium docet iudicium Mel. d. 15. Iul. 1545.

mus sit, quemadmodum et olim circumcisio erat, benevolentiae ac promissionis divinae visibile testimonium, seu *σφραγίς*.

De Ethnicorum infantibus rem tibi per *Albertum* nostrum proponere ideo volui, ut quid tu hic sentias scire possem, ac ex tua sententia doctrinam meam demum moderarer. Nunc etsi idem iam mecum cogitaram, tum per te etiam admonitus nihil huius amplius docebo*), praesertim cum tua statuás, eam doctrinam hoc potissimum tempore, non ita multum facere ad Ecclesiae aedificationem, etiamsi vera esset. Absit autem hoc a me, mi Philippe, ut ego novi alicuius dogmatis autor esse velim, quod praesertim nunc perturbet quoquo modo Ecclesiarum concordiam, aut sola humana philosophia nitatur. Agnosco meam ipse coecitatem, quod ad rationis iudicium attinet. Et ineffabile illud Dei opt. max. erga humanum genus beneficium, quo se nobis verbi sui divini testimonio patefecit, tanti pro mea infirmitate apud me facio, ut illi soli modis omnibus et mihi et aliis insistendum putem. Fateor item, omnes qui traditum ab illo et verbi et sacramentorum ministerium non volunt agnoscere, eos nihil prorsus neque ad Christum neque ad eius Ecclesiam pertinere. Est enim certissima regula Christi illa: *qui non crediderit condemnabitur.* Et tantum abest, ut salutis promissionem ad coetum impiorum transferre unquam voluerim, ut hoc inprimis nomine non bene hic audiam apud imperitos quosdam gratiae iactatores, quod doceam, promissiones Dei ad contemptores neque pertinuisse unquam, neque posse omnino pertinere. Loquor autem de eo contemptu, qui delatam in Christo salutem spernit, blasphemat, et ridet. Imo vero hoc ipsum discrimen, quod tu inter eos, qui vocem Dei sese patefacientis audiunt, et qui illam contemnunt, statuendum esse putas: hoc ipsum discrimen, inquam, facit, ut mihi videar ego de omnium ubique infantium salute bene sperare posse: nedum ut in hanc cogitationem delapsus sim, ex ulla admiratione innumerare illius multitudinis, quam in suam ipsius perniciem ferri toto terrarum orbe videmus. Hanc equidem semper statuebam damnari iusto iudicio Dei, neque tamen conditam esse a Deo ad aeternas miserias, qui neminem a sua excludit gratia, et universum in Adam mortalium genus ad salutem condidit nominisque sui gloriam immortalem; sed voluntarium in ea multitudine contemptum damnari, ut, dum oblatam gratiam destinata volunsate contemnit, ab illa fide excidat, sed interim, vel invita, gloriae Dei serviat, ac poenarum aeternarum magnitudine testetur, Deum dominum solum esse, quem ut patrem indulgentissimum oblata in Christo domino salute agnoscere nolebat. Caeterum ut huic multitudini infantes quoque includamus, id vero non ita mihi facile, ut ingenue verum fatear, e scripturis praesertim persuaderi adhuc possum; imo vero diversum mihi colligere posse videor. Sed tamen, mi Philippe, libenter hic sequar iudicium tuum: et posteaquam tu iudicas, utilem non fore nunc eam doctrinam, si urgeretur, ero et ego deinceps mutus, donec id inter nos semel aliquando vel coram, quod maxime optarim, vel per literas excutiamus. Ego enim dum et plurima et eadem eximia dona Dei in te intueor, te unum esse etiam statuo apud quem effundere debeam omnino quidquid in animo meo dubitationum oboriatur. Et facio id sane summa cum fiducia, tum libertate; ea spe, ut non dubitem, te hoc pro tua humanitate proque christiana charitate boni consulturum esse, inque optimam partem interpretaturum.

De coena domini gaudeo tibi probari nostram sententiam*). Utinam ea iam, pace omnium Ecclesiarum, obtinere demum possit. Tua carmina de Mose in caverna petrae constituto**), ac rursum de percussa per illum petra, magna cum voluptate legi. Plane sic est: qui in legis ministerio positi illius ministri videri volunt, illi ipsi omnium gravissime nunc petram in membris suis feriunt, haec porro icta aquam nihilominus reddit, idque tanto copiosius quanto vehementius feritur. Et nulla maior consolatio haberi potest, quam dum certo statuimus, protegi nos dextra Dei propterea quod nos in caverna petrae illius invictae, quae nullis ventorum aut fluctuum quamlibet saevientium furiis loco suo moveri potest, constitutos esse videmus. Dominus adaugeat nobis eam fidem, ut tantum illius beneficium animis nostris firmiter impressum habere semper pos-

*) Id tamen factum esse ex ep. d. 15. Iul. 1545. colligi potest, nisi statuas, Laskium iam antequam haec scriberet librum illum, postea ad Albertum Ducem missum, scripsisse.

*) Vid. quae contra monuit Mel. d. 15. Iul. 1545.

**) Legitur hoc carmen in epigr. Mel. p. 2.

simus. Idem vero te quoque nobis servet ad gloriam filii sui magis ac magis sub tantis Ecclesiae afflictionibus in eius Evangelio illustrandam. Vale secunda Novembris, cIↃIↃXLIII.

No. 2789. 3. Nov.

Senatui Ileburgensi.

Ex autographo edita in d. Unschuld. Nachricht. ann. 1713. p. 228.

Den ehrbaren und weisen Herrn Bürgermeistern zu Eilenburg, meinen günstigen Herrn *).

Gottes Gnade durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Ehrbare, weise, günstige Herrn. Aus Ew. Weish. Schrift habe ich vernommen, daß der ehrwürdige Herr Georgius Spalatinus euch einen Seelsorger anzeiget, wie ihn denn die Visitatio eurer Parochie benöthigt. Wo ihr nun Gefallen an demselbigen Manne haben werdet, ist ohne Noth einen andern anzuzeigen; wenn ihr aber Bedenken haben werdet, will ich E. W. nicht bergen, daß ein wohlgeschickter Mann, doch nicht allhier, ist, mit Namen Caspar Badecker, der sich Eurer Parochie zu dienen erboten. Daß aber noch hierin von mir nicht weiter gehandelt, ist diese Ursache, daß der würdige und wohlgelahrte M. Georgius Major hat an den Pfarrer zu Werd geschrieben, der sich hat vernehmen lassen, daß er gern *) an einem andern Orte seyn wolle. Nun habe ich aber seinethalben auch Bedenken gehabt; doch so derjenige, so vom Herrn Spalatino angezeigt, euch gefallen wird, bedarf es keiner weiteren Disputation. Ewr. Register sende ich euch wieder, und E. W. zu dienen bin ich willig. Datum Viteberg, 3. Novemb. (1543.)

E. W.

williger

Philippus Melanthon.

*) Senatus ep. d. 1. Nov., ad quam Melanthon respondet legitur ibid. p. 229. et est haec:

An den Herrn Philipsen zu Wittembergk.

Ehrbarer und hochgelahrter, unsere ganz willigen Dienste allezeit mit Fleiß zuvor. Großgünstiger, lieber Herr und sonderlicher Förderer. Nachdem wir Ew. Acht. durch unsere Gesandten unlängst um einen Pfarrherrn anher zu verordnen, bitten und anmelden haben lassen, und auch unter der von unsers verstorbenen Pfarrers sel. Kindern bericht wir ihnen die Zinsen im Kloster Sitzenrode vorenthalten, und geben werden, sie deßwegen des Churfürsten zu Sachsen Gn. unsern gnädigen Herrn, unterthäniglichen zu bitten, daß ihnen diese Zinsen folgen möchten, das wir dann gethan und daneben melden, wie wir zu Wittenberg um eine andere treue Person an des seel. verstorbenen Pfarrers Stelle angelengen; aber noch bishero keinen bekommen hätten. Darauf hat uns denn seine Churf. Gn. unter andern gnädiglich zugeschrieben, daß er dem ehrwürdigen Herrn M. Georgio Spalatino befohlen, uns den einen Caplan von Wurzen, Ehrn Leonhard Engelberg, zu einem Pfarrer anher zu verordnen, daneben insonderheit an ihn begehret, daß er sich zu solchem Pfarramte und Superattendenz wollte gebrauchen lassen, welcher gnädigen Förderung wir uns denn billig gefällig und dankbar zu seyn schuldig achten, und versehen wollen, der Barmherzige werde zum Heile seiner armen Christenheit und dieses Kirchspiels zu einem seligen Fortgange Gnade geben. Amen.

Darum haben wir E. Achtbarkeit solches eilends nicht wissen zu verhelen, damit E. A. in der Sorgfältigkeit und Mühe; dagegen wir sie fleißig seyn geschienen und auch höchlich thun bedanken, mit Erbietung alles möglichen Fleißes hinwieder zu verdienen, fürder nicht stehen dürften. Da aber vielleicht, was wir doch zu Gott nicht hoffen, oben berührter Weg nicht fortgängig seyn wollte, wüßten wir E. A. des Weitern zu berichten und als unsern günstigen Herrn anzusuchen nicht zu umgehen. Bitten auch, uns das Verzeichniß unsers Pfarrl. Einkommens bei Briefeszeiger wieder zuzuschicken. Deß sind wir, wie obgehört, um E. A. zu verdienen ganz willig. Gegeben Eilenburg, Donnerstags aller Gotts Heiligen Tage. Ao 1543.

(Der Stadtrath zu Eilenburg.)

No. 2790. 4. Nov.

M. Bucero.

Epist. lib. VI. p. 404 sqq. — Hic ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 345.

Clarissimo Viro, egregia eruditione et pietate praedito, Domino Martino Bucero, docenti Evangelium in Ecclesia Argentoratensi fideliter, amico s. cariss.

S. D. Ternas a te litteras accepi, postquam ex Ubiis discessi. Tibi igitur pro tuo amore et hac assiduitate gratiam habeo. De Epistola *Turegum* 1) prorsus hic est silentium, ne scriptam quidem esse noram. Sciscitatus igitur intelligo *Marcum Crodelium*, qui *Pelecano* notus est, fuisse incitatorem. Meministi autem versum de Achille, δεινὸς ἀνὴρ τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο. Similes impetus et noster multos habet, quibus dissimulandis plus proficimus, quam duriter repugnando. Utamur ergo nostra Philosophia, nobis

*) er gern edidi pro ihr Herrn, quod aperte mendosum est. Solet Philippus er scribere ehr, quo editor male legit ihr et ex gern fecit Herrn.

1) Lutheri epistola ad Christ. Froschauer, ubi in Tigurinos graviter invehitur propter doctrinam de coena sacra, scripta d. 31. Aug. 1543.

duobus diu iam meditata, et tegamus haec nostra vulnera, aliis quoque simus hortatores, ut occultent. Mihi et fuit et erit curae, ut inter nos non solum induciae sint, sed etiam vera benevolentia mutua, ac meum animum puto multis perspectum esse.

De Conventu et Principum periculis magnas video sollicitudines esse. Ego in hac consolatione acquiesco, *Fata viam invenient aderitque vocatus Iesus.* Scio homines callidos ludere titulis, ut luserunt anno superiore et Iuliacenses, cum dicerent, se non inferre bellum, sed *ἀμύνεσθαι.* Ideo difficile est disputare de ea re, de qua in secunda epistola scribis. Saepe multumque cogito de horum temporum discordiis, saepe universam mundi historiam, quatenus extat in literis Latinis et Graecis, repeto, confero motus, considero bellorum civilium furias, seditiones, caedes cognatorum, bella ex bellis nata. Horum malorum magnitudine sic moveor, ut ego quidem millies mori malim, quam vel iustis armis defendi. Vide quantum periculi nunc sit ex *Brunsvicensi* negotio ortum. Deinde Principum naturae considerandae sunt. Ut Plato metuebat in Dione *αὐθάδειαν,* quae quidem exitio ei fuit: sic ego nostri Ducis *αὐθάδειαν,* et naturam *ἐριστικὴν,* quae se non potest inflectere ad retinendas amicitias, non possum non metuere. Alterius vero, cuius ingenium pluris fecimus, domesticae res dicuntur magis magisque deformari, *καὶ καινὰ σκάνδαλα διηγοῦνταί τινὲς,* quae inquirere te optarim et anniti, ut sanares. Sic igitur Ecclesiolae nostrae ut cymba in fluctibus sine remo, sine velo[2]) iactantur, nec consilii quidquam habent. Idem dicit noster amicus *Iacobus*, quoties in eum sermonem delabitur. Quid igitur faciendum, inquis? Nobis doctoribus explicata ratio[3]) est. Doceamus moderate ac utilia, donec Deus nobis tranquillitatem concedit, postea cervices porrigamus seu alienis, seu nostris. Ego non solum bellum et incertos belli casus, sed etiam victoriam metuo.

Quid de Centauris, hoc est, de equitibus dicam? Nunc cum iudiciorum et legum minae utcunque rapacitates, et saevitiam eorum prohibent, vides pene intolerabiles esse: quid futurum esset, si qua clades acciperetur, quid, si vincerent? Vides in Graecia exorto civili bello non prius arma deposita esse, quam funditus perierunt Corcyra, Mitylene, Messana, Athenae, Samos, Sparta, Thebae. Nolo igitur esse hortator, nec fui unquam, ut bellum inferamus. Moderationem etiam optavi nostros eam in politicis rebus praestare, ne aliquando necesse esset *ἀμύνεσθαι.*

Nunc *Brunsvicense* negotium et aliae nugae fortassis aliquem tumultum excitabunt. Sed nondum somnio bella. Nec magnopere moveor hoc argumento, donec in possessione sunt opum Ecclesiasticarum adversarii, nostram iuventutem inopia deterreri a nostris studiis, et defuturos paulatim doctores. Si ut hactenus paulatim carpi poterunt, et Principes ac Respub. serio curabunt Ecclesias, non desperandum erit de studiis. Sed si non antevertimus, inquiet aliquis, exercitus hostilis nudos opprimet. Ne hoc quidem fieri potest, si nostri sint vigilantes. Sed quoties iam vere comperimus, nostros sibi ipsis finxisse terrores? Denique in re tanta quam multa tot iam annis sunt Principum et doctorum domestica *σφάλματα,* quae me deplorasse ac frementem taxasse multi norunt! Postquam igitur ex illis erratis nunc pericula creverunt, animum praeparo ad ferendos eventus moderatione aliqua. Principes nostra consilia non audiunt. Sed et ante fui eis hortator ad moderationem, et adhuc ero, si quis erit locus. Metuerem inconstantiam voluntatum in potentibus, praesertim moto bello, ac multo magis victoriam, etiamsi haberemus Constantinos et Theodosios. Nunc cum sint in sylvis inter venatores et centauros suos nutriti, et illud *πρέπον,* quod in tanta causa spectare praecipue debuerunt, nunquam curarint, aut certe leviter curarint, quid potest eis consilii dari?

Haec scripsi simplicissimo animo, ac te rogo, ut cum legeris concerpas epistolam[4]). Scripsi enim ut tibi meam opinionem, quemadmodum petiisti, significarem. Iam in hoc ipso articulo accepi a *Coloniensi* Principe literas et exemplum ordinationis addita *Gropperica* refutatione satis longa. Arbitror tibi quoque missa esse exempla.

Turcicus Tyrannus redit in Thraciam. Bohemicae copiae domum redierunt. Deus adsit no-

2) Spanb. edidit: *velis*, sed legitur *velo.*

3) Editor libri VI. *res*, mendose.

4) Vid. quid eodem die d. 4. Nov. Camerario scribit de hac epistola.

bis, et servet reliquias suae Ecclesiae. In Transylvania late illucescit Evangelium. Bene vale. Die 4. Novembris [5]).

† Philippus Melanthon."

No. 2791. 4. Nov.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 436 sqq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 308.)

Clarissimo viro, egregia eruditione et virtute praedito Ioachimo Camerario, Papergensi amico suo carissimo,

S. D. Meministi fabulam de antiquitate originis Scytharum, qui satis acute ratiocinabantur se primos hominum esse, eoque caeteris antecellere vi ingeniorum. Sive enim ex aquis emersit terra, cum chaos dissiliit, Scythiam disputabant primam emersisse, quia altissima, est *καὶ ἔγγιστα ὑπὸ τὸν πόλον*: sive ex igne erupit, eam partem, quae longissime recessit a meridiano aestu, primam discessisse. Eamus ergo in illa loca, praesertim comiter invitati. Nam Princeps *Prutenicus* te invitat, ut ex ipsius litteris intelliges, quas mitto. Ego quidem non metu impendentium calamitatum quoquo terrarum fugere cupio, sed quia *τὰ ἐπιπολάζοντα* videre diutius pertaesum est. Verum haec alias. Sustentemus enim nos usitata consolatione, quae iubet has communes miserias perferre *μὴ λείποντας τάξιν* in Ecclesia attributam. Attulit Prutenicas litteras adolescens nobilis recta profectus in Hassiam, ac petiit, ut curem ante reditum suum ex Cattis adornari responsiones. Est autem intra dies quindecim rediturus. Misit mihi Princeps exemplum epistolae ad te scriptae. Nobis, ut vides, permittit, ut statuamus: Si *Spangebergius* et alter recusent suscipere hoc munus. Et *Spangebergium* excusat aetas. Erat is hac aestate ampliore stipendio accersitus Magdeburgum, sed postea tamen a *Northusanis* retineri se passus est. Alterum fortassis puella recens ducta retinebit. Et quanquam modesto ingenio est, tamen non videtur *πρὸς τὸ πολιτεύεσθαι καὶ ἡγεῖσθαι ἄλλων* magis idoneus esse *Isindero*, quem scis a nobis missum esse in Prussiam. Est autem ibi Belga quidam, qui, ut est gentis captus, omnia scit, quia loquax est. Is premit *Isinderum*, et alios fortasse magis exerceret. Significabis igitur, quid Principi respondendum iudices. Si ita videtur, significabimus nos in proximis nondinis Calend. Ianuarii indicaturos esse aliquem. Interim enim *Spangebergi* et alterius voluntas explorabitur, et nos coram colloqui poterimus.

Est hic quispiam *Fridericus Staphylus* natus in Livonia, ac, ut arbitror, Principi Prussiae notus, qui tamen parentes habuit Germanicos, et adhuc patrem habet in Westvalis, homo ingeniosus, et Graece et Latine praeclare doctus. Nunc gubernat adolescentem Comitem *Neugardensem*. Is videtur mihi sustinere hanc rem posse.

Buceri litteras si non legisti, legito. Ideo enim remitto. Postulat, ut vides, mox responderi. Addidi igitur ipsi inscriptam epistolam, quam volo nulli tradi nisi illi, cui iussit ipse committi. Respondeo enim etsi honesta, attamen de re plena periculi. Si abiit eius *γραμματοφόρος*, poteris resignare meas litteras, et deinde concerpere. *Dryandri* frater nondum apud nos fuit. Coram etiam quaedam de tuis annotationibus in Ioannis historiam. Bene et feliciter vale. IIII. Novembr.

Philippus Melanth.

No. 2792. 5. Nov.

N. Medlero.

E cod. Bavari Vol. II. p. 340. a Zscheichselio in d. Unsch. Nachr. 1739. p. 405. et nuper a Danzio ep. 24. edita, nunc ex eodem cod. descripta.

Nicolao Medlero

S. D. Cum hoc tempore filii consuetudinem in hoc recenti luctu utrique profuturum esse arbitrer, plane consilium tuum de accersendo filio probo. Sed si tranquilla erunt tempora, censeo non diu in illa puerili schola detinendum esse. Nam ingenii vis in Academiis in quadam varietate doctrinarum, ingeniorum, studiorum, magis excitatur, et filius, Dei beneficio, ea est indole, ut ad artium optimarum perfectionem adspirare debeat. Deum, aeternum patrem domini nostri I. C. oro,

---

5) Editor libri VI. addidit: *ann.* 1543.

ut servet ecclesiae suae seminaria, bona ingenia, et non sinat extingui lucem doctrinae. Bene vale. 5. Novembr. 1543.

No. 2793. 7. Nov.

M. Crodelio.

Epistol. lib. V. p. 366 sqq.

Marco Crodelio, gubernanti scholam Torgensem.

S. D. Magnopere te oro, charissime *Marce*, ut boni consulas, quod tardius respondeo. Nam cum scirem, istuc adducendum esse filium Clarissimi viri d. Doctoris *Blicardi*, constitui, ipsi literas tradere. Ac primum precor Deum, aeternum Patrem Dn. nostri Iesu Christi: ut studia pia et Ecclesiae necessaria protegat, et iuventutem regat. Servet etiam hunc adolescentem. Nec vero dubito, quin pro tua fide et virtute, tanquam Pater, adolescentem gubernaturus sis summa comitate, tamen et Patris nomine et meo te orandum esse duxi: ut tuae familiae adiungere eum velis, et provehere ingenium ad literarum et pietatis cognitionem. Iudico, indolem bonam esse, et docilem. Aetatem vero vides teneram esse, quam scis comitate sermonis assuefaciendam esse. Fuit mihi cum Patre amicitia pene ab utriusque pueritia, constans et sine offensionibus, qua ex re Patris gravitatem aestimare poteris. Et pietatem amat, et usui est huic Reipublicae. Quare et ego ei optime volo, et opto, ut liberi floreant: te quoque viro tali libenter gratificari non dubito. Et gratitudinem suam tibi declarabit.

De Dialecticae exercitiis in Schola tua mihi placet: ut auditoribus eam proponas. Et velle, assuefieri iuventutem ad unius libri regulas. Vides enim, varietate impediri discentes. Etsi autem cuique liberum relinquo, uti autore, quo libet, tamen nunc recudo meum libellum, redactum in Erotemata, et regulas plures quam antea, sed breviores, quem cum videris, statues, an *Caesarei* libro aut meo uti malis. Mihi placet *Caesarei* Dialectica, quia omnium simplicissima est. Bene vale. Die 7. Novemb. 1543.

Philippus Melanthon.

No. 2794. 7. Nov.

I. Spangenbergio.

Manlii farrag. p. 214 sq.

Clariss. viro, egregia eruditione et pietate praestanti, D. Ioanni Spangenbergio, pastori Ecclesiae Northusanae, domino ac amico suo venerando,

S. D. Mitto tibi epistolam *) illustrissimi *Ducis Prussiae*, in qua te ad gubernationem scholae recens constitutae invitat. Arbitror enim doctoris medici praedicatione te ei commendatum esse. Et profecto tua virtus digna est favore bonorum principum. Etsi arbitror te istic ab Ecclesia retineri, quae antea etiam migrationem breviorem deprecata est: tamen literas misi, ut deliberes, quid ex re tua esse ducas: ac mihi per fortuitum tabellarium quam primum poteris, respondeas. Princeps vult me hortatorem esse suscipiendi huius muneris, et optarim ei scholae bene consultum. Sed tua aetas et familia quid ferre queat, considero. Tibi igitur deliberationem integram relinquo: teque oro ut rescribas Principi, ac mihi literas mittas, simulque tuam sententiam significes. Salutem opto collegae tuo *Antonio*, cuius silentium perpetuum miror. Bene valete, 7. Novembris.

No. 2795. 8. Nov.

Vito Theodoro.

Edita a Sauberto in append. epp. lib. IV. p. 52 sq., repetita in libro VI. epist. p. 476. Contuli autographon in cod. Monac. I. p. 577.

D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Noribergensi, etc.

Nos vero *Carolum* non cessare, audimus, sed recens potitum oppido *Landerschi* in *Picardiae* finibus, in quod traduxerunt Galli multa bellica tormenta, aiunt, ibi et praesidium, aliquot millia Italorum et Gallorum interfecta esse. Sed haec melius iam ipse nosti [1]). Agnoscamus haec bella fatales mundi poenas esse, et Deum oremus

*) Vid. ep. ad Camer. d. 4. Nov.

1) *Sed haec* etc. non leguntur in textu libri VI.

ne simul Ecclesiam opprimant. Nihil humanorum consiliorum video, quibus vel adversus Turcas, vel alios nostrae Ecclesiae defendi posse videantur. *Salvabo eos*, inquit Deus, *sed non in arcu.* Hac me consolatione sustento, et Deum oro, ut regat mentes doctorum et gubernatorum ad retinendas res utiles Ecclesiae, et servet reliquias, et pia studia. De Conventu *Spirensi* *) silentium adhuc est. Tu, si quid habebis, significa. Tuum iudicium exspecto de nostris disputationibus περὶ τῆς ἐπιθέσεως χειρῶν. Bene vale. Die 8. Novembris **).

Philippus Melanthon.

No. 2796. (h. t.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 435. (ed. Lond. lib. IV. ep. 306.)

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico suo cariss.

S. D. Etsi multis magnis curis et miseriis excrucior, tamen nunc scribenti ad vos, accessit ad caeteras aerumnas hic dolor, quod litteras Ducis Prussiaci, quas memini in locum certum repositas esse, non invenio. Eram enim eas *Alesio* missurus. Nam tandem eo decurrit *Staphylus*, ut dicat se profecturum esse in Prussiam, si *Alesius* διαῤῥήδην negabit se in ea loca iturum esse. Huic se cedere inquit, quod expeti hominem peritum doctrinae scholasticae sciat. Quanquam igitur pudet me amisisse litteras, tamen significo principis voluntatem *Alesio.* Qui si in Academia vestra manere volet, me facile liberabit hoc dolore de litteris: sed si a migratione non abhorret, significabo Duci, ut rursus scribat. Bene vale.

Phil. Melanth.

*) indicto ab Imperatore ad ultimum diem Novembris.

**) Male relata est haec ep. a Sauberto ad ann. 1548. In autographo adscriptus est, sed aliena manu, annus 1543.

No. 2797. (h. t.)

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 436. (ed. Lond. lib. IV. ep. 307.)

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico suo carissimo,

S. D. Non equidem dicam, ut ille in graeca Comoedia, εἶναι μανιώδη πάντα τἀνθρώπων ὅλως. Nam aliqua sunt in Ecclesiae membris κατορθώματα Deo gratia, sed multum profecto in vita est errorum et furorum. Scripsi heri ad te, litteras *Alesio* inscriptas a Duce Prussiae me non potuisse reperire. Eas statim cum nuncius abiisset, reperi. Quod tibi indicandum mox duxi, ut te quoque solicitudine liberarem. Expatiari ad vos magnopere cupio, et aliqua laxatione animi mihi opus esse intelligo, Nec acquiesco usquam suavius, quam in tuis sermonibus. *Navius* fuit apud Coloniensem καὶ πρεσβείαν εἰρηνικὴν φασὶ γεγονέναι. Bene et feliciter valete, et tu et honestissima coniux tua, et dulcissimi liberi.

Philippus Melanth.

No. 2798. 12. Nov.

Alberto, Duci Pr.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 68 sqq ep. 17.

(An Herzog Albrecht in Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtigster hochgeborner gnädigster Fürst und Herr, Ich hätte gehofft, E. F. G. hätten zu Anfang der Schulen Personen, die tüchtig und einträchtig sein würden, an dieser Zahl genugsam. Es ist aber leider diese Zeit, von Sternen und sonst, also unruhig, daß Ordnung und Einigkeit in großen und kleinen Regimenten viel schwerer zu erhalten, denn zuvor gewesen. Der ewige Gott helfe flicken und halten. Nun haben E. F. G. ein gut Bedenken, daß ein Auffseher über die Legenten, der gelehrt sei und eine Autorität habe, zu verordnen, und E. F. G. Schriften haltend an Herrn Joachimum Camerarium und Herrn Spangenberg habe ich alsbald beiden zugeschickt, hab aber in dieser Eil von Herrn Spangenberg noch nicht Antwort. Joachimus schreibt mir,

er wolle mir sein Antwort an E. F. G. zuschicken, und zeigt dabei an, daß er vor allen andern Diensten E. F. G. am liebsten dienen wollte, er hab aber nämlich zu Leipzik Dienst angenommen, sich auch da also vernehmen lassen, daß er nicht bald diesen Dienst verlassen wolle.

So sich nun Spangenberg, wie ich wohl achte, seiner Kirchen und Alters halben auch entschuldigen wird, will ich an Giganten schreiben, und hernach weiter neben Camerario E. F. G. unterthäniglich auf nächsten Leipziker Markt Bericht zu schreiben. Mittler Zeit wollen Joachimus und ich auf mehr Personen gedenken, wollen uns auch selb mit einander unterreden.

Von neuen Zeitungen kann ich vom Krieg in Frankreich noch nicht viel schreiben.

Der Kaiser hat ein Flecken Landerschi, den der König von Frankreich dem Kaiser zuvor genommen, widerum erobert und darin bei vier tausend Italiener und Franzosen erstochen, und viel Geschütz gefunden. Es sind auch neulich beider Herrn Volk so nahe beisammen gelegen, daß man sich vermuthet, sie haben nunmehr ein Schlacht gethan, denn kein Theil habe mögen ohne Schaden abziehen, doch hat man noch nichts gewiß, ob die Schlacht geschehen sey. Die Astrologi trösten Frankreich übel. Ich höre auch der König zu Frankreich habe einen Astrologum hängen lassen. Aufs künftige Jahr besorg ich werden wir fremde Gäst nämlich Türken in Teutschland haben, der ewige Gott Vater unsers Heilands Christi erhalt ihm ein Kirche und regier sie gnädiglich. Das Türkisch Volk so bei Massylia gelegen, ist widerum [1]), und hat viel vornemer Person aus Frankreich weg geführet, Etlich reden darvon, als soll sie der König, als verdächtig, also weg gethan haben.

Hertzog Moritz von Sachsen ist zum Kaiser geritten und hatte vornehme Räth bei sich. Etlich reden davon, er wolle zu Frieden arbeiten, Brunswig belangend. Es hat der Kaiser den Kurfürsten am Rhein befohlen, etlich Artikel vor dem Reichstag zu berathschlagen, unter welchen auch ist von Vergleichung in der Religion zu reden, und sind Cöllen und Pfaltz einträchtig, zur Reformation und zu Frieden zu handeln, Aber Mentz hat ein ander Meinung, Wie unsere Herrn, Ständ und Städt gesinnt seyn, das will ich Gott befehlen und für sie bitten. Ich will aber für mein Person, so ich dazu gezogen wirt, in einfältiger Wahrheit bleiben, und doch nicht immoderate handeln, Gott wolle seine Kirch erhalten und regirn, Amen.

1) abgezogen, vel simile excidit hic.

Ich besorg Julius Pflug der Bischoff zu Zeiz gewählet, werde uns allhie auch Unruh anrichten, denn m. g. H. der Churfürst zu Sachsen hat neulich der Edelleut, so im Stift sitzen und an Julium sich gehänget und dem Amßdorff nicht wollen unterthan seyn, Sitze und Güter eingenommen, Gott gebe Fried, Der erhalte und bewahre E. F. G. zu seinem Lob, und zu E. F. G. Seligkeit und vielen Christen zu Trost, Datum Witeberg Montags nach Martini (1543.)*)

E. F. G.

unterthäniger Diener

Philippus Melanthon.

No. 2799. (fere h. t.)

Studiosis.

Editum in Scriptis publ. Acad. Witeb. T. I. p. 73.

(*Studiosis.*)

Arbitror omnibus sanis persuasum esse, utilem esse lectionem Ethicorum *Aristotelis.* Nam et in vita communi opus est nosse virtutum descriptiones, et ipsa forma explicationis seu methodus, et collatio harum disputationum, multum conducunt ad intelligendas et tractandas controversias Ecclesiasticas. Praeterea hi, qui se Iurisconsultorum doctrinae dediderunt, hic agnoscunt suae artis semina, scilicet doctrinam de lege naturae et demonstrationibus practicis. Enarravi autem hactenus tres primos libros, qui monstrant fontes et causas virtutum. Nunc in quarto sequitur catalogus, quem, quia in vulgaribus quibusdam materiis prolixior est, iam praeteribo. Inchoabo autem enarrationem *quinti libri* de iustitia, in quo

*) (*Addit Faber haec:*)

In mehreren Briefen vom Jahr 1543 klagte der Herzog dem Melanthon, daß Zwiespalt und Unordnung unter den Legenten beim Particular einreiße, wodurch der Verfall zu besorgen, wenn nicht bald ein geschickter und mit gehöriger Autorität versehener Rector ausgemittelt würde. Er bat Melanthon diese Stelle dem Camerarius oder Johann Spangenberg (mit 200 Gulden Rheinl. oder auch mehr Besoldung und bequemer Wohnung) anzutragen oder einen andern geschickten Mann zu besorgen — und den Legenten nach Gelegenheit und hoher von Gott verliehener Bescheidenheit bisweilen zu schreiben und sie zu ermahnen, ihrem Amt fleißig und treulich vorzustehen ꝛc.

Die Milde, welche der Herzog gegen die Gelehrten bewies, daß er nicht einmal durch sein eigenes, sondern durch Melanthons Ansehen auf sie wirken wollte, wurde aber von ihnen desto mehr gemißbraucht. — Mehreres hierüber in den Anmerkungen zum Briefe vom 26. April 1545.

partes iustitiae mira solertia investigatae sunt, et deducitur lector ad adspiciendam naturam hominis, ut in ea fontes iustitiae consideret. Eminet hic brevis libellus inter caeteros Aristotelis, velut insignis gemma. Nec quidquam a *Cicerone*, aut *Platone* in hoc genere perfectius aut magis proprie scriptum est. Quantum autem collatio Theologis et studiosis Iuris conducat, facile in ipso opere studiosi intelligent. Optarim eos, qui Graecae linguae operam dant, nec habent Aristotelis librum, sua manu has pagellas Graecas describere. Hodie Deo iuvante hora secunda incipiam.

No. 2800. (eod. t.)

I. Ionae.

† Ex apographis in cod. Goth. 191. p. 51. et in cod. Goth. 401. p. 57. — Nullum quidem haec epistola habet anni indicem; sed quum Ionas filius inde ab anno 1542. disciplinae Melanthonis traditus fuerit, putaverim, eam scriptam esse mense Novemb. 1543., quo Melanthon quintum librum Ethicorum Aristotelis de iustitia enarrabat in suis scholis.

Iusto Ionae Doct.

S. D. *Non formosior*, inquit ille, *Hesperus est aut Eous quam iustitia.* Quod inprimis verum est de illa vera iustitia, quam exhibet nobis filius Dei, qui nobis factus est sapientia et iustitia a Deo. Sed hanc ignorabat Aristoteles. Nos gratias deo agamus, quod ad agnitionem illius ineffabilis boni, iustitiae Christi, vocati sumus[1]), et deploremus tenebras humanarum mentium, cum philosophos legimus, qui vix exiguam umbram partis iustitiae describunt. Sed tamen hanc cognoscere non est inutile. Et te cum[2]) *Iusti* nomen ad amorem exuscitet[3]), arbitror, omnes iustitiae picturas te[4]) libenter adspicere. Mitto igitur utcunque adumbratam iustitiam ab Aristotele, quam legens de filii studiis cogitabis, qui hac eruditissima doctrina iam[5]) excolitur, quae nobis adolescentulis illis Aristotelis insulsis interpretibus tam[6]) ignota erat, quam non visus est nobis polus ἀνταρκτικός. Qua in re[7]) et ingratitudo hominum deploretur; nam propter hanc diligentiam illustrandi artes plectimur. Παλαιὰ γὰρ εὕδει χάρις, ἀμνάμονες δὲ βροτοί, inquit Pindarus*). Bene vale.

Phil. Mel.

1) Cod. Goth. 191. *simus.*
2) *cum*] cod. Goth. 401. *quem.*
3) Cod. Goth. 401. *exuscitat.*
4) *te* abest a cod. Goth. 401.
5) *iam* abest a cod. Goth. 191.
6) Cod. Goth. 401. *tam non.*
7) *Qua in re*] cod. Goth. 191. *quo iure.*
*) Pind. Isthm. VI, 16 sq.

No. 2801. 18. Nov.

Medlerus ad Melanthonem.

Ex apographo in cod. Bavari II. p. 360. edita a Danzio in Melanth. epp. ad Medler. p. 18. no. XXV., nunc ex eodem accurate descripta.

Nic. Medlerus ad Phil. Melanthonem.

S. D. Dominus noster Iesus Christus, verus Dei vivi filius, adsistat nobis ad dextram, usque in finem vitae nostrae, et perducat nos in regnum suum sempiternum. Amen.

Carissime et observantissime Domine praeceptor! Ego ex aedibus meis pro vitando contagio ad amicum quendam vicinum[1]) migravi, ita ut nec filius meus, neque quisquam alius ex meis, quamdiu hic fuerit, in eas ingressus sit. Attamen peste correptus in Christo obdormivit filius meus *Samuel* mihi carissimus, qui certe tanta animi fortitudine et constantia praescius[2]) amaritudinem mortis, loquens usque ad extremum suspirium, mihi valedicendo, integris adhuc omnibus sensibus vicit, ut simile exemplum nec legerim, nec audiverim, excepto Christo Domino nostro et Stephano. Mecum enim de gravissimis rebus et philosophice et theologice[3]), ab hora secunda noctis, usque ad horam decimam ante meridiem, hesterno die, 17. Novembris, quae eius finis fuit, disertissime et prudentissime disputavit. Interim semper cum morte pugnans, gaudens expectavit exitum, ut caetera nunc omittam, quae aliquando adiiciam. Cum sentiret sibi mori pe-

1) Valent. Bavarum, ut Bavarus ipse in margine monuit.
2) Cod. Bav. *praescius*, quod Danz. mutavit in *praeditus*, sine iusta causa.
3) Danz. mendose: *philosophiae* et *theologiae.*

des, aiebat: Incipiunt pedes languescere; gaudeo: et cum ad genua usque perrepsisset mors, tripudians manibus pulsabat genua, gaudens et ridens. Ac statim incipiebat se Christo commendare, orans sicut Christus in cruce, spiritum suum commendabat[4]) Christo. Orabat pro remissione peccatorum suorum, deinde pro omnibus credentibus, postea ad me versus, mihi valedixit, et gratias egit, et cum idem volebat facere amicis adstantibus, expiravit, cum paulo ante dixerat: Ecce quantum hoc donum Dei est, omnes sensus mei adhuc integri sunt. Et quid multis? Magnam consolationem et eruditionem ex filii obitu sanctissimo accepi, licet affectus paterni me subinde reddant imbecillem. Sed commendo me vestris precibus. Porro D. Mag. *Caspar*[5]) Norlingiacensem conditionem accepit: ideo obnixe vos praeceptores meos precor, ut per vestram operam mihi adiungatur Collega, D. Doctor *Ioachimus Morlin*[6]), ut is possit mihi succedere, si me abire contingeret, id quod in Dei bona voluntate positum est. Sit quaeso haec Naumburgensis ecclesia vobis commendata, quae nondum omnino a pharisaico fermento est purgata. Iam habent adversarii, quod gaudeant ob filii obitum; sed spiritus sanctus consolabitur nos. Oro autem Dominum, et Autorem vita, ut vos praeceptores et maiores nostros in usum ecclesiae suae diu superstites conservare velit. Datum Neumburgi 18. Novembris. Anno 1543.

Hodie circa secundam sepeliemus filium meum, fortissimum Christi militem.

Nicolaus Medler,
discipulus vester obsequentissimus.

No. 2802. (h. t.)

V. Amerbachio.

† Ex apographo in cod. Goth. 190. p. 62. — Ex argumento epistolae et eius ad Pontanum, quae sequitur, intelligitur, eam scriptam esse, quum Amerbachius Witebergae adhuc haerebat, sed Ingolstadiam abire iam in animo habebat. Quum Melanthon ad Camerarium (ep. d. d. 19. Nov. 1543.) scribat: „Vitum Amerbachium scito ab Academia Bavarica conductum esse", Lutherus autem in epistola ad Lauterbachium d. d. 9. Febr. 1544. de Amerbachio haec habeat: „Nosti ex nobis exiisse, qui non fuit ex nobis, M. Vitum Amerbachium Ingolstadiam, ut succedat Eccio, blasphematurus nostrum verbum forte magis quam ille fecit": vix dubitandum est, quin haec et quae ad Pontanum sequitur epistola (quam Pezelius ad annum 1542. retulit) anno 1543., et quidem mense Novembri scripta sit. Quanto in odio Amerbachius Witebergae fuerit docet scheda in eius contumeliam scripta et publice affixa, cuius apographon inveni in cod. Basil. 39. p. 120b, quae sic se habet: „Constat aliquos veterum philosopho- „rum ad insaniam versos, quos imitatus *Amerbachius* „pro philosophari debacchari incoepit, inque convitia „prolapsus pro scientia de anima docet inania, quae con- „finxerat somnia. Rogetis dominum, ut redeat vir ad „animum, et rixis bonorum non ita remoretur studium, „cuius loco si alium instituerit, fecerit studiosis quam „gratissimum."

Clarissimo et doctissimo viro, D. Vito Amerbachio, amico suo, Phil. Mel.

S. D. Hactenus me impediit typographus, qui mihi adhuc paucis diebus negocium faciet, quo minus responderim[1]), eoque distuli, ut possem, si tamen leges, quam simplicissime et planissime tibi exponere quod velimus. Exercuit me quoque eadem causa, exercuerunt fere eaedem dubitationes, et audivi in tot conventibus non ineruditos homines, qui contrariam sententiam acerrime defenderent. Ideo cogitandum mihi fuit de causa, quam ego non primus repoposci. Nec quisquam nostrum dixit, fide mortua aut sola noticia accipi remissionem peccatorum. Dicimus: fide, quae est assensus et in voluntate motus, clamans *Abba Pater*, accipi remissionem peccatorum; nec divelli ab ea dilectio ac spes possunt. Sed *sola* excludit nostrum meritum, et significatur, propter Christum accipi remissionem peccatorum. Egoque magis usus sum particula *gratis*, quae fortassis minus parit certaminis, sed aliter enarratur a multis quam a nobis. Tu ipse scis, nos maxime dimicare de poenitentia, de novitate vitae. Semper dixi et dicam, omnia nos in eo, qui regeneratur, requirere et ponere, ut ita dicam, quae ponit Thomas: contricionem, dilectionem et caeteras virtutes, seu propositum bonum. Sed hic dissensio est, an propter haec detur remissio, an sint precium vitae aeternae, an sit dubitandum de remissione peccatorum, an possit esse dilectio, si non existat illa fides, de qua dicimus: fide, id est, fiducia misericordiae propter filium Dei promissa donatur reconciliatio. De hac non dicit Thomas aut similes. Nec per-

---

4) Danz. *commendavit.*
5) Casp. Loenerus.
6) Danz. mendose: *Martin* pro *Morlin.*

1) Ex ep. ad Camer. d. d. 19. Nov. 1543. intelligitur, Amerbachium ad Melanthonem scripsisse.

tinent haec ad quaestionem de libro arbitrio; ut vides, ad veram consolationem pertinent. Obsecro te, mi Vite, cogites, quomodo ipse sis affectus in precationibus. Huc referantur ea, quae hic disputamus. Nemo nostrum quicquam aulae vel aulicis de hoc negocio significavit, et magnopere optarim, te nostris Ecclesiis, quae certe sunt Ecclesiae Christi, ut potes, servire. Nihil egi aut unquam molitus sum, ut tibi nocerem, nec faciam, etsi tu ad *Pontanum*, ut ipse mihi narravit, de me questus es. Memini multorum his annis 20 *μεταβολάς*. Te in eo numero recenseri non vellem. Nec dimico de ullis meis opinionibus, nec adulacione alienis erroribus applaudo, ut sugillas seu nos seu nostros in praefacione *τῶν ἀντιπαραδόξων*. Sed cum incidisset haec mea [2]) certamina, et me traxisset nescio quod fatum ad conventus, enitendum mihi fuit, ut evolverem [3]), quantum possem. Credo, aliquas res utiles patefactas esse in hac doctrinae monasticae reprehensione. Verum alias prolixius. Bene et foeliciter vale.

No. 2803. (h. t.)

Greg. Pontano.

Melanth. Consil. Lat. P. I. p. 511 sqq. — Non ad annum 1542., sed ad ann. 1543. pertinet. Vid. ep. antecedens.

Ad D. Pontanum, Cancellarium Electoris Saxoniae. De controversiis motis a Vito Ammerbachio, cum Professorem Philosophicum ageret Witteb.

Ad me scripsit Magister *Vitus Ammerbachius*, tantum de duobus articulis, de iustificatione, et de primatu Pontificis. De iustificatione displicet ei particula sola, et disputat fide significari tantum notitiam, non fiduciam misericordiae. Sed quanquam adfert argumenta exilia et spinosa multa: tamen in his dictis manifestum est significari fide fiduciam misericordiae. *Fides tua te salvum fecit.* Item quia Paulus confert fidem et promissionem. Loquitur igitur de fide apprehendente promissionem, quae est fiducia misericordiae. Item, Rom. 10. *Omnis qui credit in eo, non confundetur.* Item si fides significaret notitiam tantum et non fiduciam misericordiae, impossibile esset addi particulam Gratis. Sed esset sententia: homo est iustus notitia et caeteris virtutibus, ac operibus. Item quid opus esset dicere in Ecclesia? Deus est tibi propitius propter filium, nisi haec oporteret credi, et hac fiducia fieri invocationem, sicut ad Hebraeos dicitur: *Habentes talem Pontificem accedamus cum fiducia.* Sed omitto disputationem. Turpe est enim in Ecclesia adhuc dubitare, an fides significet fiduciam misericordiae.

Movetur autem *Vitus* hoc argumento de omnibus materiis, quae inter nos et Pontificios agitantur.

Impossibile est totam Ecclesiam de tantis rebus, de iustificatione, de missa, de votis, errare.

Semper omnes aliter senserunt, quam Lutherani.

Ergo Lutherana sententia est nova, ignota Ecclesia, et reiicienda.

De hoc argumento maxime pugnat. Allegat consensum Hieronymi, Ambrosii, et Augustini, Chrysostomi, et postea omnium scriptorum sequentium. Oportet aliquos tamen habere hanc lucem si vera esset.

Ad hoc saepe respondimus, negare nos illam minorem: Quod omnes semper a nobis dissenserint, imo certissimum est, multos, etiam qui non scripserunt, plus habuisse lucis. De scriptoribus Ambrosio et Augustino non dubium est eos nobiscum sentire, sed non semper satis commode loquuntur. Hae res ea aetate non sic disputatae sunt, et satis alioqui negligenter solent loqui scriptores illi. Imo Bernhardus clarissime suffragatur nobis de iustificatione. Sunt et Bonaventurae quaedam satis bonae sententiae.

Praeterea fatendum est, tenebras aliquas fuisse, quod probatur ex manifestis rebus. Omnes recentes probaverunt invocationem sanctorum, missas pro mortuis. Omnes scripserunt, quod missa ex opere operato prosit. Haec sunt manifeste falsa. Ideo fatendum est, fuisse aliquas tenebras.

Deinde si movetur temporis longitudine, ut probet ea quae defendunt Papistae, eadem ratio allegati poterit ad excusanda manifestissima vitia. Quid est usitatius, quam missas venales legi a sa-

---

2) Puto Melanthonem scripsisse: *mea aetas in haec certamina.*

3) videl. *illa certamina.*

crificulis impuris? Semper fuit Ecclesia, sed alias purior et maior, alias minor et impurior, ut in Israël et Iuda tempore Zachariae exigua erat Ecclesia, et pauci intelligebant veros cultus. Et quanquam non fingimus Ecclesiam invisibilem, et Platonicae civitati similem, sed dicimus esse visibilem, et habere notas certas, sicut tunc erant visibilis Ecclesia, Zacharias, Simeon, Anna, Elisabeth, Ioseph, Maria et pauci alii: Habebant enim verbum Dei certum et cultus veros et testimonia Spiritus sancti: tamen non est corpus politicum, simile regnis, alligatum ad Episcopos, et eorum doctores, quorum plurimi possunt esse alieni ab Ecclesia.

Postremo etsi non contemno Ecclesiae testimonia, tamen necesse est tenere regulam: *Quod humanis, scriptis anteferenda sit doctrina a Deo per Prophetas et Apostolos tradita, quorum oratio certe piis est perspicua.*

De primatu Pontificis nescio quid velit. Nam brevissime scripsit mihi. Quaerit, an habeat potestatem aliquid ordinandi ac statuendi? Hoc potest de omnibus Episcopis et pastoribus quaeri. Satis explicata est haec quaestio in ipsa confessione Principum, quae non debet ei esse ignota. Concedimus pastores habere iurisdictionem ex Evangelio ad excommunicandos reos criminum, et absolvendos eos, qui emendant mores. Concedimus etiam boni ordinis caussa, posse eos in suis Ecclesiis, tempora et lectiones distribuere. Sed aliud est instituere ceremonias, quarum finis est, ut sint cultus et opera meritoria, sicut instituerunt coelibatum, vota, de his dicitur: *Frustra colunt me mandatis hominum. Item Paulus vocat doctrinas daemoniorum.* Item, *si licet humana autoritate institui cultus, excusari possunt idolorum cultus apud gentes.* Nam et illi habuerunt caussas non abhorrentes ab humanis iudiciis.

Caeterum alia disputatio est, et de primatu, quam ex eo non audivi, quae est subtilis: An Ecclesia sit alligata ad successionem ordinariam Episcoporum, et num pendeat ea ex Episcopo Romano? Hoc est, an nulla sit Evangelii et Sacramentorum vis, nisi administrentur per eos, qui ordinati sunt ab Episcopis illa ordinaria successione regentibus? De hac quaestione non arbitror eum multum cogitasse, sed coepit iam recens legere librum Decretorum. Haec fortassis propter antiquitatem miratur, ut si legeret vetera Spartana decreta, cum magna pars eorum decretorum sit supposititia, aut nata recens, cum iam Romani Episcopi magis imperia mundi, quam Ecclesiam regerent. Utinam vellet patienter audire multo vetustioria et certiora testimonia, de rebus maximis, Ecclesiae, quam diligenter et fideliter inquisivi. Si mecum vellet amanter conferre, libentissime cum eo vel colloqueret, vel scriptis agerem. Sed ipse inter disserendum spirat hostilem animum, cum ego sciens, aut volens nulla in re unquam eum laeserim. Amavi potius, et volui eum esse ornamento scholae nostrae. Ne nunc nocere quidem ei cupio, nec certare odio et acerbitate cum eo volo. Scio quae iudicia intueri debeam, nec faciam aliquid in his publicis negotiis immoderate, et huius Ecclesiae concordiam privata iracundia nollem turbari. Memini enim, quod dictum est. *Qui in dilectione manet, in Deo manet.*

No. 2804. 19. Nov.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 438 sqq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 309.)

Clariss. viro Ioachimo Camerario Pabergensi, excellenti eruditione et Virtute praedito, amico suo cariss.

S. D. Vellem triduo citius Epistolam tuam scriptam Duci *Alberto*, huc missam esse. Tunc enim aderat adolescens *Prutenus*, ex Cattis reversus. Huic properanti litteras me dare necesse fuit. Respondi igitur te missurum esse Epistolam de tua voluntate, et de ipso negocio, et addidi excusationem, cur subito ab Academia Lipsica avelli non possis, eandem quam recenses ipse. De voluntate vero tua polliceor largius, quam tu, adeoque congruunt Epistolae, ut altera de altera descripta videri possit. Tuam tamen quamprimum habebo tabellarium, missurus sum. Spero enim et ante Cal. Ianuarias habituros nos nuncios. De schola ipsa nihil constituam nisi de tua sententia, ubi collocuti erimus. Nam etiamsi ante Cal. Ianuarias Spirense iter suscipiendum erit, ad te tamen accedam, non modo de Prutenica schola, sed de aliis rebus etiam tecum deliberaturus.

Meministi versum sophocleum: *φρόνει βέβως αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης.* Hanc vocem utinam vel tandem cum in summum discrimen res

adducta est, cogitarent utrique, tam doctores, quam Principes. Sed cum pericula cumulata sint, ex utrorumque erratis annorum superiorum, nunc video nullum esse consilium. Imo, ut in extrema desperatione, deliberationes etiam nullae habentur. Nos igitur ducem et monitorem Deum sequemur, si quae erunt in conventu de his rebus omnium maximis deliberationes. Non multa immoderate feci, aut si quid feci, a me non est ortum, certe semper fui nostris hortator, ut, quod videbam facile fieri posse, mediocri moderatione tranquillitatem Germaniae tuerentur. Sed hanc totam philosophiam quidam prorsus ignorant *τῶν ἀρχόντων τε καὶ δημηγόρων.* Sicut illi apud Homerum, qua parte sol oriatur, qua occidat. Iussit his proximis diebus mihi dici *Pontanus*, me ut ad conventum praepararem: Respondi me et ad caussae explicationem, et ad pericula Dei beneficio, mediocriter paratum, Principes moneret, tandem ut ipsi sese pararent, ac constituerent, quid defensuri sint, sed haec coram. Iam enim interpellat *Dryandri* frater, qui satis commode vendidit hic suas machinas.

Vitum Amerbacchum scito ab Academia Bavarica conductum esse, ut ipse scribit, ad philosophiam docendam et bonas litteras: plane triumphos agit in epistolis, quod a Titanibus, ut Musaeus discesserit, et praeludit novis certaminibus. Non frustra cariss. Ioachime, interdum querimur de melancholicis naturis. Sed feramus etiam huius impetus, nosque ad futura praeparemus. *Laterensi* mitto exemplum Epistolae de ferina, scriptae ad *Anhaltinum* *). Venirem ad disputationes, nisi quotidie expectarem de itinere Spirensi litteras. Bene vale, die Divae Elisabetae.

Philippus Melanth.

No. 2805. 22. Nov.

N. Medlero.

E codice Bavari Vol. II. p. 341. edita a Danz. ep. 26. Nunc ex eodem cod. accurate descripta.

Nicolao Medlero

S. D. Lacrymans legi tuam epistolam de *Samuele* filio nostro scriptam, eamque cum in templo, nam ibi accepi, caeteris ostendissem, nemo fuit, qui non illacrymaret. Nam et tuo moerore adficiebantur, et adolescentis immaturam mortem deplorabant, et qui eum familiarius noverant reipublicae iacturam deflebant. Nam hoc ingenium magno usui atque ornamento ecclesiae futurum speraveramus. Meus vero dolor eo est acrior, quia mihi Samuel filii loco erat, me colebat, mea studia sequebatur, egoque saepe, eum intuens, magna laetitia adfectus sum, sperans, talia aliqua ingenia, et in his hunc Samuelem, divinitus servari, ne ad posteros ecclesia sine eruditis doctoribus et moderatis gubernatoribus esset. Memineram te, et familiam tuam Dei beneficio servatum esse grassante pestilentia atrociter anno superiore, et videbam, aetatem ei non, ut aliis, addere insolentiam, sed modestiam et circumspectionem. Erat igitur in hac frequentia unus, in quem prudentum senum et studiosorum iuvenum oculi intuebantur. Senes gaudebant, seminaria ecclesiis talia excitari; iuvenes hunc imitandum sibi censebant. Dolebam igitur cum e schola evocaretur, sed tuae solitudinis causa dimittendum putavi. Erravimus igitur ambo, et tu et ego, nec mediocriter erroris mei cogitatione crucior. Sed decurrendum est nobis ad hanc veram consolationem: *non est voluntas patris, ut pereat unus de parvulis istis.* Non casu nascimur, nec putes, casu evocatum esse filium ex hac mortalitate. Obtemperemus igitur voluntati Dei, et de ira eius et de posteritate cogitemus, ac precemur, ut aliqua tamen bona et recta ingenia servet. Scriberem plura; sed et de filii virtutibus et de republica tam multa mihi in mentem veniunt, ut longam Iliada sim scripturus, si omnia persequi vellem. Tu, quantum potes, repugna dolori, et cogita, quantum Dei donum sit, qui filium, formatum educatione tua, ad coeleste regnum praeparaveris. Nec vero dubito, quin iam sit in complexu matris. Teneamus enim Christi vocem, qui ait: *hodie mecum eris in paradiso.* Deum, aeternum patrem domini nostri I. C. oro, ut de et ecclesiam tuam servet.

Virum gravitate et pietate et eruditione eximia praeditum Dom. *Casparum Loenerum*, etsi a te avelli doleo, tamen gaudeo venire in illa loca, ubi multis ecclesiis eius prudentia et auctoritas optime profutura est, Deo iuvante. De Doctore *Ioachimo Mauro* *) colloquar equidem cum

---

*) Vid. ep. d. 27. Sept. h. a.

*) Scripserat Medlerus in epistola d. d. 18. Novemb. 1543 Melanthoni, se optare ut in Loeneri locum sibi adiungatur

D. *Luthero.* Sed scis, haec ad episcopi vestri deliberationem pertinere. Bene vale, die 22. Novembr. 1543.

Mitto parvum libellum, cuius fortassis non ingrata lectio erit hoc tempore.

No. 2806. 29. Nov.

Auditoribus.

Manlii farrag. p. 284.

(*Auditoribus.*)

Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi
Prima fugit, subeunt morbi, tristisque senectus:

inquit Poeta. Me quoque senem, et confectum variis doloribus, laedit iam facile vocis contentio in hac assiduitate: meque heri graviter laesum sensi. Quare hodie hora nona non praelegam, sed cras (Deo dante) praelecturus sum. Die Iovis, post festum Catharinae, anno 43.*)

No. 2807. 29. Nov.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 441 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 311.).

Clarissimo viro egregia eruditione et virtute praedito Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo carissimo,

S. D. *Dryandro*, qui etsi non ut Vulcanus in Achillis clypeo, nec ut Archimedes in automatis, celi orbes et sidera, sed tamen, ut in hac barbarie, ubi premia his rebus nulla sunt, mediocriter imitatur, longiusculam epistolam dedi, seu querelam potius, quam tibi exhibitam esse spero. Postea allatae sunt *Spangebergi* litterae, quem excusat senatus, ac petit ne ab Ecclesia Northusana avellatur. Nec vero dubitabam ita responsurum esse *Spangebergium.* Eodem tempore *Sabinus* ad me scripsit, cui nescio quis aliquid ostendit spei, ac de eo cogitaram ipse antea, sed quaerebam animo hominem magis *συμβιβαστικὸν.* Longinquitate migrationis nihil moveor. Amisi filiam multo ante, et eam Deo commendo, qui hactenus eam elementer rexit, Fuitque mihi eius virtus magnae consolationi in hoc paterno dolore, quam eius calamitas mihi affert, seu potius erratum meum. Et ipse effugere, ut video, maiores perturbationes patriae cupit. Scripsi autem ei, ut tibi *διαῤῥήδην* significet, quid velit, tibique ut de eo statuas, permitto. Est omnino omnis gubernatio magna et parva, divinum quiddam, mihique semper personat in auribus concio Iohannis, *εὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.* Magnum Dei beneficium esse iudico, si quis hanc scholasticam navim mediocriter gubernet. Sed nobis remigibus etiam opus est animi moderatione, *καὶ ὑπομονῇ,* nescio enim quod sit huius virtutis vetus aliud nomen. Mitto tibi ipsius epistolam. Bene et feliciter vale. Prid. Andreae, quem hodie legi Achaiae doctorem fuisse, ac in urbe Patris affectum supplicio, *Nathanaëlem* vero concionatum esse apud Bituriges. O miranda Dei opera, mirandam celestis politiae collectionem, quae certe illis erronibus non minus difficilis fuit, quam nobis haec nostra *διοίκησις.* Iterum vale.

Philippus Melanth.

Doctor *Ioachimus Morlinus*; — videtur igitur in hac epistola nomen mendose scriptum esse, *Mauro* pro *Morlino.* De Ioachimo Morlino, Pastore Arnstadiensi, sed ab Arnstadiensibus mox eiecto, Naumburgum vocando, vid. etiam epp. Lutheri ad Morlinum d. d. 22. Nov. 1543. et ad Amsdorfium d. d. 26. Ian. 1544. (apud de Wett. T. V. p. 604. et p. 624.). Vocatus autem est Goettingam, ut intelligitur ex ep. Lutheri ad Morlinum d. d. 6. Febr. 1544. (de Wett. T. V. p. 627.)

*) In anno videtur mendum esse, et legendum 53. vel 58. Certe inde ab anno 1558. Mel. laborabat fere semper raucitate vocis, neque anno 1543. se appellare potuit senem et confectum doloribus.

— — — 3. Dec.

Epist. ad Spalatin.

(Dedimus eam supra d. 1. Aug. 1542.)

No. 2808. 3. Dec.

Studiosis.

Editum in Script. publ. T. I. p. 74. et, ni prorsus fallimur, a Melanthone scriptum.

Rector Academiae Melchior Fendius D.

Optima quaeque prius manibus rapiuntur avaris, inquit Ovidius de morte Tibulli poetae, quae eo

nobis in mentem veniunt, quia hac nocte amisimus adolescentem *Christophorum Eschmann*, Ulcenium*), qui ut ingenio Tibullum referebat, ita fato simili immatura morte extinctus est. Sed hoc felicius concessit, quod in invocatione Dei et fiducia filii Dei domini nostri Iesu Christi ex his aerumnis evocatus est, et fuerunt mores ipsius pleni pietatis et virtutis. Dolendum est, ecclesiam amittere talia ingenia, quae multis profutura erant, et gloriam Dei illustratura. Quare Deum oremus, ut seminaria ecclesiae servet, et studia pia tueatur. Funus fiet huic *Christophoro* hora 12., ad quod studiosos convenire decet. Conveniant autem in Collegio. Die 3. Decembr. 1543.

No. 2809. 5. Dec.

Bernh. Baumgartnero.

Manlii farrag. p. 244 sqq. — Apographon in cod. Goth. 191. p. 21.

Egregia eruditione et virtute praedito viro, D. Bernhardo Baumgartnero, magistro Philosophiae, docenti optimas artes in oppido Ulcensi, amico suo charissimo, Philippus Melanthon

S. D. Charissime *Bernharde*: Etsi tantum est miseriarum publicarum, ut bene agi cum iis existimandum sit, qui ex hac vita evocantur, praesertim cognita doctrina filii Dei: tamen magnum nobis dolorem et luctum attulit mors *Christophori Eschmanni*[1]) Ulcensis, discipuli tui. Nullum in tota Academia ingenium ipsi praetuli. Scribebat solutam orationem, et versus ita[2]), ut veterum laudatorum scriptorum nitorem referret; in Philosophia vera et doctrina Christiana ita promoverat[3]), ut docti disserentem magna cum admiratione audirent. Et has dotes ornabat modestia, et pietate morum eximia. Gratulabamur Reipublicae et Ecclesiae, quod tali ingenio paulo post doctrinae piae et salutaris defensio et propagatio[4]) commendata sperabatur. Sed o spes hominum fallax. In hoc cursu optimorum studiorum adolescens febri oppressus cum decubuisset, dies quatuordecim inter vota et invocationem filii Dei, animam[5]) Deo reddidit: nec enim dubito, eum iam in alia longe eruditiore et tranquilliore Schola esse, ac ipsum audire et videre Christum, Prophetas et Apostolos. Quare etsi ipsi quidem nihil mali accidit: tamen Ecclesiae causa doleo: et propter ipsius matrem, cui te, et si quem voles adhibere alium, quam fieri potest mollisime mortem filii significare volumus, et addere[6]) consolationes veras ex coelesti doctrina sumptas: Deo evocanti nos parendum esse. Et filio[7]) etsi optanda longior vita fuit: tamen iam fuisse adeptum ea bona, quae praecipue homini expetenda sunt: et propter quae aetas grandior optanda[8]) est, videlicet[9]) doctrinam coelestem. Hanc iam didicerat, norat Deum, et filium eius: et sciebat vere invocantes spiritu sancto renasci ad vitam aeternam. Ardebat eius mens fiducia filii Dei, quem vere invocabat: et saepe alios docebat. Hic vitae cursus vere dignus est laude: et prius discessit, quam implicitus est negociis, ut nos, in quibus non possunt non accidere scandala. De morbo, audio similem febrim fuisse, qualis anno superiore *Lutheri* filiam extinxit. Tantus in eo pudor fuit, tanta mei reverentia, ut mihi indicare noluerit, se aegrotare. Sed tamen medicos consuluit, qui (ut audio) statim iudicarunt lethale malum esse. Novi hoc genus febrium, nam biennio aliquot sic mortui sunt: intùs[10]) ardet pectus, et arescunt et inflammantur fauces et lingua. Caeterum nec dolor magnus sentitur, nec mentis error accedit. *Lutheri* filia, ut *Christophorus*: placidissime de Deo et de immortalitate animi ac Christi beneficiis disseruerat, pene usque ad extremam spirationem. Talis cum fuerit *Christophori* morbus, temporis aut fati deploremus casum[11]) nec quaeramus alias causas. Plena sunt humana miseriarum

---

*) Ex oppido Ueltzen. Vid. de eo epist. ad Bernh. Baumgartn. d. 5. Decb. h. a.

1) Mst. *Esthmann*, Manl. *Cosmann.*

2) Sic mst. Sed Manl. *praetuli*, *sive scriberet sol. orat. sive versus: ita* etc.

3) Manl. *promoveret.*

4) Manl. *tibi ingenium p. p. d. etiam salutaris def. propugnatrix.*

5) Manl. *votum* pro *vota* et *naturam* pro *animam.*

6) Manl. *adhibere.*

7) Mst. *filium.*

8) Mst. *petenda.*

9) Manl. *veram.*

10) Manl. *his.*

11) Mst. *vim.*

omnia, et in Ecclesia novimus causas veras: Philosophia ignorat. †Quaeramus autem exempla, quae"[12]) Deus proponit, et iubet placide ferre aerumnas: et pollicetur se nobis adfuturum esse; †*cum ipsis sum*"[13]) *in tribulatione,* inquit. Bene vale, charissime Bernharde. Pridie Nicolai, Anno Domini 1543.

No. 2810. 7. Dec.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 440 sq. (ed. Lond. IV, ep. 310.)

Clarissimo viro, egregia eruditione et virtute praedito Ioachimo Camerario, Papergensi amico suo carissimo,

S. D. Libenter legi obiurgationem tuam, qua meam asperitatem accusas, et *Sabino* amanter patrocinaris. Velim sane posses in hac caussa *τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν.* Nam et ego scribendi facultate primum captus, diligere eum cepi, et nunc propter affinitatem vere et ex animo amo. Video etiam, quae sint in eo adumbratae virtutes, ac, donec vivam, iuvabo pro viribus. Sed me, ut video, quodam tristi fato, et exercuerunt et exercent liberorum casus. Quod ut mitiget Deus oro, nec, ut in Psalmo dicitur: Totam iram suam accendat. Hodie a *Sabino* litteras expecto. Mitto tibi scriptum Germanicum, de quo cupio cum *Laterensi* disserere. Nam ὁρισμὸς constituendus est τῆς παλαιᾶς διαθήκης, de quo a quibusdam amicis dissentio. Non quidem quod ad summam negotii attinet, sed quia ad proprietatem et explicationem aliquid interest. Haec scribere malo, quam Regum expeditiones inanes. Bene vale, 7. Decemb.

Philippus Melanth.

No. 2811. 8. Dec.

Camerarius ad Melanth.

† E cod. No. 125. Esslingense p. 27. a Dm. Pfaffio, ὑποδιδασκάλῳ Esslingensi nobis descripta.

Philippo Melanchthoni Joachimus Camerarius S. D.

Non offendisse te libertatem meam satis erat. Id vero in literis tuis*) fuit iucundissimum, quod hanc de etiam delectasse scribis. Ego vero, mi suavissime Philippe, quanti faciam amicitiam tuam, nunc non dicam, sed in hac de fide mea persuasio tua mihi maximae semper fuit voluptati, qua ego confirmatus *παῤῥησιαστικώτερος* interdum sum in literis atque esse alicui debere videar. Ipsaque illa libertate *ἐμφιληδῶν* suaviter acquiesco. Quod autem tuos omnes amo, ita mihi facere necesse est. Utinam etiam perficere possim, ut illi benevolentiam erga se meam fructuosam experiantur. Sed de his satis. Epecto nunc literas *Sabini* nostri, cui tamen hinc, si interea occasionem mittendi nactus fuero, scribere non intermittam.

Nunc de republica aliquid scribere statui. Fui nempe heri apud praefectum nostrum, qui aliquot horas absumsit narratione temporis acti verius, quam rerum gestarum. *Durensem* direptionem**) ita defendebat, mihi propemodum ut gratia, et Geldriae in ditionem Caesaris redacta erant *ξένου ἐνυαλίου.* Nam quo fortuna, eodem hominum se inclinat non modo favor, sed iam virtus quoque, *ταῦτα μὲν οὖν τοιαῦτα.* Postea perventum fuit in castra, eo ubi hostes prope adessent, ut quotidie levia proelia fierent, atque aliqui utrinque et caperentur et mox redimerentur, pauci caderent; nam hac parte bellum fuit bellissimum. Quicunque enim voluit, etiam infimus in exercitu, misit, cum libuit, neque sciente neque permittente quoquam, tubicinem de conditionibus. Itaque capti facilius homines tum fuere, quam in puerorum lusibus solent. Sed paulo post maior moles rerum visa, et iustum proelium apparari coeptum dictumque adeo tempus huius. *Carolus* exercitum instruxit ipse, omnes ordines obequitavit, magna alacritate expectavit hostium congressum. Sed Galli statim post crepitum bombardorum plaustralium sese in castra receperunt***), et noctu discesserunt, sic quidem, ut fugae discessio esset simillima. Nam neque signa militaria cecinere, et iumentis tintinnabula fue-

---

12) Addidi ex mst.

13) Addidi ex mst., pro quibus Manl. habet: *idque*.

*) Ep. ad Camerar. de 7. Dec. h. a.

**) Vid. Sleidan. comment. lib. 15. p. 432.

***) Vid. Sleidan. comment. p. 435.

runt distracta, ut ubique esset summum silentium. Mane re cognita insequi placuit. Hoc Hispanici et Italici consiliarii impediisse putantur. Secuti tum, quanquam serius, Germani, et trucidarunt aliquos, et nonnullos ceperunt. Dicitur adductus Musurius Gallicus *τῶν ταχέων τὶς* ad Caesarem. Rogat Caesar, ubi rex sit? Discedit, inquit Gallus. Itane, inquit Caesar, fieri oportet, cum de tempore conflictus convenerit? Non, inquit Gallus, per regem stetit, quo minus pugnaretur. At ille, inquit Caesar, si ut noctua in tenebris iter facere pergat, et ego inter diu, ut fieri solet, in campo consistam, quando congrediemur? Hoc gallico sermone narratur festivius, quodque mihi in Caesare hilaritas illa valde placuisset, ideo referre volui. Nam Cyrus rex maximus fuit, si Xenophonti credimus, *χαριέστατος*. Ita igitur redierunt in castra Gallica Caesariani, in quibus sane aliquid repertum fuit, sed plurimum sauciorum et aegrotantium et aliorum militum.

Fertur autem, pedites Germanos et Helvetios conductos a Gallis, quorum hi ad X m., illi ad VI m. esse perhibentur, quod *Carolus* adesset contra conserere manus noluisse. Postea ad Samorabrinam copias duxit Caesar, et, quia fuisset Gallis aequior quam sibi civitas, mulctam dixit illis, decies, adhibitis regulis aliquot Teutonicis, ne contra imperii iura aliquid a se actum diceretur. Atque ita urbe munita et praesidio imposito plerosque milites ac equites benigne dimisit. Ipse primum Antwerpiam, mox Spiram ad conventum se profecturum ostendit. Nostrum*) principem amantissime complexus fuit. Is cum omnibus suis, uno saltem equite in levi proelio amisso reversus incolumis transiit hac nudius tertius festinantissime vectus essedo. Sed haec omnia, ut puto, iam dudum rescivisti, neque ego tam prolixe narrare institueram, veritus paesertim, ne non modo a describendis his, ut ais, sed etiam a legendis abhorreres. Praefectus autem commentarios etiam confecit omnium; sed illos ego non vidi. Aiunt et *Gerardum* partem illarum rerum literis mandasse, et alterum quendam Lovaniensem nunc opus historiae huius in manibus habere. Hoc vero significandum tibi duxi, nostrum *ἡγεμόνα* esse unum de cognitoribus, qui disignati dicuntur ad controversiam Lycaoniam. Atque ego audio ferri conditiones mediocres *ὑμῖν τὸν παραγραφικὸν* fortasse huiusmodi: postulabitur, ut restituant, ut ipsi illum, intelligis? Nam contra voluntatem Caesaris et permissionem ordinum retineri in rem alienam putatur esse intolerabile. Conditiones igitur quae sunt? Nescis *πόθεν γὰρ ἐνδείην ἐγώ*? Sed suspicemur esse tales priusquam in possessionem redeat is, qui sese deiectum queritur, ut caveatur adversariis, ne unquam ista res ipsis posterisve ipsorum fraudi sit ullo modo, atque omnes controversiae, quae huic cum civitatibus sunt, decidantur, neve religionis praetextu quicquam moliri hic ausit. Etiam de impensis in bellum aliquid aequi benigne fortasse dicetur. Fiant igitur *συνθῆκαι ἀγαθῇ τύχῃ*, pax *ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης*. Itane vero, inquiat aliquis, sine sponsoribus? Minime, sed omnia fortasse, quae timebantur, nullo modo poterunt tolli e medio, non modo a Caesare, sed *οὐδ᾽ ἢν θεὸς αὐτὸς ἐπεχθῇ*, ut ita loquar. Saepe mihi in tractationibus, de quibus audio interdum, nimis videtur curiosa esse historia. Nam istas calliditates *τῶν νομικῶν* non attingam, ac fit tum, cum cautiores *ἐφέδρου* omnibus periculis oppositas esse existimant, ut relinquantur saepe his quidam quasi decumanae portae aditus; quemadmodum ego in incendio Tubingensi, cuius nunc etiam cum magno dolore animi recordor, deiectis in cellam sub terra reculis omnibus meis cum fimo ac luto ostium obturassemus, postea animadvertimus neglectam in trepidatione, h. e. nimia quadam cursa (?)*) fenestram supra in medio contectam fuisse aliquot plaustris aridae materiae. Quis igitur tum mihi mea servavit? Consiliumne et opera mea? *τίς τούτων ἕνεκα τῶνδ᾽ οὐδὲν ἦν ἔτι.* Quapropter laudo Euripideam sententiam: *τὸ σοφεῖν οὐ σοφία*; non quod stultitiam et negligentiam probem, sed quia verum puto, sapere esse non nimium sapere.

Sed redeo ad superiora. Dicitur ingens esse pondus chartarum, in quibus perscripta sit *Lycaonicae causae defensio* et accusatio *τοῦ δεῖνος*. Credo esse multa sapienter a sapientibus viris collecta, sed mihi in animo est homericum illud: *ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα*. Tibine igi-

---

*) *Nostrum* dedi pro *nam*, quod habet apographon mihi missum. Nostrum compendio scriptum nrm facile legitur pro *nam*. Princeps est Mauritius, Dux Saxoniae.

*) Sic scriptum est.

tur, inquis, placet tacere et causam tradere adversariis? Mihi vero minime, sed illa placet defensio, quae in Miloniano Bruto optima visa fuisse perhibetur: interfeci turbulentum civem, adii capitis periculum pro republica, sustuli eum e medio eum, οὗ ζῶντος καὶ περὶ χθονὶ δερκομένου quies nunquam futura fuit, et caetera; non subtilitate disputationis de vi repellenda rem in quaestionem de quaestione adducere.

Sed quorsum abeo? Et tu profecto iam dudum miraris, quid mihi in mentem venerit, et quid mihi velim, ut hoc modo ad te, et fortasse succenses mihi ἐμπολικομένῳ(?) σοι. Etiam ipse miror, et me iam reprehendo. Sed usu mihi venisse video quod iumentis solet, ut pascendo pergant, quo minime oportuit. Ego nempe dulcedine quasi confabulandi tecum adhuc etiam veluti κατακώχιμος hesternis sermonibus processi longius. Quare mihi veniam dabis, et hanc epistolam, si me amas, conscindes. Nam ad tempus quod attinet, hanc horam post coenam vix melius collocare potuissem, praesertim cum statuissem, Deo favente, dormire in lucem usque. Sed ne finiam hoc loco epistolam, facit, quod mihi iam in mentem praeter exposita veniunt de sermonibus praefecti duo, admirabilia ambo. Nam Caesari cum videretur res ἐν χειρῶν νόμῳ mox futura esse, iussit de exercitu omnes sacerdotes et horum comitatum discedere, allegato etiam Atrebatensi praesule *Granvela.* Et cum ei adstanti ad forum allatum fuisset γενέσεως, seu forte ενα αγης *) θέμα, nescio quo auctore, lectis omnibus complicatas chartas abiecit in ignem et dixit: πολιτικὰς et τῆς φρονήσεως προῤῥήσεις se reperisse veriores. Hoc etsi mihi φιλοπολιτικῷ ac non prorsus ἄφρονι neutiquam displicet, tamen cum Ratisbonensi disciplina convenire non videtur, nisi τὸν αὐτοκράτορα magis τὸ αὐτοτελὲς μέρος in hoc delectat. Sed desino. Tu, mi suavissime Philippe, cum tuis felicissime vale. Et *Milichium* a nobis saluta. Etiam *Eberum*, quem patrem iterum iam esse spero et opto. Iterum vale. VI. Id. Decembr.

Ioach.

*) Sic scriptum est, sed mendose; fortasse ἐναλλαγῆς.

(Postscriptum huic epist. die seq. adiectum, mihi descriptum a Clariss. Bilfingero, Würtembergensi.)

Clarissimo viro Philippo Melanchthoni, Wittenb.

S. D. Adhuc quaedam significanda fuisse puto. Lottringum inter Caesarem et Gallum pacem facere conari, neque malam spem quibusdam esse, fore, ut res procedat. Sed nescio quid aliud hodie, propterea quod heri praetermisissem, incidit, et mox rursum excidit, de quo credo neque tu neque ego magnopere laboramus. *Laterensis* autem a me petiit, ut de nomine ipsius ad συζήτησιν de propositis nuper quaestionibus accerserem; diem tibi ut sumas, quem volueris, permittunt, sed petunt, ut si possis, ad quem de affuturum speres, ostendas. Quodsi ante nundinas nihil promittere forte poteris, at nundinis ipsis an affuturus sis, rescire cupiunt. Habes mandata a me exposita fideliter. Tu autem cave ad conventum*) abeas, nisi prius nobis conventis, de quo tibi ut sentias permitto omnia. Te advenire huc maxime vellem; sed si quid obstiterit, nos ad te istuc. Contagia hic serpunt lentius; in mea patria propemodum grassantur. Amisimus *Andream Fuchsium*, patronum nostrum solum in illo ordine. Dii sunt cornicibus vivaciores, οὓς μὴ ζῆν ἔδει, ut fortasse alios, quemadmodum ille in Lemno iratus dixerit; sed tabifico illo morbo, non λοιμικῷ periit, quem meus frater saepe, ut arbitror, requiret. Vale cum Tuis, mi suavissime Philippe. V. Id. Decembris.

Ioachimus.

No. 2812. 9. Dec.

V. Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 181 sqq.

Vito Theodoro.

Ut Maria, Elisabeth, Hanna, Zacharias, Ioseph, Simeon et alia Ecclesiae lumina, eo tempore in genis infantis Christi dulcissima basiola figebant, ardebantque totis pectoribus studio celebrandi beneficia Dei, et hoc admirandum foedus, quod fecit Deus cum humana natura misso filio: Sic nos

*) Spirensem.

iam velut amplexantes Christum, cogitemus quantum testimonium amoris erga nos sit haec societas divinae et humanae naturae. Quantus honos est humanae naturae, quod eam sibi divina adiunxit, eique subiecit omnia, ut in Psalmo dicitur? In hac consolatione acquiescamus nunc maxime, cum undique terrores et pericula nobis proponuntur.

Turci ab Euro, alii Reges aliunde bella movent, et excidia Ecclesiis Dei denunciant: Sed oremus filium Dei, ne nos negligat, cum testatus sit, se nos curare et diligere, hoc foedere divinae et humanae naturae. Quid enim aliud scribam, mi *Vite*, de Regibus, de Aulis ne cogitare quidem libet. Tibi tamen gratiam habeo, quod historica significas. Nam aliquid interest nostra, non prorsus ignorare ea, quae geruntur.

De thermis non solum probo consilium, sed etiam tibi hortator sum, ut earum vim *ὑγιεινὴν* experiare. Mitigabunt malum, et *τὴν ἔμφυτον θερμότητα* excitabunt, et *κακοχυμίαν* corrigent. Citant ex Philemone veteres versus:

αἰτῶ δ' ὑγείαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν,
τρίτον δε χαίρειν, εἶτ' ὀφείλειν μηδενί.

Haec et tibi ex animo opto. Mitto exiguum Scriptum Germanicum*), de quo tuam censuram audire volo. Nam quidam aliter constituunt *ὁρισμὸν παλαιᾶς διαθήκης*. Versus in *Bavium Bavaricum* brevi edentur**).

Scribo D. *Hieronymo*, de *Ioachimo λευκοπετραίῳ*, qui apud vos docet literas, et ambit nescio quam puellam. Ea in re ut D. *Hieronymus* sit *προμνήστηρ*, petimus. Nomen huc non scripsit, audies igitur ab ipso, ut quid negocii sit, iudicare possitis, et, si probabitis, adiuva. Bene Vale. Die 9. Decembris.

Philippus Melanthon.

No. 2813. 9. Dec.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 111. — Hic ex autographo in Cod. Mon. I. p. 84., cuius in tergo leguntur: „1543. Vigil. Thomae per Hermannum" (videl. accepi).

Clarissimo viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg.

S. D. Quid cogitari maius aut admirabilius potest, optime *Hieronyme*, hoc ipso Dei opere, quod iam Ecclesia in his feriis praecipue celebrat, coniunctione videlicet divinae et humanae naturae. Nec vero dubium est, hoc mirando foedere testari Deum, vere nos sibi curae esse, vere nos a se diligi. Hac spe ipsum invocemus, et ab eo expectemus auxilium in omnibus periculis publicis et privatis. Me quidem nulla res alia sic confirmat de providentia cogitantem, ut haec ipsa huius foederis recordatio, seu consideratio copulationis divinae naturae et humanae. Scis autem et *γάμον* imaginem esse eius coniunctionis divinae et humanae naturae; quare nunc ad te causam defero amici, qui ambiens quandam puellam, tuam in ea re commendationem et intercessionem sibi plurimum profuturam existimat.

Ioachimus *Λευκοπετραῖος*, qui apud vos docet literas, ambit, nescio, quam: id enim ex *Vito* audies, teque orat, ut sis *προμνήστηρ*. Nihil praescribo tibi, sed ubi totum negocium audieris, de tua sententia statues, ac si probabis consilium, pro tua summa humanitate adolescentem adiuvabis. Bene et foeliciter vale, die 9. Decembris*).

Philippus Melanthon.

No. 2814. 10. Dec.

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. Dresd. C. 140. p. 9. ep. 12. a Cl. Gersdorfio descripta.

G. Spalatino,

S. D. Legi quaestionem de adultera, quam ad Iurisconsultos referri volebas, qui non fastidiosius respondeant, dixi *Polero*, me tibi significaturum esse meam opinionem, praesertim cum viderem te facile illi innocenti posse consulere, et ego quantum possum, fere hoc ago, ut extricentur negotia, non involvantur. Tu proposita citatione in foribus templi voca adulteram ad certum diem. Eo die auditis testimoniis pronuncia

---

*) De discrimine Vet. et N. Test.
**) Vid. ep. ad Theodor. d. 25. Oct.

*) Annum 1543. adscripsit alia manus.

innocentem liberum esse ab adultera. Ac testimonia, de quibus scribis, sufficere iudico, et concede, ut aliam coniugem pie ducat. Haec auctoritate vestra fieri et debent et possunt, quibus inspectio ecclesiarum commendata est. Nec impedit nos consistorium hic constitutum, quod satis habet hic negotiorum. Heri etiam cum adesset *Polerus*, mecum erant σύνεδροι eius iudices, et in causa intricata nos pronunciare malebant, quam suum συνέδριον. Componebam igitur sententiam, quam hodie D. *Luthero* et D. *pastori* exhibebo.

Heri mihi *Iohann Meyer* ex aula scripsit, ad *Laudretum* non procul abfuisse exercitum Gallicum a Caesariano, sed non ausum dimicare, cum quidem Caesariani pugnam non detrectarent. Rursus igitur noctu Gallicus exercitus discessit. Caesariani metuentes insidias noctu se in castris continuerunt, mane secuti extremum agmen carpentes aliquos interfecerunt. Postea utrique exercitus in hiberna reducti sunt, et obsidio Laudreti relicta *).

De dicto: *Haec generatio non praeteribit, donec haec omnia fiant*, saepe cum aliis disserui, graecis facilior est interpretatio. Nam fieri non significat perfectum esse, pene ut latinis sonat. Estque sententia, quam annotasti, priori loco magis propria. Haec generatio, hoc est, huius aetatis homines non omnes moriemini, antequam haec, quae praedixi, fient, id est, fieri incipient, aliquanto post sequentur horrendae clades huius populi. Et evangelium spargitur inter gentes, et brevi post veniet filius Dei iudicaturus palam excitatos et morte.

Libellum *de discrimine veteris et novi testamenti Bonnae* scriptum mitto. De exclusiva, quod volebas, nondum scripsi. Nam ita varie obruimur, et quidem negotiis sordidis et alienis a literis, ut nihil mirer olim homines studiosos relictis politiis et oeconomiis abdidisse se in specus et secessus. Bene et feliciter vale. Die X. Decembris 1543. Phil. Mela.

No. 2815. 11. Dec.

N. Medlero.

E cod. Bavari Vol. II. p. 344. a Danz. ep. 27. edita, nunc ex eodem cod. denuo descripta.

*) Vid. Sleidanus in Comment. p. 435.

Nicolao Medlero

S. D. Saepe et mecum cogito et cum aliis colloquor de causis, cur vitae prorogatio optanda sit in tantis humanis miseriis. Tres autem reperio veras causas, quarum prima est, ut prius doctrinam de Deo et filio eius, Domino nostro Iesu Christo, discamus. Eam ad rem tamen tempore opus est, quia magnitudo rerum non subito aspicitur. Deinde cum didicimus, iucundissimum est [1]) discedere antequam incidimus in negotia et calamitates, ut discessit filius tuus, et nuper hic alius adolescens [2]) ingenio et eruditione eximia praeditus et valde modestus ac evangelii amantissimus. Sed duae sunt aliae causae, quae longiorem vitam requirunt: ut usu et exercitiis in his vitae miseriis confirmemus doctrinam et fides crescat, ut sustinere agonem mortis possit. Tertia est, ut serviamus iuventuti, liberis, populo in docendo evangelio, tradendis aliis bonis artibus, et in gubernatione tum oeconomica tum politica. Ideo Deo, aeterno patri domini nostri I. C. gratias ago, quod te servat incolumem, ac oro toto pectore, ut tibi et alios utilibus ministris evangelii proroget vitam, eosque defendat. Nam profecto in principibus parum praesidii est. Sed Deus testatus est, se cura nostri vere adfici cum tam mirandum foedus nobiscum fecit, coniunctione aeterna et immutabili divinae et humanae naturae in filio suo, domino nostro Iesu Christo. Hoc nos foedere consolemur. Bene vale. Salutem opto D. *Loenero*. Die 11. Decbr. 1543.

No. 2816. 14. Dec.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 492 sq. (ed. Lond. IV, ep. 651.)

Clarissimo viro, excellenti eruditione et virtute praedito Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo carissimo,

S. D. Festivitas narrationis tuae et de bello, et de *Lycaoniis* transactionibus *) magnae nobis voluptati fuit. Exhibui enim legendam amicis. Etsi autem hilaritate tua delector, et iocis salsis gra-

1) Danz. *esse*, mendose.
2) Christoph. Eschmann, vid. 3. Decb.
*) Vid. epist. Camer. ad Mel. d. 7. Decbr.

vibusque etiam tristi tempore locum esse scio, tamen non sine gemitu utranque epistolae partem legi. Quis enim non doleat summos Monarchas Christiani nominis inter se ita ludere, cum Turci alibi immanem sevitiam, pene in conspectu nostro exerceant. In *Alba regia*, post deditionem tria millia hominum trucidata sunt, et cadaverum acervus altior fuit moenibus urbis. Et nunc passim in receptis oppidis honesti homines iugulantur. Recens enim accepi litteras. Video autem patriae, Ecclesiarum, Artium, Disciplinae defensionem non modo illis fatalibus Regum nostrorum tumultibus, sed etiam caussae Lycaoniae disputationibus impediri, in quae vere *περὶ ὄνου σκιᾶς* litigatur. Nec minus succenseo his, qui in Curia sophisticam exercent, quam illis ineptis bellatoribus, qui tam futiles tumultus movent. Odi argutum civem sine virtute tanquam praeficam, inquit Plautus. In epistola tua plane divinasti, talis erit disputatio de caussa Lycaonica, qualem describis. Sed viderimus, ne hae nugaces rixae magnum incendium excitent. Verum haec iam omitto.

Omnino decrevi in nundinis ad vos expatiari. Si vero antea evocabor, tamen iter per Lipsiam faciam.

Sabino pollicitus sum, te ad Ducem *Albertum* de ipso scripturum esse. Velim autem litteras easdem gemino exemplo scribi, quorum alterum demus nostris tabellariis, alterum ipsi *Sabino*, decrevit enim proficisci in Prussiam*). Opinor commodissime ambos nos istic in nundinis scripturos esse. Nam cum erimus collocuti, magis congruent litterae. Etsi meam commendationem verecundiorem tua esse decebit. Xenophontem tuum legi, ac laudatione magnopere delector. Mallem autem te *τὰ ἑλληνικὰ* vertere, quam haec minuta. Nam *Pircamerica* qualia sint, non ignoras. Et vere dicis, nullam esse historiam suavius scriptam. Mihi vero etiam rerum magnitudo valde digna cognitione videtur. Bene vale, die tertio post brumam**).

Phil. Melanth.

---

*) Vid. hanc epist. d. 4. Jan. 1544.

**) Non anno 1544., ut visum est editori, sed ann. 1543. scripta.

No. 2817. 16. Dec.

I. Ionae.

† Ex apographo in Cod. Monac. 90. No. VII. p. 64. Apographon etiam habetur in cod. 54., qui est in bibliotheca St. Genovevae Lutetiis.

Iusto Ionae.

Quod aviditatem tuam scribendo non expleo, non fit filii tui negligentia, qui toties flagitat literas, ut interdum stomachose obiurgem interpellantem, sed eo rarius scribo, quod ea, de quibus colloqui solemus cum una sumus, literis mandare non licet. Res Gallicas scio te a me non requirere; nam isthic satis inflate praedicabuntur, et alia significare mallem, quae magis ad nos pertinerent, quaeque te scire prodesset, *ὅτι νεαὶ εἰσὶ παρασκευαὶ* ad conventum [1]) de duabus rebus praecipuis, de Ecclesia et de pace Germaniae. Sed de utraque re scio nullas esse serias deliberationes. De exuviis Lycaonis assiduae et anxiae sunt deliberationes *τῶν νομοφυλάκων*. Nos igitur causam vestram et Ecclesiae Deo commendamus, qui satis illustri et evidenti testimonio declaravit, se affici cura nostri, cum humanam naturam aeterno et immobili foedere sibi copulavit, quia filius, *ὁ λόγος*, humanam naturam assumpsit. Quid potuit esse maius amoris vel testimonium vel .... cudium? Huius foederis consolatione nos consolemus et nostram spartam ornemus, ac principes et politicos Deo commendemus, hosque piis votis iuvemus; consilia enim non audiunt. B. V.[2])

No. 2818. 17. Dec.

I. Brentio.

Epist. lib. VI. p. 398 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. ep. 372.

Clariss. viro — D. Iohanni Brentio, Pastori Ecclesiae in urbe Salinarum Suevicarum amico suo cariss.

S. D. Subito hanc Epistolam scripsi. Quare te, rogo ut brevitati veniam des. Nam quod ad cupiditatem meam attinet, certe tecum et coram et

---

1) Ad Consilia Spirensia, ineunte anno 1544. habita.

2) Cod. Paris addit: d. 16. Decb. 1543.

per literas colloqui et commentari, de studiis, de republ., denique de omnibus bonis rebus prolixe cupio. Nec profecto aliter tecum, quam cum meo ipsius animo loquor.

Nunc hoc a te peto: arbitror tecum fuisse scholasticum nostrum, natum Witebergae, Magistrum *Antonium Bodenstein* filium fratris *Andreae Carolostadiani*, iuvenem modesto ingenio praeditum et literatum. Is etsi mallet in Academia diutius versari in studiis, tamen vitrici morositate excluditur. Matrem habet modestam mulierem, satis aerumnosam propter hanc unam causam, quod vitricus filio durior est. Quaeso igitur, ut adiuves adolescentem, ut aliqua ei functio mandetur seu literaria, seu Ecclesiastica. Spero eius ingenium usui fore reipubl. est enim placidius ingenio patrui, cui tamen etiam post primas offensiones τὰ παθήματα μαθήματα fuerunt moderationis. Bene et feliciter, carissime Brenti, (vale)*). Die 17. Decembris. † 1543."

Philippus Melanthon.

No. 2819. (25. Dec. h. a. ut videtur.)

Cph. Meienburgio.

Manlii farag. p. 241 sq.

Indole et virtute praestanti Christophoro Meienburgio[1]) *Philippus Melanthon*

S. D. Charissime Christophore: Angeli in his feriis praecinunt nobis hymnum, ut Deo gloriam cum ipsis tribuamus vero pectore, et vera voce: quod sine agnitione et doctrina fieri non potest. Quare, ut tu quoque cum angelis idem carmen sones, discito doctrinam coelestem, quae verissime et vere testatur, nos Deo curae esse. Bene vale. Salutem opto dulcissimis fratribus tuis.

No. 2820. 25. Dec.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 112. — Hic ex autographo in Cod. Monac. I. p. 85.

Clarissimo viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg., amico et patrono suo.

S. D. Χρηστὸς ἀνὴρ κοινὸν ἀγαθόν ἐστι, sic veteres Graeci, qui humanitatis officia maxime omnium gentium intellexisse existimantur, dixerunt. Ac vere Dei donum est civem esse salutarem patriae. Quare de te cogitans, Deo gratias ago, quod te ad iuvandam Rempublicam *) vocavit, et te gubernat, ac precor, ut perpetuo tibi adsit. Nunc tibi *Hieronymi Besoldi* honesti et eruditi adolescentis causam non magnam commendo. Scripsimus etiam ad Senatum, tequo oro, ut iuvenem bonae spei, et in primis modestum commendes τοῖς ἐν τέλει. Mitto tibi proximi edicti nostri pagellam. Nihil enim habebam nunc quidem aliud. In conventu fortassis una erimus. Bene et foeliciter vale. Die natali filii Dei τοῦ λόγου σαρκωθέντος. 1544. (i. e. 1543.)

Philippus Melanthon.

No. 2821. 25. Dec.

Senatui Noriberg.

† Ex autographo Melanthon. in Cod. Monac. I. p. 22.

Den Erbaren, weisen und fürnehmen Herrn Burgermeistern und Rath zu Noriberg, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Erbare, weise, fürnehme, günstige Herrn. Ewr. Weisheit wollen mein einfältig Schreiben gutwilliglich annehmen, in Betrachtung, daß es löblich und nützlich, daß die Regenten der Studien Nothdurft nicht ungeneigt sind zu hören, und durch Gottes Gnad die löbliche Stadt Noriberg mehr denn viel andre gewaltige Städt zu Erhaltung nützlicher Studien wendet, derwegen sie auch für andere [vor andern] mit gelehrten verständigen Personen, und geübten in allen Künsten gezieret ist. Nun ist allhie einer der Euren, Hieronymus Besolt, der von E. W. ein Stipendium hat jährlich funfzig Goldgülden, derselbige hat gute natürliche Geschicklichkeit ingenii, und ist züchtiger ehrlicher Sitten, und hat in Philosophia und in beiden Sprachen latina und graeca wohl und löblich studirt. Damit er aber mit der Zeit zu Diensten des [desto] bequemer Fürderung haben möcht, ist ihm ge-

---

*) *Vale* praetermissum est a Melanth.

1) Ita apographon in cod. Monac. 90. No. VII. p. 413. Manlius: „C. M." Epistola scripta videtur ante adventum Christophori M. in schol. Viteb., igitur anno 1543. in festo nativitatis Christi.

*) In conventu spirensi.

rathen, den gradum magisterii anzunehmen, dazu er aber E. W. Hülf bedarf. Denn wiewohl er ein stattlich Stipendium hat, so hat er doch dasselbige sonst auf seines Leibes Nothdurft und Büchlein gewendet, daß er davon den Kosten zum gradu nicht haben kann, hat derwegen mich angesucht, an E. W. zu schreiben und zu bitten, daß ihm E. W. zu gemeldtem gradu eine günstige Hülf thun wollt. Dieweil denn gedachter Hieronymus sehr jung und fleißig ist, und das Werk an ihm selb erzeiget, daß E. W. Wohlthaten an ihm wohl bewandt sind, bitt ich, E. W. wollen ihm diese Hülf günstiglich thun, und sich auch hierin als die Liebhaber und Förderer löblicher Studien erzeigen. So wissen E. W., als verständige Regenten, daß Gottes Wille ist, daß seine Lehr durch die Regenten gefördert, gepreiset und erhalten werden soll. Und obgleich Türken und viel grausamer Strafen und Unruge in der Welt wüthen, so will doch Gott ihm ein ewiges Häuflein erhalten, und nämlich dieses, das göttliche Lehr behält und ehret; und damit wir gewiß seyn sollen, daß er sich unser als seiner Zuhörer annehmen will, hat er diesen hohen ernstlichen wunderbarlichen Bund mit menschlichem Geschlecht gemacht, daß er göttlich und menschlich Natur in Christo zusammengefüget und vereiniget, zu bezeugen, daß er sich unser wahrhaftig annehmen wolle. Darum bitt ich, E. W. wolle ihr, Gott zu Lobe, solche Jugend, so zu Erhaltung der Studien tüchtig ist, günstiglich lassen befohlen seyn.

Der ewige Vater unsers Heilandes Jesu Christi wolle Euer Kirchen und Stadt schützen, und in gutem Fried und löblicher Regierung allezeit erhalten, und selb helfen mitregiren, wie der Psalm spricht: *qui dat salutem regibus.* Datum, Witeberg am Tag der heiligen Geburt Christi Anno 1544.

Ew. Weisheit
williger Diener
Philippus Melanthon.

No. 2822. 25. Dec.

Vito Theodoro.

Edita a Sauberto in append. opp. lib. IV. p. 2. Contuli autographon Melanthonis in cod. Monac. I. p. 605.

D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Noriberg.

S. D. Nullius tanta est eloquentia, quae pro dignitate primam illam mundi historiam, scriptam in genesi, ornare possit. Fons est enim universae sapientiae Ecclesiae Dei. Quare si praefatio nostra, etsi longiuscula est, non satisfaciet aviditati tuae, magnitudini rei id tribues, ne mihi quidem satisfeci. *Περὶ δείπνου κυριακοῦ* *) etsi cunctationis hortator tibi fuissem, si meum consilium exspectasses, tamen factum probo. Et rectius est, ac optarim ubique sine clamoribus morem elevandi abolitum esse. Nam verissimum est, ritum nullam habere Sacramenti rationem, nisi in suo usu. Nec enim adest *τὸ σῶμα, ἕνεκα τοῦ ἄρτου, ἀλλὰ ἕνεκα ἀνθρώπου λαμβάνοντος.* Quid potest simplicius ac planius dici? Et scis, me quaerere simplices explicationes. Quare etiam de temporibus illis, de quibus pagella mihi missa disputat, quaerere otiosum est. Te tamen magnopere hortor et obtestor, ne de hac re, aut de tuo facto quidquam dicas in concionibus. *Τῆς σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας*, inquit Augustus. Nec te vel populi sermonibus, vel Collegarum aculeis permoveri sinas, ut incipias in concionibus *ἐκτραγῳδεῖν*, aut praelia ciere de hoc negotio. Facilius Fabiana ac Periclea dissimulatione sermones illos reprimes. Coram prudentibus satis est, breviter quaedam firma fundamenta consilii tui exponere. Mitto tibi pagellam edicti nostri, et precor felicem annum tibi, Ecclesiae Dei, et politiis, quae praebent hospitia Ecclesiis Dei. Brevi mittam et carmina contra *Bavios Boiorum.* Bene vale. Die natali Christi 1544. (i. e. 1543.)

Philippus Melanthon.

No. 2823. 25. Dec.

Io. Ernesto, Duci Sax.

Epistola nuncupatoria a Melanthone Vito Theodoro praescripta et praemissa Tomo I commentarii Lutheri in primum librum Mosis, a Vito Theodoro 1544. ineunte anno editum. — Melanthonem hanc ad Ernestum Ducem conscripsisse epistolam, cognoscitur ex eius epist. ad Theod. d. 25. Dec. 1543. d. 18. Ian. 1544. et d. 4. Febr. 1544., quibuscum confer. est Lutheri epist. ad Vitum Theodor. d. 7. Nov. 1543. (apud de Wettium T. V. p. 601.). — Recusa est cum libro Lutheri in eiusd. opp. latin. Wittcberg. T. VI., unde hic eam hausimus.

---

*) Vid. de hac re epist. ad Theod. d. 25. Oct. 1543. et epist. ad Schleupnerum d. 26. Febr. 1543.

Illustrissimo Principi ac Domino, Dn. Iohanni Ernesto, Duci Saxoniae, Landgravio Thuringiae, Marchioni Misniae, Vitus Theodorus S. D.

Condita sunt haec pulcherrima mundi corpora, coelum, sydera, elementa, plantae, animantia, et mira arte distributa, ut Deum aeternum opificem agnosceremus, et intelligeremus, ab ipso nobis vitae legem insitam esse, cuius officiis coli velit. Haec lux fulsisset in hominum mentibus, sine dubitatione, sine erroribus, si natura hominum non accersivisset sibi contumacia sua tristissimas tenebras et alias horrendas calamitates. Quanta enim sit animorum caligo in hac naturae imbecillitate de Dei natura et voluntate, de providentia, de rerum gubernatione, dubitationes infixae singulorum mentibus ostendunt, de quibus vere et sapienter *Plato* inquit: convinci animos legibus motuum coelestium et aliis testimoniis, ut, hunc mundum ab aeterna mente opifice conditum esse, fateri cogamur; sed tamen eandem sententiam tanquam procellis obrui, cum rerum humanarum confusiones intuemur, cum negligi nos ac deseri in magnis aerumnis videmus. Ex his dubitationibus Philosophorum furores extiterunt, quorum alii, ut *Epicurei*, prorsus negarunt esse Deum, alii, ut *Aristoteles* et *Stoici*, etsi senserunt, Deum esse mentem aeternam, tamen, ut Poëtae finxerunt Saturnum a Iove captum, ita isti alligant Deum secundis causis, nec actionem ei ullam tribuunt, nisi ut fert concursus usitatus secundarum causarum. Hoc delirio fascinatae mentes nec petere nec expectare bona a Deo possunt, siquidem eventus necessario proximis causis naturalibus respondent. Haec cum illi disputarent, non tantum suas opiniones sed communes generis humani errores erutos protulerunt. Maxima pars hominum defigit oculos in causas secundas, nec gubernatorem aspicere audet, nec expectare secundarum causarum seu repressionem seu moderationem, ut Elias in summo aestu pluviam petivit, Esaiae preces hostilem exercitum depulerunt. Cum igitur in natura hominum post primorum parentum lapsum caligo secuta sit, rursus Deus ex illa sua arcana sede prodiit, ac se clara voce et novis testimoniis statim patefecit, ne genus humanum frustra et tantum ad interitum conditum esset. Magnum beneficium Dei est rerum creatio, sed multo maius est, quod se generi humano certis testimoniis inde usque ab initio patefecit, clara voce tradidit promissionem aeternae salutis, concionatus est de iudicio, in quo post hanc vitam discernentur pii ab impiis. Legem quanquam naturae notam, tamen sua voce instauravit, monstravit cultus veros. Addidit signa non vulgaria, sed quae fieri, nisi ab immensa potentia, non possunt. Revocavit mortuos in vitam, motus inhibuit coeli et solis cursum, reflexit etiam solis cursum, ut refutaret humanum delirium, quod Deum ad secundas causas, tanquam ad Homericam catenam, suspendit. Postremo ipse Dei filius humanam naturam assumpsit, palam nobiscum versatus est, docuit, factus est victima, et superata morte revixit, ac resuscitatus rursus, ut in familiari consuetudine, multis et magnae auditorum frequentiae concionatus est. Etsi autem haec humanis iudiciis propter magnitudinem rerum commenticia videntur, tamen certis testimoniis et miraculis confirmata et obsignata sunt, ut tam certa sint, quam certo meridies est, cum sol ad medium coeli pervenit. Ad haec beneficia accessit hoc, quod Deus statim ab initio historiam generis humani ac testimonia, quibus se patefecit, literis mandari et duraturis monumentis propagari voluit. Nec vult agnosci nisi per haec testimonia, nec ullum coetum ignarum horum librorum ducit Ecclesiam suam esse. Nec invocationem probat eorum, qui non hunc ipsum Deum compellant, qui se in his suis testimoniis patefecit. Invocant Mahometistae Deum, universae naturae conditorem; sed eius filium ac doctrinam aversantur. Negant hunc esse Deum, qui hanc doctrinam approbat. Filium vero, in quo maxime Deus (se) patefecit, et de quo dixit: hic est filius meus dilectus, hunc audite, horribili furore conspuunt. Quid *Plato?* Etsi mentem a vulgi opinionibus abducit, nec statuis divinitatem tribuit, sed sapientissima ratiocinatione Deum quaerit, ac definit esse mentem aeternam, causam boni in natura, tamen a Deo aberrat. Quid ita, inquit aliquis? Quam requiris descriptionem magis propriam? Assentior de natura erudite cogitatam esse, sed de voluntate et dubitat Plato ipse, et reliquit in dubitatione alios *χειμαζομένους ἐν λόγῳ,* ut ipsius utar verbis. Nec Plato nec Mahometes novit, an recipiat ac exaudiat Deus indignos, et cur recipiat. Sed Platoni quaerendum erat, non solum quomodo Deus in creatione rerum se patefecerit, quae vestigia naturae impresserit, sed

etiam utrum vox aliqua certis testimoniis edita et quomodo propagata fuerit. Haec cum in Aegypto Mathematicos audiret, facile ex vicinis Iudaeis discere poterat. Sed et vocem et Ecclesiam Dei maxima pars hominum semper aspernatur.

Quorsum autem hoc tam procul repetitum exordium pertinet? Huc videlicet, ut sciamus, nusquam esse veram Dei Ecclesiam, nisi apud eos, qui libros Propheticos et Apostolicos amplectuntur; nusquam Deum recte invocari, nisi ubi doctrina horum librorum lucet. Qua in re etiam hoc singulare Dei beneficium considerandum est, quod Deus et contextui voluit integram seriem omnium temporum, et sua cura hos libros servavit; imo ad horum librorum conservationem politia mosaica constituta est, quae quid fuit nisi schola et bibliotheca horum librorum?

Fons est autem primus liber Moisi, cuius titulus est *Genesis*, quem fortassis derident homines prophani, nec differre putant a Timeo Platonis, in quo etiam extructio mundi describitur. Sed pius lector scit, ingens esse discrimen prophanarum descriptionum et huius, traditae divinitus. Non tantum de corporum initiis et natura hic dicitur, sed Deus describitur. Deinde initia Ecclesiae, propter quam caetera condita sunt, recitantur, quae sciri necesse est, ut sciamus, unde sit Ecclesiae doctrina, et quomodo propagata sit. Ethnicae superstitiones irrepserunt in hominum conventicula sine certis autoribus, postea per fanaticos homines variis occasionibus cumulatae sunt. At hic discimus, Ecclesiae doctrinam Dei voce primis parentibus traditam esse, et deinde perpetua serie propagatam, nec sine testimoniis. Enoch raptus in coelum, Nohe vere praedicans diluvium, et postea servatus in diluvio. Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, cum multa signa sint, eos sacerdotes ac doctores divinitus vocatos fuisse, testes sunt certissimi, hanc doctrinam, quam amplectuntur ac spargunt, divinam esse. Obiicit *Symmachus* Christianis, consentaneum esse, vetustissimam doctrinam veriorem esse, Apostolicam vero recens commentum esse inquit. Longe errat Symmachus, ac manifeste convinci potest, primam esse omnium Ecclesiae doctrinam. Id hic ostenditur, cum et doctrina a Deo tradita recitatur et narratur gentium propagatio, quae a prima doctrinae puritate discesserunt, et novas de Deo opiniones et idola excogitarunt. Ergo hinc Ecclesiae initia et propagationis testimonia sumantur, dogmata conferantur.

Nihil norunt Philosophi de causa peccati, de causa mortis et ingentium calamitatum generis humani, nihil de restitutione ac vita aeterna. Toties quaerunt, unde tantum sit miseriarum in tam praestanti natura generis humani? Toties exclamant deplorantes tam acres et ardentes impetus ad vitia. Vident languidas esse virtutes et facile evanescentes, ut in Pausania, qui fuit dux contra Mardonium, et Alexandro, imo in Themistocle et aliis multis. Aristoteles quaerit, ut aliorum animantium ita humanae mortis causam in materia, eoque privationem inter principia rerum naturalium recenset, ut assiduos lapsus materiae ruentis ad alias formas quoquo modo indicet. At hic liber longe aliam causam et mortis humanae et vitiorum ostendit, aversionem videlicet a Deo in natura humana, quae, excussa luce et agnitione Dei et vita, accersivit sibi confusionem virium, diaboli tyrannidem et mortem. Horum malorum magnitudo et atrocitas conspecta est primis parentibus in parricidio Cain, et aliis horrendis sceleribus, quae viderunt in illo primo flore humani generis, qui naturae puritate et praestantia antecelluit.

Deinde in propagatione et instauratione Ecclesiae proponitur illustris imago, in qua apparet, Ecclesiam non esse regnum aut politiam mundanam, septam armatis praesidiis, sed coetus dispersos, non tamen obscuros, sed circumferentes vocem divinam, et in congressibus publicis ac honestis, ut in scholis, impertientes eam Regibus, Principibus, Civitatibus, et multos passim ad veram invocationem Dei pertrahentes, etiamsi interim riderentur, exploderentur, pellerentur a Tyrannis et a maxima parte hominum. Melchisedech, quem veteres scripserunt esse Sem, filium Nohae, sapientia, iustitia, aetate antecellens omnibus hominibus eius temporis, diu haud dubie Sodomis et vicinis locis concionatus est. Nam domicilium ipsius a Sodomis non plus octo nostris miliaribus abfuit. Coetum igitur habuit non despiciendum, familias Abrahae, Loth et alios multos. Etsi enim exigua est Ecclesia, tamen semper aliqua est, et non obscura frequentia. Et hae scholae divinitus tegebantur. Nam vicinae urbes, quarum praecipua erat potentia, Sodoma et caeterae, immani furore aspernabantur coelestem doctrinam, et obstrepentes concionatores oderant.

Haec igitur Ecclesiae imago diligenter hic consideranda est, ac praecipue sex loci in his historiis semper observandi sunt.

Loci sex.

Primus est doctrina Patrum, ut Prophetae et Apostoli ex his fontibus multa hauserunt, Christi beneficia didicerunt Patres et Prophetae, cum ex promissione data Abrahae, tum vero ex reliquis historiae partibus. Paulus quam erudite extruit articulum de iusticia fidei ex dicto Genesis: credidit Abraham Deo, et imputatum est ei ad iusticiam? David tribuit Christo sacerdotium Melchisedech, discernens videlicet munus benedicendi, ut ille dulcissimis verbis promittit Abrahae favorem et auxilium Dei, a sacerdotio Levitico. Hic locus uberrimus est, ut saepe monet hic commentarius, et pius lector facile animadvertet in ipsa historia, qui intelligit longe alio consilio has historias legendas esse quam ethnicas. Ethnicae morum civilium exempla proponunt, et ostendunt honestorum consiliorum plerunque exitus placidos esse, atrocia vero scelera comitari tragicas calamitates, nec multo plura docent in summa historiae ethnicae. At hae Propheticae res maiores, doctrinam Dei et testimonia divina de rebus aeternis et Ecclesiae gubernationem continent.

Secundo igitur loco miracula observentur, non ut humanam curiositatem novitatis admiratione alamus, sed ut testimonia teneamus, quae ostendunt, quod doctrinae genus, et quos doctores Deus approbaverit. Mira illa et inusitate facta supra naturam sunt σφραγῖδες doctrinae. Non enim putemus, Deum ludere voluisse, cum praedixit diluvium, cum in diluvio servavit unicam familiam Nohae. Hae tantae res et providentiae et doctrinae testimonia erant, quam senex Noha profitebatur.

Tertio loco, gubernatio et defensio Ecclesiae spectetur, quae etiamsi videtur negligi a Deo, tamen illustria praesentiae Dei ac providentiae testimonia continet. Augustus Imperator regit orbem terrarum datis certis legibus, habet exercitus, quibus provinciarum curam mandat, habet etiam opes, unde alere praesidia potest. Haec politica gubernatio humanis legibus, consiliis et viribus munita est. Longe dissimilis est Ecclesiae gubernatio. Abraham, Isaac, Iacob, ut privati ac hospites vagentur, sine certis humanis praesidiis, ac voce Dei et Spiritu sancto colligunt Ecclesiam: interim vero, etsi ingentibus aerumnis exercentur, tamen divinitus et defendi se et liberari experiuntur. Haeret Iacob, cum iter per fratris inimici sedes una cum familia facturus est. Nec res humano consilio extricari posse videtur, sed noctu luctatus cum Domino confirmatur et defenditur. Talia multa sunt exempla in hoc parvo scripto, quae docent, adesse Deum Ecclesiae, ac iubent nos petere et sperare auxilium et defensionem. Ideo enim haec scripta et posteris proposita sunt, ut his confirmati exemplis sentiamus, et nobis sic velle Deum opitulari.

Quartus locus est successionis consideratio. Magnifaciunt humana iudicia successionem ordinariam, parentum et locorum decora. Cain, Ismael, Esau sibi regnum in Ecclesia vendicant, quod aetate praecesserint fratres. Babylonii veriores se de Deo opiniones tenere contendunt, quod ea sit vetustior Patrum sedes, quod sit arx imperii, ut nunc Episcopi et Collegia propter ordinariam successionem, sibi hoc ingens decus sumunt, quod errare non possint, quod sint domicilia et columnae veritatis. Haec iudicia refutari in Genesi monstrat Paulus capite nono ad Romanos, ubi disserit, Ecclesiam propagari non generis aut loci praerogativis, sed vocatione et verbo Dei. Familia Iacob est Ecclesia, qui verbi coelestis doctrinam retinet. Esau non retinet. Collapsa etiam Ecclesia in Palaestina instauratur excitato doctore Abraham, et renovatā promissione ac additis testimoniis: quae historia testatur Ecclesiam Deo curae esse, et subinde ab ipso instaurari, ut Paulus inquit: dedit dona hominibus, Prophetas, Apostolos, Pastores. Non igitur titulis dignitatum, loco, successione ordinaria moveamur, ut Ecclesiam esse eum coetum existimemus, qui Evangelio adversatur, et honestos homines propter confessionem piae doctrinae interficit, ut faciebat Cain.

Quintus locus est vitae, morum et actionum consideratio. Antea de doctrina et de Ecclesiae gubernatione diximus, quam qui contemnunt, hos libros non magnifaciunt. Quaerunt enim in historiis varios motus Civitatum et Regnorum, Ducum exempla, eventus miros bellorum. At hic legunt Pastorum colloquia, pene ut Bucolica, legunt connubia et rixas mulierum. Sed errant superbissimi homines, nec intelligunt Ecclesiam hic depingi, quae etsi est humilis ac dissimilis Imperiis, tamen, quia in vita civili tegit, versa-

tur in actionibus oeconomicis et politicis pro occasione et vocatione. Abraham docebat hospites suos de Deo, ut ipsi fatentur, eum esse Angelum Dei. Magnum opus est et unum omnium summum, recte docere de Deo. Idem gerit bellum cum res poscit, pellit ingentem Chaldaeorum exercitum exigua manu, et ostendit, veram fortitudinem divinum motum esse. Idem paterfamilias est, ut qui maxime φιλόστοργος, amat coniuges, sobolem, est et diligens oeconomus, tuetur fontes suos, curat pecuariam, in emendo singulari cura praestat iusticiam ac aequalitatem, quam divinitus sancitam esse in rerum communicatione intelligit. Et hanc vitam politicam atque oeconomicam refert ad hunc finem praecipuum, ut in his actionibus luceat confessio. Exercet et in communibus aerumnis, quae comitari communem vitam solent, timorem Dei, fidem, tolerantiam, invocationem, et mirandas liberationes experitur. Haec eo literis mandata sunt, ut refutarentur, superstitiones. Nam omnibus aetatibus homines superstitiosi excogitarunt ceremonias et actiones alienas a civili vitae consuetudine, quas titulo religionum honorifice populo commendarunt. Vetusti sunt errores, leges coelibatus, delectus ciborum, lacerationes corporis, torvitas ad ostentationem religionis simulata. His furoribus consuetudo Patrum politica et oeconomica, plena exemplorum fidei, plena honestissimorum officiorum erga homines, plena φιλοστοργίας, opponatur. Nec nullae tamen ceremoniae fuerunt; sed erant sacrificia, erant certae lectiones, erant exercitia. Nam doctrinae et literarum possessio praecipue fuit apud hos viros. Ab ipsis theologiam, historiam, medicinam accepimus, Multa igitur fuisse domestica exercitia necesse est, quibus rudior aetas ad virtutem assuefacta est.

Sexto loco, etiam vitia et lapsus summorum virorum considerentur. Magna cura cavent, ne ruant contra conscientiam, sed accidunt nolentibus aut ignorantibus quaedam offensiones. Loth in magno animi dolore, cum largius bibisset, polluitur incesto concubitu. Sed discrimen consideretur. Pii, ut dixi, cavent, ne ruant contra conscientiam, lapsi vero deplorant infirmitatem generis humani, discunt quae beneficia propter venturum liberatorem promissa sint, agnoscunt Deum per misericordiam propter illum liberatorem promissam recipere eos, qui fiducia illa misericordiae promissae ad ipsum redeunt. Consequuntur igitur veniam, et liberantur a peccatis et poenis. Ut Iacob praedicat Angelum, hoc est, filium Dei, per quem ait se liberatum esse ab omnibus malis, id est, a peccato et poenis aeternis. At impii, ut Cain, Gigantes, Sodomitae, manifesto contemptu Dei polluentes se variis sceleribus, ruunt in aeternum exitium. Haec quoque dissimilitudo lapsuum et poenarum consideranda est.

Haec breviter hic in vestibulo propter imperitos praefatus sum, ut moniti cogitent, doctrinam in his brevibus historiis contineri amplissimam et copiosissimam de rebus maximis, quam quidem Commentarius eruditissime evolvet, quem qui legent, subinde ad hos locos, quos recensui, respiciant, et omnia ad hunc finem referant, ut cogitatione horum exemplorum timorem Dei, fidem et invocationem accendant.

Cum autem integra enarratio vetus in Genesin nulla extet, et hunc librum maxime prosit familiarissime notum esse omnibus, gratiam habeo Reverendo D. *Luthero*, praeceptori nostro, et meo, et multorum piorum nomine, quod hanc enarrationem instituit, qua non solum de nobis et de posteritate bene meretur, cum res optimas explicat, sed etiam de illis ipsis summis viris et Ecclesiae luminibus, de Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, quorum virtus fit conspectior hac enarratione. Antea cum horum nomina populus audiret, nihil eximium ac heroicum cogitabat, aut non multum eos supra vulgus pastorum collocabat. Nunc discit in illis agnoscere Dei praesentiam, gratias Deo agere pro eorum vocatione, pro miranda Ecclesiae gubernatione et instauratione. Ab his exempla timoris Dei, fidei, confessionis, tolerantiae et aliarum virtutum petit. In hos tanquam duces et lumina intuetur, horum doctrinam inquirit ad confirmandam fidem. Denique veneratur tanquam patres nostros, hoc est, doctores invocantium Christum, et intelligit, nos esse Patres parricidarum, Iudaeorum et aliorum, qui Christum ludibris habent et quotidie crucifigunt. Profecto aliquis ad pietatem gradus est, nosse doctrinam Abrahae, Isaac, Iacob, Ioseph, et hos viros magnifacere. Ut autem haec enarratio ad plures ac ad posteritatem perveniret, cum non vacaret D. *Luthero* eam literis mandare, ego exceptam in schola summa diligentia et celeritate meorum amicorum, Caspari *Crucigeri* et Georgii *Rorarii*, collegi, et bona fide in literas retuli, ac spero piis lectoribus meum officium gratum fore.

Tibi vero Illustrissime Princeps, *Iohannes Erneste*, hoc utile et praeclarum monumentum dedico, quod non dubito te pluris facere, quam ullas marmoreas et aureas statuas. Scio enim te Ecclesiae causa velle hunc librum extare, quam pio studio et paterno exemplo amas et foves, et autorem a te diligi comperi, Quod ipsum facis exemplo tui Patris, integerrimi Principis Ducis Saxoniae, *Iohannis* Electoris, cuius virtutem merito praedicamus. Quanquam enim inferior fuit illis summis nostris ducibus, quos antea recensui, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, tamen annumerare tuum patrem illi Aegyptio Pharaoni licet, quem Ioseph de vera agnitione Dei erudiit, quique hospitium familiae Iacob tranquillum praebuit. Sic enim et pater tuus Evangelium vero studio discebat, ut Deum coleret, Ecclesias fovebat et ornabat, et simul consilia sua ad communem Germaniae pacem summa moderatione accommodabat. Accipias igitur hoc munus ita, ut legens illas miras historias gubernationis, periculorum et defensionis Ecclesiae, tuum animum etiam regas et confirmes.

Quod autem Commentarius non prodit integer, eo fit, quia magnus est colligendi et describendi labor, et nos in his nostris functionibus non tantum habemus ocii, quantum illi nos habere somniant, qui tantum suos labores magnifaciunt. Speravi autem, lectoribus candorem meum gratum fore, si cito communicarem partem lucubrationis, praesertim non parvam. Polliceor vero, me brevi reliquam partem additurum esse. Nam, ut ille inquit, vicit iter durum pietas: ita nobis in Ecclesia non solum commentandi ac docendi labor sustinendus est, sed etiam multo maiores difficultates forti ac magno animo perferendae sunt. Nec me deterrent iniqua iudicia, vel istorum, qui nihil scribi volunt adversariorum, qui hoc genus doctrinae, quod Dei beneficio in Ecclesiis nostris sonat, vituperant. Vult enim Deus celebrari voce et literis Ecclesiae suae, ut de voce dicitur: ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem. De scriptis vero: scribentur haec in generatione altera. Vult nos Deus doctrinam a se patefactam fideliter et pure tradere posteris, vult nos ipsos eam dicendo, disserendo, commentando scribendo nobis inculcare, ut fiat familiarissime nota. Et multum haec meditatio et styli intentio ad pietatem prodest. Denique quae argumenta cogitemus potius ac literis mandemus? Probo omnium studia in bonis artibus, laudo eos, qui plantas describunt, qui ornant artes divinitus datas. Sed non magis est hominis philosophari de plantis aut anatomia corporis humani, quam de Deo tradita divinitus certis testimoniis pie colligere, ut olim sacerdotes praefari solebant sacrificiis: *δεῖ ὅσια πράττειν, καὶ εὔφημα λέγειν.* Quod vero adversarii nostrarum Ecclesiarum doctrinae genus reprehendunt, hoc clarissime refutant in hoc ipso libro hi certissimi testes, Abraham, Isaac et Iacob, quos cum habeamus *ὁμοψήφους* imo et doctores, nihil moveamur impiorum calumniis. Bene vale.

Die natali Christi, Anno M.D.XLIIII.

No. 2824. 25. Dec.

Senatui Hallensi.

† Ex apographo in Cod. Monac. 90. No. VII. p. 362b.

„*Ad Senatum prudentem in Hala Saxon.*"

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn, unsern Heiland Jesum Christum zuvor. Erbare, Weise, Fürnehme, günstige Herren. Nachdem E. W. an uns vor etlichen Wochen geschrieben, daß wir[1]), in Betrachtung Eurer Kirchen Nothdurft, den durchleuchtigsten, hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Johann Friedrich, Herzog zu Sachsen, Churfürsten, Landgrafen in Duringen, Marggraf zu Meißen und Burggraf zu Magdeburg, unsern gnädigsten Herrn, wollen ansuchen, daß S. Chf. G. die Zeit, so dem Ehrwürdigen Herrn Doctori *Iusto Ionae* bei eurer Kirche zu bleiben erlaubet, gnädiglich erstrecken wolle: diese eure Bitt haben wir in Unterthänigkeit an hochgedachten unsern gnäd. Herrn gelangen lassen. Darauf S. Chf. G. gnädiglich geantwortet: wiewohl man, besonder jetzunder zu dieser Zeit in der Universität solcher Personen mit großer Ungelegenheit mangelt, so wollt doch S. Chf. G. der Kirche zu Hall Nothdurft höher achten, und Doctori *Ionae* noch ein Jahr zu Hall zu bleiben vergönnen[2]), doch mit diesem Anstand, daß er hie einen Legenten substituirt, und demselben ein 60 fl. von seinem

---

1) Intelligitur, Melanthonem hanc epist. non suo tantum sed etiam Lutheri et Bugenhagii nomine scripsisse.

2) Fere praeterlapso anno 1544. Ionas iterum veniam petiit manendi apud Halenses. Vid. ep. Lutheri ad Principem Elect. d. d. 8. Nov. 1544. (de Wett. T. V. p. 694.).

Einkommen allhie verordnet. Diese hochgedachten unsers gnädigsten Herrn Antwort haben wir dem hochgelahrten Doct. *Chiliano*, unserm guten Freunde angezeigt, der Ew. W. davon berichten wird. Dabei haben wir auch gleichwohl E. W. zuschreiben wollen. Denn womit wir der christlichen Kirchen zu Hall Förderung und Dienst zu erzeigen wissen, dazu finden uns E. W. nach unserm Vermögen willig. Der ewige Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, wolle gnädig eure Kirchen schützen, regieren und bewahren. Datum Wittemberg auf den Tag der heiligen Geburt unsers Heilandes Christi anno 1544[3]).

— — 25. Dec.

Cruciger ad Georgium Anhalt.

Epistolam nuncupatoriam ad Georgium Principem Anhaltinum, quam Casp. Cruciger praemisit editioni „der neu zugerichteten Kirchenpostille D. Martini Lutheri", datum die nativitatis Christi 1544. [i. e. 1543.] dabimus in opp. Lutheri. (Vide eam in Opp. Luth. Halens. T. XI. p. 39.)

No. 2825. 27. Dec.

N. Medlero.

E codice Bavari Vol. II. p. 346. edita a Danz. ep. 45., nunc ex eodem cod. denuo descripta.

Nicolao Medlero

S. D. Utinam veniens annus et tibi privatim sit facilior et ecclesiae publicae faustus et felix sit! *) Sed, carissime Medlere, magni metus ac tumultus impendent, nec magis in his periculis hostium furores quam *πολυπραγμοσύνην τῶν ἡμετέρων* metuo. Oremus autem Deum, patrem domini nostri I. C., ut propter foedus divinae et humanae naturae in filio factum nos respiciat et servet. O quam feliciter quiescit tua dulcissima coniux, quam non esse spectatricem futurorum tumultuum, non moleste feras. Literas tuas de tua valetudine et caeteris**) rebus expectamus. Elvetium***) tuum tibi commendo. Comperi enim, fidelem hominem esse, ac lacrymas eius in tuo luctu et tuis periculis saepe vidi. Bene vale. Die Iohannis apostoli, collegae tui, 1544. (i. e. 1543.)

3) i. e. 1543.
*) *sit* non dedit Danz.
**) Danz. mendose: *exteris.*
***) *Ioachimus Gmunder*, Helvetius. (nota cod. Bavari.)

No. 2826. Dec.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 442 sq. (ed. Lond. IV. ep. 312.).

Clariss. viro Ioach. Camerario, amico suo carissimo,

S. D. Tuae admonitiones sunt mihi gratae. Etsi intelligo meis interdum de rationibus adversari, et quasi *ψῆφον λευκὴν* ferre pro aliis[1]). Non dubitavi unquam, neque nunc habeo caussam, cur dubitem de voluntate tua erga me et meos. Et fieri posse scio, quo proprius me istae res attingunt, ut minus *ἀδέκαστον* sit iudicium. Nescio tamen quo pacto, etiam repugnans animo meo, vincere illum nequeo. Sed quicquid tibi visum fuerit, illud *ἀδιακρίτως* approbabo, quaecunque sane sequatur fortuna. Scis mihi privatas res semper haud magnopere curae fuisse, vel me certe illarum casus tulisse patienter. Et meos tamen si non diligerem, ab te ipso, scio reprehenderer, quem cognovi non in postremis *φιλόστοργον. κἀγὼ τ' ἐμαυτοῦ τέκνα φιλῶν οὐκ αἰσχύνομαι.* Sed, ut antea ostendi abstractio illa[2]) longinquior me non terret, Alia sunt, quibus afficior, ferenda scilicet, quia mutari nequeunt. Neque de his scribi plura debent. Vale.

Philip. Melanth.

No. 2827. (exeunte anno)

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 633 sqq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano,

S. D. Clarissime vir, et amice charissime. Cum mihi *Erasmus* pagellam exhibuisset, quam ex famoso libello misistis, inspexi signum chartae, ac vidi, figuras esse duorum piscium. Talis charta nulla est hic, et opinor, eam in locis vicinis Thuringiae effici. Postea Typographum Schirlentz bis audivi. Is iurat, se nunquam vidisse scriptum, de quo loquebamur. Et valde questus est, se in suspicionem venire. Scio, in hominum

1) Camerarius Patrocinatus fuit Sabino. C. W.
2) Filiae coni. Sabini.

natura multas esse occultationes, simulationes et dissimulationes. Sed tamen sapientiae, virtutis et gravitatis vestrae est, illo negante vehementius instare. Nam si fecisset, approbante aut assentiente illo, de quo suspicamini, fateri auderet, et haberet defensorem. Ego prorsus arbitror, editionem Erfurdiensem esse, aut illius Typographi, qui fuit in Wolfenbütel, et nunc in Regione illo loco vicina habitat. Consului etiam, ut non daretur vester liber *Georgio Rhaw*, † nam is mox adferret ad *Lutherum*, ubi fortassis novae disputationes orirentur" [1]), Lipsiae aut Magdeburgae excudi esset sine cuiusque offensione. Spero, vos Lipsiam venturos esse ad nundinas, quo mihi venire necesse est, propter quandam stultam sponsionem [2]) ibi mei consilii causas vobis amanter et copiose exponam, et oro, ut meas literas boni consulatis, quia fideli animo scribo, etiamsi non sapienter aut fortiter scribere videor. Tempora sunt Tyrannica, quibus multae iniuriae sapienter tolerandae et tegendae sunt, Id ego saepe feci. Bene et feliciter valete. Deus aeternus, Pater Domini nostri Iesu Christi, regat et servet vos et filios vestros, qui, ipsius Dei beneficio, bene valent.

Philippus.

No. 2828. 30. Dec.

H. Neuuingero.

† Ex apographis in cod. Monac. 88. No. IV. p. 23. et cod. Monac. 90. No. VII. p. 383 b.
(Epistola discipulo praescripta a Ph. Melanth.)

Optimo et integerrimo Domino Hieron. Neuvinger, patrono et amico colendo, S. D.

Cum ab ineunte aetate tua erga me benevolentia multis mihi sit officiis perspecta, et iam per aetatem melius intelligam tuas virtutes, magnopere amicitiam tuam retinere cupio. Quare primum a te peto, ut mihi veniam des, quod hactenus nihil literarum ad te misi. Deinde velim, ita statuas, me summa cum gratitudine animi beneficiorum tuorum memoriam perpetuo conservaturum esse. Et quoniam non dubito, te requirere, ut significem mearum rerum statum, de meis studiis quaedam scribenda esse duxi.

Versor iam sesqui anno in Academia Saxonica, in qua mediocriter Dei beneficio omnium artium studia florent. Sed ego me praecipue in latina lingua, graecis literis, et philosophiae elementis exercui, et quanquam minus quam vellem profeci, tamen me non poenitet, tanta varietate doctrinae ornatam Academiam vidisse, et doctissimorum hominum iudicia de multis rebus audivisse. Sed in hoc cursu studiorum optimorum hoc mihi admodum incommodum est, quod pecunia mihi non mittitur tempestive. Illustris comes *Wilhelmus* promisit, se mihi singulis Francofordiensibus nundinis 25 Ioachimicos missurum esse. Nondum autem a proximis nundinis quicquam accepi, nec vero difficile est, tibi, viro prudenti, existimare, quam frigida sint hiberna absque pecunia. Quare te magnopere oro, ut pro tua erga me benevolentia et tuo gravissimo de studiis iudicio, illustrem comitem admoneas de pecunia mittenda. Potest autem per *Echtios* Colonienses certo transmittere, quos et illustri comiti et tibi notos esse non dubito. Atque ita comes *Philippo Melanthoni* spem fecit, se per *Echtios* pecuniam missurum esse. Magnum addes beneficium ad caetera tua merita, si hanc rem perfeceris. Nec vero difficultatem magnam fore arbitror. Nam comitis voluntatem optimam esse scio. Sed in tanta negociorum varietate admonendus est. Bene vale. Dominica post nativitatem Christi anno 1544.

No. 2829. (m. Dec.)

N. N.

Fragmentum epistolae ex S. V. Olshausenii collectione, qui adscripsit eam descriptam esse „aus dem Melanthonischen Concepte in der Bibliothek des Herrn Geheimen Staatsraths von Nagler." Puto, haec exeunte anno 1543. scripta fuisse postquam Caroli Imperatoris et Francisci, Regis Galliae exercitus, re infecta, discesserant. Vid. ep. ad Spalatinum d. 10. Decb.

Non potest apte accommodari ad nostra certamina exemplum βατραχομυομαχίας, quia significat certamen in utraque parte ortum, non propter necessariam aliquam causam, sed propter ambitionem. Significat ergo plerumque Regum bella, sicut hoc tempore Caroli Imperatoris et Gallici Regis

---

1) Habet haec, quae Saub. non edidit, A. D.
2) Videntur esse sponsalia filii Philippi cum puella Küffner. Quod si ita est, epistola exeunte anno 1543. scripta est.

bella non geruntur propter aliquam publicam necessitatem. Privatae cupiditati uterque servit, et exitus respondet huic catastrophae in *βατραχομυομαχίᾳ*. Neutri victoria admodum prodest. Nec difficile est accommodare partes fabulae et arrogantiae plenas ranae et muris.

No. 2830. hoc anno.

N. N.

Mel. Consil. lat. T. I. p. 528 sq.

N. N.

Nihil difficilius est in munere publico, quam habere collegam *ζυγομαχοῦντα*. Quare Deum precor, ut mentes vestras gubernet, teque quantum possum hortor et obtestor, ut omni ratione benevolentiam eius alere studeas, non tua, sed Reipublicae caussa. Quod confertis sententias vestras ante concionem, utile est. Ita igitur te praeparabis, ut studiose vites ea, quae videntur quodammodo eum offensura esse. Poteris interim tamen, utilia, salutaria, *ἐπάγωγα τοῦ λαοῦ* dicere. Id ego feci, cum scirem, quae materiae, quibus temporibus non essent aptae, sumsi interim, ut scis, alias non inutiles. Et profuit haec mea ratio. Bene agi tecum iudico, si sibi sumsit partes dicendi *περὶ μυστηρίων*. Nam etsi caussa apud pios et candidos non difficilis est explicatu: tamen ne quid vel certaminis vel suspicionis oriatur, facile patior illum solum de eo argumento dicere. Tu de aliis materiis utiliter concionari poteris. Hortemur populum ad poenitentiam, ad timorem, fidem, invocationem, exercitia pietatis, proponamus publicas et alias poenas. Nam Turcos arma Germaniae illaturos esse affirmatur. Hinc sumes gravissimas adhortationes.

No. 2831. hoc anno.

Studiosis.

† Ex collect. Ballenstedt. Vol. II. No. 122. ubi adscripta leguntur haec: ex autographo *Adamus Lonicerus* descripsit. — Similem fere schedam Melanthon anno 1531. affixit, quam vid. supra in fine anni 1531.

Studiosis S.

Decrevi, aliquot Homeri libros interpretari Deo volente. In eam rem collocabo deinceps horam sextam die Mercurii, et praelegam, ut soleo, gratis. Quod autem ferunt, *Homerum* mendicasse vivum, id accidit ei etiam mortuo. Oberrat optimus vates et rogat, qui se audire velint. Pecuniam polliceri non potest, sed pollicetur magnarum rerum doctrinam. Rogat autem nonnullos *βαναύσους*, qui quaestuosas artes exercent*) non solum nulla instructi liberali disciplina, sed etiam ex hac una re sapientiae famam captantes, quod magnifice ausint contemnere omnes alias honestas disciplinas. Quod si casu in horum aliquem inciderit Homerus, (est enim coecus), orat se dimitti civiliter, sicut a Platone ex rep. dimittitur. Verum hos vocat ad se audiendum, qui colunt studia liberaliter et virtutis amore. Ego memini, quondam non potuisse talium scriptorum copiam fieri scholasticis, quamlibet magna mercede proposita. Nunc tantus contemtus est optimarum artium, ut cum gratis offerantur et praelegantur a peritis, mendicari auditores Homerus cogatur. Sed quam gratus sit Homerus erga hos, qui mendicantem benigne exceperunt, multis in locis ostendit, ubi hospites suos celebrat. Quare non dubitetis, aliquid officii in hunc mendicum conferre. Wittenb. 1543.

No. 2832. hoc anno.

Praefatio.

Praefatio in Brentii catechismum puerilem, edit. 2., quae prodiit Witeb. per Nicol. Schirlenz anno 1543. Item eodem anno Lipsiae apud Nicol. Wolrab. Recusa in Melanth. opp. Witeb. T. I. p. 1. — In priori editione Catechismi anno 1540. haec praefatio non legitur. Plura de libro dicemus ad catechismum ipsum.

Philippus Melanthon Pio Lectori S. D.

Utinam Typographi in deligendis materiis, quas edunt, diligentiores essent, ac non tantum sui compendii, sed etiam publicae utilitatis rationem haberent, praesertim in edendis scriptis de doctrina Christiana. Extant aliorum libelli, qui haec elementa pietatis continent, quae initio pueris proponuntur in Catechesi, ut vulgo vocant. Cum autem prosit, pueros ad unam simplicem et similem doctrinae formam adsuefieri, optarem ex illis

---

*) Apogr. *exercentur*, mendose.

libellis eum tantum versari in manibus iuventutis, qui est locupletior ceteris. Nunc subinde alii novi nascuntur, non perinde feliciter scripti. Hunc vero libellum, qui mei nominis titulo editus est, prorsus nollem esse publicatum. Etsi enim inter scholasticos quaedam de his elementis pietatis fere in hanc sententiam disserui: tamen nec scripsi ipse totum libellum, nec recognovi. Et quaedam dicta sunt, quae congruunt ad iuventutem, quae in piis Ecclesiis versatur, non inter adversarios. Ideo optarim *Brentium*, qui et eruditione excellit, et egregia pietate praeditus est, si tamen vidit has pagellas ante editionem, limam adhibuisse et quaedam mutasse. Postquam autem editus est sine emendatione, cum abolere totum libellum non possim, duxi recudendum esse, et pauca quaedam dicenda distinctius. Tenue scriptum est, quod si quis putabit utile esse pueritiae, non prohibeo, quo minus utatur. Sed optarim in hoc genere aliorum legi uberiores libellos. Bene vale, pie Lector.

No. 2833. hoc anno.

Greg. Pontano.

† E codd. Wolf. Hamb. [O.].

Clarissimo viro Gregorio Pontano

S. D. Amplissime domine Cancellarie. Opto, ut coniugium vestrum*) sit faustum et felix, idque ut efficiat Christus ex animo opto. Scribit ad vos *Wolfgangus Isenberg***), et petit prorogationem stipendii Altenburgensis. Eius causam ut suscipiatis et iuvetis vos valde oro. Est enim adolescens bonae spei, et natura ad literas et facundiam factus. Dignum ingenium est vestro favore et publico auxilio. Scitis eam temporum conditionem esse, ut vos, qui gubernatis rempublicam oporteat bona ingenia tueri et iuvare. Totam causam humanitati et sapientiae vestrae commendo. *Christianus*, filius vester Dei beneficio recte valet. Bene valete.

Philippus.

*) Non Pontani ipsius, sed filii vel filiae eius.

**) De eo vid. epist. ad Medlerum d. d. 4. Febr. 1544. Est igitur scripta epistola anno 1543.

No. 2834. (h. a. ut videtur.)

B. Schallero.

Epist. lib. II. p. 472. (edit. Lond. II. ep. 499.)

Honesto viro, eruditione et virtute praestanti, D. Bartolomaeo Schallero, amico suo veteri charissimo

S. D. Tuae literae, mi *Bartolomaee*, iucundissimae mihi fuerunt. Nam veteris nostrae amicitiae memoriam nulla mihi temporum diuturnitas eximet. Amo enim te propter tuam virtutem et probitatem. De nepote tuo *Stauden**) placet mihi consilium, ut sit apud *Rivium* diutius, ut fiat Grammaticus perfectus. De Vena donata meo filio, habeo tibi gratiam. Tu de ea quod tibi utilissimum erit, statues. Volo enim te utilitatis tuae rationem habere. Ego venarum negotia non intelligo, si quid ibi erit lucri, tu asservato. Nusquam melius repositum erit meo filio, quam apud talem et tam firmum amicum. Bene vale.

No. 2835. (h. a. ut videtur.)

I. Marcello.

† Ex apogr. in Cod. Paris. D. L. 54³.

Magistro Marcello.

S. In Deo, inquit Paulus, sumus, vivimus et movemur. Nec dubium est vitae autorem generis conservatorem esse Deum aeternum patrem liberatoris nostri Iesu Christi. Quare hunc Deum oro, ut tuam coniugem et sobolem servet incolumes. Nec dubitemus audiri preces nostras, cum toties dicat filius Dei: petite et accipietis. Bene vale. Gratum mihi fecisti quod significasti τὴν εὐδοχίαν.

No. 2836. (h. a.)

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in appendice libri IV. epistol. p. 53. — Hic ex autographo in Cod. Monac. I. p. 660. — Retulit Saubertus hanc epist. ad annum 1548. Sed ex argumento

*) Hier. Stauden., de eo vid. ep. d. 18. Apr. 1548. Videtur igitur scripta esse haec epist. fere anno 1543.

intelligitur, epistolam esse scriptam post indictum sed ante incboatum concilium, fere igitur anno 1543. Caeterum quum in fronte epistolae non legantur literae: *S. D.*, quas Mel. semper epistolis hoc tempore praefixit, et in fine habeantur verba: *Iterum vale*, intelligitur, hanc epistolam alteri cuidam adiectam fuisse.

Viro optimo, D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Norib. amico suo cariss.

Miror, tantum silentium esse de Synodo Tridentina*), cum tamen constet, initia mediocriter simulata esse. Etsi enim non dubito, tantum ludere Pontifices mentione Synodorum, tamen, quam artificiose histriones isti in scenam prodeant, scire cupio. O, mi *Vite*, non est ea felicitas ultimae aetatis, ut Synodi verae de doctrina amanter et sincere deliberent. Mihi quidem nihil dulcius esse posset, quam audire sinceram disputationem de plerisque rebus. Sed candori, veritati, pietati, quantum sit loci in iis negociis, quae Principum arbitriis reguntur, sum expertus nimis saepe. Plato inquit, *τὴν αἰδῶ καὶ δίκην κόσμους καὶ δεσμοὺς εἶναι πόλεων, καὶ τοὺς μὴ μετέχοντας αἰδοῦς καὶ δίκης κελέυει ὁ Θεὸς κτείνειν ὡς νόσον πόλεως.* Sed illae duae ἡ *αἰδὼς καὶ δίκη* procul absunt a Tyrannorum conventibus, qui adducunt *πλεονεξίαν, ἀναίδειαν, σοφιστικὴν,* quas utinam Deus reprimat. Iterum vale.

(Caret subscriptione.)

No. 2837. h. a.

Inscriptio.

Inscripta a Melanthone bibliis germ. ed. 1541., quae nunc sunt in bibliotheca Magistratus Halensis ad Salam. Edita a Hesekiel „in Journal für Prediger. Septb. 1832. p. 167."

Johan. 15. So ihr in mir bleibet, und meine Wort in euch bleiben: was ihr wollt, das bittet, das wird euch geben werden.

Dieses sollen alle Menschen vor allen Dingen betrachten, daß Gott nicht allein uns erschaffen, sondern über das sich selb mit klarem gewissen Zeugniß, Mirakeln, und Wort geoffenbart hat, von der Schöpfung an für und für, durch die Väter, Propheten, seinen Sohn, und durch die Apostel. Denn er will nit, daß das menschlich Geschlecht ganz verloren werd, sondern will ein ewiges Volk haben, das ihn erkenne, preise und ehre mit Gehorsam und Anrufung. Um dieser Ursach willen hat er seine Offenbarung und Wort in gewisse Schrift fassen lassen, dadurch er will erkannt werden und nit durch andre Lehr von Menschen erdicht, und will allein diese Menschen annehmen, erhören und selig machen, die dieses sein Wort annehmen, gläuben und dem folgen.

Philippus Melanthon.
1543.

*) indictum fuerat concil. ad Cal. Novembr. 1542.

No. 2838. h. a.

Inscriptio.

† Inscripta manu Melanthonis bibliis, quae sunt in bibliotheca Monasterii August. Erfordiae.

(*Inscriptio.*)

Esaiae 59.

Und ich mache diesen Bund mit dir, spricht der Herr, Mein Geist der bei dir ist, und meine Wort, die ich in deinen Mund gelegt habe, sollen von deinem Mund nicht weichen, noch von dem Mund deines Sohnes und Kinds Kind, spricht der Herr, von nun an bis in Ewigkeit.

Diesen Trost sollen wir wohl merken, daß der ewige Gott seine Kirch erhalten wille, für und für, nämlich das Volk, das Gottes Wort bekennen wird, darum es nit von Türken oder andern Tyrannen uffgefressen wird, so fern wir Gottes Wort lernen, lieben, und bekennen.

Philippus Melanthon
1543.

No. 2839. h. a.

Inscriptio Crucigeri.

† Manu Crucigeri inscripta in biblia, quae sunt in Biblioth. Monast. August. Erfordiae.

Jesaia 49.

Kann auch ein Weib ihres Kindleins vergessen, daß sie sich nicht erbarme über den Sohn ihres Leibs? Und ob sie desselbigen vergesse, so will ich dein nicht vergessen.

ibidem.

Die Könige sollen deine Pfleger und die Fürsten deine Säugammen seyn. Sie werden für dir niederfallen zur Erden aufs Angesicht, und deiner Füße Staub lecken. Da wirstu erfahren, daß ich der Herr bin, an welchem nicht zu Schanden werden, so auf Mich harren.

Das sind tröstliche Verheißungen, daß Gott seine Kirchen, das ist, die Christen die sein Wort bekennen, in keinen Nöthen verlassen will, so wenig als eine fromme Mutter ihr liebes Kind in Nöthen verlassen kann. Und daß er auch auf Erden sein Häuflein erhalten, schützen und versorgen will wider des Teufels Zorn und der Tyrannen Gewalt und Verfolgung, daß auch der weltlichen Herrschaften etliche müssen zu ihnen bekehrt werden, und sie mehren und ihnen dienen 2c.

Caspar Creuziger D.
1543.

No. 2840. h. a.

Praefationes.

(Prodiisse hoc anno Melanthonis praefationem *in Alcoranum*, incipientem verbis: „*Edita sunt a multis* etc." testatus quidem est *Mylius* in chronologia scriptorum Melanthonis; sed nobis non contigit, hunc librum videre.)

No. 2841. 1. Ian.

N. Medlero.

Ex apographo cod. Bavari p. 1064. edita a Danz. ep. 28., nunc ex eod. cod. denuo descripta.

Dm. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Cariss. D. Doctor *). Scio te in vero luctu, amissa carissima vitae socia, coniuge, et amisso filio, cuius non solum indoles fuit laudata, sed etiam virtus iam et doctrina conspiciebatur, non levibus causis motum esse, ut matrem familias iterum tibi adiungeres; nam parvis liberis prorsus opus est maternis officiis. Quare et probo tuum factum, et Deum precor aeternum patrem Domini nostri I. C., ut te servet incolumem, ac regat, et huic coniugio adsit, ac tranquillitatem vobis concedat, ut parvos liberos ad agnitionem Dei et ad communem salutem educetis. D. Casparo *Lenero* dicito, me honorificum ipsi testimonium scripturum esse quam primum Lipsia demum rediero. Iam enim conscendo currum. Bene vale. Die 1. Ianuarii 1544.

P. Mel.

No. 2842. 2. Ian.

Cph. Hoffmanno.

† Ex apographo in Cod. Monac. 88. no. IV. p. 32.

Christophoro Hoffmanno, Pastori Ecclesiae Ienensis

S. D. Legi bonam partem commentarii tui in Paulinam Epistolam [1]) et iudicavi dignam esse editionem [2]). Postea codex est traditus *Georgio Maiori*; apud hunc adhuc esse arbitror.

Lutherus nondum respondit principi; credo quia nemo admonuit. Et tu scis, quanta sit et aulicorum et nostrorum negociorum turba. Sed tamen admonebo. Nec Luneburgensibus respondi, etsi in prolegomenis in Romanos aliquanto prolixius iam tractavi hoc ipsum negotium; nam Argentinae recuditur commentarius in Roma [3]). De libro *Vadiani* [4]) scito, eam *Zwinglii* sententiam defendere, et colligit in causa non longa multas coniecturas. Est enim volumen, quod ante annum percurri. *Stephano* dicas salutem, cui alias rescribam. Bene vale. 2. Ianuarii.

Philip. Melant.

No. 2843. 4. Ian.

Alberto, Duci Pr.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 72 sqq. ep. 18. Epistola ipsa a scriba descripta est, sed sua quisque manu subscripserunt Melanthon et Camerarius.

(An Herzog Albrecht in Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtigster, hochgeborner, gnädigster Fürst und Herr. Nachdem die heilige christliche Kirche zu dieser Zeit im Jahr, die Gedächtnus hält, des allerhöhisten und wunderbarlichsten Werks, des Bunds göttlicher und menschlicher Natur in Christo unserm Heiland, dadurch Gott öffent-

---

*) Haec Danz. praetermisit.

1) Putaveram primum, Melanthonem loqui de commentario Hoffm. in Ep. ad Colossenses, vid. mense Febr. 1541., sed epistola serius est scripta.

2) editione?

3) Prodiit (Strob. bibl. Mel. no. 269.) commentarius Mel. in ep. ad Rom. iterum Argentor. 1544. 8. (prima editio denuo recognita, an. 1540. Vid. 1. Ian. 1540.).

4) Videtur esse liber Vadiani adversus Schwenckfeldium. Vid. epist. ad Vadianum infra d. 6. Iul. huius anni.

lich bezeuget, daß er wahrhaftiglich menschliche Natur lieb habe, und sich ihr annehmen wolle, und also geordnet mit diesem Gedächtnus das neue Jahr anzufahen, wünschen wir E. F. G. in Unterthänigkeit ein friedlich und selig Jahr, und daß Gott von wegen des gedachten hohen Bundes mit dem armen menschlichen Geschlecht E. F. G. schützen und den Kirchen und ehrlicher Regierung zu gut lang in Gesundheit und Frieden erhalten wolle.

Und nachdem E. F. G. an uns beide geschrieben von einem Mann, der zur Regierung der Schul zu Königsberg tüchtig wäre, und insonderheit mich, Joachimum, dazu berufen, sende ich E. F. G. hiemit meine unterthänige Entschuldigung, die ich vor etlich Wochen geschrieben. Ich habe aber die Brief aus Mangel der Botschaft nit zeitlicher senden können. Dabei ist des Herrn Spangenbergs Antwort, sammt einer Schrift des Ehrbaren Raths zu Northusen. Nachdem aber E. F. G. weiter uns beiden sämmtlich befohlen, eine Person anzuzeigen, und wir auf etlich gedacht in Leipzik, Witeberg und Frankfort, ist unter diesen auch von Georgio Sabino, einem Legenten zu Frankfort und geboren in der Mark, geredt worden, der E. F. G. Leuten ohne Zweifel wohl bekannt ist, und und im Latein, Prosa und Vers zu schreiben solche gute Geschicklichkeit hat, daß wahrlich nit viel in Teutschland oder andern Landen zu finden, die ihm vorzuziehen. Als er auch nit von uns, sondern von Andern vernommen, daß wir von E. F. G. Befehl gehabt, hat er an uns geschrieben und angezeigt, daß er E. F. G. zu dienen, so fern er zu Frankfort ledig werde, wie er hoffet, ganz geneigt sey. Dieweil wir denn gemeldten Sabinum für tüchtiger achten zu diesem Stand, denn andre, die wir haben bedenken können, so haben wir Ihnen E. F. G. zu gedachter Regierung der Schul in Betrachtung seiner guten Geschicklichkeit, anzuzeigen beschlossen, auf E. F. G. weiter Bedenken, Bitten auch E. F. G. in Unterthänigkeit, sie wollen Ihr diesen Mann gnädiglich lassen befohlen sein. Und so er E. F. G. gefällig sein würde, so wollen E. F. G. ihr Gemut gnädiglich an uns oder Ihnen schreiben, und also ihn erfordern. Ich Joachimus habe ihn lange Zeit kennet und an seinem Schreiben ein besonder Wohlgefallen gehabt, zu dem ist er aufrichtig und ehrlicher Sitten. So hab ich Philippus ihm mein arme Tochter geben, und hab nit anders gesucht, dann daß ich Hoffnung gehabt, er sollt mit der Zeit mit seinem Schreiben den Herren oder Schulen nützlich dienen. Es werden auch E. F. G. befinden, daß er nit allein zur Schul, sondern auch in der Cancelley zu Lateinischem schreiben und in Legation zu gebrauchen sein würde. Nun stellen wir in Unterthänigkeit zu E. F. G. daß sie selbst schließen, Bitten aber E. F. G. wolle diese unsere Anzeigung gnädiglich verstehen, denn so wir diesen Mann nit für tüchtig achten, wollten wir E. F. G. Ihnen in keinen Weg anzeigen. Auch so können sich E. F. G. bei den Ihren von ihm leichtlich erkunden. Und E. F. G. in Unterthänigkeit zu dienen sind wir willig. Datum Leipzik 4. January Anno 1544.

E. F. G.

unterthänige Diener
Philippus Melanthon.
Joachim Camerarius.

No. 2844. 5. Ian.

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 477 sq. — Hic ex autographo in Cod. Monac. I. p. 578.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Noriberg.

S. D. De quaestione tua placuit mihi accommodari Psalmum ad huius luis grassantis depulsionem, caeterum habes alias multas similes sententias de liberatione corporum, ut: *non morietur iustus fame*, etc. De toto igitur genere disputemus. Usitatum est decurrere ad ultimam metam: non mori, non perire iustos, etiamsi moriantur oppressi corporalibus cladibus. Et in loco valet haec responsio. Sed non sola haec explicatio tenenda est. Vult Deus etiam praesenti vitae opitulari, ac de praesenti liberatione genus illud promissionum concionatur. In quo haec tria complectenda sunt: Ecclesiam cruci subiectam esse, et servari tamen etiam in hac vita, et ad extremum liberari ab omnibus aerumnis. Valent igitur promissiones, cum hac conditione, ut sciamus Ecclesiam cruci subiectam esse, et mens parata sit ad obedientiam. Quid igitur adferunt promissiones? de toto corpore concionantur. Ecclesia petens depelli luem, bellum, famem, servari corpus petit. Et id impetrat. petit idem mitigationem singulis. Ionathas etsi vere pius est, in acie interficitur, mirabili consilio Dei. Sed antea fuerat ornatus gloria, et in ipsa clade experitur praesentiam Dei. David scit se puniri, et

petit veniam. Experitur igitur mitigationem, etiamsi non prorsus tota poena tollitur. Ita precantes in lue sciant se pro communi salute orare, ut servetur Ecclesia, idque vere impetrant. Deinde et se petant servari. Nec irritam ducant hanc precationem, sed sciant multos impetrare, quod petunt, etiamsi aliqui propter arcanum Dei consilium non impetrant, ut Ionathas. Nam simul cum his promissionibus coniunctam sciant hanc sententiam, ut Ecclesia praestet in cruce obedientiam. *Michaelis* Praefatio valde nobis placuit, ubi narrat Arii morte, significatam esse hanc postremam Mahometi cloacam. Bene vale. Die 5. Ianuarii *).

Philippus Melanthon.

No. 2845. 6. Ian.

M. Collino.

† Ex apogr. in Cod. Paris. D. L. 54[3].

Magistro Mattheo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Meministi *Gelenium*, doctum et bonum virum, Basileae mediocriter vivere, dignum quidem splendidiore fortuna. Sed ego eius latebras anteferrem valde luculentes functionibus. Cum igitur videas, quantum tibi in patria sit certaminum, statuas tandem, an ibi mansurus sis, an vero in Germaniam rediturus. Quod si mavis in Germaniam redire, aliquid consilii Deus ostendet. *Περὶ γάμου* vides non posse constitui, nisi de sede et domicilio prius decreveris. *Οἶκον μὲν πρώτιστα*, inquit Hesiodus. Sed ubicunque sumus, quaedam difficultates ferendae sunt, ut vides hanc ipsam rerum naturam indigna multa pati *καὶ συστενάζειν τῇ ἐκκλησίᾳ*. Non igitur communi legi nos eximamus, sed a filio Dei, servatore nostro Iesu Christo, petamus et expetemus auxilium, qui Ecclesiam et studia literarum non penitus deleri sinet. *Οἱ ἄρχοντες καὶ βασιλεῖς ζυγομαχοῦντες ταράττουσι, καὶ κακῶσι πάσας χώρας μωραῖς ἐπιθυμίαις,* quare a Deo petamus defensionem. Praesidia humana nulla video. Mitto tibi suavia poëmata *Stigelii.* Bene vale, die quo Maria virgo attulit in templum filium *χριστὸν*, recens natum, ac testata est, primogenitos dedicatos esse Deo ac sacerdotes esse debere. 1544.

No. 2846. 8. Ian.

Kuffners ad Melanthonem, filium.

† Ex apographo in cod. Dresd. collect. Seidel. n. 52. descrtpta a Cl. *Gersdorfio.*

Dem züchtigen und gelehrten Gesellen Philippo Melanchton dem Jüngern meinem guten Gönner zu handen.

Gottes Gnade und Friede durch Christum wünsche ich euch und ein glückselig neues Jahr, herzallerliebster Philippe, Ihr traget noch in frischem Gedächtniß, was ihr mit mir geredt habt zu Wittenberg, nämlich daß ihr mir angelobt, mich zu einem ehelichen Gemahl zu nehmen, und auf daß ich nicht möcht an euer Zusag zweifeln oder gedenken, es wäre euer Ernst nicht, habt ihr mir dieselbige Zusagung, wie ihr wohl wisset, des Morgens verneuert, und endlich die Hand darauf gegeben, auch nachfolgends etliche Geschenk darauf überantwortet, und noch in meinem Abschied dieselbige Ehe in die Faust zugesagt und mit ganz großem ernstem Schwure bestätigt, nämlich daß ihr immer und in Ewigkeit keine andere zu nehmen willens seid, und ich euer sei auch nicht von euch mag geschieden werden denn durch den Tod. Wie ihr solches alles wißt, und dieweil ich von euch gezogen und mich auf solche ofte Zusagung verlassen, werd ich armes Mägdlein nu nicht allein hie unbillig ausgetragen, als solt ich mich heimlich hinter meiner Eltern Wissen mit euch verlobt, auch nachgegangen und kein Ruhe gehabt bis ihr mir die Ehe zugesagt. Welches alles denn so wahr als Gott im Himmel ist, nicht also ist, sondern was ich gethan habe, das habe ich mit Vorgedenken meiner Eltern und Wohlbedacht aus reinem, fleißigen und steten Anliegen gethan, da selbst ihr mir denn, wie oben gesagt, so mit ernstem trefflichen Schwure die Ehe zugesagt. Aber itzund erfahr ich wie euer Vater mit dem meinen umgehen will, und gar ein nicht daraus machen, welches ich denn nicht recht verstehen noch ermessen kann, viel weniger mit unser beider gutem Gewissen gehen mag, und dieweil solche Zusagung zwischen uns beiden geschehen, auch anlangen thut unser eigen Gewissen, daß wir es vor Gott am jüngsten Tag verantworten müssen, acht ich kann

---

*) Alia manus adscripsit: 1544.

und mag sie ohn unsre beiden Verwilligung nicht zertrennt noch verhindert werden, wie denn euer Herr Vater wohl zu thun vermeinet. Und machet mich armes Mägdlein diese neue Mähr zu diesem neuen Jahr ganz betrübt und verrenkt, daß ich nicht weiß, was ich vorhaben soll, kann und mag weder essen noch trinken, weder schlafen noch wachen, also gar bin ich in meinem Gemüth zerrückt, zu welchem allen ihr eine einige Ursach seid, und ich besteh, so dieser Sach nicht recht geholfen werde, werde es mir großen Schaden thun. Derhalben bitt ich euch um Gottes willen, wollet mich verständigen, was euer Sinn sei und worauf ihr bestehen wollt, und hierin ansehen die große wichtige Sache, die mich und euch nicht Leib und Leben, sondern den ewigen Zorn Gottes und seine Strafe, und das ewige Nagen des Gewissens betreffen, und wiewohl ich mich mit meinem Gewissen so hoch, das Gott gedankt sei, nicht versündigt hab, auch nicht Gottes ewige Vermaledeiung und Zorn auf mich geladen hab, als ihr denn gethan, und nicht einmal sondern oft euch verflucht, wo solche Zusage von euch nicht gehalten werde, daß ihr Gottes Antlitz nimmermehr besehen wollt, auch ewig des Teufels sein. Doch bin ich vor Gott neben euch und in meinem Gewissen also verhofft, daß ich fürcht, es würde mir armen Wesen nimmermehr wohlgehen, vielmehr aber euch. Derhalben damit euer und mein Gewissen rein bleibe vor Gott, und ich nicht theilhaftig werden möcht eurer Vermaledeiung und ergeben des Teufels, bitt ich euch nach und jetzt wie vor um Gottes Willen, wollet in solchen wichtigen trefflichen Sachen die unser beider Seelen Seeligkeit anlangt, nicht unachtsam sein, oder darin zu Gefallen eurer Freundschaft und etlicher Menschen, Gottes ewigen Zorn, eure Vermaledeiung und ewiges Nagen des Gewissens auf euch laden, welches euch ach Gott im Himmel viel zu schwer würde sein, sondern allhie bedenken eurer Seele Seligkeit und reines Gewissen vor Gott, mit welchem ihr sicherlich am jüngsten Tag vor Gott treten möget. Und zwar als ich aus der Rede eures Herrn Vaters vernommen, gedenkt mich hierin los zu zählen frei und ledig, als möcht ich wohl mich anderswo umsehen, welches einstweilen mir unmöglich ist, und euch viel mehr. Werde auch mich damit, darzu mir Gott helfe, so bald nicht abweisen lassen. Darnach ihr euch wißt zu richten. Nachdem bitt ich noch und zum letzten wollet euer Gewissen in dieser Sachen fleißig verwahren und acht geben, daß ihr euch selbst nicht ein ewiges Verdammniß, dafür euch Gott behüt, aufladen möchtet. So denn also wollt ich lieber, daß ich euch nimmermehr gesehen hätt, denn eine einige Ursach darzu gewest sein. Solches bitt ich, beherziget bei euch, und schreibet mir eilends wieder*), damit ich nicht also bekümmert, und da Gott vor sei, in ein Unglück fallen möcht, welches mir denn zu schwer wäre, und ihr eine einige Ursach. Damit Gott befohlen. Geben Leipzig Dienstag nach der heiligen drei Könige Tag. Im 1544.

Margreth Kuffners.

No. 2847. 14. Ian.

Melanthon filius ad M. Kuffner.

† Ex autographo in cod. Dresd. collect. Seidel. n. 51. descripta a Cl. *Gersdorfio.*

Der ehrbaren und tugendsamen Jungfrauen Margaretha Kuvner[1]), meiner lieben Schwester zu eignen händen ꝛc. Leipzig.

Meine ganz willige Dienste und alles Gut zuvor an, Erbare, tugendsame Jungfrau Margreth, ich hab euer klägliches Schreiben[2]) empfangen, in welchem ihr mich meiner Zusagung erinnert, und euer Elend, darin ihr itz stehet, hochbeklaget. Nun gehet mir wahrlich solchs heftig zu Herzen, und bekümmert mich nicht ein wenig, daß ihr von meinetwegen, solch Bekümmerniß müßt tragen, weil ich aber gleicherweise in solcher Noth und Elend stecke, könnt ihr von mir itz keinen Trost gewarten, denn alleine daß ich wünsche und bitte Gott, daß er euch in solcher Betrübniß beistehen wolle. Den Brief den ihr mir geschrieben habt, habe ich meinem Vater zu lesen überantwortet, und die Clausel darin ihr euch loszählet davon geworfen, gleich als wäre sie sonst darvon verloren, auf daß nicht ein Aergers daraus folgen möchte; und nach der Vorlesung hat mir mein Vater geantwortet, es nehme ihn sehr Wunder, daß ihr so sehr itz treiben möcht, weil ihr doch wohl wisset, daß die Mutter noch sehr heftig sei, würde sie aber ein wenig linder, wollt er der Sache bald rathen. Ich hab auch nie von meinem Vater aus irgend einem Wort oder Zeichen vormerken können, daß er solche Ehe je zu zerreißen gesinnet sei, wie ihr denn schreibet, wär auch etwas darvon gewesen, hätt er mich wohl angezeigt alsbald, da er von Leipzig kommen ist, was aber eure Meinung sei

---

*) Responsum vid. d. 14. Ian. — Caeterum vid. Lutheri epist. ad Pr. Electorem d. 22. Ian. 1544., ubi de hac re etiam est sermo.

1) *Kuffner.*

2) Vid. d. 8. Ian.

verstehe ich nicht. Derhalben will ich euch ganz freundlich und fleißig gebeten haben, liebe Jungfrau Margreth, um unsre beide Gewissen willen, ihr wollet euch nicht von mir wissen, auf daß ihr den Zorn Gottes nicht zu hoch auf euch ladet, und darüber zum Teufel fahret, wie uns denn die gemeinen Exempel stetig warnen, denn eure Verheißung ist vor sich selbst ein Sacrament, ob ihr euch gleich gegen mich nicht so hoch als ich gegen euch verbunden habet. Daß ihr aber von mir begehret eine gewisse Antwort anzuzeigen, was ich zu thun gesinnet sei, kann ich euch nichts anders antworten, denn das ich stets geantwortet habe, und solches zu thun noch gänzlich gesinnet bin. Was ich aber mit meinem Vater weiter handeln werde, soll euch schriftlich auf das allererste durch Wentzel Furman angezeigt werden, denn mein Vater hat derseidet noch nichts mit mir darvon geredet. Damit seid Gott befohlen. Grüßet von meinetwegen euren Vater und Mutter. Datum Wittenberg am 14. Tag Januarii Anno 1544.

Philippus Melanthon.

No. 2848. 16. Ian.

C. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 256 sq.

Christophoro Preyss, Pannonio.

S. D. Apud Herodotum inquit Rex Darius: *ὅτι κτημάτων πάντων ἐστὶ τιμιώτατον ἀνὴρ φίλος συνετός τε καὶ εὔνοος.* Te igitur merito et amo et facio plurimi, cuius et erga me benevolentiam et prudentiam ac animi moderationem saepe perspexi. Quod affici te meo ingenti dolore ostendisti, habeo tibi gratiam. Et quoniam virtutis caussa scis amicitias colendas esse, spero, te hoc meo tristi tempore non abiecturum veterem erga me benevolentiam tuam. Meos tibi commendo et consilio tuo regendos et tegendos. Misi hunc nuncium Francofordiam, ut voluit *Sabinus.* Sed quia dubitabam, an istic nunc esset, ad te accedere iussi. Sed non adest, fasciculos literarum ad te recipe, et ei venienti tradito, vel cum habes certos tabellarios, ad eum mittito. Magnopere autem te oro, ut nunc mihi rescribas. Accepi a te ternas literas, pro quibus tibi has pagellas de Aristotele *) mitto. Valde oro, ut mihi significes, si quid audies, quando meus gener ingressurus sit iter. Bene vale. Die 16. Ianuarii.

Philippus Melanthon.

*) Oratio Mel. de Aristotele, quae est in eius Declamationib. et prodiit a. 1544., secundum Mylii chronolog. scriptorum Mel.

No. 2849. 18. Ian.

Vito Theodoro.

Epist lib. IV. p. 183 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 580.

D. Vito Theodoro, in Ecclesia Noribergensi docenti Evangelium,

S. D. Vidi libellum, quem huc misisti, continentem argumenta seu rerum indices in Matthaeum, et rogatus a *Georgio Rorario* aliquot pagellas mutavi: Etsi studia commentandi et scribendi probo, nam excitandae sunt mentes quoquo modo, tamen omnes nos qui scribimus, similes esse video puero monstrato, ut ferunt, Augustino, qui sedens in littore maris, ac scrobe digitulis facta, mare se in eam scrobem dixit transfusurum esse. Exhaurire magnitudinem rerum, de quibus Deus concionatur, nostris enarrationibus non possumus. Sed tamen, ut dixi, excitandae sunt mentes, indicanda quaedam, invitanda studia hominum, postea pios, ut Iohannes inquit, *τὸ χρίσμα διδάσκει.*

Dolendum autem hoc est, multa praestantia ingenia, quorum eloquentia, copia et acumine illustrari res bonae poterant, vel fastidire hoc genus *ἐξηγήσεων,* vel anteferre rixas.

Nobis quoque novum certamen oritur, cum Tragoediarum scriptore, *Thoma Naogeorgo* *). Is, cum scripsisset, *Electos labentes contra Conscientiam, tamen esse iustos, et retinere Spiritum Sanctum,* a me verecunde admonitus est,

*) Th. Kirchmaier, Pastor Kahlae. Vid. infra d. 25. Ian. h. a. — De eo scribit *Medlerus* in ep. ad Ionam d. d. 20. Maii 1537. (nondum edita): „Quod iudicium meum de Thoma Naogeorgio postulas, miror, cum palam tua Excellentia experta sit, quid de te et omnibus nostris maioribus sentiat. Ego vero talem, qui vos tantos viros contemnit, impiissimum hominem iudico, qui ad omnem haeresin et seditionem pronus est. Et licet adhuc palam hoc non agat, occasionem tamen expectare videtur, quam si aliquam arripuerit, quod Deus prohibeat, procul dubio idem tentare auderet, quod vel Thomas Münzerus vel Wicelius ausi fuerunt. Quod autem vos omnes, qui tamen nostro seculo columnae Ecclesiae Dei estis, contemnat, et neminem in doctrina sui similem esse putet, vel testibus, si opus foret, probare possem."

ne hoc dogma absurdum populo proponeret. Mox ille in Aula me accusat; habet enim quorundam studia propter maledica poëmata. Missae sunt mihi eius Propositiones, sed nondum respondi. Non enim libet, cum homine furioso litigare. Tantum autem ei tribuitur, ut nunc in Conventum abducatur, me relicto, credo quod hominem audacem putent opponendum esse iis, qui moliuntur conciliationes*).

Sed profecto non satis est, ἀπαιδεύτως βοᾶν. Mihi tamen gratum est, praesertim ab hoc Conventu abesse, quem video longe magis turbulentum fore superioribus. Deum oremus, ut exitus sit placidus.

Mitto historiam Hungaricam, quae ostendit, ruentibus Rebusp. grassari furias, et amisso sensu calamitatum homines cumulare scelera, ut fiebat in excidio Ierosolymae. Exemplum metuo. Similia enim acciderent, si in Germania bellum civile oriretur, quod ut Deus Pater Domini nostri Iesu Christi avertat, ardentibus votis precemur.

Mihi recens ex quadam aula, non prorsus ignara negociorum *Caroli* Imp. scriptum est, plane adhuc *Caroli* sententiam esse, ne moveatur Germania. Quod si verum est, singulare et magnum Dei beneficium est, animum Imp. tot irritatum modis, tamen ab optimis consiliis non averti.

Mitto et alteram pagellam pie scriptam. Sed utinam aulae serio pacem expeterent, certe ipsis magis, quam populo necessariam. Bene vale. Die 18. Ianuarii 1544.

Philippus Melanthon.

Praefatio in Genesin, in typographica officina absoluta est. Fortassis exemplum tibi mittetur. Venditio differtur usque ad nondinas Francofordianas.

No. 2850. 22. Ian.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 443 sq. (ed. Lond. IV. ep. 313.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo cariss.

S. D. Deum oro, ut nostros labores regat et adiuvet in adolescentia erudienda. *Suarcebergium* quidem iudico homini idoneo commendatum esse, *Sebastiano Franco*, cuius tibi mitto Elegiam, non ut inde ingenium aestimes, habet enim alias venustiores dotes ingenii, quam hanc scribendi carminis qualemcunque facultatem. Et nunc magna cum spe versatur in Iure civili, et suavitate ingenii, et dexteritate eximia praeditus est. Vivitque in familia viri boni *Georgii Rhau* typographi. *Vitus*[1]) inepte alienarat animum adolescentis a se: Ac nunc quidem *Vito* pecunia debita magna ex parte persoluta est. Cum reversi essemus domum, exhibita est nobis epistola *Buceri* ad *Macedonem* scripta, quam noster *Pericles*[2]) ἀποτόμως reiecit, et ita exarsit, ut videam mihi, si in conventum profectus essem, vix fuisse redeundum. Composui tamen responsionem[3]) non horridissimam, quam placere sibi ostendit. Bene vale XXII. Ianuarii. An. M.D.XLIIII.

Philippus Melanth.

No. 2851. 24. Ian.

Auditoribus.

Scripta publ. Acad. Viteb. Vol. I. — Apogr. in cod. Bav. II. p. 630.

Philippus Melanthon de secunda eclipsi, 24. *Ianuarii anno* 1544.

Obscura donec tegitur caligine Phoebus
  Usuram nec dat luminis ipse sui,
Auditor luctu veros ostende dolores,
  Ut Deus poenas mitiget, adde preces.
Omittenda igitur nunc est praelectio nobis,
  Cras utinam redeat laetior hora precor.

No. 2852. 24. Ian.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 456 sq. (ed. Lond. IV. ep. 332.).

---

*) Indicta erant comitia Spirae d. 10. Ian. habenda, volebatque Pr. Elector concionatores secum ducere. Vid. Seckendorf. h. Luth. III. p. 473 sq.

1) Amerbachius.
2) Luther. C. W.
3) Haec non servata est.

Clarissimo viro egregia eruditione et virtute praedito Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo carissimo,

S. D. Etsi non prorsus liberatus sum metu profectionis ad conventum[1]), tamen aula mihi satis comiter promittit, fore ut non abducar. Graves caussae commemorantur, quae sunt, ut noster historicus inquit, *σχῆμα πολιτικὸν τοῦ λόγου*. Sed magnum me beneficium accepisse putabo, si mansero. Nam cum haec tempora, ut furores hominum ad superiores conventus confero, magnam video dissimilitudinem fore. Interfui antea, non sine cura, non sine colaphis, sed tamen *πολιτεύματα* nostra Dei beneficio, fuerunt incruenta: multa utiliter explicata sunt, multae quaestiones diiudicatae, multa mitigata. fuerunt, Deo gubernante, *καταστροφαὶ* placidae. Nolo omnia commemorare. Nunc ardent odiis Germani, et totus orbis terrarum maiore in luctu est, quam tunc erat. Gallia bellum exitiale metuit. Scoti in tres factiones distracti, pontificiam, Anglicam, et Assertricem doctrinae purioris, ut dicunt. Decreta crudelissima sunt, ut liceat occidi *ἀκρίτους* assertores doctrinae. Ego hodie die Ecliptico litteras accepi, An liceat *ἀμύνεσθαι τοιαύτην ὠμότητα*. Non libet *δύσφημα* omnia recensere. Tantum illud dico, magnopere me optare, ut, quod ostendunt, concedant mihi, ut maneam. Interim domi assiduis votis commendabo Deo Ecclesias nostras ac politias, et precabor, ut ipsorum consilia sint salutaria ipsis et Reip.

Quo die adveni, hic *noster*[2]) concionem habuit, in qua *οὐ κατὰ τὴν περικλέους σεμνότητα, ἀλλὰ κατὰ τὴν κλέωνος παῤῥησίαν καθήψατο τῶν νομοφυλάκων*[3]). Etsi mederi huic malo student aliqui, tamen quantum proficiamus, nescio. De te saepe ante multos annos cogitavi, cum viderem rei litterariae, si una fuissemus, nostram familiaritatem profuturam esse. Sed multa erant, quae dehortabantur me, ne te in hanc Remp. attraherem. Mihi meum fatum ferendum est. Et oro Deum, ut mitiget aerumnas, nec dies abit ullus, quin illam Prophetae vocem cogitem ac recitem: Cum irasceris Deus, misericordiae tuae recorderis.

Litterarum fasciculum, qui mittendus fuit in Prussiam, tradidi *Pollentio*, adolescenti nobili, qui Duci exhibebit. Accepi hic et Ducis epistolam, in qua ultro accersit *Sabinum*: Hanc statim *Sabino* misi. Etsi doleo longius a me filiam, cuius mihi virtus non raro moesticiam lenit, abduci, tamen in tantis miseriis publicis haec privata mediocriter ferenda esse duco, Et Deo eam commendo. Memini cum infantula mihi lacrimas a genis detergeret suo indusiolo, quo uno erat induta mane. Hic gestus ita penetravit in animum meum, ut non putem fuisse *ἄσημον*. Bene vale.

Philip. Melanth.

---

1) Comitia Spirae habenda.
2) Lutherus.
3) Lutheri concio d. 2. post Epiphan. habita, von heimlichen Verlöbnissen. Vid. Lutheri epist. ad Ioh. Frid. Electorem d. 22. Ian. 1544.

No. 2853. 25. Ian.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 448 sq. (ed. Lond. IV. ep. 316.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo cariss.

S. D. Meministi vetus illud Messeniorum opinor, qui dicebant, esse quaedam Lacedaemoniorum *καινὰ μὲν ἀδικήματα, παλαιὰ δὲ σοφίσματα*. Ita sunt Epicurea convicia vetera quidem, sed nunc rabiosius dicuntur, cum tranquillitatem suam homines *ἄθεοι* et molliculi interturbari clamoribus Ecclesiae arbitrantur. Sed profecto nostri muneris est, acerrime dimicare cum Epicureis. Tua responsione[1]) valde delectatus est *Lutherus*. Ego igitur, ut legant talia praelia non verborum, sed rerum maximarum, adolescentes, mox curavi formulis transcribi, tibique et *Ziglero* et *τῷ φρεατίῳ*[2]), et *Ioachimo Rhetico* exempla mitti. Bene vale, die Conversionis Pauli.

Philippus Melanth.

No. 2854. 25. Ian.

B. Schallero.

Epist. lib. II. p. 474. (edit. Lond. II. ep. 502.).

---

1) opposita Latomo.
2) Bornero.

D. Bartolomaeo Schallero

S. D. Ex *Isaaco* filio tuo intellexi nuncium ad te iturum esse. Quare duxi ad te scribendum esse non tam de mea voluntate, quam de fratre Medico. Hanc voluntatem meam spero tibi notam esse. Si qua in re potero prodesse tuis filiis, non deero eis, praesertim cum et ipsos videam modestos et studiosos esse. De fratre *Hieronymo* etsi fortasse iam alii hoc significarunt, tamen ego tui consolandi causa etiam scribendum duxi. Ex *Noriberga* ad nos scribitur, mortuum esse tuum fratrem *Hieronymum*, ac multos doctos viros magnum dolorem ex eius interitu accepisse. Mihi communis tecum luctus est. Sed meus dolor eo est acrior, quod mihi studia notiora fuerunt. Cum sciam multos excellenti doctrina medicos esse in *Germania*, *Latine*, *Graece*, et in Philosophia praeclare eruditos: profecto tuum fratrem iam praecipuis annumerari intelligebam. Sed parendum est Deo, et moderandus luctus. Non enim casu nascimur aut discedimus. Bene vale. Die Conversionis *Paulinae*.

No. 2855. 25. Ian.

Iudicium.

Editum a Pezelio in Melanthons christlichen Bedenken p. 267. — Iterum, ut Lutheri scriptum, ab Aurifabro in operib. Luther. edit. Isleb. P. II. p. 360.; inde recusum in opp. Luth. Altenb. T. VI. p. 1045., in opp. Luth. Halens. T. X. p. 1996. et in epistolis Lutheri a de Wettio editis T. V. p. 40. — Apographa in cod. Bav. I. p. 931., in cod. Galli II. p. 261., et in cod. Guelph. in fol. no. 11. 10. p. 175. — Melanthonem esse auctorem scripti, intelligitur ex epistola eius ad Vit. Theodorum d. d. 28. Ianuarii huius anni, ex qua etiam satis perspicitur, hoc iudicium non, ut Aurifaber voluit, ad ann. 1536. referendum esse. — Quod attinet ad *Thomam Naogeorgium* (germanice *Kirchmaier*), natus is est in pago Hubelschmeiss, unde cognominatus quoque *Hubelschmeisser*. Fuit primum concionator in oppidulo Sulza in Thuringia, ubi iam anno 1536. errorem suum proposuit in commentario in Evang. Iohannis, qui autem liber, quippe quem improbabant Lutherus, Melanthon et Bugenhagius, illo tempore non editus est. Illum autem id aegerrime tulisse intelligitur ex epistola (nondum edita) Nicolai *Medleri*, Pastoris Naumburgensis ad *Iustum Ionam*, data d. 20. Maii 1537. (cuius autographon est in Volum. Epist. Meining. ep. 89.), ubi *Medlerus* haec: „Quod iudicium meum de *Thoma* „*Naogeorgio* postulas, miror, cum palam tua Excellentia experta sit, quid de te et omnibus nostris maioribus „sentiat. Ego vero talem, qui vos, tantos viros, tanta „doctrina, pietate et auctoritate praeditos contemnit, im„piissimum hominem esse iudico, qui ad omnem haere„sin et seditionem pronus est. Et licet adhuc palam hoc „non agat, occasionem tamen expectare videtur, quam si „aliquam arripueret, quod Deus prohibeat, procul dubio „idem tentare auderet, quod vel Thomas Münzerus vel „Wicelius ausi fuerunt. Quod autem vos omnes, qui „tamen nostro seculo columnae Ecclesiae Dei estis, con„temnat, et neminem in doctrina sui similem esse putet, „vel testibus, si opus foret, probare possem." — Postea electus est pastor ecclesiae Cahlensis 1541., ubi librum suum Francofordi edidit, adversus quem Melanthon postea hanc suam sententiam literis mandavit, iussus a Principe Electore (vid. ep. d. 18. Ian.). Discessit Cahla anno 1546. et se contulit in Sueviam, ubi, pastor in oppidulo Wisloch factus, denique d. 29. Dec. 1563. mortuus est. Cf. Strobelii Miscellan. P. III. p. 107.

„Von den Sünden der Auserwählten contra *Naogeorgium* Pastorem Calensem, 25. Januar 1544."[1])

Wenn man von Unterscheid der Sünden redet, die[2]) in Heiligen in diesem Leben bleiben, soll man die Augen nicht auf die verborgene Auserwählung oder Versehung oder Prädestination, wie man sie nennet, weisen; denn solche[3]) Reden machen eitel[4]) Zweifel, Sicherheit oder Verzagung: Bist du erwählet, so kann dir kein Fall schaden, und bleibst allezeit in Gnaden und kannst nicht verderben; bist du nicht erwählet, so hilft alles nicht. Dieß sind schreckliche Reden, und ist unrecht, das Herz[5]) auf diese Gedanken zu leiten, sondern das Evangelium weiset uns zum ausgedruckten Gotteswort, darinnen Gott seinen Willen offenbart hat, und darnach[6]) er will erkannt werden und wirken 2c.

Nun ist öffentlich, daß Gottes Wort die Sünden straft, und gibt Unterscheid der Sünden, und weiset uns zu dem Heiland Christo. Dieses ausgedruckte Wort sollen wir ansehen, und darnach richten, ob wir in Gnaden sind. Denn[7]) so ein Mensch in Sünden ist wider sein Gewissen, das ist, so er wissentlich und williglich thut wider Gott als ein Ehebrecher oder Frevler, der jemand[8]) wissentlich unrecht thut, sein Gut entzeucht 2c.[9]), derselbige, so lang er solchen Willen wissentlich behält, ist er ohne Reue und ohne Glauben, und ist Gott nicht gefällig. Also auch so lang einer[10]) eines andern Eheweib bei sich hält, ist keine Reue, kein Glaube, keine Heiligkeit da, das ist ja öffentlich. Denn wo Glaube ist, dadurch wir gerecht werden, da muß

---

1) Fab. anno 1536. — In cod. Bav. inscribitur: Von den Sünden der Auserwählten, *M. L. D.*, *Iohannes Bugenhagius Pomeranus D.*, *Philippus Melanthon M.*

2) Pez. welche.

3) Pez. diese.

4) eitel non habet Pez.

5) Cod. Guelph. die Herzen.

6) Cod. Galli dadurch.

7) Cod. Guelph. darum.

8) Pez. jemandt.

9) sein Gut etc. cod. Bav. Aurif. et cod. Galli non habent.

10) Pez. Als so lang er; cod. Galli: als so lang einer.

auch gut Gewissen seyn, und ist ganz unmöglich, daß diese zwei Ding beisammen stehen sollten: Glaube, der auf Gott vertraut, und böser Vorsatz, oder, wie mans nennt, böß Gewissen. Glaube und Anrufung Gottes sind zarte Ding, und mag leichtlich sehr eine[11]) kleine Wunde im Gewissen[12]) seyn, die stößt Glauben und Anruffung weg, wie ein jeder geübter[13]) Christ sehr oft erfahren muß.

Darum setzt Paulus diese Stück zusammen[14]) 1 Timoth. 1.: dieses ist die Summa der Lehre, Liebe von reinem Herzen und gutem Gewissen, und ungefärbtem Glauben. Item 1 Timoth. 1.: behalt den Glauben und gut Gewissen. Item 1 Timoth. 3.: die des Glaubens Geheimniß behalten mit reinem Gewissen. Diese und dergleichen mehr Sprüche, die hernach sollen angezogen werden, zeigen an, daß, wo nicht gut Gewissen ist, da ist kein Glaube und keine Heiligkeit.

Darum so einer gerecht wird, obgleich allein[15]) der Glaub an den Heiland Christum Gnad erlangt, daß die Sünden vergeben werden, und diese Person angenommen wird, so muß dennoch böser Vorsatz weg seyn, daß also ein gut Gewissen anfahe. Wo nun Glaub und gut Gewissen ist, da ist gewißlich der heilige Geist, und stehet dennoch das Vertrauen nicht auf eigner Würdigkeit oder[16]) gutem Gewissen, sondern auf Christo, und[17]) schließen wir[18]), daß wir in Gnaden seyen um Christi willen aus seiner Verheißung, und also kann rechte Anrufung geschehen, wie Johannes spricht 1 Joh. 3.: so uns unser Herz nicht verdammt, so können wir Gott getrost ansprechen, und was wir bitten, das empfahen wir von ihm. Und obgleich Sünden in den heiligen bleiben, angeboren Elend und böße Neigung, und daß das Herz nicht also ernstlich[19]) Gott fürchtet, vertrauet 2c., (welches alles nicht für geringe Schaden zu achten, sondern sind große Sünde): gleichwohl ist diese Schwachheit weit zu unterscheiden von wissentlicher Bewilligung und bößem Vorsatz, der das Gewissen unrein macht. Solche Sünde und Heiligkeit stehen nicht beisammen, und sollen wir hie[20]) nicht disputiren von der Versehung, sondern von Gottes Zorn[21]) in seinem Wort offenbaret, und darnach wiederum Gnade suchen.

11) Cod. Guelph. eine gar.
12) Aurif. des Gewissens.
13) Cod. Bav. glaubiger.
14) Cod. Guelph. addit: und spricht.
15) allein Pez. non habet.
16) oder] cod. Bav. noch.
17) Cod. Guelph. und so; Aurif. daher.
18) wir non habet cod. Bav.
19) Cod. Bav. also eigentlich und ernst.
20) hie non habet Pez.

Und daß solcher Fall in den Auserwählten die Heiligkeit wegnehme und den heiligen Geist wegtreibe, das ist erstlich ganz offenbar an Adam und Eva, welche auserwählt gewesen, haben aber gleichwohl ihre Heiligkeit und heiligen Geist also jämmerlich[22]) verloren, daß durch diese Verwundung der ersten Menschen hernach aller[23]) Menschen Natur schwach und sündig ist, und so sie nicht wiederum aufgerichtet wären, wären sie in ewiger Verdammniß blieben. Denn so viel diese Mittelzeit belanget, sind sie in Gottes Zorn wahrhaftiglich gewesen. Denn diese Sachen sind nicht Spiegelfechten. Paulus spricht mit klaren Worten: durch einen Menschen ist die Sünde eingetreten in alle Menschen zur Verdammniß. Und was Verdammniß heißt, ist offenbar[24]). Item, da David des Uriä Eheweib beschlafen hatte, und hat den frommen Mann ermorden lassen, ist David unter dem Zorne Gottes, und hat seine Heiligkeit und heiligen Geist verloren, so lang, bis er wiederum bekehrt wird. Dergleichen ist von andern in solchen Fällen zu reden[25]). Und daß dieses alles, wie gesagt ist, wahr sey, wird bewiesen aus folgenden Sprüchen.

1 Joh. 3.: lasset euch nicht verführen, wer Gerechtigkeit thut, der ist gerecht, wer Sünde thut, ist aus dem Teufel. Als, da David die unordentlichen Flammen hat lassen anbrennen, und das Herz gewankt hat, da hat der Teufel ihn getrieben, und hernach den überwundenen David zu größern[26]) Sünden, zu Mord 2c. getrieben. Und daß der heilige Geist weggewesen, das beweisen weiter die Worte Pauli Eph. 5: kein Ehebrecher ist ein Miterb im Reiche Christi. Das ist klar geredt vom gegenwärtigen Ehebruch; so lang der Ehebrecher in diesem Vorsatz ist, ist er kein Erbe im Reiche Christi. Daraus folget, daß er nicht gerecht und heilig ist, auch den heiligen Geist nicht hat. Item, alsbald folgt: von wegen dieser Werke kommt der Zorn Gottes über die Ungehorsamen. Item Röm. 8. macht Paulus diesen nöthigen Unterscheid der Sünden, und spricht: so ihr nach dem Fleische lebet, werdet ihr sterben; so ihr aber mit dem Geist des Leibes Anreizung tödten werdet,

21) über die Sünde, addit cod. Guelph.
22) also jämm. non habet Pez.
23) Pez. alle.
24) Cod. Guelph. und das Verdammniß ist offenbar.
25) Dergleichen et sqq. desiderantur ap. Pez. et in cod. Bav.
26) Cod. Bav. großen.

werdet ihr leben. Nun ist öffentlich, daß Paulus den Heiligen an diesem Ort prediget, und lehret sie, wie sie heilig bleiben sollen, nämlich also, so sie den bößen Neigungen [27]) widerstreben; dagegen aber spricht er: so ihr nach dem Fleische lebet, werdet ihr sterben, das ist, so ihr den bößen Neigungen [28]) folget, seyd ihr wieder im Zorn Gottes, denn dieses nennt er sterben. Ezech. 33.: welchen Tag der Gerechte Bößes thut, will ich aller seiner Gerechtigkeit vergessen ꝛc., und welchen Tag der Gottlose sich bekehret, und thut Gutes, will ich seiner Sünden vergessen. Dieses ist ja ein klarer Text, daß der Gerechte, so er wissentlich und williglich in Sünde fällt, nicht mehr gerecht ist. Apokalypsis 3. straft der heilige Geist die Kirche zu Pergamo, sie habe bei sich unrechte Lehrer und Unzucht, und sagt mit klaren Worten da: welches ich hasse. Wo nun Gott über jemanden zürnet, der ist nicht heilig, angenehm ꝛc., und sind ohne Zweifel Auserwählte und nicht Auserwählte unter diesen gewesen.

Aus diesen und viel mehr Zeugnissen haben wir allezeit einhelliglich in allen Kirchen also gelehret, daß, so ein Heiliger wissentlich und williglich wider Gottes Geboth thut, daß er nicht mehr heilig sey, sondern habe rechten Glauben und heiligen Geist ausgeschüttet. So er sich aber wiederum bekehret, so hält Gott seinen gnädigen Eid, darin er spricht: so wahr ich lebe, ich will nicht, daß der Sünder sterbe, sondern daß er bekehret werde und lebendig bleibe. Darum nimmt Gott um Christi willen den [29]) Bekehrten wiederum an, zündet an in seinem Herzen [30]) rechten [31]) Glauben durch das Evangelium und heiligen Geist, und ist uns nicht befohlen, vorhin zu fragen, ob wir Auserwählte seyen, sondern es ist genug, daß wir wissen, wer entlich verharret in rechter Buße und Glauben, der ist gewißlich auserwählt und selig, wie Christus spricht: selig sind die beharren bis ans Ende.

Dieser Unterricht ist klar, und macht nicht ein furchtlos [32]) Wesen in denen, so gefallen sind, sondern lehret sie Gottes Zorn groß zu achten und zu fürchten, wie auch gewißlich wahr ist, daß Gott wahrhaftiglich zürnet über alle Sünden, es fallen Auserwählte oder nicht Auserwählte. Menschliche Vernunft dichtet einen ungleichen Willen Gottes, als wäre Gott wie ein Tyrann, der etliche Gesellen hätte [33]), deren Wesen er ihm gefallen lasse, es sey gut oder nicht gut, und dagegen hasse er die andern, sie thun was sie wollten. Also soll man nicht von Gottes Willen gedenken. Dieser Spruch ist ewiglich wahr [34]), Ps. 5.: du bist nicht ein Gott, dem gottlos Wesen oder Sünde gefällig ist.

Denn ob er gleich [35]) die Heiligen annimmt, die auch noch Sünde an ihnen haben, so nimmt er sie doch nicht ohne eine große Bezahlung an. Christus hat müssen ein Opfer werden, um welches willen uns Gott annimmt und schonet, so lang wir im Glauben bleiben, und wenn wir im Glauben sind [36]). Und daß dagegen etliche anziehen, David bitte: nimm deinen heiligen Geist nicht von mir, darum sey der heil. Geist auch in ihm gewesen, da er den Ehebruch und Todtschlag beschlossen hatte: ach, dieses sind sehr ungeschickte Reden, dagegen Noth ist rechten Verstand [37]) zu thun, und kann ein jeder diese Folge leichtlich richten, daß aus den Worten des Psalmen nicht folgt, daß er nicht zuvor verlassen gewesen sey. Ja, darum schreiet David also, daß er gefühlet, daß er zuvor verlassen gewesen und erfahren hat, wie schwach der Mensch ist, so er allein ist ohne Gottes Hülfe. Er hat Gottes Zorn und eigne Schwachheit erfahren, darum bittet er jetzund von vielen Stücken, daß er fürhin in Gnaden, Trost, Stärke lebe [38]): laß mich hören Freud und Wonne, daß die Gebein fröhlich werden, die du zerschlagen hast. Eben darum bittet er Trost, daß er Gottes Zorn erfahren hat, und nennet seine Schuld [39]) selbst eine solche Sünde, die Gottes Zorn und den ewigen Tod verdient habe, wie er spricht: rette mich von den Blutschulden, das ist, von Sünden die den Tod verdienet haben.

Diese Erinnerung ist zusammengezogen, anzuzeigen, warum wir Bedenken gehabt, die Auslegung über Johannem in Druck zu geben, darin der Pfarrher zu Kahl [40]) eine andre irrige [41]) Meinung setzt von den Auserwählten, nämlich daß sie gerecht bleiben, und den heiligen Geist behalten, ob sie gleich in öffentliche Sünde fallen. Er ist auch mit ganz züchtigen Worten darvon

27) Cod. Guelph. Reizungen.
28) Cod. Guelph. Reizungen.
29) Cod. Bav. et Aurif. diesen.
30) Cod. Guelph. entzündet ihm.
31) rechten non habet Pez.
32) Cod. Guelph. furchtsam.

33) Pez. hat.
34) Cod. Bav. dieser Spruch bestehet.
35) gleich] non habet Pez.
36) u. wenn wir im Gl. sind] cod. Guelph. non habet. Cod. Bav. und sind.
37) Verstand] Aurif. et cod. Galli Unterricht.
38) Cod. Guelph. addit: und spricht Psalm 50.
39) Pez. That.
40) Cod. Guelph. Kalbe; Aurifaber: K.
41) irrige] Pez. non habet.

verwarnt [42]) worden, und hoffen nochmals, er werde sich besser bedenken.

Dieß ist, wie gesagt, die rechte Meinung [43]). Denn so man sollt unser Leben richten nach dem heimlichen Rath Gottes, welchen er uns nicht offenbart, so dürfen wir seiner Geboth, Evangelium, Sacrament, auch Christus selbst nirgend zu, sondern möchten Hände und Füße gehen und laufen lassen, plumps hineinleben, wie die Säue. Nun aber will Gott sein äußerlich Wort, Sacrament, seinen Sohn, dorthin ziehen, da wir seinen Rath sehen werden, welchen wir hie nicht sehen können, viel weniger darnach leben. Altiora te ne quaesieris, spricht Sirach, sed quae praecipit Deus in his persevera.

Martinus Luther D.
Johannes Bugenhagen, Pomeranus D.
Philippus Melanthon [44]).

No. 2856.

Ionas Filius ad Ionam patrem.

Edita in Heumanni Poecile I. p. 90.

Epistola Phil. Melanthonis perscripta ad filium Doctoris Ionae.

(potius: Epistola Ionae filii ad Patrem, Iustum Ionam, praescripta Ionae filio a Phil. Melanthone.)

P. S. Laetor nae, inquit Hector ad patrem Priamum, laudari me abs te, pater, laudato viro. Arbitror autem, et illum non tam iudicio patris, quam amore, laetatum. Ita et ego, etsi non solum ingenii mei imbecillitatem agnosco, sed etiam multa gemens errata mea memini; tamen praedicari me abs te gaudeo, seu iudicio, seu amore. Vidi autem, gravissime mixtas esse laudibus adhortationes, in quibus quod et mihi adolescenti despondisti puellam longe venustissimam in choro Musarum et Gratiarum, philosophiam videlicet, mirifice laetor, ac plane triumpho. Magnum cepi fructum iam et*) gaudium, quod talem, tam dulcem, tam plenam paterni ac veri amoris, tam eloquentem epistolam ad me scripsisti. Huic tuo amori, huic pietati et omnibus beneficiis tuis ut mea obsequia in omni vita respondeant, summa cura perficiam. Nunc vero et pro hac epistola tibi gratiam habeo, et te oro, ut, a sponsa, quam mihi tradidisti, avelli me non sinas. Properent alii ad forum, in curiam, sine literis, sine historiis, sine philosophia. Mesinas, quaeso, ordine in artium penetralia ingredi; praesertim cum iam DEI et tuo beneficio aditus mihi ad illam meam sponsam patefactus sit. Speroque, me plus iudicii et dexteritatis ad ecclesiasticam et politicam doctrinam allaturum esse, si prius philosophiam didicero, quae naturam rerum ostendit et evolvit; cuius cognitio non modo lumen est doctrinae coelestis et politicae, sed etiam deducit mentes ad Dei agnitionem, et confirmat honestas opiniones in animis. Gratiam igitur tibi habeo, carissime ac dulcissime pater, quod huius desponsationis mentione me et hortaris ad philosophica, et significas, te mihi in hoc meo cursu opitulaturum. Quod ut facias, te etiam atque etiam oro. Nam ego omnibus voluptatibus, omnibus deliciis, omnibus suavitatibus philosophiam anteferam. Bene vale. Anno 44.

No. 2857. 1. Febr.

Alberto Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 75 sq. ep. 19.

Illustrissimo Principi ac Domino, Dom. Alberto, Marchioni Brandenburgensi, Duci Brussiae etc. Burggravio Noribergensi, Principi Christiano et clementissimo.

S. D. Illustrissime Princeps et Domine clementissime. Gratias ago Celsitudini vestrae, quod virum doctum et pium doctorem *Samuelem* Polonum, et in periculo suo constanter texit, et nunc hospitium ei et Stipendium praebet. Haec officia, ut deus compenset pace Ecclesiarum et politiarum, et foelici gubernatione, sicut viduae Sareptanae domum custodivit propter hospitem Eliam, toto pectore oro. Nec vero dubito in tantis periculis publicis deum respecturum esse suam Ecclesiam, ne penitus extinguatur lux verae doctrinae, Turcis grassantibus, Regibus Christiani nominis inter sese ambiciose belligerantibus, et no-

---

42) Pez. vermahnt.

43) Dieß ist, wie gesagt, et quae sequuntur, tantum habent Aurifaber et cod. Bavari. — Haud dubie haec non sunt verba Melanthonis, sed Lutheri, quae addidit antequam nomen suum subscripsit.

44) Nomina subscripta Pez. et cod. Bav. non habent.

*) Hae duae voces et gaudium in MS. veteri obscurius exhibentur.

stris principibus sepe sine causa magna tumultuantibus. Ego ad Conventum non abductus sum quod existimant ibi plus rixarum fore de negocio Brunswicensi et similibus causis, quam de doctrina Ecclesiarum. Germania magnum vulnus accepit amisso Principe pio et amante pacis *Marchione Georgio* *), cuius autoritas ad pacem retinendam in hoc conventu **) multum momenti allatura fuit, si vixisset. Nec arbitror Imperatorem *Carolum* diu mansurum in Conventu, quod bellum gallicum non patitur moram. Audimus enim iam gallicos exercitus trans Alpes ductos esse. Et classis Turcica circa Genuam vagatur. Spirae iam esse legatus Romani Pontificis Cardinalis dicitur, qui mandata habet ut omnes vias tentet faciendae pacis inter Imperatorem et gallicum regem. Nuper in hac vicinia mortuus est Episcopus *Mersburgensis* ***). Audio autem ducem *Mauricium* velle ut differatur Electio, donec videatur exitus conventus. Haec iam ferebantur cum has literas scriberem. Deus det Principibus bona et salutaria consilia, ne funditus deleantur Ecclesiae, et defendat pia et salutaria studia doctrinae et servet Cels. v. incolumem et florentem. Datae Witebergae prima die Februarii 1544.

Celsitudini vestrae addictissimus
Philippus Melanthon.

No. 2858. 4. Febr.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 186 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 583.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. Noribergae.

S. D. Nihil simile vidi, poëmati Bavarico. Nec dubito Nemesin *καὶ ἀδραστίαν* brevi tantos furores punituram esse. Meministi Rapsacis, Cherinthi et multorum, imo et ipsius *Eccii* exitum. Memini, cum Ratisbonae furens *βλάσφημα πολλὰ* vociferaretur de adoratione panis, eoque *) die coniectum esse in morbum, qui paulatim eum perdidit. Nihil volo de Bavaris respondere. Nos hic modestam Elegiam edemus.

Crescunt, ut arbitror etiam, *διὰ τῶν κακούργων ἀστέρων δυνάμεις, ὁρμαι κακαὶ* in multis. Ideo moderemur impetus. Optarim certe, nos omnes temporum rationem habere. Quid hic sit rixatum, fortasse alii scribunt. Doleo magis distrahi voluntates. Sed haec alias. † Significabis enim, an aliquid, *περὶ τοῦ Περικλέους ἡμετέρου δημηγοριῶν κατὰ τῶν νομικῶν* audieris".

Praefatio, quam tuo nomine scripsi in Genesin **), est, ut vides, frigida et ieiuna. Sed officium meum tibi gratum fore spero.

Si potes *Hispano* nostro literas mittere, quaeso ut mittas. Est vir optimus et praeclare eruditus. Mittas ei germanicam Epistolam vel Argentinam, vel Spiram ad Argentinenses. Bene vale. Die 4. Februarii.

Philippus Melanthon.

No. 2859. 4. Febr.

N. Medlero.

Ex codice Bavari Vol. I. p. 1062. edita a Danz. ep. 31., nunc ex eod. cod. accurate descripta.

Dm. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Utinam *ἐπίσκοποι*, tuo exemplo, meminissent, etiam scholarum et studiorum inspectores esse, et eas foverent, et modesta ingenia proveherent. Equidem Deo gratias ago, quod te et paucos alios excitat, ut curetis, ne scholae deserantur. Scis semper seminaria ecclesiarum scholas fuisse, nec posse his desertis ullas munere ecclesias. Ideo quod facis, chariss. Medlere, pergas facere, ornato [1]) scholas, et provehe modesta [2]) ingenia, eaque in re servias Deo, et filio eius Iesu Christo. Vides, haec a potentibus levius curari, quam oportebat. Nos ergo privatis studiis et operis ecclesiam quantum possumus iuvemus. Adolescentem *Isebergium* [3]) etsi antea

---

*) Onolsbacensi.

**) Comitiis Spirensibus, mense Febr. h. a.

***) Die Veneris cum circumcis. Domini 1544., ut legitur in cod. Bav. Vol. I. p. 718. Ex epistola Spalatini ad Ionam (nondum edita) d. d. dom. Epiph. 1544. intelligitur illum fuisse Sigismundum a Lindena.

*) Saub. mendose: *eodem*.

**) Vid. 25. Dec. 1543.

1) Danz. mendose: *ornare*.

2) Danz. mendose: *honesta*.

3) Iohannes *Garnhirs*, qui postea ingratissimus in Medlerum nebulo factus est. (Nota cod. Bavari.)

noram et diligebam, ac saepe audivi, tamen quia tibi eum probari ex literis tuis intellexi, libentius ornandum esse duximus. Scio eum et sedulo et feliciter didicisse, grammaticen, dialecticen, arithmeticen et philosophiae elementa. Proderunt autem ei haec in scholis exercitia non modo ad alendam eruditionem, sed etiam ad confirmandum animum, ut in coetu ad dicendum fiat alacrior. Quare te rogo, ut complectare adolescentem et regas. Elegit Deus infirma mundi. Haec igitur foveamus, ut paulo post habeat ecclesia aliquos fideles, modestos, integros, eruditos doctrinae coelestis interpretes. Magis prosunt ecclesiae huiusmodi sedata et placida ingenia, quam naturae populares et ambitiosae [4]). Spero igitur, te in hoc *Isebergio*, modestissimo adolescente, bene collaturum esse tuum beneficium. Habuit in promotione locum honestum nostro iudicio; sed propter paupertatem, ut sumptibus liberaretur [5]), obtulit se postea ad locum inferiorem, quod eo tibi significandum esse duxi, ne eius modestia, quae nobis maxime placuit, apud alios noceret [6]). Nosti in hoc genere malevolorum sermones. Adsuefaciamus iuventutem nostram, ut virtute, modestia, officio, humanitate [7]) certet, non certet περὶ προεδρίας et inanibus titulis. Mitto tibi elegiam de eclipsi, quam, ut spero, probabis. Bene vale. Salutem opto D. consuli Medico, et Magistro *Petro*. Die Februarii 4. 1544.

Ph. Mel.

No. 2860. 4. Febr.

Eidem.

E codice Bavari Vol. II. p. 348. iam a Schleg. in vita Lang. p. 229. edita, repetita a Danz. ep. 30.; nunc ex ipso cod. accurate descripta.

Nicolao Medlero

S. D. O acerbam recordationem mortis filii tui Samuelis, carissime Medlere! Nam cum hic magister Bartholomaeus *Rosinus* *) literas ad te de schola filii peteret, mihi luctum et dolorem renovavit. Ac iam scribens tuum animum intuebar, et quo gemitu hanc epistolam lecturus sis, cogitabam. Sed nos veras consolationes nobis ipsis inculcamus, quas nunc recitare non necesse est. Sunt enim tibi notae. Hic *Rosinus* bono ingenio et honesto praeditus est, et patre Franco in *Besnik* natus est. Scribit satis feliciter solutam orationem et versum. Cum autem audisset, deliberari apud vos de gubernatore scholae in suburbio, petere eam functionem decrevit, meque rogavit, ut se tibi commendarem. Si quid in ea re suffragatio tua valet, rogo, ut hunc *Rosinum* adiuves. Nam et scholae bene consulturum te spero, et in bono ingenio provehendo praeclare collaturum beneficium. Bene vale. 4. Februarii 1544.

No. 2861. 6. Febr.

Iudicium.

† Ex apographis in cod. Goth. 168. p. 192., cod. 402. p. 436. et cod. Goth. 19. p. 80. — In cod. 19. inscribitur: „*Casus duorum Nepotum.*" In cod. 402.: „Von Geschwisterkindern. *Phil. Mel.*"

(*Iudicium in causa matrimoniali.*)

Auf den Fall belangend Simon Petzold zu Schwanda und Margarethe Fiklin, die einander die Ehe gelobt, und ein Kindlein mit einander gezeugt [1]), wiewohl sie zweier Schwester Kinder sind, derhalben ihnen die Ehe in 4 Jahr lang nicht solemnisirt, und sie im Elend von einander gewesen, haben sich aber ehrlich gehalten, und suchen an um eine Dispensatio und Zulassung dieser Ehe: ist dieses unser christliches Urtheil und Antwort. Wahr [2]) ist, daß wir vor der Beschlafung solche Ehe zweier Geschwister Kinder ernstlich widerrathen, und dieselben, so nicht ehrbare Ursachen sind, zur Dispensation nicht zulassen [3]). Darum, daß in dem Bericht, welcher anher gesandt ist, gemeldet wird, daß etliche Pfarrherren öffentlich gepredigет, daß dieser Grad frei und unverbothen seyn sollte, daran haben wir nicht Gefallen. Denn wiewohl wahr ist, daß in dem göttlichen Gesetz, auch in alten römischen Rechten, dieser Grad nicht verbothen ist, so ist doch gewißlich Gottes Wille, den ersten Grad in gleicher Linie und den andern

---

4) Danz. ex errore: *seditiosae.*
5) Dz. mendose: *liberetur.*
6) Dz. *noceat*, nescio cur.
7) Dz. mendose: *humaniter.*
*) Postea Superintendens Waldburgensis.

1) und ein Kindlein 2c. cod. 19. non habet.
2) Cod. 19. Erstlich: wahr.
3) Cod. 19. gestatten.

in ungleicher Linie zu verbiethen, und will Gott nicht, daß Blutsfreunde sich also nahe vermischen sollen, und straft diese Sünde schrecklich, wie der Text klar spricht Deut. 18., daß [4]) derhalben die Cananaei vertilgt sind. Darum hat die Obrigkeit Befehl, die Vermischung in dem nächsten Grad nicht zu machen [5]). Aus dieser Ursach hat sie den andern Grad in gleicher und ungleicher Linie verbothen, und soll dieses [6]) Geboth leichtlich nicht zerrissen werden. Denn es verstehet nicht ein jeglicher den Unterschied gleicher und ungleicher Linien, und so man ein Stück zerreißt, ist der Welt Weise also, daß man den Riß bald größer macht, wie wir uns wohl zu erinnern wissen, daß etliche von solchen Exempeln weiter greifen, und in den andern Grad ungleicher Linie haben [7]) freien wollen, welcher Grad doch in Gottes Gesetz verbothen ist.

Zum Andern. Weil aber im angezeigten Fall Simon Petzold und Margaretha Ficklin einander beschlafen haben, und nun ein Kindlein gezeugt, und wir vernommen, daß sie sich sonst ehrlich gehalten haben, und ihren Gewissen Rath suchen, so sprechen wir diese angezeigte Personen, Simon Petzold und Margarethe Ficklin, ehelich, und soll der Superintendent zu Plauen ihrer Kirchen Pastor befehlen, daß diese Ehe mit christlicher Ceremonie solemnisirt werde, aus diesem Grunde, daß göttlich Geboth und alt Kaiserrecht nicht verbothen, Geschwister Kinder zusammen zu heirathen, und findet man dieser Heirath viel Exempel, die nicht zu strafen sind, als Othoniel und Axa sind zweier Brüder Kinder gewesen, Iud. 1.: So sind Maria und Joseph zweier Geschwister Kinder gewesen. Es soll auch derselbige Pfarrherr den Leuten züchtiglich verkündigen, daß diese Ehe durch unsre Dispensation also sey zugelassen worden, und daß sich andre hüten wollten, und nicht so nahe freien. Dann solches ohne Strafe nicht gestattet werde. Zu Urkund haben wir uns mit eigener Hand unterschrieben. Datum Wittenberg, 6. Febr. 1544.

No. 2862. 7. Febr.

Iudicium.

† Ex apograph. in cod. Goth. 19. p. 79. Cod. Goth. 168. p. 190 b. et cod. Monac. 90. no. VII. p. 294.

4) Cod. 19. pro: und straft etc. habet: und straft dieser Text Levit. 18. wie er klar spricht, diese Sünde schrecklich, denn.
5) nicht zu machen] cod. 19.: zu vermehren.
6) Cod. 19. das.
7) haben] non habet cod. 19.

Casus desertionis.
Ph. Mel.

Zu wissen, daß N. N. von N. anher gen Wittenbergk kommen und uns eine Schrift fürgelegt, darin der würdige N. N., Pfarrherr und Superintendent zu N. der Läng nach anzeigt, daß er Zeugniß verhöret, daß gedachtes N. N. Eheweib N. N. von ihrem Ehemann N. N. vielmal weggelaufen sey ohne seine Schuld, und nun endlich nicht wiederum bei ihm seyn wolle. Wie solches nun ihr Vater im Zeugniß auch gemeldet und saget, er hab nun ein Jahr lang nicht erfahren mögen, wo seine Tochter sey, und ob sie im Leben, oder todt sey, wie gemeldte Schrift weiter lautet. Auf diese Schrift und Gezeugniß hat N. N. seine Nothdurft [1]) angezeigt, daß er außer dem Ehestande mit gutem Gewissen nicht leben könne, und hat gebethen, ihm zu rathen, dieweil ihm sein Eheweib muthwillig verlassen, und nicht wieder zu ihm wolle, damit er ledig gesprochen würde, und eine andere christlich freien möchte. Nun haben wir das Zeugniß fleißig überlesen und so diese Sache also ist, wie der Zeugen und ihres Vaters Rede [2]) ansaget, wie wir glauben; so ist dieser N. N. auf seine Bitte von der N. N. durch die Seelsorger, an dem Ort, da er seine Wohnung hat, ledig zu sprechen, und ist ihm zu erlauben, daß er sich christlich wiederum in den Ehestand begebe mit einem andern frommen Weib, wie der Herr Christus klar sagt, daß Ehebruch die Ehe scheidet, und die unschuldige Person frei macht. Und St. Paulus spricht dergleichen von muthwilliger Verlassung, und ist also in der christlichen Kirche erstlich gehalten worden, daß der unschuldigen Person wiederum in den Ehestand sich christlich zu begeben erlaubt werde, wie dieses aus der Schrift Iustini Martyris zu beweisen, welche angezogen ist in Eusebio lib. 4. und aus der historia Fabiolae bei Hieronymus. Damit aber solches Ledigsprechen ordentlich geschehe, ist eine Citation durch die Herren Seelsorger anzuschlagen an die Kirchenthür, darin das verlaufne Weib citirt werde, und sie erscheine oder nicht, so geschehe was Recht ist. Datum Wittenbergk d. 7. Febr. 1544.

No. 2863. 9. Febr.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 110.

1) Cod. 19. et cod. Mon. Noth.
2) Cod. 19. et cod. Mon. Eid.

Egregia eruditione et pietate praedito, Magistro Antonio Lauterbach, Past. Eccl. Birnensis, amico suo.

S. D. Semper hoc meum consilium et votum fuit, ut omnes nostri principes tribuerunt Deo, quae Dei sunt, et Caesari, quae Caesaris; idque utinam tandem facere incipiant! Quare gaudeo Ducem *Mauritium* et expetere et mediocribus officiis tueri Imperatoris *Caroli* benevolentiam *). Spero etiam, Deum ita pectus eius gubernaturum esse, ut piae doctrinae studium et curam Ecclesiarum non depositurus sit. *Iulium* scito non electum esse a Collegio Mersburgensi, sed *Latorfum* **), quem etsi est alienus a studio Evangelii, tamen audio ad gubernationem politicam idoneum iudicari. Quare non arbitror fore ut eius electio aboleatur. Sed quisquis erit ibi aut alibi Episcopus, nos nostrum officium faciamus, salutaria doceamus, et non certemus cum adversariis odiis et acerbitate, feramus iniurias et petamus a Deo Ecclesiae defensionem.

De adolescente honestissimae viduae fratre cogitabo; nam stipendia diu vacare non solent. Sed locus per occasionem quaerendus est; et quaeram. Bene vale. Die 9. Februarii.

P. M.

*) Sleidan. in comment. ad ann. 1543. p. 435. haec: „Landresii militabat (mense Oct.) Caesari voluntarie *Mauricius*, qua quidem re magnam sibi benevolentiam et aditum ad illius amicitiam comparavit." Cf. quae Mel. infra (d. 20. Mart.) Lauterbachio scribit.

**) Vid. Lutheri epist. eodem die et anno scriptam Lauterbachio. Mortuus fuerat episcop. Merseburg., Sigismundus a Lindena, die veneris post Circumcis. Dom. h. a.

No. 2864. 9. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 446 sq. (ed. Lond. IV. ep. 315.).

Clarissimo viro, virtute et doctrina praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo cariss.

S. D. Longo tempore mihi curae fuit, ordinum in Academia coniunctionem, quam et studiis necessariam, et ad disciplinae conservationem utilem esse videbam, tueri. Interdum igitur non leves iniurias dissimulavi, ac obrui, interdum impetus aliquorum repressi. Denique iudicium, voluntatem ac diligentiam in hoc genere meam, tibi notam esse scio. Quare quod existimas mihi dolorem afferre has asperas conciones *κατὰ νομοφυλάκων* *), non falleris. Multa me movent. Quid haec ad populum? Quam hoc tempore non opportuna? cum magni motus impendere videantur. Non intelligere nostras aerumnas existimamur, *καὶ ἐμπαροινεῖν τοῖς κινδύνοις*. Quid quod in hoc negotio, ne caussae quidem satis esse, et iracundiae serviri putatur, ut saepe alias *κατὰ τινῶν ἑτέρων*. Sed saepe his dieb. cogitavi *Erasmi* dictum, qui, si quando audivit bonos viros, caussam probantes, moderationem vero requirentes, inquit: Ecclesiam his temporibus non mitiorem medicum meritam esse. Feramus igitur et leniamus hae sicubi possumus. Aula multa posset mitigare, quae, ut est in veteri versu,

Σιγᾶ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεταί γε μὴν.

Sed nolo persequi hoc argumentum longius. Christum potius oremus, ut hanc nostram cymbam, in qua certe vehitur Ecclesia, gubernet. *πολλάκις δὲ ἔλεξα φοβεῖσθαι με γῆρας φύσεως οὔσης ἄγαν ἐμπαθοῦς, ὥσπερ ἡρακλέους, ἢ φιλοκτήτου, ἢ μαρίου ῥωμαϊκοῦ στρατηγοῦ.* Sed alia agamus.

Orationem qua *Latomo* respondes, remitto, ea lege, ut mox edas. Nam si hic haberemus officinas instructas, statim tradidissem typographis. Et enarrabo ipse in schola, ut citius vendatur. Scio in caussa tam ampla de vera Dei invocatione, multa plura dici posse. Sed cum hae res toties agitatae, et satis patefactae sint, faciamus, quod iubent Rhetores, hoc est, Epilogos honestos et lectu iucundos, nos quidem addamus. Nam alios aliorum epilogos metuo. Scribamus *ἐπαγωγὰ*, quae invitent Iuventutem ad litteras et cognitionem rerum bonarum.

De *Sabino* gratiam tibi habeo, eique tuam Epistolam mittam. Consilii dare quid possum? Nam meam philosophiam quanti faciat, sum expertus. Simul illud mihi in mentem venit, etiam si eo, quo videbatur velle, vocaretur, metuendum esse, ne accidat ei, quod Xenophon inquit: *κἂν ἄρα γέτις ἵππον πριάμενος, μὴ ἐπίσταιτο αὐτῷ χρῆσθαι, ἀλλὰ καταπίπτων ἀπ᾽ αὐτοῦ κακὸν λαμβάνη, οὐ χρήματα αὐτῷ ἔσται ὁ ἵππος*: illius civitatis voluntas philosophia et arte quadam reti-

*) Lutheri dissidiae cum Iurisconsultis de clandestinis sponsalibus.

nenda est. Verum audiemus, quo animus eius inclinet.

Ego, quoniam non video quid agam, nunc quidem melius, editionem modo quorundam scholasticorum libellorum rursus adorno, Locorum, et Dialectices, physica etiam recudere cupio. In his mihi tua opera opus erit. Non enim metuo censoris nostri*) σκῶμμα, qui se ait non metuere: σύν τε δύο ἐρχομένω. Utinam multi eruditi conferrent operas, ut factum a veteribus videmus. Bene vale, V. Idus Febr.

Philip. Melanth.

No. 2865. 13. Febr.

I. Menio.

† Ex autographo Mel. in cod. Goth. p. 384. in folio. Folium inscriptionis non amplius habetur, sed dubio caret, eam Menio inscriptam fuisse, quod et affirmatur per apographa in cod. Monac. 88. no. IV. p. 110 b. et cod. Monac. 90. no. VII. p. 379., ubi ita inscripta legitur:

Clarissimo viro, doctrina et pietate praestanti, Dom. Iusto Menio, Pastori Ecclesiae Isenacensis et Milhusanae, amico suo

S. D. Non ingessi me conventibus, sed quodam ad eos fato meo tractus sum, et gubernavit deus consilia nostra et exitus eorum conventuum mediocriter. Et in illis aliquid homine docto dignum actum est. *Augustae* confessio exhibita est, multa sum moderatus, retinui res necessarias Ecclesiae, praecidi quaestiones inutiles, *Ratisbonae* eaedem res eruditius explicatae sunt. Offendi voluntates non modo adversariorum, sed etiam nostrorum. Sed prudentum et bonorum iudiciis spero consilia et actiones meas probari. Profecto magna cura et sollicitudine omnia egi, ut ipse vidisti. Et dolorum meorum testis est tota Germania. Nunc igitur abesse me a conventu **) gaudeo, et Deum precor, ut ipse nostrorum mentes regat, et det placidos exitus. Mihi his latebris scholasticis nihil dulcius est, sed satis animadverto, quas ob causas me adhiberi ad has actiones nolint. Frustra autem tot iam annos legerem et cogitarem, nostram philosophiam, et historias omnium politicorum virorum, si non didicissem, arte ferendas esse plagas, quas nos, qui versamur in negociis, a potentibus aut indoctis sepe accipere necesse est. Non recuso, si me aula vel infra agasones collocet. Quantum equidem potui, multis annis, dedi operam, ut et doctrinam proprie explicarem, et in nostris Ecclesiis concordia esset. Idem, donec vivam, faciam, et deum oro, ut meum cursum regat et adiuvet. Nihil, praesertim me iam senem et mediocriter versatum in rerum non parvarum consiliis, ullam in partem immoderate me facere decet. Quare has operas scholasticas ἄνευ θορύβου faciam, et communi utilitati Ecclesiarum dei serviam.

De republica non multa possum scribere. *Pannones* qui huc ante biduum venerunt, narrant certo Turcicos exercitus reliquam Pannoniam hac aestate occupaturos esse. Ecclesiae in ea ora, quam Turci tenent, a nostris mediocriter constituuntur. Sed alicubi urbes totae Turcis traduntur, veteribus civibus eiectis aut interfectis. Poena fatalis est mundi. Inter *Carolum* Imp. et Gallum pax nondum facta est. Et Rom. Pontifex pene suum fulmen Carolo minatur. Esset igitur quieta Germania, quod ad Ecclesiasticas res attinet. Sed *Lycaonias exuvias*, ut aprum Calydonium, metuo. Animadverti tamen, nostros bona cum spe proficisci ad conventum. Nos, qui scimus, Ecclesiam deo curae esse, oremus Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut nos et haec pia studia doctrinae regat. *Hieronymo* salutem amanter dicite meis verbis. Mitto vobis Poema *Stigelii*, quod scio gratum fore. Bene vale, die 13. Februarii, quo ante annos 1705 ingenti praelio Macabeus vicit Nicanorem impium et superbum ducem. Ut igitur tunc Deus mirabiliter texit Ecclesiam, ita nunc servari et defendi eam oremus, sicut Christus promisit, inquiens de suis ovibus: *nemo rapiet eas de manibus meis.* Iterum vale.*)

Philippus Melanthon.

---

*) Amerbachi. C. W.

**) A Comitiis spirensibus (vid. epist. ad Theodor. d. 18. Ian. h. a.), ad quae Dux Saxon. Elector venit d. 8. Febr. 1544. Actum est in iisdem Comitiis de causa Henrici Ducis Brunsvic. et Principum Protestantium. Vid. omnino Sleidan. Comment. p. 435 sqq. — Caeterum eo tempore Menius Mulhusam ad tempus vocatus a senatu, ibi commorabatur ad res ecclesiasticas instituendas.

*) Addit apogr. 90. anno 1545. Sed anno 1544. est scripta. — Quod attinet ad verba: „die 13. Februarii, quo ante annos 1705" etc. sic utique in autographo distincte scriptum est, quare quum idem numerus legatur in epistola ad Gustavum Regem Sueciae, quam sub d. 13. Febr. anni 1535. dedimus,

— — 13. Febr.

Gustavo Regi Sueciae.

Dedi quidem hanc epistolam, sequutus textum Manlii, supra ad annum 1535. Vol. II. p. 844. no. 1256., sed sine dubio annus ex arbitrio editoris male additus est, ut patet ex epist. antecedente ad Menium, quam ex autographo descripsimus. Vid. quae epistolae ad Menium adscripsimus.

No. 2866. 15. Febr.

Cruciger ad Theodorum.

Edita in Strobelii Beytraegen zur Liter. Vol. II. p. 480.

Casp. Cruciger ad Vitum Theodorum.

De iis quae iam fiunt vere molestum est verba facere. Scio unumquemque habere suos naevos, et cum nostra errata primum corrigenda sunt, tamen ad aliena oculatiores esse. Sed, utut est, tamen dolendum est, omnia ubique fieri utinam non magis ἀφιλοσόφως quam prorsus παρανόμως. Non desinitur inter nos etiam gliscere odia, concertationes et alia pessimi exempli. Ὁ ἡμέτερος[1]) credo aetati tanquam Herculanae nimium morosus fit, ac levissime irritabilis postea omnia vehementissimo impetu facit. Non diu est, cum leviculare offensus sed conceptis suspicionibus, quas saepe multas ac diu secum alit tacite, credo adversus nos omnes, vix omnium precibus et lacrymis placari potuit et retineri, ne et ecclesia et schola deserta abiret. Nunc totus ardet contra nostros νομικοὺς[2]), quod hominum genus, ut est superbum, et alios prae se vix homines existimat, non facile cedit, etsi quidem hic pauci sint. Sed tamen hoc certamen aliquid negotii faciet fortasse etiam Principi, utut occupatissimo negotiis reipublicae. Causa est non optima, unde res tota orta est[3]), et scis, illum habere ad multa, quae eum inflammant, facem domesticam[4]).

His dissidiis multae res bonae impediuntur, multa impotentes dicuntur et fiunt, ne illis quidem parcitur, qui placare conantur et aliquid moderate dicunt. Vix iam aliquis nostrum vitare potest, quin incurrat in offensionem τοῦ δείπνου ἐκείνου, ac etiam palamplagas accipiat. Denique nisi unus[5]) esset, qui virtute, moderatione et omni genere officii tueretur[6]) aliquem consensum, et alios etiam in officio retineret, necesse esset dissipationem fieri. Ac ne sic quidem res sine periculo est, quin aliquando subito sit facienda mutatio. Intelliges quid scribam, quod non possum facere, quin in tuum sinum effundam. — — Wittemb. 14. Febr. 1544.

No. 2867. 15. Febr.

N. Medlero.

Ex apographo in cod. Bavari Vol. I. p. 1065. edita a Danz. ep. 32., nunc ex ipso cod. denuo descripta.

Dom. Doct. Nic. Medlero.

S. D. Ego vero nequaquam muto decreta vestra; ac duplex scelus committerem, si eum[1]),

---

sequitur illam ad Regem epistolam etiam anno 1544. scriptam esse, quanquam in Manlii farragine, unde desumpta est, additur: anno 1535. Annum enim Manlius ex coniectura addidit. Neque propterea reprehendendus est. Nam ab anno 1545 Melanthon rationem computandi sequutus est aliam, ut epistolae docent. Etenim scribit, Nicanorem victum esse

in epistola	d.	13.	Febr.	1546.	ante	annos	1715
—	—	—	—	1547.	—	—	1716
—	—	—	—	1548.	—	—	1717
—	—	—	—	1549.	—	—	1719
—	—	—	—	1550.	—	—	1720
—	—	—	—	1552.	—	—	1722
—	—	—	—	1554.	—	—	1724

et sic porro. Manlius igitur postremam Computationem sequutus recte arbitratus est anno 1535. praeterlapsos esse annos 1705 post Maccabaei victoriam.

1) *Lutherus.*

2) Iurisconsultos, potissimum propter diversam de sponsalibus clandestinis sententiam

3) Causa certaminis fuerunt sponsalia clandestina Caspari Beyeri; vid. epist. Lutheri ad Princip. Elect. d. 22. Ian. et ad Consistorium Vitebergense eod. temp. et infra epist. Melanth. ad Hellerum d. 8. Septb.

4) Recte putat Strobelius hic significari Catharinam uxorem Lutheri, quam constat fervidiore animo fuisse, et quae videtur putasse, in hac re privata, praesertim matrimoniali, partes agere sibi quoque licere. Addere liceat hic quae Strobelius adiecit: „D. Zeltner in seiner noch ungedruckten „Lebensbeschreibung Hier. *Besolds*, Nürnb. Predigers, sagt: „ich habe Briefe von Besold gelesen, in welchen er die Frau „Doct. Lutherin beschreibt als *potentem et avaram* (?), die „alles zu Rath gehalten und bei Tischgenossen auf richtige „Bezahlung gedrungen. Auch meldet er insonderheit, dass, „als er (Besold) einst Luthero einen Brief überbracht, und „sie nach ihrer Gewohnheit, wo er her, und von wem er „rede, gefragt, Lutherus ihr geantwortet: von deinem alten „Buhlen, womit er Hieron. Baumgaertnern gemeinet. Wobei „er (Besold) zugleich anmerkt, dass sie diejenigen Theologos nicht leiden koennen, die Weiber von schlechtem „Stand geheirathet."

5) Melanthon.

6) Strob. *meretur*, quod mendum habeo.

1) M. Henricum Fabrum. (Nota Bavari.)

cui vos priori scholae gubernationem commendastis, probabili consilio, ut non dubito, excuterem, divinam vocationem conturbarem, et homini honesto beneficium vestrum eriperem. Haec tyrannica nec decent me, nec congruunt naturae meae. Nam qualis qualis sum, certe[2]) aequalitatem illam quam iustitia constituit, amo. Ac nunc enarro quintum Ethicorum, ubi de hac aequalitate cum alia multa sum concionatus[3]), tum haec etiam dixi: ideo virtutum descriptiones nobis divinitus monstratos esse, ut inde discamus, qualis sit Deus. Cum iustitia sit aequalitas, sciamus et Deum aequalem esse omnibus eum invocantibus[4]). Non tribuamus ei tyrannidem ut quidam, qui horridius de electione disserunt. Sed haec alias. Nunc te rogo, ut cures, ne is, cui vestro iudicio schola commendata est, detrudatur. Ego certe eum eiici ea functione nolim. Iustitia est, suum tenere quenquam[5]). Inveniet *Rosinus* in alio loco functionem honestam, qua in re eum adiuvabo; non[6]) ero adiutor, ut alium arte aut vi ex vocatione legitima excutiat.

Gratias ago amicis mihi salutem optantibus; nam sanctorum preces magni facio. Rescribam consuli alias, et vicissim oro Deum, ut vos et vestram ecclesiam gubernet et servet. Bene vale. 15. Febr. anno 1544.

Ph. Mel.

No. 2868. (20. Febr.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 444 sqq. (ed. Lond. IV. ep. 314.).

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo cariss.

S. D. Heri eadem hora, cum quidem mecum esset *Stigelius*, tuas accepi litteras, amanter et sapienter scriptas, et Sabinianas satis vehementes. Accersit *Sabinum* dux *Albertus* ad scholam Regiomontanam, et nos iubet de stipendio significare, si quid adiiciendum sit ad ducentos. Resignavit *Sabinus* litteras ad nos scriptas, quod nollem factum, et scribit, se petiturum maius stipendium, ac profecturum esse ad ducem. Etsi mihi displicent haec, tamen non impedio. *ὀρθὸν δ' ὅτι δῶ τὶς ἐπαίνει*, solet vulgo dici, ac vellem, siquidem deserere Marchiam serio constituit, eum non offendere initio voluntatem principis. Et hoc meum consilium ei antea significavi. Sed nescio an mihi sit obtemperaturus, excruciat me sane suis consiliis. Composui igitur Epistolam ad Ducem, ut te levarem, non scribendi labore, sed molestia cogitationis de re absurda. Mea forma sic satis verecunde scripta est, nec velim *ἁδρότερα* scribi. Si placebit, ascribito tuum nomen et obsigna. Audi aliud (mea quidem sententia) *ἀτοπώτερον*. Vidit in nostris litteris dari quinquaginta Viatici nomine, id iam postulat sibi mitti, quasi acceperit functionem. Iudicio iniustnm esse nunc eum accipere. Idque ei significabo. Tu propter amorem erga me tuum et misericordia filiae meae in eum es indulgentior. Sed ubicunque erit, utinam studia ac benevolentiam prudentum, diutiss. retineat, ac quo tendebat, ibi fortasse minus tueretur. Nam natura eius mihi iam satis perspecta est, et te hominem philosophum moveri velim siderum positu. Habet in virgine coniunctos Saturnum et Martem in quarta domo. An tu Astream sic afflictam non gemere putas. *ἀφιλόσοφα* enim *καὶ φιλότιμα* his, et alia similia significantur. Vereor et confractiones patrimoniorum significari. Postremo scholasticas operas fastidit, aulam et legationes appetit. Quae etsi sunt speciosa et tibi praeclara videri non ignoro, tamen de eventu non possum non esse sollicitus. Haec non scribo aliam ob caussam, nisi ut cogites in eo commendando, nos non oportere uti *μακροῖς αὐλοῖς*. Nostrum quidem est, factam eius mentionem esse ad ducem *Albertum*, sed nunc vela ventis permittamus, ac Deum precemur, ut Remp. et nos regat et servet. Sententias de quibus disputastis, legi, multae sunt ineptae.

Alesio morem geram. Quid somniat vester *ματαιολόγος*, quod ait, Vicium originis esse non *στέρησιν* Iusticiae, qualis in Adam fuit, sed qualis nunc esse debeat. An alia lex erat Adae, scripta et lucens in eius mente, aliam postea in saxeis tabulis Moisi scriptam putat? Scio cur ita dicat, sed errat. Sunt et alia *περὶ διαφορᾶς ἁμαρτιῶν*, quae eruditiorem explicationem requirunt, de qui-

---

2) Danz. *recte*, ex mendo.
3) Danz. ex errore: *ratiocinatus*.
4) *eum invoc.* apud Danz. desiderantur.
5) Danz. *quemque*.
6) Danz. *autem* quod non habet cod.

bus nunc quidem hoc mense diligentissime dictum est in nostris praelectionibus, Et locis, ea pars inseretur. Cumque legat Iuventus nostra, levius curo *τοιούτων βατράχων κραυγάς*. Bene et feliciter vale. Mitto tibi Viti epistolam.

Philippus Melanth.

No. 2869. 20. Febr.

Alberto, Duci Pr.

Edita a Fabro in epist. p. 77 sqq. ep. 20.

(An Herzog Albrecht in Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtigster, hochgeborner gnädigster Fürst und Herr, E. F. G. Schrift belangend Georgium Sabinum haben wir empfangen und danken E. F. G. in Unterthänigkeit, daß sie sich also gnädiglich von Georgio Sabino haben vernehmen lassen, Und dieweil in dieser unrugigen Zeit alle König, Potentaten und der mehrer Theil Fürsten sich selbst mit unnöthigen Kriegen und Verhindrungen beladen, ist warlich Gott zu danken, daß etlich wenig Fürsten dennoch der Studien und Kirchen nit vergessen. Wir zweifeln auch nit, Gott wird E. F. G. und etlichen, so dergleichen christliche Sorg für die Christenheit tragen, auch seine Gnad und Gutes erzeigen, wie wir ihn auch von Herzen bitten und darum anrufen.

So viel aber Sabinum belanget, fügen wir E. F. G. in Unterthänigkeit zu wissen, daß er uns zu verstehen geben, daß er mit den zweihundert Floren die E. F. G. zum Stipendio verordnet, nicht zufrieden ist, Denn er zeigt an, daß er sein Haus und Hausradt mit Schaden verkaufen müßt, so er an ein ander Ort ziehen würde, wie solchs wol zu achten. Ihm ist auch gleicher Sold zu Leipzik angeboten. Nu hat er für das bequemst bedacht, sich selbst zu E. F. G. zu verfügen, der Besoldung halben E. F. G. in Unterthänigkeit seine Gelegenheit zu berichten, Welchs wir also zu seinem Willen gestellt, und haben ihm derhalben diese Schrift geben, daß E. F. G. wissen mögen, daß wir uns der Besoldung halben in keine Handlung eingelassen, und haben nichts davon geredt oder geschlossen. Denn wir sind nicht bei ihm, so läßt sich solchs durch Schriften nicht leichtlich handeln.

Wir bitten aber E. F. G. wollen sich gegen gemeldten Sabino, so er zu E. F. G. kommen wird, gnädiglich erzeigen. Und ob wol uns die gewöhnliche Maß der Schulstipendien bekannt ist, so wissen doch E. F. G. als ein hochlöblicher weiser Fürst, der der Welt Elend weiter betracht, denn andre, daß man vor dieser Zeit solche Personen mit Präbenden und Dignitäten hat versorget, welches jetzund nit mehr ist, und ist die Haushaltung schwerer denn etwa, auch sind viel andre zufällige Sachen, nöthige Reisen und anders, daß wir von unsern Solden wenig für uns sparen können. E. F. G. lassen ihn gnädiglich die armen Schüler und Studia Gott zu Lob befohlen seyn. Denn was können wir nützlichers auf Erden thun, denn arbeiten zu Erhaltung göttlicher Lahr, Tugend und guter Künsten wie E. F. G. selbst zum Besten wissen. Der ewige Gott Vater unsers Heilands Jesu Christi, bewar, regir und erhalt E. F. G. lange Zeit in Gesundheit und friedlicher Regirung, Amen. Datum XX. February 1544.*)

E. F. G.

unterthänige Diener

Philippus Melanthon.
Ioachimus Camerarius.

No. 2870. 22. Febr.

G. Spalatino.

† Ex autographo in cod. Basil. Fol. 101. ep. 120., quod autem in compluribus locis mancum est. — Apographon in cod. Dresd. C. 140. p. 7 b. ep. 10. nobis contulit. Clariss. Gersdorf.

---

*) (*Addidit Faber haec:*)
Die für den D. Sabin ausgefertigte Bestallung vom 19. März 15. März 1544 — als Rath und Diener des Herzogs, in welcher Eigenschaft er sich im Collegio als Rector, auch sonst in Rathschlägen, Legationen und andern Sachen, dazu der Herzog seiner Person bedürfen würde, willig gebrauchen zu lassen, — verschreibt ihm eine jährliche Besoldung von 350 Thaler, oder soviel Münze, als die Thaler gelten; im Fall er im Dienst krank und weiter zu arbeiten unvermögend werden sollte, eine jährliche Pension von 150 Thaler; im Fall er mit Tode abginge, seiner nachgelassenen Wittwe und Erben auf einmal die Hälfte der jährlichen Besoldung, damit sie, wenn sie in Preußen nicht bleiben wollte, sich zu den Ihrigen begeben könnte, und im Fall er, (was doch nicht zu besorgen) seinen Abschied erhalten sollte, die ganze jährliche Besoldung von 350 Thaler zum Abzuge.

Mit diesem Gehalt war Sabin und auch Melanthon sehr zufrieden. — In seinem Briefe an Camerarius äußerte Melanthon aber viele Unzufriedenheit mit dem Abgange des Sabin an den Hof Albrechts und bedauerte die weite Entfernung seiner Tochter.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Georgio Spalatino, Episcopo Ecclesiae Aldeburgensis, amico suo praecipuo.

(Spalat. adscripsit: „D. Phil. Mel. pro Angermanno denuo. 1544.")

S. D. Saepe Ecclesiae tempora omnia et aerumnas animo repeto; qua in cogitatione paucos[1]) admodum principes invenio bene meritos de Ecclesia. Sunt aliqui[2]) Abrahae hospites, et Ioseph; deinde duo babylonici reges; postea Cyrus et Artaxerxes; deinde Constantinus, Iovianus, Valentinianus, Theodosius, Arcadius, Carolus Francus, Ludvicus filius[3]). Sed quam multi interea Tyranni horribiliter vastarunt Ecclesiam! Privatorum officia magis foverunt Ecclesias. Ideo nos amemus inter nos, et miseris scholasticis ubi possumus opitulemur, quod quidem scio te vero iudicio et vera animi pietate facere. Commendo igitur tibi *Angermannum*, ac oro, ut, cum erit occasio, rationem eius habeas. Fremo cum ineptias audio nostrorum Centaurorum, qui bella appetere videntur, cum nervi desint. Nec tantum pecuniam nervos voco, ut Demosthenes, sed etiam alia, mavortios[4]) animos, usum rei militaris, fortunam. Utinam sapientes in aula cogitarent de tranquillitate. Nunc[5]) habent ditionem dei beneficio in[6]) toto orbe fulgentem ut stellae, literis[7]), doctrinae luce, mediocri statu Ecclesiarum, doctis et piis pastoribus, mediocri disciplina politiarum et civium *εὐκοσμίᾳ*. Haec ornamenta tueri debebant, quae unius mensis tumultu bellico quassata quantum deformarentur? Sed deum oremus, ut nos defendat. De conventu quidquid habebo, significabo. Bene vale. Die 22. Februarii.

Philippus Melanthon.

Mitto tibi venustissimum *Stigelii* poema.

1) *pau* syllaba in autogr. periit.

2) In autographo verbum fuit superscriptum, quod nunc excissum est; puto: *angeli.*

3) *Ludv. fil.* Melanthon in marginem scripsit.

4) *desint — mavortios*] in autographo nihil horum servatum est praeter: *tantum.*

5) *tate. Nunc*] per chartam superinductam in autographo teta sunt.

6) *beneficio in*] excissa sunt in autogr.

7) *literis*] excissum est in autogr.

No. 2871. 23. Febr.

F. Myconio.

Edita a *Snegassio* ep. 51. Nunc ex autographo in bibl. Guelpherb. denuo descripta, collato apogr. in cod. Monac. 88. no. IV. p. 144., et cod. Monac. 90. no. VII. p. 381 b., satis mendosis.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gotthanae, amico suo,

S. D. Utinam insulse tumultuantibus principibus concionatores maiore lenitate foverent Ecclesias. Nam omnia politica mala facilius tolerantur, cum animi levationem vulgarium miseriarum habent, in congressibus Ecclesiae, in auscultatione placida verae doctrinae, in invocatione. Haec solatia, cum etiam erepta sunt hominibus, miseria est, qualis est inferorum. Haec utinam multi cogitarent. In *Morlini*[1]) ingenio alii vehementiam improbant: tantum[2]) mihi hoc artificium etiam displicuit, quod accendit D. *Lutherum.* Quid opus erat? Sed gaudeamus[3]) sedatum esse illud dissidium, ac Deo gratias agamus[4]).

Luthero placuit collatio medicationis sui corporis, cum ab illo Cyclope Suevo Medico seu carnifice potius cruciaretur, et medicationis corporis laceri Ecclesiae. Astiti enim legenti Epistolam. Respondit tibi amanter, etsi aliquid aspersit aceti, quod tamen tu prudentia tua lenias[5]). Mitto partem enarrationis *Lutheri* in Genesin, nunc primum editam, qua et te oblectes, et cum ipse his consolationibus te eriges, et alios confirmes. Spero tibi munus gratum et iucundum fore.

De Hypodidascalo deliberavimus hodie *Marcellus*, *Cuno* et ego. Mihi nec *Fulda* ille, nec *Prutenus* placet, cum talem postuletis, qui secundum locum teneat, et eruditione ac facultate scri-

1) Snegass. nomen tacuit. Ioach. Morlinus, qui pastor eccles. Arnstadiensis fuerat, sed expulsus ineunte anno 1544. locum alium statim invenerat Gottingae. Vid. epp. Lutheri ad Morlinum d. 25. Septb., de 22. Nov. 1543. et de 25. Ian., 26. Ian., 6. Febr. 1544. (apud de Wett T. V. p. 589. 604. 623. 624. 627.).

2) *tamen*?

3) *gaudemus* Snegass. et cod. Guelph.

4) Cod. Guelph. *agimus.*

5) Haec epistola Lutheri legitur apud de Wettium T. V. p. 632. et habetur inter sedecim ad Myconium epistolas a Snegassio editas, etiam descripta in cod. Mehn. I. p. 41. Ibidem p. 40 b. habetur Myconii epistola ad Benedictum Reinhardum, Comitis Güntheri a Schwarzburg cancellarium, data d. 20. Mart. 1544. de eadem re.

bendi ita sit instructus, ut stylum adolescentum formare possit. Nondum igitur decrevimus, sed quaeremus aliquem his diebus diligentia et fide summa. Deum oro, ut defendat et gubernet Ecclesias suas et studia salutaria.

Haec est decima epistola, quam hodie scribo. Ita obruimur laboribus. Magis tamen has scholasticas operas facere libet, quam spectare in conventu rixas Sophisticas, a quibus abesse gratum est, quodcunque est aulicum consilium. Deum autem, aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut mentes Principum regat et flectat ad salutaria consilia. Filius *Iacobi Arnoldi* mihi curae erit. Bene vale, et Deum pro Ecclesia et pro me ora. Die 23. Februarii [6]). Rescribe, an nuntium tibi enarrationem Genesis exhibuerit.

Philippus Melanthon.

No. 2872. 23. Febr.

Vito Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 471 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. ep. 573.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Noriberg.

S. D. Ut in toto orbe terrarum, velut insignis stella fulgebat collegium Doctorum Hierosolymae quondam florente republ., quod ibi erat Ecclesiae praecipua Schola; sic nunc Dei beneficio ingenti florent hae civitates et regiones, in quibus sonat vox Evangelii, coluntur literae, explicatur et propagatur doctrina coelestis, mores mediocriter reguntur, imperia sic satis aequabilia sunt. Haec tanta bona, utinam Principes, gubernatores et doctores agnoscerent, et sua moderatione fovere Dei munera studerent. Sed nos agnoscamus et foveamus, doceamus utilia, reprimamus iracundias et alios affectus, qui interdum perniciosos tumultus excitant. Compara tuam civitatem iam ad Pannonias, Austriam, Belgicam, Celticam; dices te coelum ad Tartara conferre. Haec, mi *Vite*, saepe cogito in precibus quotidianis, eoque omnia dico ac facio moderatius.

Mitto tibi Epistolam *Myconii*, ex qua leges historiam *Arnstadiani* Pastoris, qui diu de nugacissimis rebus, †vel" de vini pretio litigavit, adversus Senatum fulmen excommunicationis torsit, adiunxit sibi etiam *Lutherum.* Nunc tandem tumultuari desinit, et *Friderici* diligentia res co.perducta est, ut mutuo iniurias condonaverint, et promiserint *μὴ μνησικακεῖν.* Cur antea toties a *Friderico*, me, *Menio*, *Lango* rogatus non destitit tumultuari, cum nullam causam haberet? Haec, quia alia nunc quae scriberem non erant, duxi tibi significanda esse, quia arbitror amantibus moderationem utile esse talia exempla cognoscere. Et epistolam *Friderici* libenter leges. Nunc eo ad *Lutherum*, ut ei suam exhibeam cum et in hoc ipso negotio aliquoties ab ipso colaphos acceperim.

De praefatione in Genesin miror te non significare tuum iudicium. De Baptismo Christi ea sententia quam posueras *), non videbatur sine longiore explicatione ita nuda ponenda. Ideo dixi communiora. Bene vale, et de Conventu quidquid habebis significa. Die 23. Februarii **).

No. 2873. 1. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 450 sq. (ed. Lond. IV. ep. 318.).

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico suo carissimo,

S. D. Quod bonis boni fit, id grave et gratum esse solet, inquit Plautus in Persa, etsi quid dicat grave, non satis assequor, tamen sententia delector et opinor dici bene collocatum, seu non inane. Nobis igitur, quia inter bonos certe esse studemus, scito gratissimum esse officium tuum, quod in ornando *Sabino* praestitisti, tibique gratiam habeo. Sed quanti ille faciat Philyram vides, fugit Academiam, in qua videt quam difficile sit tot doctorum ac censorum iudiciis satisfacere. Latebras quaerit, in quibus regnet, aut

---

6) Snegass. diem non habet, sed cod. Guelph. et Monac. 88.: *die 23. Februarii*, cod. Monac. 90.: *die 18. Febr.* — Codd. Monac. addunt: anno 1544.

*) Spanh. mendose: *proposueras.*

**) Annus 1543. additus est ab editore; nam anno 1544. scripta est.

unde in aulam evolet. Hanc scito summam esse consilii ipsius. Fortassis accedit et hoc, quod a nostris oculis longius cupit abducere meam filiam, sed reprimo me. Hanc enim Deo commendo. Saepe mihi in mentem venit matris Baptistae, Mariae matris Christi et aliarum similium, quae quomodo servatae sunt? grassantibus eodem tempore in Syria exercitibus Parthicis, Romanis, Herodianis. Deum igitur oro, ut meam miseram filiam et regat et servet, sicut illas et gubernavit et defendit. De *Sabino* non querar, apud te praesertim, qui toties iam tam accurate eius caussam in litteris ad me scriptis agas. Sed optarim eum, praesertim postquam suo, non meo consilio, affinitatem meam appetivit, benevolentiam etiam praestare dignam hac coniunctione. Totum hoc genus philosophiae Socraticae, quod ego et tu amamus, minoris facit quam vellem. Tu consilia nostra auditurum putas? De quibus quae demus nobis scilicet videndum. Filiae scripsi ut suum mihi animum de migratione ad Balthicum significet, quae quicquid responderit, tibi mittam. Spero enim *γενναῖόν τι* responsurum esse. Nuper in litteris ad matrem scriptis querebatur de aere alieno mariti, propter quod ipsa interdum male audiret. Ibi diserte adiecit, se nolle haec mihi indicari, ac se iam tot doctam malis, has miserias moderate ferre. Verum quo delabor. Haec tamen scripsi, quod hanc de filia commemorationem tibi non ingratam esse sciebam. Mihi semel in templo cum parvula aegrotaret, exorta est in subita cogitatione mira lux, in qua admonebar his ipsis verbis, Deo eam curae esse.

Alesio scripsi propositiones, quarum tamen censuram tibi *Alesio* et *Laterensi* mando. Profecto non facile est has tantas res explicare, ut fortassis aliqui putant, qui suas tantum operas magnipendi volunt.

De conventu *Spirensi* nondum quicquam accepimus, utinam non sit *κερκώπων ἀγορά*: cum accepero litteras, impertiam et vobis. Non enim dubito ex aula Coloniensi quosdam de rebus praecipuis certa scripturos esse. Nostri nihil significant *ἀξιόλογον*. Bene vale. Cal. Martii.

Phil. Melanth.

No. 2874. 3. Mart.

N. Amsdorfio.

† Ex autogr. in cod. Dresd. collect. Seidel. no. 35. descripta a Clar. Gersdorfio.

Reverendissimo domino, doctrina et virtute praestanti domino Nicolao ab Amsdorf, Episcopo Ecclesiae Numburgensis etc. patrono suo cum observantia colendo.

S. D. Reverendissime domine. Subito fuit scribendum, nam nuncius eodem die, quo venit, abiit. Dabit igitur veniam brevitati literarum R. D. tua. Audimus Dei beneficio *Ducem Saxoniae Electorem* honorifice exceptum esse *Spirae* ab Imperatore *), et Imperatorem ducem Saxoniae et Palatinum *Fridericum* postridie quam Spiram dux Saxoniae venit, circiter horam solos collocutos esse satis amanter. Deus cetera gubernet, et adiuvet Evangelium amantes et docentes. Pro munere misso filiae meae ago tibi gratias, sed profecto non sum captator. Me negotia publica tam multa hic detinent, ut non possim expatiari. Si vel exiguum tempus concederetur ad expatiandum, ad te multis de causis proficisci cuperem **). Deus pater aeternus domini nostri Iesu Christi te servet et regat, et regat harum regionum ecclesias. Bene et feliciter vale. 3. Martii.

Philippus Melanthon.

No. 2875. 5. Mart.

Vito Theodoro.

Epist lib. IV. p. 187 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 584.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Cum literae adferrentur tuae de Mercatorum negocio, iam profecti erant ad Lipsicum iudicium, de more, Iurisconsulti nostri, post hanc *ἑβδομάδα* mox redituri. Cum igitur redierint,

---

*) Ingressus est Princeps Elector Spiram d. 8. Febr., eique obviam profecti sunt Landgravius, Archiepiscopus Coloniensis, Fridericus Palatinus et Siciliae prorex. Sleid. p. 435 sq.

**) Invitaverat Amsdorfius Lutherum, et, ut ex hoc loco colligendum est, etiam Melanthonem, ut ad eum proficiscerentur. Vid. Luth. epist. ad Amsdorf. d. 8. Mart. et iam antea d. 26. Ian. h. a.

familiariter rogabo, ut absolvant negocium, quo de scribis. Et arbitror, vel mea causa, rem maturaturos esse. Sed si videas, quantum eos oneret aula, diceres non Sisyphum agitantem Saxum apud inferos plus sustinere laboris. Non opinor tota Parisiensis Curia, si huc commigraret, aulae litibus satisfacere posset, quas eo cumulat, quia virtutem esse putat *φιλονεικίαν*. Et in omnibus negociis, non minus de ingenii laude, quam de fundis ipsis certant. Haec aliena sunt a nostra Philosophia, quae vetat unquam contendere, *εἰ μὴ περὶ ἀναγκαίων*. Nosque hoc Sophocleum teneamus, *εἴ τοι νομίζεις κτῆμα τὴν αὐθαδίαν εἶναι τι τοῦ νοῦ χωρὶς, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖς* *). Sed haec omitto.

De Conventu praeter Exordium, nihil habemus. Tu quicquid habebis *ἀξιόλογον*, significa. Hodie hic duos bonos Viros, Pannonas, inter Turcas concionaturos Evangelium *ἐμνήσαμεν*. Deus servet Ecclesiae suae ac honestorum studiorum reliquias. *περὶ νομοφυλάκων πανικοὶ θόρυβοι*, quales vidisti adversus alios interdum, nondum prorsus sedati sunt. Sed dabit Deus his etiam finem. Bene vale. Die 5. Martii. Somnio tuo moveor. Nec obscura est interpretatio, si est *μαντικόν*.

Philippus Melanthon.

No. 2876. 8. Mart. (h. a.?)

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 364 sq.

Marco Crodelio (*gubernanti scholam Torgensem*)

S. D. Libros, de quibus scribis, mittam, cum habebo nuncium, nunc enim non sciebam, quis has de literas allaturus esset, quas scribo de quodam egeno ac misero homine, *Wolfg. Kunt.* Is debet istic, et redire non audet sine pecunia. Nunc ei literas ad generum dedimus. Rogo igitur, ut iudicem oppidi ores, ne res eius distrahantur, sed prorogetur tempus solutionis. Spero, eum aliquid pecuniae allaturum esse. Et nosti hominis miseriam, qui, etsi oeconomus est infelix, et fortassis reprehendendus etiam: tamen in hac calamitate dare diem solutionis est humanum. Bene vale. Die 8. Martii.

Philippus Melanthon.

No. 2877. 12. Mart.

Io. Hontero.

† Ex autographo Melanthonis in Arch. Cap. Coronensis in Transsylvania. Fac-simile, ut vocant, huius autographi mihi benevole misit D. Io. Frid. *Philippi*, Conrector Gymnasii, quod floret Coronae in Transsylvania.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti D. Iohanni Hontero gubernanti pia studia doctrinae in urbe Corona [Kronstadt] *Transsylvaniae amico suo*

S. D. Delector equidem benevolentia erga me tua quam toties ex literis tuis, et literatis muneribus quae misisti cognovi. Sed multo magis laetor Ecclesiae causa, te in tanta Pannoniae calamitate, excitatum esse divinitus, ut Ecclesiae doctrinam et pia studia ibi instaures. ac deum oro, ut te regat, et labores tuos adiuvet. Meministi Pauli dictum. *ὁ θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας.* Haec me sententia sepe in nostris difficultatibus, quas sustinemus etiam varias, erexit et consolata est. Divinitus accensa est lux doctrinae et inchoata propagatio. Hanc deus ipse adiuvabit, ut aliqua fiant deo grata inter homines. Nam maxima pars generis humani contempta voce dei ruit furenter in omne genus scelerum et iram dei irritat. Interim excerpit deus e mundo Ecclesiam suam grata ipsi facientem, recte docentem, invocantem ipsum, obedientem ipsi, et virtute ornantem professionem. Confirmemus igitur nos hac promissione auxilii divini. Et quanquam Turcica arma non vobis tantum, sed etiam germaniae nostrae magnas vastationes minantur, tamen non dubito, deum servaturum esse reliquias Ecclesiae suae et piorum studiorum. Et ad hoc profutura est amicicia et coniunctio nostri ordinis, hoc est liberatorum. Quare propter Ecclesiae utilitatem maiore studio nos mutuo complectemur. Te quidem ex animo diligo. Nec auditurus fuissem calumnias illas, de quibus scribis etiam si huc allatae essent. Sed scito, nihil istarum fabularum ad me unquam allatum esse. Et Thucydideum illud studiose ob-

*) Leguntur in Sophocl. Oed. Tyrann. vs. 549 sq.

servo, quod in libro sexto Historiae illius scribitur. διαβολῆς μὲν οὐ σῶφρον, οὔτε λέγειν τινὰς εἰς ἀλλήλους, οὔτε τοὺς ἀκούοντας ἀποδέχεσθαι. Postremo magnopere te oro, ut quoties habebis tabellarios, res vestras mihi significes. Videmus impendere fatales mutationes Imperiis, quae etsi duriter concutiunt Ecclesiam, tamen nos expectare auxilium et salutem a deo rectum et pium est. Bene vale. die Gregorii 1544.

Philippus MelāthoN.

No. 2878. 13. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 449 sq. (ed. Lond. IV. ep. 317.).

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico suo carissimo,

S. D. Idibus Martiis cum quidem de C. Caesaris nece, deque humanis miseriis multa cogitassem, epistolam accepi tuam, in qua mentio est scripti Ciceroniani de Senectute. Itaque eius diei cogitatione motus, avidius relegi totum libellum de Senectute, ut viderem illis humanis calamitatibus quae remedia καὶ ἀλεξιφάρμακα opposuisset Cicero. Vidi non solum suaviter, sed etiam ambitiose scriptam esse illam consolationem, ac puduit addere praefationem. Sed postridie mane casus intervenit, qui me coëgit morem gerere cupiditati adolescentis: Decidit lychnus in pagellas Ambrosii*). Ideo ne suspicaretur a me petulanter corruptas esse, scripsi praefationem. Te quoque rogo, ut me excuses. De enarratione ad ipsum scribo, cum nunc quidem satis habeat ocii, facturum rectius, ei praesertim in hoc libello, in quo tam multae coacervantur historiae, multa item ex Platone et Xenophonte decerpta sunt, addat uberiorem enarrationem. Bene vale. Plura per Franciscum.

Philip. Melanth.

No. 2879. 16. Mart.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 55 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Etsi nunquam quidquam scribit ἀξιόλογον *Franciscus*, quadam ὑπερβολῇ aulicae superstitionis, tamen eius epistolam, quia hodie primum allata est, tibi mitto, missurus aliquanto post certiora. Nam ex aliis aulis expecto historiam fidelius scriptam. Nec tamen ingratum est in *Francisci* literis, quod tam effuse praedicat lenitatem *Caroli* erga nostros. Sed brevi hac de re plura.

Nunc de filio velim te Deo gratias agere, et quod revalescit, et quod mores sunt laude digni. Sumptus, etsi durius vixit, quam poscebat valetudinis ratio, te, ut boni consulas, etiam atque etiam oro. Nam in hoc ipso morbo non minus studuit tua Oeconomica administrare, quam suam valetudinem curare, qua ex re eius diligentiam aestimare potes. Bene vale. 16. Martii.

Philippus Melanthon.

No. 2880. 16. Mart.

A. Schurero.

Praemissa libro: M. Ambrosii *Schureri* annotationes in M. T. Ciceronis Dialogum de senectute. Basil. 1544. 8. apud Nic. Bryling. — Vid. quae de hac praef. Mel. scripsit Camerario in ep. d. d. 13. Mart. h. a.

Phil. Mel. Ambrosio Schurero S. D.

Gratiam tibi habeo, quod me ad *Ciceroniani* scripti *de senectute* lectionem revocasti, dulcem sane et prorsus Nestoriam, sed tamen tenuiorem illa consolatione, quam nobis doctrina coelestis proponit, quae non, ut Cicero, causas senescentis et intereuntis humanae naturae in materiam confert, seu, ut Aristoteles, εἰς τὴν στέρησιν, sed aliam tristiorem causam monstrat. Si enim hominum natura integra esset, non ut poma materiae fluxu languefacta putrefieret, sed ἀκμὴ hominum perpetua maneret, nec tantum vigerent sensus, sed accederet aliud longe maius bonum, harmonia concinna omnium partium hominis. Fulgeret in mente firmior de Deo notitia, arderet in voluntate amor Dei et studium obtemperandi et luci divinae in mente omnes appetitiones domitae sine ulla contumacia parerent. Nunc, ut in nave lacera, ita in hac nostra natura partes omnes velut tabulae dehiscunt statim postquam exiguo curriculo aetatis quassatae sunt, ac paulatim prorsus franguntur. Mihi iam ὠμογέροντι et sensus he-

---

*) Ambros. Schureri. Vid. d. 16. Mart. h. a.

betiores sunt et vires omnes languidiores. Nec coctione integra, nec somno satis rigatur exhaustum corpus: et cumulantur aetatis mala curis, doloribus, periculis, erratis, aerumnis, quas subinde haec communis vita seu fortunae inconstantia attrahit. Non enim de nihilo dictum est φόβου τὸ γῆρας, οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον. Quid? nihilne movent sanos summorum et sapientissimorum senum fata et interitus? Herculis, Oedipi, Priami, Agamemnonis, Cyri, Niciae, Demadis, Demosthenis, Crassi, Pompeii, Caesaris, Catonis, Ciceronis et aliorum innumerabilium, quorum cum videmus non modo senectam fuisse miseram, sed fere totam vitam in perniciosis aut certe inutilibus contentionibus consumtam esse, humani generis imbecillitatem non possumus non deplorare. Nec profecto mens ignara coelestis doctrinae ac reputans magnitudinem aerumnarum aliter sentire potest, quam ut *Silenus* captus dixit: hominibus longe optimum esse non nasci, secundum vero natos cito emori. Quid igitur illa senectutis θελκτήρια, quae Cato recenset, quantum iuvant? Alia nobis efficaciore medicina opus est, quam tradit coelestis doctrina, cum causas mortis et aerumnarum nostrarum patefacit, et certis testimoniis viam ad aliam tranquilliorem vitam monstrat. Non casu ex Pyrrhae saxis, ut in fabulis dicitur, nati sumus, sed deus suo consilio condidit genus humanum, ut agnoscatur et celebretur ipse. Non recte igitur *Silenus* ait, optimum hominibus fuisse non nasci. Et quanquam calamitates nobis nostra culpa accersivimus, tamen auxilium Deus nobis pollicetur, nec extingui vult hominum naturam. Vult, esse coetus aliquos, in quibus de Dei voluntate sonet vera doctrina.

Itaque propter tres causas aliquod vitae spatium optandum est, videlicet, ut doctrinam percipiamus, qua sese Deus patefecit, et qua nobis dulcissimam consuetudinem suam promittit; deinde, ut diuturnitate temporis confirmetur in nobis Dei agnitio; postremo ut aliis doctrinam impertiamus, quod dum facimus magna suscipienda sunt certamina, multa dura ferenda. Interim et aliis officiis vita communis iuvanda est, quae sine magnis difficultatibus praestari non possunt. Quod igitur recitat *Athenaeus*, *Gorgiam*, egressum annos centum, interrogatum, qua arte ac ratione vitam in eam senectam produxisset, respondisse, quia nihil alterius causa unquam fecisset. Id aut non dictum esse existimo, aut falso dictum. Multi enim labores aliorum causa suscipiendi sunt omnibus mediocribus hominibus. Sed consolationem teneamus, quam doctrina coelestis proponit. Meminerimus, nos in hac militia Deo servire, et aliquanto post venturos esse in portum, ubi laeti acquiescemus, si modo adferemus rectae voluntatis conscientiam, quae tantum bonum est, ut Cephalus etiam ignarus coelestis doctrinae, tamen apud Platonem dicat: τῷ δὲ μηδὲν ἑαυτῷ ἄδικον ξυνειδότι ἡδεῖα ἐλπὶς ἀεὶ πάρεστι, καὶ ἀγαθὴ γηροτρόφος.

Has praecipuas consolationes cum didicimus, tum vero et iuvat et prodest, addere suavissimos illos *Ciceronis* sermones. Ut enim arescenti corpori victus humidior ac dulcior conducit, ita in his senectutis curis et contentionibus animorum moestitia diluenda est, et asperitas mitiganda lectionibus suavioribus. Mihi quidem magnae voluptati fuit haec Catonis commemoratio relecta, in qua tot magnos viros recenset, quorum exempla monent, quantum in omnibus vitae partibus, seu, ut ita dicam, spatiis moderatio animi praesidium sit. Praeclare consenuerunt Fabius, Scipio, Laelius et alii multi, quorum hic fit mentio. Quid enim his fuit moderatius? E contra immoderata appetentes tragicis casibus oppressi sunt, ut Crassus, Pompeius, Antonius, et alii multi. Horum exemplorum cognitio et consideratio etiam iuvenibus prodest. Iacienda enim sunt tranquillae senectae fundamenta inde usque ab adolescentia. Quare prodest, hunc *Ciceronis* libellum legi, et tuum consilium ac studium, *Ambrosi*, magnopere probo. Utilissimum est enim, tales libellos in manibus studiosorum assidue gestari, legi ac edisci, quia et loquendi rationem monstrant et virtutis doctrinam tradunt. Et genus enarrationis, quod de dialectica rudiores admonet, adiuvat eos, ut sententias ordine quasi explicatas propius adspicere possint, et videre, quae membra coniungenda sint, quae distrahenda. Eaque diligentia adfert hanc dexteritatem, ut propria et melius cohaerentia ipsi aliquando scribere possint. Bene vale. Ex Viteberga, 16. Calend. Aprili.

No. 2881. 17. Mart. (h. a.?)

I. Bretschneidero (Placotomo).

Epist. lib. VI, p. 289.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iohan. Bretschneider, Doctori artis Medicae, fratri suo colendo.

S. D. Clariss. vir et cariss. frater, vocat te in Academiam suam Illustrissimus Dux *Pomeraniae Philippus**), ut ex literis ipsius ad te scriptis intelliges, quas exhibebit nobilis Vir gentis Pomeranicae *Adrianus*, vir honestus et eruditus. Iussi ut ostendat tibi etiam literas ad me scriptas, in quibus mentio fit tui honorifica. Quaeso igitur ut hunc nobilem virum *Adrianum* amanter excipias, et de petitione Principis deliberes. Certe virtus est eximia Principis, et de Ecclesiis et doctrinis recte et graviter iudicat. Bene vale. Die 17. Martii.

*) Anno 1544. aderant legati Ducum Pomeran. Vitebergae; fortasse igitur epist. ad hunc annum pertinet.

No. 2882. 18. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 457 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 324.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo carissimo.

S. D. *Cogite concilium et pacem laudate sedentes: Illi armis in regna ruunt*, inquit Turnus, ut meministi. Ita dum *Spirae* de nescio quibus nugis litigamus, Turci grassari in Pannoniis pergunt. Heri enim litteras ex Pannonia accepi, quae narrant recens loca vicina Posonio occupata esse a Turcicis latronibus passim vagantibus. Interea tamen etiam in iis locis, quae servitute nova oppressa sunt, constituuntur Ecclesiae, credo animis iam ad celeste auxilium confugientibus, postquam pugnare non possunt. Et spero Deum reliquias Ecclesiae, ut semper servaturum esse mirabili modo. Nam vides praesidia humana nulla esse. Nec mihi Spirenses actiones placent. Pax a *Carolo* petitur, sed ita, ut verecundius petiverint Lacedaemonii pacem ab Atheniensibus, cum cives ad Pylum in insula circumcessi essent. Bene vale, die XVIII. Mart. Aula danica spem habet pacis.

Philippus Melanth.

No. 2883. (h. t.)

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 454 sq.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo cariss.

S. D. Meministi nostri theatri iudicia, qualia facta sint de me, cum ante annos decem, editis Locis Theologicis, disputassem quaedam minus horride, quam antea in ruinis monasticae doctrinae proposita fuerant. Et erant qui me suspicabantur captare potentum favores. Noster *γεφυραῖος**), ioco fortasse mihi obiiciebat, ambire me galerum *τῶν εὐπαρύφων ἀρχιερέων*. Adeo non temere dictum est *ὑπὸ παντὶ λίθῳ, μὴ δάκῃ ῥήτωρ, χρὴ ἀθρεῖν*. Sed Deus testis est, me nec ingenii laudem, nec studia ullius partis aucupatum esse, sed vero et simplici studio veritatis, diligentiam illam in explicatione adhibuisse: videbam quam confusas opiniones et insulsas multi circumferebant. Et iuventuti metae, ut in artibus fieri necesse est, monstrandae fuerunt. Optarim autem me a multis adiutum esse. Nunquam enim meum iudicium praetuli Ecclesiae iudicio. Quare de iis sententiis quas *Alesio* misi, iudicare vos, et quidem severe *καὶ τῇ τῶν ἀρειοπαγιτῶν ἀκριβείᾳ*, volo. Idem dixi ante annos octo *Luthero* ipsi mecum et cum *σταυροφόρῳ* expostulanti**). Statuetis igitur de meis pagellis vestro arbitrio. Velim autem de mihi significare, quid decreveritis.

Brutum tibi mitto cum libertatis inscriptione, quaerit enim civitatem se digniorem. Sed an Philyram vestram probaturus sit, nescio. Unam scio, in qua ei locus erit, in Cattis seu Tencteris, quam Graio nomine *Sigen* vocant. Eram missurus aureum nomisma, quod cum hodie quaero, nusquam invenio. Praeripuit aliquis *αὐτόλυκος* opinor, aut ego oblitus sum, quo reposuerim. Bene vale. Mense Martio.

Philippus Melanth.

*) Pontanus. C. W.

**) De coena s.

No. 2884. 19. Mart.

I. Spangenbergio.

Manlii farrag. p. 453.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Spangenbergio, gubernanti Ecclesiam Dei in ditione illustrium comitum in Mansfeld, suo amico colendo, Philippus Melanchthon.

S. D. Reverende vir, et amice charissime. Hic *Wolfgangus Fulla* *) Saltzburgensis, vir doctus et honestus est, et D. *Iusto Menio* et mihi diu notus et probatus, poterit utiliter in schola vel in templo servire Ecclesiae Dei. Quaeso ut eum complectaris et iuves: bene collocabis officium. Ego nunc plura scribere non poteram, quia iter ingressurus eram ad quoddam scholasticum negocium. Quare des veniam brevitati literarum. Tibi et filiis carmina mitto. Bene vale, die 19. Martii, quae est coenae in Bethania cum Lazaro resuscitato.

No. 2885. 20. Mart.

N. Medlero.

E codice Bavari Vol. I. p. 1068. edita a Danz. ep. 33., nunc ex ipso cod. denuo descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Gratiam tibi habeo, quod recentem historiam conventus[1]) nobis impertiisti, ac Deum oro, ut regat mentes principum et det Conventui placidam et salutarem *καταστροφήν*. Caeterum illa via usitata est; pene ut in emptionibus de precio, ita nos[2]) de pace prius pacisci velle, quam promittamus auxilia necessaria ad communem orbis terrarum defensionem. Et has nostras pactiones scio saepe displicuisse Principi seni et honesto Marchioni *Georgio* et aliis bonis. De concionatore surrogando *Lonero*[3]) loquar equidem cum D. *Luthero*, sed miror, Episcopum ipsum non surrogare aliquem, aut de aliquo cum D. *Luthero* deliberare. Scis quam aegre ferat episcopus sibi ab aliis aliquid praescribi, et quasi leges ferri. Ideo sinamus eum suo consilio quaerere concionatorem, ne dicat nos *πολυπραγμονεῖν*. Audio laudari *Streitpergeri* dexteritatem in docendo et orationis facilitatem. Sed Episcopus aetatem maiorem[4]) fortasse desiderabit. De *Lonero* postquam eius literas legi huc missas, admodum angi coepi. Nimis vehemens natura est. Istic in Suevis statim exorsus est suas conciones a reprehensione concionatorum, qui Evangelium prius in Norlingiacensi ecclesia docuerunt. Et insectatur concionatores Ulmenses vicinos et Augustanos. Hae reprehensiones non sunt utiles[5]). Obsecro te, admoneas eum, ut moderationem adhibeat necessariam illi loco. Bene vale. Die 20. Martii 1544.

P. Melanthon.

No. 2886. (fere 20. Mart.)

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 113.

Antonio Lauterbach (Past. eccles. Pirnens.)

S. D. Carissime Antoni. Si coram tecum colloqui possem, copiose tibi ostenderem multas gravissimas causas, propter quas et honestum et pium et salutare esse Ecclesiis et Germaniae iudicem, reddere Caesari quae sunt Caesaris, et Deo quae Dei sunt. Ideo laudo consilium et voluntatem Ducis *Mauritii*, quod officia civilia *Carolo* praestare studet, et quod cavet, ne impedimenta obiiciat defensioni Germaniae contra Turcas et aliis publicis et communibus negotiis *). Sed dicunt aliqui, non esse confirmandam potentiam *Caroli*, ne opprimat nostras Ecclesias. O impiam vocem et indignam Christianis! Non est turpiter faciendum metu aut suspicione aliqua. An propterea, quod metuimus *Ferdinandum*, non volumus defendere Germaniam adversus Turcas? Possem et alia multa recitare, quae coram expo-

---

*) *Fulda*, vid. epist. d. 2. Aug. 1544.

1) Fortasse epistolam Brentii ad Ionam d. d. 5. Mart. (nondum editam), quam Medlerus descriptam Philippo videtur misisse. Vid. infra ep. ad Spalat. d. 25. Mart.

2) Danz. mendose: *modo* pro *nos*.

3) Danz. *Loenero*, ex emendatione.

4) *maiorem* praetermisit Danz.

5) Vid. quae Melanthon Lonero scripsit d. 1. Apr. h. a.

*) Cf. ep. ad Lauterbachium d. d. 9. Febr. h. a.

nere mallem. Quid quod ne a metu quidem oriri odium *Caroli* in aliquibus videtur, sed ab aliis privatis cupiditatibus. Amemus honesta iusta et moderata consilia, et ad haec hortemur principes, et Deum oremus, ut mentes eorum flectat ad ornandam Ecclesiam Christi et ad salutaria consilia. Scio multos de principibus varie loqui, sed mihi non placent calumniae recte factorum. De vestra Synodo*) Deum aeternum, patrem Dom. n. I. C., oro, ut vos propter Christum regat spiritu sancto, ut pia et salutaria statuatis. Sed meum consilium est ut non properetis. Convenire vos et deliberare non est inutile; sed subito statuere periculosum est. Bene vale. P. M.

No. 2887. **21. Mart.**

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 41. (edit. Lond. lib. II. ep. 24.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Gratum mihi facis quod significas ea, quae de conventu[1]) ad vos perferuntur. Heri nobis scriptum est, nostros, etsi coeperant contendere, ut prius ipsis pax promitteretur, quam ipsi promitterent auxilia contra Turcas: tamen omittere eam contentionem, et prius velle de auxiliis contra Turcas mittendis deliberare. Laudo moderationem in nostris, si ita est. Nam saepe in conventibus voluntates bonorum offensae sunt hac contentione, cum nostri prius vellent de domestica pace pacisci. De comitissa[2]) etiam atque etiam te oro, ut moderationem adhibeas, quam vides semper esse, fuisse et futuram esse salutarem, et sine conviciis aut Archilochicis criminationibus, res necessarias et invitantes piam mentem proponas. Id faciam, donec vitam mihi Deus concedet. Bene vale, die 21. Martii.

No. 2888. **25. Mart.**

Ge. Spalatino.

† Ex autographo Melanth. in cod. Basil. F. 101. p. 117. et 118.

*) Vid. Lutheri ep. ad Lauterb. d. d. Georgii 1544.

1) De Comitiis Spirae habitis.

2) Haud dubie coniux Comitis a *Schlick*, Domini oppidi Ioachimsthal, qui emendationi sacrorum favebat.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Georgio Spalatino, Pastori καὶ ἐπισκόπῳ Ecclesiae Aldenburgensis, amico suo.

(Spalatinus adscripsit: D. Phil. Mel. die Martii XXV. M. D. XLIIII.").

S. D. Plane deridemur ab iis, qui ex aula nostra huc de conventu scribunt. Significant, quot fercula in convivio Principis data sint, quot genera potus, et talia βαναυσὰ multa, quae ego, si istic essem, non inquirerem; πολιτεύματα audire cuperem. Et audivi unicum, quod tamen obscure scriptum est. Usitatum fuit nostris, in conventibus contendere, ut prius nobis pax promitteretur, quam nos promitteremus auxilia contra *Turcos*. Memini ea contentione vehementer offensum *Marchionem Georgium* et multos alios bonos viros. Mota fuit et nunc *Spirae*, sed audio ultro a nostris abiectam esse, eiusque sententiae suasorem nostris fuisse acerrimum, Ducem *Saxoniae Electorem*, ut prius nos auxilia promitteremus, quam de pace contenderemus. Ceterum de voluntate Imp. *Caroli* non dubitant adfirmare multi, velle eum, in Germania pacem esse. Nostris hactenus placide respondit. Nominatim etiam per *Franciscum* sibi significari iussit ea, quae Princeps petiturus esset. Scripsi ad quosdam amicos in aliis aulis, a quibus expecto literas singulis horis. Nam tabellarii nostrates duo sunt in itinere. Quidquid habebo memoratu dignum, impertiam tibi. Video principia fuisse leniora, quia *Carolus* solus adfuit, qui et melior et moderatior est fratre*). Sed audiemus post

*) Licet hic quaedam de hoc conventu adiicere ex epistola nondum edita Ioannis Brentii ad Iust. Ionam d. d. 5. Mart. 1544.: „Hessus (Landgrav. Philipp), cum ad Spiram venisset, instituit pro more publicam Evangelii concionem „in templo monasterii Dominicanorum, quod hoc monasterium Electori Saxoni pro hospitio assignatum esset. Ibi „statim fremere et rugire Satan. Paucis etiam post diebus „adversarii piae doctrinae viserunt *Carolum*, optimum principem, ut eam concionem sua auctoritate abrogaret. *Carolus*, ut est natura clemens, missis ad Hessum legatis, „significavit, se magno quidem favore complecti ipsum et „reliquos ipsi religione coniunctos, sed quia altera pars instet ac urgeat, ut haec publica concio in templo monasterii instituta abrogetur, petere se, ut *Hessus* eam concionem in templo intermittat, ac, si velit, in aulam transferat. Se enim hoc non morari, modo non fiat publice „in templo. Sed *Hessus* excusato facto perrexit in suo instituto, perrexit et *Carolus* petendo ac urgendo, non dissimulans, quod, quicquid id rei sit, faciat coactus importunitate adversariorum nostrae doctrinae, qui iam et ipsum „incipiant accusare favoris erga haereticos, ut illi loquuntur. Interea autem temporis, dum hoc tractatur inter „*Carolum* et *Hessum*, nunciatur, *Electorem Saxonem* ad-

fratris *Ferdinandi* adventum, multa agi *ϑερμότερον.* Nam *Lycaon* hunc accendet. Sed brevi haec sciemus. Ubicunque civium tuorum filiis prodesse potero, summa voluntate et ipsorum et tua causa eis serviam. *Mattheus Polerus* ita profecit, ut Ecclesiae dei sperem usui magno et ornamento futurum esse. Bene vale. Die 25. Martii, quo ante annos 5504 Adam conditus est, ante annos vero 1545 Christus conceptus est, ante annos vero 1511 Christus crucifixus est.

Philippus Melanthon.

No. 2889. 25. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 458 sq. (ed. Lond. IV. ep. 325.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo cariss.

S. D. Etsi historiam conventus *Spirensis* copiosius ad vos scribi arbitror, quam ad nos, tamen mitto in pagella quam addidi, ea quae huc allata sunt. Videbis depositam esse contentionem de petenda pace, quae initio *φορτικῶς* instituta fuerat. Nunc igitur de vestro conventu magis, quam de Spirensi solicitus sum. Plane reprehendo *πολυπραγμοσύνην* eorum, qui cum adhuc tenerae sint Ecclesiae vestrae, cumque voluntates gubernatorum adhuc dissimillimae sint, conventus indicunt. Quantum fuit in Atticis concionibus horribilium certaminum, quantum in Synodis Episcoporum? quae ipse vidi incendia in aliquot nostris Synodis, quae ut arte extingueremus, magnopere nobis laborandum fuit. Memini in *Chalcide* mecum *Macedonem* et Wirtebergensem magna cum solicitudine deliberare, quomodo arte dimitteremus eos, qui convocati fuerant, et quam mollissime dissolveremus conventum. In eam rationem, ut tu quoque incumbas, te vehementer oro atque obtestor. Ut nihil dulcius est et utilius colloquiis et collatione sententiarum inter illos, qui et veritatem amant, et moneri se patiuntur, et propter benevolentiam mutuam candide dicunt, quod videtur, et probant illud, quod est in oratione filii ad Tyrannum apud Sophoclem: *καὶ τῶν λεγόντων εὖ, καλὸν τὸ μανθάνειν*: Ita e contrario periculosiss. est imperiis et Ecclesiae committi in his congressibus homines inimicos, ardentes odiis, non amantes veritatem, aut fascinatos pravis opinionibus, et quidem ubi desunt *βραβευταὶ*. Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut exitum placidum det utrique conventui, Spirensi et Lipsico. Bene vale, die XXV. Mart., quo ante annos 5504 Adam conditus est, ante annos vero 1545 Christus in Maria virgine conceptus est, ante annos vero 1511 Christus crucifixus est, et factus victima.

Philippus Melanth.

Initio conventus*) postquam Carolus Imperator certa deliberanda proposuit, contenderunt Coloniensis et Palatinus acriter, ut de Religione deliberaretur, et exordium a rebus divinis sumeretur.

Nostri contenderunt de pace danda et de iudicio Camerae constituendo ante caeteras deliberationes.

Sed tandem omissis his contentionibus decretum est communi consensu, ut ordo a *Carolo* praescriptus servaretur, ac prima esset deliberatio de auxiliis contra Turcas mittendis.

Eam deliberationem scribunt nostri iam absolutam esse. Ac nunc declaraturos *Carolum* et *Ferdinandum*, quantas ipsi copias et quo missuri sint. De duce contra Turcos eligendo nihil hactenus accepimus.

Controversia quae fuit de Cattorum comitatu inter *Nassaicum* et *Landgravium*, composita fertur, solutis a Landgravio centum millibus. De quo dubitare multos audio.

Existimant *Carolum* ante Pasca discessurum ex conventu, ut occurrat Gallis, qui totum ducatum Lucelburgium occuparunt. De D. Brunsvicensi nullae adhuc fuerunt deliberationes publicae.

Compositio controversiae Cattorum significaret *εὔνοιαν τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς μακεδόνα,* ut ego quidem spero ac ratiocinor.

„venire. Itaque dum Hessus et alii principes procedunt ei „obviam extra civitatem, templum monasterii mandato Ca„roli occluditur. Qua ex re factum est, quod concio Evan„gelii tranlata sit e templo in ambitum eius monasterii, in „quo et pergunt magna hominum frequentia concionari."

*) Conf. epist. Brentii d. d. 5. Mart.

Dionysius concionator aulae Hessiacae de Samaritano dicitur egregie concionatus, describens neglectiones Ecclesiae sauciatae et laceratae, ac una cum nostris auditores fuerunt *Marchio Albertus*, et Dux *Iuliacensis*.

Franciscus heri quoque scripsit, spem esse pacis Danicae, sed me terrent prodigia, audio pluvisse sanguinem in Holsatia.

Philippus Melanth.

No. 2890. 25. Mart.

I. Brentio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 3.

Clarissimo viro, eruditione et θεοσεβείᾳ praestanti D. *Ioanni Brentio, amico suo*

S. D. Charissime Ioannes. Bono studio et consilio civitati *Norlingensi* pastorem Ecclesiae misimus*) non iuvenem sed virum iam natu grandem, qui te et me anteit, et multas Ecclesias rexit, et eruditione praeclare institutus est; sed fortassis paulo est iracundior. Hunc te complecti et regere velim. Nec dicas mihi, nolle te in aliena republica *πολυπραγμονεῖν*. Etsi est eius rei modus, tamen profecto saepe nos aliena inquirere et curare oportet, etsi nihil est a piis alienum, quod ad Ecclesiae concordiam utile est**). Ille morosus senex seu tristis potius apud Terentium miratur, cur vicinus de operarum assiduitate interroget: Tantumne a re tua ocii est tibi? Nobis certe parum est ocii, sed tamen Ecclesiarum cura adficiamur. Ac multo graviores et iustiores causas habemus quam ille senex Terentianus in res vicini inquirens. Obsecro te, complectere virum illum et adiuva. Nec Iethro dubitavit Moysi dare consilium. Sed scis quam multa de huius officii communicatione dici possint. Bene vale. Die 25. Martii, quo ante annos 5504 Adam conditus est, ante annos vero 1511 Christus crucifixus est.

Philippus Melanthon.

*) Videntur hic quaedam praetermissa esse.

**) Casp. Lonerum. Vid. ep. exeunte Septb. 1543. ad Senatum Nordlingiacensem.

No. 2891. 25. Mart.

Alb. Hardenbergio.

Epist. ad Hardenberg. ep. 26.

*D. Alberto Hardebergio.**)

S. D. Ex tuis literis intellexi *Medmannum* ad accersendum D. *Bucerum* eo ipso tempore profectum fuisse, quo tabellarius noster Spira discesserat. His, si iam apud vos sunt, hortator esto, ut mihi aliquid de praecipua conventus Historia non de parergis significent. Hic Dei beneficio tranquillitas est. Nunc autem non eo tantum tibi scribendum esse duxi, ut hunc *Christophorum* auditorem et amicum nostrum tibi commendarem, qui tantum videndi conventus causa istuc proficiscitur, sed etiam quia post tuum discessum hic legatio *Brunswigae* civitatis fuit, de qua exponenda quaedam tibi esse duco, quae ad te pertinent. Petit ea civitas indicari sibi virum idoneum, cui tradant summam Ecclesiarum gubernationem *καὶ ἐπισκοπήν*. Quaesivimus multos et in his tui mentionem fecimus. Legatis consilium nostrum de te praeficiendo suis Ecclesiis placebat. Sed de lingua dubitabant, quam dicebam emendatam esse Moguntiae. Etsi igitur te absente nihil constitui potuit, et nos nesciebamus, an te aula retentura esset, tamen si in has regiones redeundum esse putabis, nec te aula retinet spero Brunswigae tibi locum fore. Quod autem abeunti consilium dedi, idem nunc do, ut aperte et ingenue cum D. *Buchelio* et *Medmanno* et M. *Bucero* de tuis rebus omnibus deliberes. Horum prudentiam et fidem scis tantam esse, ut tibi utilia suasuri sint. Et ingenii vim in *Buchelio* iam animadvertisse arbitror. Priorem Augustiniani collegii, hospitem vestrum, et tuae literae et alii mihi praedicant. Gaudeo sonare etiam Spirae vocem Evangelii filii Dei**), et ipsi Priori hunc animum gratulor, eique opto ut Deus *ὁ ἐνεργῶν τὸ θέλειν*, ut Paulus inquit, confirmet et regat eum. *Christophorum* nostrum deduces ad *Medmannum*, nihil petit, nisi ut in ea loca ducatur per occasionem, ubi vi-

*) Versabatur tum Hardenbergius cum Medmanno Spirae in conventu, eratque apud Christophorum Comitem Oldenburgensem concionator.

**) Per Dionysium concionatorem aulae Hassiae. Caeterum de concionibus Evangelicorum vid. quae dedimus ex narratione Brentii ad epist. d. 25. Mart. scriptam.

deri Princeps possit. Nihil est insidiarum aut μηχανημάτων. Bene vale. Die Martii 25. 1544.

Philippus Melanthon.

No. 2892. 25. Mart.

V. Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 189 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 585.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Norib.

S. D. Etsi de conventu Spirensi hactenus mihi veras historias amici in aula Coloniensi significarunt, tamen et tuas literas requiro, ac nunciis vestris, qui a nobis mediocres mercedes accipiunt, succenseo, quod hoc tempore diutius absunt, quam solent: id alterius morositate, alterius valetudine fieri arbitror. Quaerendi sunt igitur alii γραμματοφόροι.

Lipsiae nunc *Synodus* est aliquot *Pastorum Mysiae* et fortassis eam gubernant Iurisconsulti. Meministi in Chalcide nostra, quantas nobis solicitudines illa Synodus nostra attulerit. Magnum periculum est, committi homines inimicos, et cum iudiciis, tum voluntatibus dissentientes. Ideo Deum precor, ut Exitus sint placidi. Scripsi ad amicos de mea solicitudine.

Florent nunc, Dei beneficio, mediocriter hae regiones, Ecclesiarum καταστάσει, eruditione, ingeniis, Scholarum frequentia, aequabilitate imperii, disciplina. Haec bona ut Deus tueatur, oro. Et Principibus ac Doctoribus, profecto moderatio consiliorum adhibenda erat, ne concusso hoc statu faciant μυσῶν λεῖαν. Etiam atque etiam te oro, ut quam primum mihi scribas.

Nam et ego, ubi Catastrophen Lipsicae Synodi audiero, historiam eius tibi significabo. Hactenus rixati sunt de elevatione τῶν συμβόλων ἐν δείπνῳ κυρίου. Pugnant Iurisconsulti et quidam Theologi, ut mos usitatus tot seculis retineatur. Eruditiores aliqui aboleri mallent: Sed hi experiuntur, verum esse, quod in versu veteri dictum est, Ἀργαλέον, φρονέοντα παρ᾽ ἄφροσι πόλλ᾽ ἀγορεύειν.

Sed aliquanto post de his certaminibus scribam copiosius. † Audio Palatinum Electorem decessisse, qui certe nobis, ut Homerica descriptione utar, profuit, velut πατὴρ ἤπιος. Nunc metuo agnatorum discordias. Velim igitur, te quoque de successione mihi scribere." Bene vale. Die 25. Martii, quo ante annos 5504 Adam conditus est, ante annos 1545 Christus conceptus est in Maria Virgine, ante annos vero 1511 Christus crucifixus est.

Philippus Melanthon.

No. 2893. 25. Mart.

H. Bullingero.

Edita in Pincieri antidot. p. 182 sq. unde eam descripsit sibi Danzius. — Inveni apographon in Cod. Gall. II. p. 241., ubi etiam inscriptio est servata.

Clarissimo viro, eruditione, virtute et pietate praestanti, D. Henrico Bullingero[1]*), pie docenti Evangelium in Ecclesia Tigurina, amico suo,*

S. D. Inspexi pleraque quae edidisti, ac degustavi, sed enarrationem Ioannis fere totam perlegi. Nam cum de multis sententiis mecum saepe conferat quidam meus amicus[2]), qui his Ioannem interpretatur, subinde ad tuum scriptum redeo, te quoque consulens. Amo enim Ecclesiam, et semper sensi, iudicia Ecclesiae magnifacienda esse. Ideo et veterum et recentium sententias confero, ut simplicem, nativam, propriam Ecclesiae doctrinam et ipse teneam et aliis tradere possim. Ac saepe testatus sum, placere mihi enarrationem tuam, quod vera dicit, et σύμφωνα verae Ecclesiae Dei et salutaria. Multi interpretes alienorum operum ita exspaciantur ac deerrant a suis autoribus, ut nihil dicant, aut pauca πρὸς ἔπος. Tua enarratio immoratur proposito argumento et id illustrat. Quare non solum pro codice misso meo nomine tibi gratias ago, sed etiam publico nomine pro editione, teque, quod facis, adhortor, ut de Ecclesia bene mereri pergas edendis piis, utilibus et moderatis lucubrationibus. Si quae scribuntur ex his regionibus epistolae horridiores ab aliquibus[3]), nos tamen reliqui foveamus consensum et amicorum coniunctionem inter nos, nec magis di-

---

1) Cod. *Bullingo.*

2) Casp. Cruciger.

3) Luthero.

velli nostras Ecclesias sinamus. Non tam, inquit Basilius, sinistrae opus est dextra, quam Ecclesiae concordia docentium. Facilius accendi et retineri bonorum studia, maiori gravitate disciplina qualiscunque defendi potest, si doctores in docendo consentiant. Et inter se mutua benivolentia coniuncti erunt. Ideo quantum possum adstringere nostram coniunctionem, non dissipare velim. Haec simplici animo et candide scribo, teque rogo, ut de tua voluntate rescribas. D. *Pellicano*, veteri meo amico, salutem opto, cuius literas ad *Marcum* quendam scriptas ego cum casu vidissem, ad me recepi, nec tradidi Marco, μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ. Bene vale. Die 25. Martii, quo ante annos 5504 Adam conditus est, ante annos vero 1545 conceptus est Christus, et ante annos 1511 crucifixus. Typographo pro missis bibliis ago gratias.

Philippus Melanthon.

No. 2894. 29. Mart.

Senatui oppidi Saltzwedel.

Ex autographo Mel. edita a G. Gottfr. *Küster* in *Mart. Fried. Seidlers Bildersammlung* (Berolin. 1751. fol.) p. 81. — (descripta a Cl. Foerstemanno).

Den ehrbaren, weisen und fürnehmen Herrn Burgermeister und Rath zu Soltwedel [Salzwedel], meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Ehrbare, weise, fürnehme, günstige Herrn. Mich berichtet Zeiger dieser Schriften, Godeschalcus Schultze*), daß ihn Ew. Weisheit zu einem Dienst in der Schule angenommen, und hat mich derwegen um Zeugniß und Recommendation angeredt, welche ich ihm als einem frommen und wohlgeschickten jungen Menschen nicht habe wollen abschlagen, und berichte deßwegen Ew. Weisheit, daß gedachter Godschalcus züchtig und ehrlicher Sitten ist, und hat zu löblichen Künsten, die zur Erhaltung christlicher Lahr und guter Sitten nützlich sind, und deren Fundamenta in Eurer Schul ohne Zweifel der Jugend vorgetragen werden, wohl studirt. So hat er eine ziemlich gute Uebung in lateinischer und griechischer Sprache zu schreiben, daß ich derwegen ein besonder Gefallen an ihm habe, und bitt, Ew. Weisheit wolle Ihr diesen jungen, wohlgeschickten Menschen lassen befohlen seyn, und ihm von wegen seiner Tugend Förderung erzeigen. Ew. Weisheit wolle ihr auch Gott zu Lobe ihre Kirchen und Schul treulich lassen befohlen seyn, und betrachten, daß Gott solches befohlen, und reichlich belohnen wolle, wie er spricht: wer mich ehret, den will ich auch herrlich machen. Diese Eure Wohlthaten wird Gott als rechten Gottesdienst mit ewiger Seligkeit und mit friedlicher guter Regierung belohnen, der wolle auch Eure Kirchen und Regiment allezeit gnädiglich bewahren. Amen. Datum Wittemberg am 29. Tag Martii anno 1544.

Ew. Weisheit
williger
Philippus Melanthon.

*) „i. e. *Abdias Praetorius*, geb. zu Salzwedel am 24. Oct. 1524. Von Salzwedel ging er als Rector nach Magdeburg; 1557. begab er sich nach Frankfurt an der Oder, und darauf lebte er am Hofe Joachims II. zu Berlin. Zuletzt lebte er einige Jahre zu Wittenberg, wo er 1573. starb. Am 13. Jul. 1565. feierte er zu Berlin seine Hochzeit mit Sabina, der Enkelin Melanthons und dritten Tochter des Georg Sabinus." (Nota Foerstemanni.)

No. 2895. 31. Mart.

Alb. Hardenbergio.

Epist. ad Hardenb. ep. 29.

D. *Alberto Hardebergio.*

S. D. Iacta curam tuam in Deum, et ipse te enutriet. Hanc arcem teneamus, in hoc portu acquiescamus, nec frangamur animis, cum aulae nos negligunt. Si non videtur usura aula tua opera, invenies aliam honestam conditionem. Et vides, quantum sit certaminis futurum cum capitulo. De *Brunswiga*, si *Medlerus* eo non migrabit*), et non discessurum esse ex Thuringia arbitror, adnitar, ut habeatur ratio tui. Certe mea officia tibi non deerunt, si redieris. Conventum tamen et aulas vidisse eo prodest, quia cum miserias illas videmus, discimus magis amare hoc nostrum vitae genus scholasticum sincerius, et admonemur, ut maiore cura Deum oremus, ut Politias ipse gubernet. Nisi enim Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Hic Dei beneficio tranquillitas est, et ut sit

*) Ergo ep. est scripta anno 1544., quod etiam docet commemoratio mortis Martini Ilegii, Frisii, qui sepultus est Witebergae die coenae domini (i. e. d. 23. Mart.) 1544. Vid. Scripta publ. Acad. Wit. I. p. 82.

diuturna faciat Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi. Sed doctum et pium virum ex hac nostra Academia in coelestem Academiam evocavit Deus M. *Martinum Frisium. Richwino* des hanc pagellam. Bene vale. Pridie Cal. April. 1545.

Philippus Melanthon.

No. 2896. (ex. Martio.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 476 sq. (ed. Lond. IV. ep. 337.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo cariss.

S. D. Ubicunque duo sunt, inquit filius Dei, congregati in nomine meo, in medio eorum sum. Nec vero dubito aliquot esse istic vero studio Christi congregatos *). Quare ut assit χριστὸς precor, et adesse eum significat animorum moderatio, quam praedicas. Et *Luthero* et mihi magnae voluptati ea pars epistolae tuae fuit. Deum oremus, ut gubernet caetera. Nihil enim minus vellem, quam *τὴν μυσῶν ἐκκλησίαν,* fieri *μυσῶν λείαν*, ut olim dicebatur. Pugnemus et precibus apud Deum, et studio ac diligentia, ut mediocrem statum Ecclesiarum et scholarum retineamus, praesertim cum alibi fere in tota Europa negligantur Ecclesiae studia. Mitto tibi *Viti* epistolam, addidi et aliam e Venetiis missam, quae habet narrationes foedas **), sed moveamur his tristissimis exemplis, ut maiore cura et coniunctione animorum disciplinam et res bonas tueamur. *Matthaei Franci* epistola inanis est, sed mittam tamen. Nunc vero *Paulus Eberus* secum asportarat, quare huic tabellario non potui tradere. Bene vale.

Philippus Melanth.

*) Loquitur de conventu Pastorum Lipsiae, quem in ep. ad Theod. d. 25. Mart. commemorat.

**) Vid. Luth. epist. P. V. p. 696.

No. 2897. (m. Mart.)

G. Spalatino.

† Ex apogr. Dresd. cod. 140. p. 10 a. ep. 13., a Cl. Gersdorfio descripta.

Georgio Spalatino

S. D. Mitto tibi pagellas recens hic editas, in quarum altera *Ioachimus* elegantissimis versibus reddidit psalmum de concordia, quas ut intelligere posses, scripsi in altera pagella versionem ad verbum expressam. Certemus inter nos hoc officiorum genere, et nos ipsos ad invocationem dei mutuis cohortationibus excitemus, dum principes in conventibus et alibi inter se certant odio, ambitione, livoribus.

De conventu nihil libet scribere, etsi enim omnia nobis memoratu digna hactenus significata sunt per fidos homines et amicos [1]), qui ibi sunt in aula Coloniensi, tamen video historiam esse adhuc mutilam. Deus det placidum exitum conventui et nos regat. De *Hirsfeldiano* negotio [2]) deliberabo. Bene vale. 1544.

Phil. Mel.

No. 2898. 1. Apr.

Eidem.

† Ex autographo Melanth. in cod. Basil. F. 101. p. 119.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Georgio Spalatino, Episcopo Ecclesiae Aldeburgensis, amico suo cariss.

[Adscripsit Spalatinus: „1544. Pro D. *Simone Gutschmid.* — Exercicium Dm. Phil. Mel. non putat improbandum".]

S. D. Venit huc *Simon* *), civis Kemniciensis, aedituus Ecclesiae Kemniciensis, qui attulit testimonium, se alicubi exercitii causa concionatum esse, et petivit ordinationem. Nos, quia sine vocatione nemini impertimus ordinationem, rursus dimisimus eum sine testimonio ritus sacri. Ait, sibi succensere Pastorem Ecclesiae Kemniciensis, quod ausus sit concionari. Mihi exercitium non videtur improbandum esse, etiam in iis, qui non sunt eruditi, modo sint pii, studiosi et dociles. Quaerit autem

1) Hardenbergium et Medmannum, qui cum Archiep. Coloniensi versabantur in Comitiis Spirens.

2) De eo vid. epist. d. 7. Apr. h. a. scriptam.

*) *Simon Gutschmid.*

locum et functionem aliquam. Et, ut ad te aditum haberet, meas literas flagitavit. Quare si potes eum iuvare, rogo ut per occasionem alicui eum Ecclesiae praeficias, quam mediocriter docere poterit. Natus est Cygneae, et nosti illud hominum genus πολυπραγμονικόν. Sed tamen si usui esse potest, non adspernemur eum. Bene et foeliciter vale. Calendis Aprilis 1544.

Philippus Melanthon.

No. 2899. 1. Apr.

C. Lohnero.

Edita in Riederers Abhandlungen etc. p. 449. et descripta a Lunzio. Eandem iam ediderat Pezel. in Consil. Melanth. latin. P. I. p. 580.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Dno Casparo Lohnero, Pastori Ecclesiae Nordlingiacensis, amico suo S. P.

Cum sciamus, vere Dei dona esse pios et salutares doctores Ecclesiae, ut scriptum est, *alios quidem dedit doctores, alios pastores:* veris et ardentibus votis a Deo petamus, ut felices[1]) gubernatores mittat, et missos regat: quo in numero te quoque colloco. Quare ut te Deus regat et adiuvet, ex animo opto. Legi autem epistolam tuam, in qua duae querelae commemorantur; altera de concionatoribus, qui ante tuum adventum docuerunt Ecclesiam Nordl., altera de vicinarum[2]) urbium doctoribus. Etsi autem bono studio haec a te scripta esse scio: tamen meam etiam opinionem tibi significandam esse[3]) duxi, teque rogo, ut non adsperneris hominis amici et iam diu exercitati, ut nihil aliud dicam, admonitionem[4]). Scio, felicem gubernationem opus Dei esse: sed nobis etiam mediocris diligentia et circumspectio adhibenda est, ut inquit Paulus: *Videte, ut ambuletis adhibita quadam diligentia.*

Prius autem de vicinarum urbium doctoribus dicam. Novi *Frechtum, Musculum*, et alios multos; ac scio, esse viros doctos, pios, prudentes, et in munere suo fideles. Quare nolim, te ab insectatione aut vicinarum Ecclesiarum, aut Pastorum illarum, ordiri tuum ministerium. Offendit enim illa non necessaria reprehensio non modo vicinos, sed etiam tuos cives, qui illis non male volunt. Et quamquam minus ceremoniarum est in illis Ecclesiis: tamen doctrina pura est, nec eo odiose exagitandi sunt, quia fortassis ordo ille in interpretandis sacris libris non servatur, quem nostri servant. Haec similitudo non acerbe postulanda est. Nunquam poterit esse tranquillitas, si non aequitatem in tolerandis ritibus dissimilibus, immo etiam in dissimulanda aliqua infirmitate adhibebimus. Mihi crede, quaedam etiam[5]) nobis illi condonant. Dabis igitur operam potius, ut vicinos tibi adiungas, quam ut eos alienes. Quid dulcius est bonis mentibus, quam vicinaram Ecclesiarum coniunctio et concordia? Nec de Coena Domini, si dextre intelligantur[6]), dissentiunt ab ea formula, de qua hic convenit. Et si quid suspicaris[7]) incommodi[8]), tamen fovenda est concordia. Nam si accendantur[9]) odia, magis distrahuntur etiam opiniones. Multa aliquamdiu sanata sunt, dum animos coniungere quadam benevolentia studemus. Quid ad Germaniae pacem[10]) tam prodest, quam concordia mediocris civitatum? Nec possunt omnia tam turbulentis temporibus subito ad eam normam constitui, quam illi ipsi desiderant, qui in illis locis regunt Ecclesias: quamquam quid de nostris temporibus dicam? Vide Ecclesias inde a Noha[11]) usque: qualis semper dissipatio fuit? Ideo gratias agamus Deo, quod mediocris in Germania consensus est, quod doctrina pura lucet: et concordiam nos ipsi foveamus.

Scio, non[12]) omnes sic adfectos esse: scio, multos ducere praeclarum esse, si audacter incurrant in omnes, si nemini parcant, si bellum inferant amicis et inimicis. Sic nec ego sentio, nec te sentire velim: nec sic sensisse Paulum arbitror, qui parci infirmis, qui adsumi fratres iubet. Quare te propter Deum et Filium eius Dominum no-

---

1) Pez. mendose: *filius.*
2) Pez. mendose: *viciniorībus.*
3) *esse* abest a Pez.
4) Cf. quae Melanthon d. 30. Martii scripserat Medlero.

5) *etiam* excidit e textu Ried.
6) Pez. *intelligatur.*
7) Pez. *suspiceris.*
8) *incomm.* non habet Pez.
9) Pez. *accenduntur.*
10) Pez. *tranquillitatem.*
11) Pez. *Noë.*
12) Pez. *tuos* pro *non.*

strum I. C. oro et obtestor, ut non alienes voluntates vicinarum civitatum, aut vicinorum Concionatorum. Ad *Brentium* scribo, ac oro, ut tecum amicitiam contrahat. Et vos consilia conferre optarim. De Concionatoribus vestrae urbis, qui ante te ibi[13]) docuerunt, sic sentio, ut equus allatrantes canes praeterit tacitus, sic[14]) te sine ulla mentione illorum, sine ulla significatione iracundiae, tuum cursum urgere debere. Vincit rerum bonitas, cum moderate et dilucide proponuntur, etiam sine rixis: quod in multis magnis rebus animadverti licet. Hanc Fabianam rationem et mihi, et tibi, et omnibus nobis sequendam et custodiendam censeo. Multi magni morbi, inquit *Celsus*, curantur abstinentia et quiete. Vidi multa exempla. Ideo te oro, ut iracundiam frenes, et lenitate tua benevolentiam Ecclesiae alas. Bene vale et rescribe. Cal. April. 1544.[15])

Philippus Melanchthon.

No. 2900. (fere h. t.)

Cruciger ad Matthesium.

† Ex apographo in cod. Monac. 89. no. 27. p. 63 b.

Ad Matthesium.

Pro postillis*) tibi missis, quia iure hoc tibi debebatur, non erat opus te gratias agere, praesertim cum serius etiam missae sint quam oportuit. Sed mihi grata est significatio benevolentiae erga me tuae, et abs te peto, ut tibi persuadeas, me quoque retinere eundem animum erga te, quem iudico dignum esse amore et studio bonorum, nec voluntatem tibi gratificandi mihi deesse, etiamsi calamus et manus non semper est satis officiosa.

De quaestionibus, quas proponis non habes opus me doctore, et scis, me in hoc genere minime curiosum esse, seu ut verius dicam, non prorsus absque vicio negligentem esse. De *colloquio Dei* cum Samuele existimo, ut cum aliis patribus et prophetis, haec colloquia facta esse aut per angelos aut aliqua singulari visione. Nam illa oracula, quae solebant edi de radiis illius lucis, quae effulgebat e pectorali Sacerdotis, videtur fuisse non tam προφητικὴ, ut sic vocem, hoc est, quibus aliquid praeeunte Dei voce iuberetur aut permitteretur, quam, ut sic dicam, ὑποφητικὰ seu ἀμοιβαῖα, quae consulentes tanquam responsa subsequerentur.

De *sanctificatione* satis apparet ex Moyse, fuisse illum ritum, quo se secundum legem praeparabant sacrificaturi lavacris et abstinentia, ut mundi essent, hoc est, ut per legem illis sacrificare liceret, aut certe sacris interesse.

De *malo spiritu* a Domino exagitante *Saulem* existimo simplicissime et verum esse intellegi de poena, hoc est, a Deo puniente fuisse hanc vexationem mali spiritus, pro peccato, quia ipse, spiritu bono velut rectore repulso et excusso, rueret, sicut a Samuele graviter accusatur, quod proiecerit sermonem domini. Hanc sententiam arbitror nihil habere incommodi, nec esse huc invehendas alienas disputationes de causa mali. Sed talibus quaestionibus, si satisfieri tibi voles, alio te remittam.

Habeo in istis vestris cuniculis venarum pauculos quosdam cuculos, quibus alendis nescio quid operae pretium faciam. Nomina amo, spem non magnam habeo. Tu, qui ista domestice nota habes, docebis me, quam prope a polo arctico usque ad polum antarcticum perfossa sit vena, cui fecit nomen nescio quis Astrologus aut Palinurus; vocant enim Rosam auream, quam vellem prius argenteam fieri. De his quid me sperare iubeas scire velim. Bene vale.

Casparus Cruciger.

No. 2901. 4. Apr.

V. Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 190 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 587.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Noriberg.

S. D. Etsi nulla aetate maiores in Europa tumultus et periculosiores fuerunt, quam hoc ipso anno moti sunt, tamen in tanta confusione rerum

---

13) *ibi* abest a Pez.

14) Pez. *ita.*

15) Annum non habet Pez.

*) Haud dubie est: „die neu zugerichtete Kirchenpostille Mart. Lutheri," quam Cruciger edidit anno 1543. Quum praefatio Crucigeri data sit: die nativ. Christi 1544. i. e. 1543., intelligitur librum exeunte anno prodiisse. Scripta est igitur haec epist. a. 1544. fere mense Martio vel Aprili.

nostris Epistolis argumenta desunt. Quam tu mihi fabulam narras? Macedonem ducturum esse exercitum *Caroli.* Optarim quidem *). Sed ex *Spira* mihi longe alia significantur. Magis in ipsa Germania domesticos motus metuo, praeter Turcica et Gallica bella.

In deliberationibus *Spirensibus* nihil adhuc explicatum animadverto, et metuo Catastrophen, quam ut Deus gubernet oro. De Synodo Lipsica mitto tibi *Ioachimi* Epistolam, quae bonam spem ostendit. Quid post eam scriptam actum sit, nondum scio.

Laterensis Disputationem scio tibi voluptati fore, propter locum Esaiae illustratum. Mitto igitur χρύσεα ἀντὶ χαλκείων. Sed vicissim aliquid a te expecto ἀξιόλογον. Bene vale. Die Ambrosii 1544.

Philippus Melanthon.

No. 2902. (h. t.)

G. Spalatino.

† Ex autographo Melanth. in cod. Basil. F. 101. p. 116.

Clarissimo viro, eruditione, virtute et pietate praestanti, D. *Georgio Spalatino, Episcopo*[1]) *Ecclesiae Aldeburgensis, suo amico*[2])

S. D. Etsi ineptum est, plures commendare, praesertim in petitione unius stipendii, tamen quia spes est, divisuros esse stipendium, et secutus tuas literas, *Andream Lagum* etiam commendavi, ac liberalius aliquanto quam *Hofmannum.* Nam magis probo *Andreae* ingenium et orationem. Causam igitur adiuvabis.

De conventu[3]) nihil scimus praeter πάρεργα. Illud unum audio, de Tributi collatione iam conclusum esse. Quidam etiam fabulantur, *Macedonem* ducturum esse Caroli exercitum adversus Gallum[4]). De Ecclesiarum nostrarum pace adhuc magnae contentiones sunt in conventu. Tu si quid habes certius significa. In Italia ac nominatim Venetiis summa crudelitas exercetur in eos, qui deprehenduntur favere verae doctrinae de deo. In tantis humanis furoribus quid miremur, horrendis bellis et confusionibus puniri omnes gentes? vere, ut Esaias inquit: Iniquitates nostrae ut venti dissipaverunt nos. Oremus autem deum, ut mitiget calamitates. Surdis et mutis, qui aliqua intelligentiae signa praebent, impertimus coenam domini. Exempla multa memini, de quibus interrogati sumus. Et *Fridericus* Gothae exemplum habet. Bene vale.

Philippus Melanthon.

*) Vid. Epist. ad Camerar. d. 10. Ian. 1543. Plura habet ea de re Sleidan. in Comment. ad ann. 1544. p. 447., ex quibus intelligitur, Caesarem quidem voluisse Landgravio tradere exercitum adversus Galliae Regem missum, sed id non fecisse, ne Landgravium odio gravaret, eundem vero in consiliis habuisse, Landgravium praeficere bello adversus Turcas gerendo.

1) Mel. addidit *Pastori*, sed videtur ipse delevisse.

2) Adscripsit hic Spalatinus: „1544. Surdis et mutis porrigendam Eucharistiam."

3) De comitiis Spirensibus vid. Sleidani Commentar. p. 436 sqq.

4) Vid. ep. ad Vit. Theodor. d. d. 4. April. h. a.

No. 2903. (h. t.?)

I. Stigelio.

Stigelii poëmata. T. III. Danz. ep. 9. Apogr. in cod. Goth. 188. ep. 72. Danzius putat, epist. init. Aprili 1544. scriptam esse, an recte? definire non possum.

Ioanni Stigelio.

Penes socrum meam, et affinem consulem locatio est aedium socrus. Ego, perinde ac si alienus essem, nihil mihi in ea re iuris sumo. Commendare tuam causam tamen illis volo. Sed exempla priora velim cogites. *Georgius Rorarius*, propter mulierum rixas, ex domo sita opportunissimo loco migravit. Cras tamen hac de re colloqui poterimus. Ubicunque potero tibi gratificari aut prodesse, opera mea tibi non deerit. Bene vale, carissime Stigeli, Musarum decus.

Philippus Melanthon.

No. 2904. 5. Apr. (h. a.?)

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 591 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Quod faustum et felix sit, advenit Magister *Ada-*

mus, et literas vestras mihi exhibuit. Supellectilem etiam in Collegio, in habitatione, quae filium expectat, collocavit. Filium apud vos mansisse subito inquit consilio vestro, de quo adhuc statuetis vestro arbitrio. Ante octiduum Senator Lubecensis huc peculiarem nuncium miserat, ut filium certo Praeceptori commendaret. Suasi, ut solstitium expectet, quod iam non procul abest.

Fortassis Lipsiae colloquemur. Dei beneficio *Christophorus* recte valet, et placent Praeceptori et mihi mores et studia eius. Oro autem Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, qui vere est custos invocantium ipsum, ut servet incolumes vos et vestros. Et servet Ecclesias suas et aliqua earum hospitia, et servaturum esse non dubito, etiamsi Regna varie tumultuabuntur. Bene et feliciter valete. 5. die Aprilis.

Mitto vobis pagellas.

Philippus.

No. 2905. 7. Apr.

(*G. Spalatino.*)

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 6 b. ep. 9. a Gersdorfio descripta.

N. N.

(Haud dubie *Georgio Spalatino*; vid. epist. Mense Mart. scriptam, ubi de eodem negotio Hirsfeldii sermo est.)

S. D. *Matthaeum*[1]) non eo tantum diligo, quia industriam et sedulitatem eius probo, magno enim nobis usui fuit, sed multo magis propter naturae atque animi candorem, integritatem et rectitudinem. Nihil in eo fuci, nihil malevolentiae unquam animadverti, quae pestes saepe etiam in magnis et praestantibus ingeniis haerent. Quare quod eum diligis, probo tuum iudicium. Ostendi ei, posse eum surrogari iam ad pascha[2]) ei, qui liberos D. *Hirsfeldii* docet. Sed mallem eum accipere functionem ecclesiasticam, et detuleram *Suinfordianam*, sed hanc non accepit. Nec valde reprehendo hoc eius consilium. De *Hirsfeldio* deliberabitis et mihi vestrum iudicium significabitis. In conventu quid agatur, scripsit ad me *Bucerus* satis accurate. Auxilia Imperatori *Carolo* promissa sunt adversus Gallum; postea secutae sunt deliberationes de pace principum Germaniae. Quid adversus Turcos auxiliorum missuri sint nondum scimus, sed exspecto quotidie literas Bene vale. Mitto tibi pagellam. Nam tu solus mihi pro hoc genere munusculorum gratias agis, multi alii fortassis etiam contemnunt, sed utinam diu tales pagellas habeat Germania. Bene vale. Die 7. Aprilis 1544 Phil. Mel.

1) Fortasse Matth. *Polerum*.

2) In apogr. *pasca*.

No. 2906. 7. Apr.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 102 sq. — Edita quoque a Gabbema in epistolis claror. viror. p. 93.

Iusto Ionae.

S. D. Scribo simpliciss. animo, nihil filio patrocinans. Nam mox ipse poteris omnia coram explorare. Et de avena et de lignis filius summam diligentiam praestitit. Et sum ei hortator, ut tibi omnibus in rebus studiosissime obtemperet, eoque duci eum sua voluntate video*). Deum oro, ut ipsum et universam iuventutem gubernet. Ex conventu scribit ad me *Bucerus* certa. Auxilia promissa sunt Imperatori, vel adversus Turcas, vel adversus Gallos ducenda: Imperator Germanos mavult adversus Gallos ducere. Adversus Turcas fratri dicitur Italicas copias additurus. Magnum omnino bellum impendet, et magnae difficultates Politiarum, quas anteferamus, et finem mundi instare meminerimus. Ego me usitata consolatione sola sustento, quod Deo scio Ecclesiam curae esse. Bene vale. 7. Aprilis.

Philippus Melanthon.

*) De inobedientia Iusti Ionae, filii, videatur etiam ep. Lutheri ad Ionam d. d. 30. Septb. 1543. (de Wett. V, p. 591.)

No. 2907. 8. Apr.

Alberto Duci Pruss.

Edita a Fabro in epist. p. 80. ep. 21.

Alberto, Duci Brussiae.

S. D. Illustrissime Princeps, Domine Clementissime. Cum alteras literas iam scripsissem, Sar-

cinae *Sabini* allatae sunt, in quibus erant munera Celsitudinis vestrae, facta ex Electro figura cochlearium, et missa ad D. *Lutherum*, D. *Pomeranum*, et ad me. Scimus Electrum inter peculiaria naturae miracula recenseri, et magnas vires in remediis habere. Ideo munus per sese est iucundum et gratum, Sed tamen gratius est quia singularem benevolentiam Celsitudinis vestrae erga nos significat, quae quidem talibus ornamentis mittendis ostendit etiam sibi valetudinem nostram curae esse. Quare summa reverentia Celsitudini vestrae gratias agimus, ac precamur deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut Celsitudinem vestram diu servet incolumem et florentem, propter multarum Ecclesiarum salutem. Die 8. Aprilis 1544.

Celsitudini vestrae
addictissimus
Philippus Melanthon.

No. 2908. 8. Apr.

Eidem.

Ex Fabri epist. p. 90.

Epist. Mel. ad Albertum ducem Prussiae deperdita, cuius vero argumentum in catalogo epistolar. Melanthonis in tabul. Regiomont. ita describitur:

Phil. Melanthon dankt wegen der gnädigen Erzeigung Fürstl. Durchlaucht gegen Sabinum, commendiret den M. Andr. Aurifaber, schreibt Zeitung, was auf dem Reichstage zu Speier ausgerichtet, d. d. Wittenberg den 8. April*) 1544. —

(Quibus *Faber* addidit haec:)

„Der M. Andr. Aurifaber begab sich damals mit „einem Stipendio vom Herzoge versehen, nach Italien, „um sich in der Anatomie und Praxis noch mehr zu „üben, um demnächst als Fürstlicher Leibarzt angestellt „zu werden."

*) Nescio annon in numero 8. *Apr.* mendum agnoscendum sit, quum eodem die Melanthonem binas epist. scripsisse vix verisimile est. Fortasse illa epist. scripta fuit d. 5. April.

No. 2909. (9. Apr.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 551 sq. — Non anno 1546., ut editori visum est, scripta est haec epist., sed anno 1544. (ed. Lond. IV. ep. 700.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. Bam. amico et fratri suo carissimo,

S. D. Etsi equestria pericula etiam metuenda sunt, tamen scio multa alia maiora et seviora posse accidere, nisi divinitus a filio Dei tegamur, qui dixit: Nemo rapiet oves meas de manibus meis, qua me voce saepe in magnis doloribus utcunque erexi, Et illum ipsum filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum pro nobis crucifixum et resuscitatum oro toto pectore, ut te et tuam familiam servet et gubernet, quia certe praesidia nulla habemus firma praeter divina, nos qui in hac litteraria militia versamur.

Mitto epistolam ad Praefectum *Coburgensem*, etsi scio nullas ei litteras gratiores tuo conspectu esse, sed tamen gratum est mihi a multis intelligi, nos propter Rempub. et propagationem doctrinarum et Ecclesiarum concordiam coniunctissimos esse. Bene et feliciter vale cum honestissima coniuge tua et dulcissimis liberis.

Philippus Melanth.

No. 2910. 9. Apr.

Matthaeo a Wallenrod.

Edita in Mel. Epistolis ad Camerar. p. 489., et iterum in Mel. epist. libro VI. p. 27 sq. Iter, quod Camerarius facturus erat eo impeditum est, quod mense Aprili h. a. Rector Academiae Lips. electus est. Fecit autem illud mense Octobri h. a.

Nobilitate generis Virtuteque praestanti Domino Matthaeo a Wallerod, Viro Clarissimo Coburgensi Praefecto, suo Patrono

S. D. Clarissime Vir, nobilitate generis et virtute praestans: Scio Tibi nota esse omnia quae de caussis ac legibus colendarum et tuendarum amicitiarum divinitus tradita sunt, videlicet propter virtutis honorem, et propter communem consociationem in repub. bonos et bene merentes[1])

1) Cam. *benemeritos.*

complectendos et defendendos esse. Nec dubito quin gravissimis caussis moveare, cur *Ioachimum Camerarium* et vere ames, et omni genere officii iuvandum esse censeas. Vides enim quod[2]) multis egregiis virtutibus praeditus sit. Ac vere ut[3]) de Hierone dixit Pindarus, *δρέπειν αὐτὸν κορυφὰς ἀρετῶν ἀπὸ πασῶν*, id est, *decerpere fastigia, et id quod in unaquaque virtute pulcherrimum tenere.* Nec hodie alius de literis melius meretur. Etsi igitur scio Te tuo iudicio tuaque voluntate omnia tua officia delaturum esse, tamen te oro, ut hac in re et Rempublicam ipsam intueare, et propter eam amanter excipias *Ioachimum*, et adiunctis aliquot Equitibus Würtzeburgum comiteris. Scis unde sit ei periculum, et quantum et quam iniustum. Ideo de hoc amici Viri optimi itinere valde sum sollicitus, ac primum oro Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut eum servet, deinde Principes Viros si possem ad eum tuendum hortari cuperem. Bene et feliciter vale, die IX. Aprilis (1544).

No. 2911. (fere d. 11. Apr.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 488 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 648.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico et fratri suo carissimo,

S. D. Misi tibi epistolam ad *Matthaeum* praefectum Coburgensem, simplici studio, et vere scriptam, sed minus luculentam, ac multo tenuiorem, quam mittere cupiebam. Eodem enim tempore nobis *αὐλικὸν ζήτημα* propositum erat: significabis igitur an acceperis.

Quae narrat vester praefectus, ex sermone cum *Macedone* habito *Spirae*, fortasse sciemus *ἀκριβέστερον*. Quanquam autem arma semper metui, tamen saepe recitavi illud Periclis inter amicos, meque sic affectum esse ostendi, scis enim haec esse verba Periclis in fine primi libri Thucydidis, *μᾶλλον πεφόβημαι τὰς οἰκείας ἡμῶν ἁμαρτίας, ἢ τὰς τῶν ἐναντίων διανοίας.* Sed, quidquid erit, teneamus eas consolationes, quae divinitus nobis propositae sunt. Faciamus moderate officium nostrum, et exitus Deo commendemus, qui certe servabit in eo coetu Ecclesiam, in quo sonat vox Evangelii, ut dicit filius Dei, *ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα.* Ad has sententias accommodo, quantum possum, et consilia mea, et actiones, et ex his fontibus consolationes peto, quod te quoque facere scio. Mitto tibi pagellas quas petiisti, sed mendose editas. Bene et feliciter vale cum honestiss. coniuge et dulciss. liberis.

Philippus Melanth.

2) Cam. *quam.*

3) *ut* abest in edit. Camer.

No. 2912. 13. Apr.

Chil. Goldstein.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Chiliano Goldstein, doctori Iuris, amico suo.

S. D. Eam orationem, quam habuit *Laterensis* Lipsiae, cum renunciaretur doctor*), edidit noster *Ioachimus*, ac in fine versiculos dulcissimos addidit, quibus reddidit Psalmum: Ecce quam bonum. Exempla Lipsica si habuissem, tibi mitterem, sed curabo, ut amici e Lipsia ad te mittant. Ego interea versus tibi descripsi, et ad verbum grammatice interpretatus sum. Quid enim utilius est, quam nos omnes, qui in aliqua parte gubernationis vitae versamur, cogitare has concordiae laudes, ac inducere animos, ut eam mediocriter tueamur? Scio tibi voluptati fore lectionem horum versiculorum; ideo dedi meo genero, ut tibi exhiberet. Bene vale. Die Pascatos anni 1544 **), a primo pascate, quod celebratum est, discessuris Israëlitis ex Aegypto, anno 3055.

Philippus.

*) Doctor renunciatus est Bernhardus Ziegler Lipsiae d. 4. April. 1544., ut intelligitur ex eius propositionibus, quas, quippe a Melanthone scriptas, suo loco dabimus.

**) Non 1554., sed anno 1544. scripta est. Etiam in scriptis publ. Acad. Witeb. T. I. p. 83. pascha anni 1544. dicitur pascha esse 3055 ab exitu Israëlitarum. Caeterum puto, Melanthonem aut hic „*anni* 1544" non scripsisse, aut *anno* ante numerum 3055.

No. 2913. 13. Apr.

Theologis Lipsiensibus.

Epist. lib. VI. p. 366 sq.

Reverendis et Clarissimis Viris, eruditione et virtute praestantibus, Domino Decano et Doctoribus Collegii facultatis Theologicae in Academia Lipsica, suis amicis.

S. D. Amplissimi Viri. Iturus ad agonem suum, filius Dei non solum praecipit suo collegio de tuenda concordia, sed etiam ardentissime orat aeternum Patrem, ut ipse consensum in mentibus docentium tueatur, cum ait, *ut ipsi in nobis unum sint.* Vult esse inter sese devinctos, sed ita ut primum Deo copulati sint verae doctrinae professione. Hanc concordiam inter nos summa cura et diligentia tueamur, et communi animo eos, qui doctrinae corruptelas spargunt, reprimamus. Quare vos oro, ut hanc meam Epistolam boni consulatis, nec me arbitremini in aliena republica velle *πολυπραγμονεῖν,* sed simplici et candido animo vicinos de re nesessaria admonere.

Audio in Ecclesia *montis Mariani* certamen ortum esse de hac propositione: Sitne divina natura in Christo passa? Et dicitur *Martinus Gilbertus* *) homo Gallus impudenter vociferari Divinitatem passam esse. Fortassis aliquid certaminis est de formis loquendi et *ἰδιωμάτων* communicatione, ut vocant Scholae. Cum autem Academiis praecipue mandata sit doctrinae inspectio, duxi ad vos scribendum esse, vosque adhortor, ut aut ipsi Concionatores montis Mariani ad vos accersitos audiatis, aut cognitionem vicinis Inspectoribus eius loci mandetis. Mihi quidem controversiam ipsam, et hominis Galli ingenium, qui antea quoque in eadem Ecclesia movit certamen non necessarium de vocatione, consideranti, res non negligenda videtur. Magna est ingeniorum petulantia et levitas in multis locis, quae diligentia gubernatorum coercenda est, ne lux veritatis in Ecclesia extinguatur. Bene valete Viri doctissimi et prudentissimi. In feriis Paschatos 1544 a primo Paschate, quod celebratum est discessuris Israëlitis ex Aegypto, Anno 3055.

*) Vid. Lutheri epist. ad Mart. Gilbertum d. 18. Maii. Tom. V. epp. p. 658.

No. 2914. 13. Apr.

M. Bucero.

Edita a S. A. Gabbema in epist. claror. viror. p. 77. (Lunz.).

Clarissimo Viro, eruditione et virtute praestanti, D. Martino Bucero, Evangelium in Ecclesia Argentoratensi pie et feliciter docenti, amico suo carissimo,

S. D. Rem omnium longe optimam, ac maxime salutarem et Conventui et Germanicae Nationi, vobis mitto concordiam. Utinam hanc quidem mittat Deus! Ego tamen versiculos de Concordia mitto, quibus *Ioachimus* reddidit Psalmum: „Ecce quam bonum! *)" Et, cum genero meo *Sabino*, ad vos ituro, literas darem, boni ominis causa hos versiculos addidi, quos *Iohanni Sturmio*, et caeteris literatis amicis imperties. Tuas literas exspecto; imo et *Medmanni* et *Richwini.* De Conventu iam silentium hic erat, cum haec scriberem. *Medmanno* dicas, ut *Comitem Novae Aquilae* oret meo nomine, ut curet plus pecuniae mitti *Hermanno* adolescenti. Est enim honestus, et praeclare proficit in literis. Bene vale. Die Paschatis 1544. Salutem opto D. *Iacobo.*

Philippus Melanthon.

*) Leguntur infra epistolae ad Stoeckelium d. 19. Iul. additi.

No. 2915. 13. Apr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 464 sq. (ed. Lond. IV. ep. 328.).

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo carissimo,

S. D. Ut igitur nos *ἐν ἐσχάτοις μυσῶν,* quemadmodum olim dicebatur, exulamus, ita *Sabinus* *ἐς ἔσχατα σαρματίας* ibit. A Duce non solum comitate singulari, sed etiam liberaliter exceptus est. Stipendium dat Ioachimicos trecentos quinquaginta, et habitationem, addidit viaticum et poculum. Rediit ergo *Sabinus* praeclare a Duce ornatus, sed ad me ingentes iras attulit, non illas quidem prorsus iniustas, sed tamen nimium ac-

cumulatas. Et quod est in ea re mali, oritur ab eius perpetua asperitate, seu potius ἀπὸ τῶν φύσεων διχοστασίας in ipsis. Utcunque in praesentia rursus sedatae sunt hae turbae. Sed mihi cura et dolor augentur, nec tamen desinam a Deo et petere et sperare mitigationem huius miseriae. Profectus est *Sabinus* Spiram, ut a Marchione missionem petat. Et intelligo alia multa petiturum, ut absens retineat partem stipendii. In reditu promisit se Lipsiam venturum esse. Sed de his coram in nondinis plura.

Cum tuae litterae de *Andrea Aurifabro* ad Ducem Prussiae scriptae afferrentur, *Andreas* abierat. Sed frater missurum se esse pollicetur.

Scholasticos Turcicos utinam Sorbona mitiores reddat. Etsi totam narrationem fictam esse puto, tamen venit in mentem, Graecos fortassis propter studia graecae linguae in Galliam venisse.

Mitto tibi et *Laterensi* libellos recens editos, sane negligenter, sed omnia tamen nostra vobis ostendi et censurae vestrae subiici volo. *Laterensis* nimis parce mihi exempla vestrarum editionum mittit.

Tuum Psalmum de Concordia, multis iam ipse mea manu descripsi, imo et versionem multis scripsi ad verbum, adeo quotquot viderunt, avide expetierunt*). Dices igitur Laterensi, ut plura mihi exempla utriusque libelli mittat.

Scribo ad Collegium facultatis Theologicae de *Gallo***) quodam, tumultuante in Ecclesia montis *Mariani*. Nollem, confirmari Gallici ingenii φιλοτιμίαν καὶ δοξομανίαν. Scribam plura per *Pfeffingerum*. Nam hanc hodie sextam epistolam scripsi. Bene vale, In feriis πάσχατος.

Phil. Melanth.

*) Vide illum in ep. d. 19. Iul. h. a.

**) Gilberto.

No. 2916. 13. Apr.

Io. Sutelio.

† Ex autographo Melanthonis in tabular. Senatus Suinfort. mihi descripta a pl. R. Sixtio, Pastore in Sennfeld.

Egregia eruditione et pietate praedito Domino Iohanni Sutelio, Pastori Ecclesiae Suevofurtensis, amico suo.

S. D. Etsi non dubito te cum in omni officio, tum vero in amicitia gravitatem et constantiam praestare, ac silentio hominum occupatorum facile ignosco, tamen te rogo, ut scribas ad me interdum. Nunc autem tibi commendo hunc Magistrum *Hieronymum* Noribergensem*), modesto, placido et sano ingenio praeditum spero, si ei pars ministerii in vestris Ecclesiis mandata fuerit, collegam te habiturum esse ex animi sententia. Nam et probe eruditus est, et abhorret ab absurdis opinionibus, et amat tranquillitatem communem. Mitto tibi pagellas de adpellationibus veteribus rei nummariae et ponderum, nihil enim novarum lucubrationum aliud habebam. Bene vale. In feriis Pascatos anni 1544 a primo pascate quod celebrarunt Israëlitae discessuri ex Aegypto anno 3055.

Philippus Melanthon.

*) Hieronymum Rauscher, Diaconum Suinfortensem; vid. J. M. Sixt Reformationsgeschichte der Reichsstadt Schweinfurt (Schweinf. 1794. 8.) S. 160.

No. 2917. 15. Apr. (hoc anno videtur.)

Nic. Amsdorfio.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 259. — An vero haec epistola iure tribuatur Melanthoni auctori, non satis certus sum. Certe non suo sed aliorum nomine scripsit Mel., si scripsit, has literas.

Reverendissimo D. Nicolao (Amsdorfio) Episcopo Naumburgensi, eruditione et pietate praestanti, domino et patrono suo colendo

S. D. Reverendissime Domine. Cum R. D. V. suo gravissimo iudicio faveat piae institutioni iuventutis, et ad munus episcopi literarum defensio pertineat, speramus nostras literas scriptas de adolescente bonis moribus praedito et ingenioso, *Ambrosio Tshak*, filio D. *Balthasaris Tshak*, Reverendiss. Dominationi vestrae non ingratas fore. Narrat autem adolescens ille *Ambrosius*, sacerdotium quoddam vicarii iam isthic in templo Loticensi vacuum esse, cuius conferendi ius pertineat ad D. *Balthasarum Thshack***). Vidimus autem adolescentis mores, et ingenium iudicamus ad literas idoneum esse. Ideo existimaremus, bene collocari hoc sacerdotium, si huic adolescenti Ambrosio conferretur. Quare oramus R. D. V., ut sua authoritate hanc rem adiuvet, ac assentiatur,

**) Sic hic scriptum est nomen.

ut huic adolescenti Ambrosio sacerdotium illud conferatur. Aliquid ex his sacerdotiis ad eius iuventutis studia, quae in ditione vestra nata est, transferre, haud dubie pium et deo gratum est. Et scimus, R. D. V. velle, ut propagentur ad posteros literae utiles Ecclesiae Dei. Nostra vero officia reverenter deferimus R. D. V., quam Deus servet incolumem propter Ecclesiam. Datae Wittemb. 15. Aprilis.

No. 2918. 17. Apr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 452. (ed. Lond. IV. ep. 319.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo cariss.

S. D. Memini de Iurisconsulto conterraneo tuo conditionem quaerere. Nam mandata *Chiliano* ad nostrum Scaevolam *Hieronymum*[1]) dederas. Mitto igitur tibi litteras Comitis *Bavarici*, qui his ad me scripsit, ac magnopere petivit aliquem ex his Academiis ad se mitti. Ostendes has litteras illo conterraneo tuo, et ut suam sententiam nobis significet, hortaberis.

Laterensi nostro, viro docto et inprimis amanti interpretationis dexteritatem in sacris monumentis, mittit *Lutherus* bellissimum *Cochleae* scriptum, ut sunt illius omnia plena Attici leporis. Vult abiici et deleri omnes versiones recentes, ac praecipue Lutheranam, vult omitti linguarum studia, ut omnibus omnium monachorum somniis populus adplaudat. Et hunc scriptorem Antistes *δρυοπολίτης*[2]) non compescit fustibus? Me cum istos furores lego, minus poenitet nostrarum operarum et laborum, spero etiam exitus placidos. Quid enim sunt haec scripta Cochleae et similium aliud, quam, ut est in illa imagine bestiae vomentis ranas, *βάτραχοι γυρῖνοι*.

Viti epistolam propter Italicas quaestiones[3]) remitte. Bene vale, die XVII. Aprilis, quo ante annos 3845 Noha arcam ingressus est. Utinam sic servet nunc quoque Deus Ecclesiam.

Philippus Melanth.

1) Schurfium.
2) Aichstadiensis.
3) Vid. epist. ad Vitum d. 4. Maii h. a.

No. 2919. 17. Apr.

Senatui Wesaliensi.

Edita in libro: Ueber Entstehung und Fortbildung des evangelischen Cultus in Jülich, Berg, Cleve und Mark; von C. H. E. von Oven. Essen 1828. 8. p. 141.

(An den Magistrat in Wesel.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Ehrbare, Weise, Vornehme, Günstige Herren. Auf Ew. Weisheit Schreiben belangend Magistrum *Thomam*[1]) fügen wir E. W. zu wissen, daß wir von Herzen wünschen und gern wollten, daß Eure Kirch im rechten christlichen Stand erhalten würde: wiewohl aber E. W. Schrift meldet, als sollten wir Magister *Thoma* erlauben, so maßen wir uns doch keiner solchen Gewalt an. Wir haben ihm nichts zu gebiethen und können ihn nicht halten noch erlauben. Damit aber E. W. befinde, daß wir geneigt sind, Eure Kirche zu befördern, und gern wollten, daß Mag. Thomas zu euch zöge, haben wir an den Erbaren Rath zu Lemgo geschrieben, laut eingelegter Copey, und so E. W. unsre Schrift nützlich bedäucht, mögen sie den Brief dem Rath zu Lemgo zuschicken. Und wo wir Eurer[2]) Kirchen dienen können, darzu achten wir uns Gott zu Lob schuldig, und seyn dazu willig. Unser Heiland Jesus Christus, der seine Kirche mit seinem Blut erworben hat, wolle seine Kirche bei euch auch bewahren und erhalten. Denn wir wissen, daß ihr viel Beschwerung erduldet. Doch wollet den Trost Pauli bedenken, da er spricht Philipp. 2.: nachdem Gott in euch den guten Willen gewirkt hat, so wird er auch das Vollbringen wirken, damit ihm auf Erden gedienet werde zu seinem Gefallen. Das wolle der ewige Gott an Eurer[2]) Kirchen gnädiglich erzeigen. Amen. Datum Wittenberg XVII. Aprilis, an welchem vor 3845 Jahren Noah in die Arca getreten ist. Wie nun Gott die Zeit die Kirche wunderbarlich erhalten hat, also sollen wir bitten, daß er sie noch forthin gnädiglich bewahre. Ew. Weisheit

willige
Iohannes Bugenhagen Pomer.
Philippus Melanthon.

1) *Thomas Plateanus*, Wesaliensis. Commendatus a Melanthone concionator vocatus erat a Senatu urbis Lemgo, et nunc Melanthone interveniente iterum dimissus est, ut posset servire patriae.
2) In utroque loco Eurer pro Euern, quum Kirchen non sit pluralis sed singularis, ut Mel., vulgarem loquendi usum sequutus, in casibus obliquis semper scribit der Kirchen pro der Kirche.

No. 2920. 17. Apr.

Senatui Soestano.

Ex autographo in tabellario Senatus urbis Soest asservato edita in dem Soester Wochenblatt no. 41. ann. 1826. Antea iam edita in C. G. Grothe Jahrbuch für Westphalen und Niederrhein V. 1. p. 216.

Den Ehrbaren, Weisen und Fürnehmen Herrn Burgermeistern und Rath der Stadt Soest, meinen gunstigen Herrn.

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn, Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Ehrbare, weise, fürnehme, günstige Herren. Ew. Weisheit als die verständigen wissen selbst, daß dieses Werk, die Jugend in christlicher Lehre und andern löblichen Künsten zu unterweisen, von Gott ernstlich befohlen, und daß derwegen die Obrigkeit sehr wohl thut, so sie dieses Werk fördert und handhabt, dieweil denn nun E. W. die Schul anzurichten vorhat, bitt ich Gott, den ewigen Vater unsers Heilandes Jesu Christi, er wolle seine Gnade dazu verleihen.

Und wie E. W. anher geschrieben hat, einen ehrlichen, wohlgelahrten sittigen Mann anzuzeigen, der die Schule zu regieren tüchtig sey, hab ich nach fleißiger Erforschung bedacht, E. W. einen anzuzeigen[1]), mit Namen Magistrum Lubertum*) Florianum von Lemgo, der vor dieser Zeit die Schule zu Wismar regiert hat, und nach derselbigen Zeit sich ein Jahr in dieser Universität Wittenberg gehalten hat, den ich auch, als er Magister worden, im Examine wohl geschickt und gelehrt befunden.

Nun ist meine Gewohnheit allein die Personen anzuzeigen und lasse die Herren, welchen sie dienen sollen, selbst schließen. Darum wird sich derselbige Magister Lubertus ohngefährlich nach Ausgang des Leipziger Markts z. E. W. verfügen, und entlich mit E. W. schließen. Und so er angenommen wird, kann er sich weiter erkundigen, wie viel Gesellen er bedürfen wird, und wo sie zu bestellen. So erbiet ich mich Ewr. Kirchen und Schulen zu aller Zeit mit Fleiß zu dienen. Der ewige Gott bewahr Euer Kirchen und Stadt gnädiglich. Dat. Wittenberg auf den 17. Tag Aprilis, an welchem vor 3845 Jahren Noeh in die Arche getreten ist. Wie nun Gott die Zeit die Kirche wunderbarlich erhalten hat, also sollen wir bethen, daß er sie noch fürohin gnädiglich bewahre.

E. W.

williger
Philippus Melanthon.

1) Wochbl. anzuweisen.
2) Hubertum?

No. 2921. 17. Apr.

Alberto Duci Pruss.

Ex epist. a Fabro editis p. 90.

Epistola Mel. *Alberto Duci Prussiae* scripta d. 17. Aprilis 1544 perdita est, sed in Catalogo epistol. Melanthonis ad hunc Ducem, qui habetur in tabul. Regiomont. eius argumentum his verbis indicatur:

„Phil. Melanthon schreibt sein Iudicium von Friderico Staphylo, daß er gesinnet, noch eine Zeit lang zu Wittenberg zu bleiben, darnach wolle er Fürstl. Durchl. gerne dienen. Item Zeitungen vom Reichstage zu Speier. D. D. Wittenberg den 17. April 1544."

Quibus addidit *Faber* haec:

Der Herzog hatte Melanthon geschrieben, Melchior Tschnider (Isinder) habe den Abschied begehrt, Doctor Bretschneider dagegen den Fridrich Staphilus in seine Stelle empfohlen; er möge ihn befragen, ob er mit 150 fl. Besoldung den Dienst annehmen wolle.

Aus der Antwort des Herzogs auf den verloren gegangenen Brief Melanthons ergiebt sich: daß er den Staphilus seiner Geschicklichkeit wegen gelobt, dieser aber noch zwei Jahre in Wittenberg bleiben und weiter studiren wollte, womit der Herzog zufrieden war, weil M. Tschnider hier zu bleiben sich bequemt hatte. Ueber seinen Vorsatz von hier abzugehen, schreibt der Herzog an Melanthon:

„Daß ihr aber verwundert, warum er wegzuziehen begehre und selbst an solchem ruhigen Orte zu seyn wünschet, ist uns, was die Ursache, wahrlich unbewußt. Gott der Allmächtige mag solches wissen. Was ihm von uns zugesagt, hat er je und allewege bekommen. — Und wollen euch von Herzen gönnen, daß ihr an einem gewünschten Ort wäret, den lieben Gott bittend, er wolle es also schicken, damit ihr an die Oerter, da ihr in Fried und Ruhe seyn und der Christenheit viel dienen möget, kommet." —

No. 2922. 17. Apr.

Iusto Menio.

† Ex apographis in cod. Monac. 88. no. IV. p. 112. et cod. Monac. 90. no. VII. p. 380 b.

Iusto Menio.

S. D. Dei beneficio hic tranquillitas est, et mediocriter florent studia literarum. Sed his diebus doctum hominem *Martinum Frisium*, qui diu fideliter alios erudiit, amisimus*). Verum ea fuit vitae pietas, ut evocatum in coelestem scholam ad audiendum Christum et Prophetas et Apostolos, non dubitem.

De conventu hoc scimus: promissa sunt auxilia Carolo, contra Gallos et Gallus declaratus est hostis imperii Germanici. Nunc petunt nostri, ut Ecclesiis nostris pax concedatur. *Dionysium***), Macedonis Concionatorem, audio esse mortuum, et doleo; nam *Lennigerum* nunc magis metuo. Mitto tibi et Hieronymo libellos, cui excusabis me, quod nunc non scribo; eram enim admodum occupatus. Bene vale, die 17. Aprilis, quo ante annos 3845 Noë pater in arcam ingressus est, qua imagine ostendit Christus, quomodo semper servaverit, et servaturus sit Ecclesiam, imperia vero obruit propter mundi furores. Bene vale.

Philippus Melanthon.

No. 2923. 17. Apr.

Praefatio.

(Secundum Mylii chronologium scriptorum Melanthonis ad h. annum Melanthon scripsit „praefationem in arithmeticam Ioachimi Ammonii Nissensis", dat. d. 17. Apr. — Mihi vero non contigit, hunc librum videre. Nescio autem an non Mylius pagellam, quam infra dedimus ad diem 29. Septb. h. a. fortasse dixerit praefationem.)

No. 2924. 22. Apr.

Brentius ad Melanthonem.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54.

Clarissimo viro D. Philippo Melanthoni, Maiori suo in Christo observando.

S. in Christo. Misisti hoc anno ad me crebras literas tuas plenas humanitatis. Nec hoc contentus, addidisti fere semper chartaceum aliquod *κειμήλιον*, quibus rebus animus meus, variis cogitationibus afflictus, recreatus est. Quare ago tibi magnas gratias, et habes me hoc beneficio ita devinctum, ut credam me absentem multo magis tecum esse, quam si semper tecum praesens vitam agerem. Nec dubito, quin una futuri simus in regno Christi, in quo tu tantis curis et sollicitudinibus, ego a mea stoicitate et vanissimis cogitationibus liberi, delectabimur perpetuo, et fruemur dulcissimo illo colloquio Christi et omnium piorum. Iudaei somniant, in adventu sui Messiae esuros se de carnibus vasti illius tauri, a quo dicunt uno die centum milliaria depasci posse. Nobis Ecclesia et perpetua bona in Christo parata sunt, quae ut certa ita et magna spe expectamus.

Comitia Spirensia nondum sunt soluta. Tempore enim opus est, ut deliberetur, num Germania Gallo an Turcae diripienda et devastanda obiiciatur. Principes Germaniae malunt fortassis nos semel tantum quam semper misere perire. Sed quid? Si isti nolunt conservare suum magistratum, Christus tamen conservabit suam Ecclesiam. Hoc est nostrum perfugium, utut aliae res ceciderint. Superiori hebdomade quam *caram* vocant, exhibuit nobis Spira pro uno Christo duos. *Carolus* enim et *Ferdinandus* laverunt singuli, ut ipsis solenne est, pedes duodecim pauperum. Et in die parasceves multi Hispani, alii sua sponte, alii pretio conducti, flagellis spectante Carolo ita se ceciderunt, ut et sanguis emanarit, quo peccata sua expiarent. Et dicuntur iam aliqui ex his mortui. His ineptiis comitia protrahuntur. Haec spectacula filius Dei diu perferre posset? Non feret. *Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.*

Filius ministri tui, cui dedisti literas ad Senatum urbis nostrae, maluit suscipere scholasticam ministrationem in oppido, ut audio, *Lauffen*, quam literas tuas senatui dare. Adolescens alius *Erhardus Blancus*, qui et ipse tuas literas ad me attulit, servit nostrae scholae. Heri misit ad me tuas literas *Caspar Lonerus*, Pastor Ecclesiae Nordlingiacae, quem certe meis officiis, quibus possum, adiuvabo, quod a te commendatus, quod symmistes, quod vicinus, quod ante mihi, cum adhuc in Marchionatu praedicaret Evangelium Christi, notus fuerit, quod et cives Nordlingiaci audiverint meum de ipso testimonium priusquam eum vocassent. Et intelligo iam ex literis eius, quod sit ipsi negotium cum Diacono Cingliano,

---

*) Scripta publ. T. I. p. 81 b. „Decessit hac nocte Magister *Martinus Hegius*, natus in oppido Frisiae orientalis *Esensa*, quem meminimus omnes fuisse virum eruditum et honestum etc. — Die coenae domini. anno 1544."

**) Dion. Melandrum.

qui ab infantibus baptisandis non exigat confessionem symboli, nec exorciset eos pro more, propterea quod profiteatur, infantes non credere. De qua re scribam ad eum quam primum potero. Necessarium enim puto, ut paret sibi in sua Ecclesia autoritatem magis prudenti dissimulatione quam publica contentione. Scribit enim Diaconum niti potentia non postremorum civium. Ecclesia Nordlingensis videtur esse, quod dici solet, scopae dissolutae: quare opus est *Lonero* moderatione, ut reliquias colligat. Quae Ecclesiae dissipatio accepta ferenda est *Billicano?* Sed audi iudicium Dei. Postquam *Billicanus* maluit concubinae Electoris Palatini quam sponsae Christi servire: statim mortuo Electore captus est a novo Electore *Friderico*, et abductus in carcerem *Dilsperg*. Dicunt autem, eum fuisse cancellarium concubinae, quod certe mihi ab veterem vestram *) amicitiam valde dolet: et tamen cogor credere iudicio divino. Sed heri commemoravit mihi amicus quidam, eum iterum carcere et vinculis liberatum, quod ut verum esse opto ita precor Dominum, ut reducat eum in Ecclesiam.

His diebus invisit me *Huberinus*, et dixit cives suos Augustanos emisse thesaurum graecum codicum, sexcentis ducatis. Credo enim te audivisse quod Veneti superioribus annis coacti fuerint tradere Turcis duas urbes Graeciae; priusquam autem tradidissent eas, fecerunt copiam abeunti civibus quicumque vellent. Inter hos quidam avexit ad Venetias supellectilem plus quam centum graecorum librorum, qui scripti sunt in Pergameno, magni et variarum disciplinarum. Sed nomina autorum *Huberinus* mihi non potuit indicare. Cum igitur Romanus Pontifex sibi eos comparare vellet, per mercatores Augustanos astu quodam effectum est, ut suis civibus venderentur, et e Venetiis exportarentur. Hoc fuit mihi iucundum auditu, quod ex servatis id genus libris coniecturam faciam, reliquias Ecclesiae adhuc superesse in Graecia, et Christum servare Ecclesiam, etiamsi Imperia non constent. Bene et feliciter vale. Ex Hala 22. April. anno 1544.

Io. Brentius tuus.

*) nostram?

No. 2925. 22. Apr.

N. Medlero.

Ex codice Bavari Vol. I. p. 1066. edita a Ballenstadtio II. ep. 3., nuper a Danz. ep. 87., nunc ex eod. cod. denuo accurate descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Chariss. D. Medlere. In tanta mole occupationum nostrarum non possum satis prolixe scribere, cum quidem res posceret. Nuper huc Senatus et Ecclesia *Brunsvicensis* miserunt legatos [1]), ac petiverunt, ut indicaremus eis inspectorem *καὶ ἐπίσκοπον* Ecclesiarum suarum. Nam qui fuit hactenus [2]), nunc sacerdotio in Collegio Canonicorum donatus, lector est, et laborem inspectionis volens deposuit. Indicavimus te, et pollicitus sum, me exploraturum esse voluntatem tuam. Vides iam flagitari responsum. Rogo igitur, ut significes mihi, an velis migrare Brunsvigam accersitus. Honestum stipendium deferunt tibi, et te maxime expetunt. Scio te amari ab ecclesia Naoburgensi, sed etiam aliis ecclesiis serviendum est, et fortasse te qui istic Rempubl. gubernant, non inviti dimittent. Oro, ut re deliberata, et cognita Ecclesiae utilitate explicate, et categorice, ut dicitur, nobis respondeas accersitus Brunsvigam, et quanto stipendio, migraturus [3]) sis. Profecto bene faceret, qui in illa Saxoniae urbe principe ecclesias fideliter regeret. Nam et toti Saxoniae prodesse posset. Bene vale, die 22. Aprilis. Haec scripsi D. *Lutheri* et D. *Pomerani*, et D. *Crucigeri* mandatis [4]).

P. Melanthon.

No. 2926. 25. Apr.

Medlerus ad Melanthonem.

Ex cod. Bav. II. 365. edita a Danz. in ep. Medl. ep. 34.

Nicol. Medlerus ad Phil. Melanthonem.

S. D. Ego in tanta causa tam subito profecto nihil certi respondere possum. Peto itaque, Reve-

1) *Martinus Gorlitius.* (Nota cod. Bavari.)

2) „Francisc. *Cahlenium* et Henr. *Schraderum*, Coss., et Dieter. *Preussenium* Secret." (*Ballenst.*).

3) Ballenst. mendose: *venturus.*

4) Ballenst. *mandato.*

rendiss. Domine Praeceptor, ad octiduum inducias. Infra hoc temporis spatium vel ego ipse, Deo dante, praesens oretenus cum vobis, maioribus meis carissimis, deliberabo, vel[1]) vos de mea sententia per proprium nuntium certiores reddam. Interim quaeso, ne hanc moram aegre feratis. Nam neque inclyti Senatus Brunsvicensis tam honestam vocationem recusare, neque hanc meam praesentem sine nostri Senatus missione benigna[2]) deserere audeo. Sed subiicio me totum auctoritati et iudicio vestro. Quicquid mihi imperaveritis, meum erit obtemperare. Considerate igitur vos, utra Ecclesia potius mea opera indigeat. Bene valeat in Christo Praestantia vestra. Dat. Naoburgi 25. Aprilis anno 1544.

Vestrae Praestantiae deditus
Nicolaus Medler D.

No. 2927. 27. Apr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 454. (ed. Lond. lib. IV. ep. 321.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. Pabergensi Rectori Acad. Lipsicae amico suo cariss.

S. D. Nec vero dubium est antecellere litteras vera dignitate, Imperiis. Quare hanc tuam scholasticam dictaturam pluris facio, quam Ciceronis consulatum. Ac Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut et vestram et nostram Academiam tueatur et regat, et nobis luctantibus cum multis magnis difficultatib. opituletur, et te adiuvet in hac tua διοικήσει.

Mitto tibi pagellas disputationis*), dandas Doctori *Pfeffingero*, Pastori Ecclesiae vestrae. Nam eo nuncium ad te misi, ne ἐφόδια ab illo peteret. Nec te volo meis nunciis quicquam dare, cum ego eis non illiberaliter solvam.

Mitto amicorum litteras, etsi pene inanes, sed studium meum tibi ostendere cupio. οὐδὲν εἰλικρινὲς δοκεῖ μοι εἶναι ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις τῆς συμμαχίας. Ludunt plaerique usitata sophistica. Sed expectemus καταστροφήν. Bene vale, die XXVII. Aprilis, quo primum ante annos 3844 arca Nohae quiescere et resistere cepit. Utinam quietem etiam Ecclesiae suae Deus in his tantis diluviis orbis terrarum concedat.

Philippus Melanth.

No. 2928. 27. Apr.

Comiti Tarnoviensi.

Epist. lib. III. p. 63. (edit. Lond. lib. III. ep. 29.).

Illustri et Magnifico Domino Iohanni Comiti Tarnoviensi, Patrono suo,

S. D. Illustris et Magnifice Domine, Non dubito, te, cum et sapientia excellas, et melius noris Rempub. et sensus atque voluntates *Turcicae* gentis, quam alii, iam prope aspicientem ruinas *Pannoniae*, et cogitantem de reliquae *Europae* periculis, magno in dolore esse, et partim Principum ἁμαρτήματα, partim ignaviam detestari. Mihi certe, quoties in publicos congressus Ecclesiarum venio: quoties aliquam eruditam commentationem instituo, totum corpus metu venturae vastitatis cohorrescit. Sed in his terroribus hac me consolatione sustento, quam omnes, qui non sunt ἄθεοι, infixam animis, tenere debent, Ecclesiam Dei semper mansuram esse, etiamsi regnorum conversiones erunt. Pene eodem tempore praesens forma horum trium Regnorum constituta est, *Pannonici*, *Polonici* et *Germanici*, inde usque ab *Ottone* nostro, qui et Regem vestrum coronavit, et apud nos Electores tanquam Ephoros instituit, ante annos quingentos. Quod spacium, usitata periodus et quasi aetas est regnorum. Qualiscunque igitur conversio erit, non tamen frangamur animis, sed a Deo auxilium speremus, qui nominatim promittit apud *Esaiam* cap. 46. se etiam senescentem Ecclesiam in alvo sua gestaturum esse. Haec cum ad te scriberem, et aliquid de Republica dicendum esse putarem, praecipue commemoranda esse duxi. Nam *Germanici* Conventus Historiam scribere prorsus non libet. Litigant de copiis contra *Gallum* mittendis, ac disputant, dum ille vicinos *Spirae* agros urit et vastat.

---

1) *vel ego ipse* etc. errore a Danz. praetermissa sunt.

2) Danz. *benigne*, mendose.

*) D. 29. Maii, quo die Theodoro Fabricio et Stanislao Lituano publicum doctrinae testimonium ab ordine Theologorum datum est. Vid. Scripta publ. Acad. I. p. 87 b.

Deum oro, ut Ecclesias suas et honestas ac pias artes tegat, quarum patrocinium etiam tibi commendo. Et cum *Adamus Ranaski* adolescens modestissimus, et literis bene excultus, a te mihi literas attulerit, rursus tibi eum commendandum duxi. Nam et modeste apud nos vixit, et scribenti copia *Latini* sermonis non deest. Quare te oro, ut ad eam benevolentiam qua eum ante complexus es, nunc aliquid studii addas, propterea quod specimen modestiae et diligentiae suae apud exteros eximium praebuerit. Bene vale. Die 27.*) Aprilis. Quo ante annos ter mille octingentos quadraginta quatuor *Noë* ex arca egressus est. Utinam ut tunc servata est in diluvio Ecclesia Dei. Ita nunc in Regnorum diluviis servetur. Anno 1544.

No. 2929. 30. Apr.

Pet. Medmanno.

Edita a S. A. Gabbema in epist. claror. viror. p. 88.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Petro Medmanno, in aula Electoris Coloniensis, amico suo S. D.

Etsi silentium tali tempore moleste fero, tamen non suspicor te voluntatis alienatione tacere. Scio enim summum esse pectoris tui candorem et constantiam dignam viro bono. Sed tamen dolore aliquo impediri te metuo, quominus scribas. Liberabis ergo me magna molestia, si aliquid literarum miseris. Hodie Lipsiae sunt deliberationes de Episcopo *Mersburgensi***), de quibus pauca *Bucero* scripsi: nondum enim plura sciebam. Mitto tibi pagellas, quarum lectio fortasse iucundior est, quam historia conventus, quam audio paullatim fieri perturbatiorem. Impendent fatales poenae generi humano, quas ut Deus mitiget, oremus. Clamemus ad Deum, ut Propheta, cum irasceris Deus recordare misericordiae tuae. Bene vale, et rescribe. Die ultimo Aprilis.

Philippus Melanthon.

*) Pez. mendose habet *d.* 17. *Apr.*

**) Videlicet creando. Electus est Georgius Anhaltinus Princeps. — Epistola Melanthonis ad Bucerum ea de re periit.

No. 2930. 1. Maii.

N. Medlero.

E cod. Bavari Vol. II. p. 350. a Ballenstadt. II. ep. 4. et a Zscheichselio in d. Unscb. Nachr. 1740. p. 130. et nuper a Danz. ep. 35. Nunc denuo accurate e cod. ipso descripta.

Nicolao Medlero

S. D. O felices ecclesias, ubi hi sunt mutui adfectus doctorum et populi, quos Paulus describit, inquiens: *quis est corona mea nisi vos?*[1]) *quis est corona vestra nisi ego?* Talem benivolentiam mutuam ut Deus multis locis largiatur, ex animo opto. Ibi enim faciles et felix gubernatio est, ubi sic amat populus pastorem, et pastor populum. Non dubitabam de voluntate tuae ecclesiae, sed illa duo mecum disputabam, fortassis te propter aulam vestram malle alibi esse; deinde in Saxonia multis te gentibus servire[2]) posse. Hanc deliberationem velim, te apud animum tuum instituere. Die proximo martis veniam *Naoburgum*, iturus *VVimariam* propter quoddam tutelae negotium[3]). Bene vale. Calendis Maii 1544.

No. 2931. (1. Maii.)

(*Pagella.*)

E codice Bavari Vol. II. p. 351. iam olim a Zscheichselio in d. Unscb. Nachr. 1740. p. 130., nunc denuo edita. Est nuncius de conventu Spirensi, additus epistolae ad Medlerum d. Cal. Mai. 1544. Solebat Mel. eiusmodi pagellas novarum rerum amicis mittere.

„Philippi scriptum."

In conventu Spirensi status imperii promiserunt auxilia 24 millia peditum, 4 millia equitum Carolo imperatori, ducenda contra Regem Gallum, et rex Gallus iudicatus est hostis imperii. Nunc sunt deliberationes de pace inter principes et status Germanicos facienda. De pace Danica bona spes est. *Carolus* ostendit, se pacem decennalem concessurum esse, et petit, ad se exercitus Danicos mitti. In Hungaria hac aestate nondum quicquam gesserunt Turci, et confirmatur opinio

1) *quis est* etc. non habet Ballenst.

2) Ballenst. *inservire.*

3) Erat tutor liberorum Christiani Beyeri, Cancellarii. Vid. epist. ad Meienburgium d. 23. Maii h. a.

de morte tyranni Turcici. In Hungaria multae ecclesiae piae constituuntur; sed Bassa Budensis recens 4 sacerdotes capi iussit, et Constantinopolin mitti. In Italia etiam paulatim avidius leguntur libri purae doctrinae evangelii, et multi puram doctrinam confitentur. Recens *Bononiae* etiam honestus vir tantum propter piae doctrinae confessionem decollatus est. Id viderunt nostri Scholastici. In *Gallia* sunt circiter triginta millia sive Turcorum sive Aphrorum, qui etsi Nicaeam et quaedam loca vexaverunt, tamen ipsis Gallis plus nocent, quam hostibus*). Et accedit ad caetera mala, quod multorum liberos rapiunt, et imponunt in naves.

Spirae 6 pene horae consumtae sunt in pompa circumducti asini die Palmarum. Principes adfuerunt, praeter Ducem Saxoniae Electorem. etc.

(Desinit hic apographum Bavari.)

No. 2932. 4. Maii.

V. Theodoro.

Epist lib. IV. p. 191 sqq. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 588.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Noriberg.

S. D. Accedit mihi ad quotidianas occupationes, quae et multae sunt, et satis molestae, labor recudendi locos Theologicos, qui nunc eduntur uberiores et nitidiores. Nolo enim novos libros instituere. Has Methodos Scholis necessarias perpolire cupio. Nam iuventuti opus est et Methodo aliqua, et propria explicationis forma, et metis disputationum. Ac mihi testis est Deus, toto hoc decennio et multo ante praecipue me hoc egisse, ut aliqua mediocris doctrinae ὑποτύπωσις talis extaret. Nec tu ignoras, quantum calumniarum ac suspicionum inde apud eos ortum sit, qui me premere cupiebant.

Sed redeo ad institutum, dum occupatus sum hoc tempore magis quam alias, segnius institui responsionem ad Italorum Quaestionem. Nam tua responsio tantum de una quaestione loquitur, cum illi tuas proponant: *An renati amittere Spiritum Sanctum possint;* Et: *An certitudo existere possit, si concedatur, Renatos amittere Spiritum Sanctum?* Tu breviter respondes, nec tamen πρὸς ἔπος.

Oritur autem dubitatio Italis ex imaginationibus Sententiariorum, de infusa qualitate, quam fingunt et infundi et manere, sine nostris certaminibus, sine fidei lucta. Non cogitant, assiduo pabulo, scilicet verbo Dei opus esse, et mentem aquiescere Fide in verbo Dei. Denique iudicare volunt de voluntate Dei, sine verbo. Non hoc statui oportet non casuros nos esse: Sed hoc; *nos in praesentia habere reconciliationem, et tam diu habere, donec fidem et bonam Conscientiam retinemus.* Et hoc ipsum non sine certamine fit in animis. Mittam igitur tibi longiusculam Responsionem. Nam id *Ioachimus* quoque petivit, qui etiam sua causa dicebat se explicationem flagitare.

Nunc igitur ingredior Wimariam, vocatus de negocio Tutelae. In hoc itinere adornabo responsionem. Bene vale. Die 4. Maii.

Philippus Melanthon.

*) Iam mense Aug. anni 1543. Barbarossa, Turcicus Legatus, accersitus a Rege Galliae, cum classe et exercitu venerat Tollonum in Gallia meridionali. Anno 1544. expugnare conatus est arcem Niceam. Vid. Sleidan. comment. p. 431. 434. 436.

No. 2933. (4. Maii.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 453. (ed. Lond. IV. ep. 320.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico suo carissimo, Lipsiae,

S. D. Expectari me avide a te existimo, et desiderio tuorum sermonum ipse teneor vehementi. Sed vocatus *Wimariam* de Tutelae negocio, per Salinas facere iter cogor, ut ibi explorem voluntatem senatus de pecunia apud eum senatum collocanda, quae nobis Wimariae tanquam tutoribus numerabitur. Implicamur, ut vides, multis illiteratis negociis, idque magis fit in hac natione, quae omnia agit πλεονεκτικώτερον, quam nostri γνησίως Germani. Ideo cumulantur negociorum difficultates, quod fortasse etiam in Dictatura tua animadvertes. Sed oro Deum, ut utrique scholae tranquillitatem, studiorum felicitatem, et con-

cordiam perpetuam largiatur. Si ad salinas ex Wimaria redire me non necesse erit, iter istac faciam. Haec significavi, ne quid suspicionis aut sollicitudinis hoc meum iter tibi afferret. *Ionas* adest, sed ipsius caussa non comitarer eum ad salinas, verum tutela mihi certum negocium imposuit, quod facilius perfici posset, si *Chilianus* domi esset, qui ad me scribit, se his nundinis ad te expatiaturum esse. Bene vale.

Philippus Melanth.

No. 2934. 6. Maii. (Halae.)

Iohanni ministro.

Epist. lib. II. p. 585. (edit. Lond. II. ep. 611.).

Iohanni Ministro suo

S. D. Charissime *Iohannes*, Circumfero mecum, etiam cum domo absum, ingentes dolores meos. Precemur Deum aeternum Patrem Domini nostri *Iesu Christi*, conditorem aeternum et opitulatorem, ne abiiciat nos, sed iuvet et gubernet. Meos tibi commendo. Si quid literarum inscriptarum adferetur ad vos, praesertim ex conventu *Spirensi*, curabis ut primum eas legat D. *Caspar Cruciger*, qui iudicabit, quae ostendendae sint caeteris. Bene vale, et salutem dicito nostrae familiae. Datae in *Salinis*.

No. 2935. 7. Maii.

Cruciger ad Ionam.

† Ex autographo Crucigeri in Vol. Epist. Meining. ep. 3.

Clarissimo Viro praedito excellenti virtute et doctrina, d. Iusto Ionae, Doctori Theologiae, Praeposito ecclesiae Vitebergensis, nunc etiam ecclesiae in Salinis gubernatori, patrono et amico suo observando,

S. D. Attulit hic tabellarius literas D. *Philippi*, et iis adiunctam responsionem περὶ ἐπισκοπῆς πομερανικῆς, quam ut componeret etiam te adiuvisse non dubito, et communi nomine habeo gratiam. Gratissimi mihi etiam fuerunt amicissime adscripti ἀσπασμοὶ tui et D. Doctoris *Chiliani* τῆς φιλτάτης ἐμοὶ κεφαλῆς, natos *) et candidissimo sale vestro, quos si potero remunerabor vel descriptiuncula aliqua lectissimi salis Attici, hoc est Demosthenici alicuius λόγου, nam a me quod aliud rependam non habeam. Eo officio si tibi non ingratum sum facturas, dabo etiam aliquid optimi Apostolici salis ex Pauli epistola una atque altera quam voles. Quid enim aliud possum, cum ipse egeam, quam ut de alieno promittam. Vos oro, quibus salis fontes domi profluunt, ne mihi invideatis cupienti aliquando ex illis bibere, hoc est, frui suavitate literarum et communicationis vestrae.

Hodie ex conventu *Spirensi* huc allatae sunt literae, tametsi paulo serius quam debuerant, scriptae enim sunt ante propositam responsionem τοῦ λυκάονος, sed tamen d. Doct. *Pontanus* significat spem esse, futurum ut brevi solvatur conventus, et de catastropha iubent nos bene sperare, ut ex schedula, quam his literis inclusi intelliges, quae iisdem verbis inclusa erat literis *Iohannis Maier* secretarii. De Caesare etiam optime se sperare scribit *Franciscus* noster Vinariensis. Una allatae sunt ad *Philippum* literae Petri *Medmanni*, et Doctoris *Alberti Phrysii* **), qui nobiscum aliquamdiu fuit, in quibus fortasse pluscula insunt. Eas istuc misissem, si certo scissem, ipsum D. *Philippum* in reditu istac transiturum. D. Doctorem *Chilianum* oro, ut amantiss. meis urbis resalutes. Salutem etiam opto honestiss. tuae coniugi et familiae. Bene vale. Wittebergae septima Maii 1544.

Caspar Cruciger. d.

No. 2936. 8. Maii. (Wimariae.)

N. Medlero.

E codice Bavari Vol. I. p. 1069. edita a Zscheichs. in d. Unschr. Nachr. 1740. p. 131. et Danz. ep. 36., nunc ex cod. ipso descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Hanc epistolam equiti vestro dedi, ut te orarem, ut nostro nomine Senatui civitatis vestrae gratias agas, quod monstratorem viae nobis ad-

---

*) nati?

**) Albert. Hardenbergii.

iunxerunt. Equiti dedi dimidium Ioachimicum. De republica nondum audire potui sermones peritorum. Vulgus aulicum existimant, Ducem Saxoniae Electorem iam in reditu esse. Mihi non fit verisimile. Non enim arbitror, Ducem Electorem prius ex conventu discessurum, quam discedat imperator *Carolus*. Et negotia pendent imperfecta; certatum est miris technis. Sed profecto metuo, hos principum ludos attracturos tandem poenas, quarum initia iam videmus in Gallia, Pannonia, Anglia, Scotia. Bene vale. Die Maii 8. 1544. Ex Wimaria.

P. Melanthon.

No. 2937. (h. t.)

Ionae, filio.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 263.

Iusto Ionae, filio.

S. D. Praeclare illud: *omnis in Ascanio cari stat cura parentis.* Similem plane in patre tuo στοργὴν animadverto, qui multa mecum amanter de te in hoc itinere, et hac expatiatione locutus est, quae coram exponam. Spero quidem, et tuam pietatem et observantiam illius amori et sollicitudini responsuram. Sed te, mi fili, sic enim vere te nomino et propter studiorum coniunctionem, et propter meum erga te verum amorem, obtestor propter Deum, et propter studia nostra sanctissima, ut omni ratione cures tueri paternam benevolentiam. Mane, quoties invocas Deum et propter filium dominum nostrum I. C. precaris, et de mutuo amore aeterni patris et filii cogitas, veniat in mentem, humanae naturae similitudinem quandam eius amoris insitam esse, quod in parentum ingenti affectu conspicitur. Nec puta, te exaudiri violato illo sanctissimo vinculo. Sed haec coram. Omnino velim, te nobiscum domum redire*), quare te ad me accingito, cum istuc veniam. Bene vale.

*) Videtur Melanthon haec scripsisse cum iter per Salinas Wimariam faceret. Ionas Pater, qui eo tempore Witebergam venerat, comitatus est Melanthonem Halam, et etiam filium, qui in disciplina Melanthonis erat, secum duxit. Nunc huic significat Melanthon, ut ad ipsum veniat et cum eo Witebergam redeat. Ionas, filius, patri non omnino erat obsequens.

No. 2938. 13. Maii (Witebergae.)

N. Medlero.

E codice Bavari V. II. p. 353. edita a Ballenstadt. II. ep. 5. et Zscheichsel. in den Unsch. Nachr. 1740. p. 132. et nuper a Danz. ep. 37., nunc ex ipso cod. accurate descripta.

Nicolao Medlero

S. D. Non miror, difficilem tibi esse de negotio *Brunsvicensi* deliberationem. Nam in his praesertim reipublicae confusionibus mutationes periculosae sunt. Me haec sola causa movit, ut hortator essem inspiciendae ἐπισκοπῆς in ea urbe, quod maiori ecclesiae et vicinae genti Saxoniae consuli volebam. Movit fortassis te nonnihil altera causa, quod aula est negligentior. Sed in democratia non minus est molestiarum, quam in aulica gubernatione. Multi sunt invidi, multi obtrectatores, multi abhorrentes a doctrinae luce, multi metuentes Sacerdotum, ut ipsi loquuntur, novam potentiam. Haec praesertim comperies in urbibus maioribus. Quare si tranquillitatis rationem habes, et te et familiam tuam arbitror suavius in illa Naoburgensi humanitate vivere posse. Sed videre te ecclesiam Brunsvicensem optarim. De tota re, cognito eius ecclesiae statu, facilius poteris iudicare, quid agendum sit. Quod vero ad Senatum scribi volebas, cum tu nondum decreveris an sis accepturos functionem aliam, honeste*) scribere non potui. Credo sine cuiusquam reprehensione te posse expatiari, ut saepe ad nos expatiatus es. Cogita, quam esset absurdum, iam ostendere migrationem, cum tuum propositum adhuc sit incertum. Sed ubi decreveris, visa Brunsviga**), postea ad Senatum tuum scribendum erit. Non dubito, quin cogitata hac re diligentius probaturus sis meum consilium, quod non scripsi ad Senatum tuum, teque rogo, ut boni consulas, quod tuae petitioni non satisfacio. Nam te ipsum iudicem facio, utrum sit honestius expatiari sine significatione novi consilii, an vero ostendere migrationis propositum, dum id adhuc sit incertum. Bene vale. Die 13. Maii anno 1544.

Nec nuntio, nec aliis quicquam de argumento literarum tuarum dixi.

*) Zscheichs. mendose *honesta*.

**) Ballenst. mutavit haec et edidit: *vise Brunsvigam.*

No. 2939. 14. Maii.

Theologi Witeb. ad Duces Pomeraniae.

Hoc scriptum non Lutherum sed Melanthonem habuisse auctorem, satis intelligitur ex epistola Crucigeri d. d. 7. Maii h. a. Concepit Melanthon illud in itinere, Witebergam misit, et post reditum suum illi subscripsit. — Trina autem eius apographa missa sunt in Pomeraniam, alterum ad Ducem Barnimum, alterum ad Ducem Philippum et alterum denique ad Ducum Consiliarios, ut intelligitur ex epistola ad eosdem Consiliarios d. d. 30. Maii h. a. Huic postremo apographo, consiliariis misso quod asservatur adhuc in tab. Consistorii Stettinensis, Melanthon sua manu praemisit inscriptionem: „Copie der Schrift an die Durchl. ꝛc." Ex eo scriptum nuper editum est in Mohnike's Kirchen- und literarhistorischen Studien und Mittheilungen I. 1., ex quo libro illud de Wettius inseruit epistolis Lutheri T. V. p. 639. — Antea vero, et quidem haud dubie ex apographo ad Duces Pomer. misso illud editum fuerat in: „Diplomatariis et Scriptoribus Hist. Germ. med. aevi opera et studio Christ. Schoettgenii et Georgii Christoph. Kreyssigii, T. III. Altenb. 1760. fol. p. 293. (Pomerania diplomatica no. CCCXXII.). Hi haud dubie usi sunt autographo Duci misso, quare textus eorum saepius meliora habet quam apographon Stettinense, quod sequutus est Mohnike. — De controversia inter Barnimum et Philippum, Duces Pomeraniae, de eligendo novo Episcopo Caminensi, post mortem prioris Episcopi, Erasmi a Manteufel, vid. Seckendorf. hist. Luth. III. 511. Barnimus Dux favit Comiti ab Eberstein, perquam puero, ipsi commendato ab Ernesto, Duce Luneburgense.

An die Durchleuchten, Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Barnim und Herrn Philipps, beide Herzogen zu Pomern, und unsere gnädige Herrn und Gesandten.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Durchleuchte, Hochgeborne, gnädige Fürsten und Herrn. Erstlich bitten wir E. F. G. in Unterthänigkeit, sie wollen diese[1]) unsre Schrift gnädiglich vernehmen, als die mit rechter christlicher Treue[2]), und niemand zum Nachtheil oder Vortheil gemeint, auch nicht deßwegen[3]) fürgenommen, daß wir uns zu fremden Sachen nöthigen wollen, sondern dieweil wir wissen, daß beide E. F. G., als hochlöbliche christliche Fürsten in einer[4]) Regierung und in ihrem Leben nicht höheres suchen und[5]) begehren, denn daß durch E. F. G. Regiment rechte Gotteserkenntniß und Anrufung gepflanzt und erhalten, und daß ihre Unterthanen zur ewigen[6]) Seligkeit berufen und recht unterwiesen werden. Und aber wir vernommen, daß E. F. G. der Wahl halben eines Bischoffs zu Camin nicht einträchtig, haben wir, als die wir auch für die christliche Kirche zu sorgen schuldig sind, unterthäniger Wohlmeinung vor dieser Zeit bedacht, unsre einfältige christliche Erinnerung an beide E. F. G. in dieser Sach zu schreiben, welches zu fördern wir jetzund durch Eines[7]), Herzog Philippsen F. G. Gesandten Bericht verursacht, und bitten in Unterthänigkeit, E. F. G. wollen diese Erinnerung gnädiglich anhören und mit Fleiß bewegen, und vor allen Dingen Gottes Ehre und der armen zerstraueten[8]) Christenheit Heil und Nothdurft fördern. Und ist dieses unser Bedenken.

Erstlich ist ganz gewiß und ohne Zweifel, E. F. G. als Herzogen zu Pomern und von Gott verordnete Oberkeit[9]) sind[10]) schuldig, mit höhistem Ernst zu verordnen, daß die Kirchen im ganzen Herzogthum und in ihren Landen, auch im Bisthum Camin, recht und christlich mit tüchtigen Personen und ziemlicher Unterhaltung derselbigen bestellet und versorgt werden. Denn also spricht der Psalm[11]): ihr Fürsten sollt aufthun die Thore der Welt, daß der König der Ehren hineinziehe.

Nu haben beide E. F. G. sampt ihren löblichen Landschaften[12]) eine christliche Ordnung bedacht, insonderheit mit welcher Form und zu welchem Amt fürohin[13]) allezeit ein Bischof zu Camin zu wählen, und wie das Domcapitel zu Erhaltung christlicher Lahr und anderer nützlicher Studien in Wesen bleiben und erhalten werden soll, welche beider E. F. G. Ordnung wir auch für gut und nützlich achten, so viel wir bericht sind, und so mit Ernst darob gehalten würde, daß die Kirchen nicht versäumet würden. Denn das ist wahr und öffentlich, daß ein Bischoff, als ein Aufseher, die reine christliche Lahr des Evangelii auszubreiten und selbs[14]) zu lehren, wie vorzeiten alle heilige Bischöffe gethan, item, die Kirchen zu visitiren, tüchtige Personen zu ordiniren, ein Aufsehen auf die Studia zu haben, die Ehegericht und andere Kirchengericht zu regieren, und christliche Zucht zu handhaben[15]), dazu erstlich die Bisthum fundirt sind, billig soll gebraucht werden, und kann mit diesen erzählten Diensten viel Gutes zu Gottes Lob

1) diese non habet Mohn.
2) Schoett. Reine, ex mendo.
3) Mohn. derwegen.
4) Mohn. in ihrer.
5) Mohn. oder.
6) Mohn. zu ewiger.
7) Mohn. Euer.
8) Schoett. zerstreueten.
9) Schoett. geordnete Obrigkeit.
10) Schoett. seynd.
11) Schoett. der 24te Psalm.
12) Schoett. ihrer löblichen Landschaft.
13) Schoett. hinfurt; et sic etiam aliquoties in seqq.
14) Schoett. stets.
15) Schoett. haben.

wirken und erhalten. Und ist sonderlich in diesen letzten Zeiten[16]), darin die Welt roh und wilde[17]) wird, und die Türken uns nicht fern sind, hoch[18]) vonnöthen, daß treue, fleißige, ernste[19]), verständige Aufseher sind, die die Kirchen weislich erbauen und zusammenhalten, daß sie inkünftig bestehen mögen.

Dieweil dann E. F. G. nach Absterben Bischoffs Erasmi einen andern, deß Alter und Geschicklichkeit zur Regierung tüchtig zu achten, kraft der aufgerichten Erbverträg und Ordnungen ernennen sollen, bitten wir in Unterthänigkeit und um Gottes willen, beide E. F. G. wöllen einträchtiglich eine solche Person zum bischöfflichen Ampt ernennen, wie gemeldt ist, die Alters halb zur Regierung tüchtig, gelahrt, verständig, und bischoffliche Aempter, das Evangelium zu lehren, der Visitation, der[20]) Regierung geistlicher Gericht und Zucht etc. selb auszurichten willig und geneigt sey.

Daß aber hierin Uneinigkeit fürgefallen, sind wir warlich erschrocken, in Betrachtung, daß diese Uneinigkeit nicht allein jetzund schädlich und ärgerlich ist, sondern auch fürohin ein bös Exempel giebet. Und so solche Unrichtigkeit sich jetzund so bald in der ersten Nomination nach Aufrichtung der Ordnung zugetragen, was ist fürohin über vierzig oder mehr Jahr zu besorgen?

Und daß in der einen Nomination der junge Grafe von Eberstein, der uns bekannt ist, ernennet wird, wiewohl wir gedachten Grafen und Herrn, als einen jungen züchtigen Menschen, seiner Sitten halben in dieser seiner Jugend nit zu strafen wissen, und gönnen ihm alles Gutes: so ist doch sein Alter und Verstand noch viel Jahr nicht zum bischöfflichen Ampt tüchtig, darum billig von dieser, des jungen Grafen, Nomination abzustehen aus folgenden Ursachen.

Erstlich so man Kirchenregenten wählen will, ist jederman schuldig, der Regel Pauli zu folgen, die er zu Timotheo, primae Timoth. tertio, und Tito ad Titum I. geschrieben, und ernstlich gebothen, eine solche Person zu wählen, die das Ampt selb ausrichten kann[21]). Und kann ohne Sünd niemand willigen, eine solche Person zu ernennen oder zu wählen, die er weiß[22]), daß sie noch lang zum Ampt nicht tüchtig ist, und nicht so ernstlich studirt, daß sie hernach tüchtig werde zu predigen, zu lehren, den Widersachern des Evangelii das Maul mit der Wahrheit der heiligen Schrift zu stopfen[23]), und reine Lahr zu verfechten, auch andre Kirchenämter zu üben etc. Denn dieses Geboth in St. Pauli Schriften[24]) ist nicht also wegzusetzen und gering zu achten, als Worte, die allein zum Scheine geredt seyn sollten[25]), sondern es sind ernstliche göttliche Befehle, deren Verachtung mit ewigem Zorn, so man in der Sünd verharret, und mit zeitlichen Plagen gestraft wird, wie die Exempel vor Augen sind, da die großen Herrn die Bisthum Kindern und andern Ungelehrten und Verächtern christlicher Aempter geben[26]) haben. Da ist die rechte Lehr vertilgt worden, und Abgötterei und Unzucht gewachsen, die Gott strafet mit Kriegen und mancherlei Zerrüttungen.

Zum Andern spricht Paulus 1 Timoth. 5., du sollt niemand leichtlich zum Kirchenampt ordnen, und dich nit theilhaftig machen fremder Sünden. Wer nu eine Person, die das Ampt nit führen kann, ernennet oder wählet: was dieselbige Person versäumet und verderbet, daran macht sich derjenige theilhaftig, der ihn dazu erhoben hat. Nu bitten wir, E. F. G. wöllen diese Verwarnung hören und annehmen, und sich nit freventlich in diese Fahr vor[27]) Gott setzen, daß sie sich schuldig machen an aller Versäumniß, die aus wissentlicher Nomination eines unverständigen Jungen[28]) folgen würde, wollen sich auch nit schuldig machen am Aergerniß. Denn mit solcher unfüglicher Nomination würden die vorigen Exempel verachter[29]) Wahl gebilligt, und dergleichen fürohin gestärkt, wie wir wissen, daß an etlichen Orten[30]) in deutschen Landen zu dieser Zeit mit der bischofflichen Wahl viel ungereimter Practiken fürgenommen werden.

Zum Dritten, so ist in der Confession der löblichen christlichen Fürsten, welchs[31]) zu Gottes Ehre und Besserung der Kirchen geschehen, dieser Mißbrauch insonderheit gestraft, daß die Bisthum nit mit Personen, zum Ampt tüchtig, versorgt werden, daraus Irrthum und große Sünden und Strafen in der Christenheit

16) Schoett. in dieser letzten Zeit.
17) Mohn. wild.
18) Mohn. hohe.
19) ernste] Schoett. und.
20) der] non habet Mohn.
21) Schoett. selbst ausrichten könne.
22) Schoett. wisse.

23) Schoett. mit der heiligen Wahrheit der heil. Schrift das Maul zu stopfen.
24) Schoett. Schrift.
25) Schoett. sollen.
26) Schoett. gegeben.
27) Schoett. Gefahr für.
28) Jungen] Schoett. non babet.
29) i. e. verachteter. Quare non recte edidit Mobnike: Verächter-Wahl.
30) Schoett. Oertern.
31) Mohn. welche, sed praefero welchs, quod habet Schoett.

gefolget. Nu haben wir nit Zweifel, beide E. F. G. sind endlich[32]) bedacht, bei allen Artikeln der Confession zu bleiben, und nit dagegen zu handeln. Es würde aber mit dieser Kinderwahl sehr ein großer Riß in einen fürnehmen Artikel der Confession geschehen, und würden nit allein die vorigen Mißbräuch gestärkt, sondern das rohe Wesen dieser Zeit würde größern[33]) Schaden wirken. Denn obgleich vor Zeiten die Bischoff und Official die Lehre nichts geacht, so haben doch dieselbige Zeit die Official von wegen ihres Genieß[34]) ein Aufsehen gehabt auf etliche Ceremonien und grobe Aergerniß. Jetzund sind auch keine Official, und liegt alle bischöffliche Regierung in großen und kleinen Stücken im Koth. Und so man nit eine christliche Ordination und Visitation der Kirchen und Schulen, und ein Aufsehen auf die Zucht und Einkommen der Kirchen, Unterhaltung und Schutz der Schulen- und Kirchendiener mit großem Ernst aufrichten[35]) wird, ist zu besorgen, es werde eine jämmerliche, heidnische Finsterniß und Verwüstung folgen. Und sind wahrlich alle Menschen, König, Fürsten, Edel und Unedel, Gelehrte und Ungelehrte, ein jeder in seinem Beruf und nach seinem Vermögen für Gott schuldig, wider diese heidnische Finsterniß jetzund fürzubauen, und für die Nachkommen zu sorgen.

Das wöllen beide E. F. G. als hochlöbliche christliche Fürsten mit Fleiß bedenken und nicht wider Gottes Befehl und wider die christliche Confession, zu Schaden der Kirchen den[36]) alten Mißbrauch handhaben und stärken, besonder dieweil[37]) der Schad öffentlich vor Augen ist. Beide E. F. G. wissen, daß jetzund viel Kirchen, besonder in des Bischoffs Gebiethen, wüst stehen, ohne Seelsorger, als wären sie Heyden, Zudem daß sunst im Land die Visitatio und Kirchengericht hoch vonnöthen sind. So viel[38]) gefallene Pfarren wiederum aufzubauen, und die Visitation und Kirchengericht ordenlich und nützlich anzurichten, dazu gehört wahrlich eine treue, gelahrte, verständige[39]), erfahrne und geübte[40]) Person. Und sind E. F. G. selb diesen Dienst[41]) Gott schuldig, daß sie zu diesem christlichen Werk mit ganzem Ernst Hülf thun.

Zum Vierten, dieweil dieses nach aufgerichten fürstlichen Verträgen der Nomination halben das erste Exempel ist, darin nu[42]) E. F. G. allen andern Landen ein löblich Exempel fürstellen sollen, daß sie Gottes Ehre suchen, und ihre eigne Zusag ohne Sophisterei halten, so wäre es über die Maßen ärgerlich[43]), so E. F. G. nach altem Mißbrauch eine Person, die von wegen ihrer Jugend und Unverstands noch lang nit tüchtig ist, nominiren wollten, oder so sie ungeacht göttlichs Befehls und eigner wohlbedachter christlicher Verträge, sich selb nit auf rechte Weg vergleichen wollten. E. F. G. wöllen hierin Gottes Zorn bedenken, der solche Verachtung nit ungestraft läßt, so jemand gedenkt, es sey nit Großes an den Pfarren, an der Visitation und andern Kirchensachen gelegen, es sey viel stattlicher so ein Fürstenthum ihre[44]) Grafen und den Adel zu großen Gütern erhebe, dazu die Bisthum und Domcapitel dienen sollen. Daß aber Gott über diese päpstliche und heidnische Verachtung einen ernsten Zorn erzeigen wölle, das beweisen sehr öffentlich alle große Kriege und Plagen, die vor Augen sind. Wehe euch, spricht Esaias am 5ten, die ihr nach großen Gütern, Wollust, Pracht und Herrschaften trachtet, und versäumet die Aempter, die euch Gott befohlen hat.

Und so man hiegegen[45]) wollt fürwenden, obgleich E. F. G. der Nomination halben dieser Zeit nicht verglichen wären, so hättens doch beide E. F. G. allbereit dahin gestellt, vermöge aufgerichter fürstlicher Verträg, nach dem jeder Theil[46]) eine Person nominirt hätte, daß diese Irrung durchs Loos entschieden würde, darum bedürfe es keiner andern Nomination, sondern man soll es bei dieser lassen bleiben, und gewarten, welchem das Loos zufalle, daß derselbe für einen Bischoff angenommen und bestätigt werde, als von Gott dazu gegeben; denn Gott würde[47]) es freilich also schicken, daß die tüglichste[48]) und nützlichste Person getroffen würde, dieweil die Schrift Prov. 16. sagt: das Loos wird von dem Herrn gewendet: dagegen wollen E. F. G. bedenken, daß in dieser ganzen Sachen nicht also zu spielen und Gott zu versuchen, sondern daß gedachte[49])

32) endlich] i. e. für den Zweck, quare non cum de Wettio mutandum in redlich.
33) Schoett. großen.
34) Schoett. Genießes.
35) Schoett. ausrichten.
36) Schoett. die.
37) Schoett. weil.
38) Schoett. Sowohl.
39) Verständige non habet Schoett.
40) Schoett. gute.
41) Schoett. selber diesen Dienst.
42) nu non habet Schoett.
43) i. e. Aergerniß gebend.
44) ihre] Schoett. einen.
45) i. e. dagegen, Schoett. hingegen.
46) Theil] Schoett. will.
47) Schoett. werde.
48) Schoett. treulichst.
49) Schoett. gemeldt.

E. F. G. Verträge also und der Meinung aufgericht, daß, wo man sich beiderseits nicht einer Person vergleichen könnte, alsdann[50]) nach geschehener[51]) christlicher Wahl und Nomination eines jeden Theils, über die zwo fürgestellten Personen[52]), die Alters und Geschicklichkeit halben zum bischofflichen Ampt tüchtig[53]), soll das Loos geworfen werden, und hierin dem löblichen Exempel der Apostelwahl Actor. 1. gefolget, nach welchem ohne Zweifel solche Verträge durch E. F. G. also bedacht und geordnet sind. Denn daselbst sehen wir, daß die Aposteln erstlich aus vielen Personen zween solcher Männer, die sie für die tüchtigsten gehalten, benennet und fürgestellt haben, darnach das Loos über sie geworfen mit Anrufung Gottes, daß er wollte zeigen, welchen er unter diesen zweien zu solchem Ampt vorziehen wollte. Dabei ist Gott gewesen, und will noch dabei seyn, und seinen Segen dazu geben, wo man, solchem Exempel nach, in Gottesfurcht und Anrufung in diesen Sachen ernstlich handelt. Wo man aber anders suchet, so wird auch wenig Seegens und Gottes dabei seyn.

Darum bitten wir unterthäniglich und um Gottes willen, vermahnen auch beide E. F. G., als die wir solches in unserm Ampt zu thun schuldig sind, sie wöllen unsre angezeigte Meinung und Ursach Gott zu Lob, und eigner Seligkeit und Landen und Leuten zu gut, welche je[54]) auch sind die Leute und Seelen, dafür Christus sein Blut vergossen und den Tod gelitten hat, bedenken und zu Gemüth führen, und dieser unsrer Bitt und Vermahnung Statt geben. Wir wissen wohl, wie fern sich unser Ampt und Vermögen erstreckt, und maßen uns nicht höheres an denn uns gebührt, bitten und vermahnen und erinnern beide E. F. G. von Gottes ernstlichem Befehl. So dieß unser Bitten, Vermahnen und Erinnern nichts Gutes wirkt, müssen wir die Sach Gott befehlen. Aber dennoch werden wir durch unser Ampt gedrungen, daß wir hernach über der Fürsten Unfleiß klagen, und diejenigen, so die Fürsten hierin zu Schaden der Christenheit durch Geiz verleiten, mit harten Schriften strafen. Denn wir sinds gewiß, daß niemand mit Gott und gutem Gewissen zu solcher[55]) Kinderwahl rathen und darein willigen kann. Ein recht geordent Bisthum wäre ein nützlich Kleinod des ganzen Herzogthums und Landen Pomern und ihrer Nachbarschaft.

Darum bitten und vermahnen wir abermals E. F. G. in Unterthänigkeit und um Gottes willen, sie wollen nicht einen Scheinbischoff oder Affenwerk, sondern einen wahrhaftigen Bischoff, der sich des Ampts mit Ernst annehme, nominiren und wählen lassen. Denn in dieser Nomination nicht allein auf Erhaltung der Güter zu sehen, sondern erstlich ist das Ampt zu bedenken, darin viel großer Stück gefaßt sind, nämlich das Lehrampt, so ein Bischoff selbs[56]) zu thun schuldig, der Priester Verhör, Examen und Ordination, Aufsehung auf die Lehr und Ceremonien, Visitatio der Kirchen und Schulen, Erhaltung christlicher Zucht, mit Straf der Gotteslästerungen, Ehebruchs &c., Bestellung der Kirchengericht[57]) in Ehesachen, und so Streit der Lahr halben fürfallen, und in Summa Erhaltung christlicher Lahr und Zucht, daß solchs auf die Nachkommen erben möge, und nicht heidnische Verwüstung werden[58]).

Diese Sachen[59]) wöllen beide E. F. G. für großwichtig achten, und Gottes Ehre, eigene Seligkeit und E. F. G. Herzogthum und Landen Nutz und Wohlfahrt bedenken, und nicht das Bisthum als ein Parteken[60]), ungeacht des Ampts, wegwerfen. Und bitten zuletzt, wie wir nicht zweifeln, beide[61]) E. F. G. (wollen) diese unsre treue und wohlgemeinte Schrift, die niemand zum Vortheil oder zu Nachtheil, sondern allein zu Gottes Ehre bedacht, gnädiglich vernehmen. Der ewige Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi wolle E. F. G. allezeit bewahren und regiren, Amen. Datum Wittenberg am 14. May, Anno 1544[62]).

Ew. Fürstl. Gnaden

unterthänige

Martinus Luther D.
Joh. Bugenhagen Pomer D.
Caspar Creuziger D.
Philippus Melanthon.

---

50) Verba wo man et sqq. non habet Mohn.
51) geschehener] Mohn. rechter.
52) Nomination eines et sqq.] Mohn. tantum: Nomination zweier Personen.
53) Schoett. tauglich.
54) Schoett. jetzo.
55) Schoett. dieser.
56) Schoett. stets.
57) Schoett. der Kirchen Gerichte.
58) Schoett. werde.
59) Schoett. dieß Suchen.
60) Schoett. eine Parteke.
61) beide non habet Schoett.
62) *Datum* et sqq. non habet Mohn.

No. 2940. 14. Maii.

Senatui Torgensi.

Manlii farrag. p. 472. — Est epistola discipuli Melanthonis, a Melanthone ipsi praescripta.

Egregiis viris, prudentia et virtute ornatissimis, consulibus et senatoribus civitatis Torgensis, dominis et patronis suis summa observantia colendis, N. N.

S. D. Clarissimi viri: Multis argumentis mihi cognita et perspecta est benevolentia vestra erga meos parentes. Hac fiducia non veritus sum vobis per literas exponere meam necessitatem, et simul opem vestram implorare ad sustentationem meorum studiorum. Arbitror igitur, iamdudum plurimis vestris notam esse voluntatem mei patris, qui tametsi re familiari, ut scitis, tenui est: tamen virtutis amore me et fratem adhibuit ad literarum studia. Ac me quidem pater in Academia Vitebergensi aluit fere per biennium, non sine magna difficultate, in hac sua inopia. Nec poterit pater meus ut existimari facile potest, diutius ullo modo sustinere sumptus, quos Vitebergae studiorum causa facere cogor. Mihi etiam ipsi, quo magis per aetatem accresco, acerbum est, diutius oneri esse parentibus, eorumque erga me et studia mea pietate propemodum abuti. Sed magis miserum me iudico, cum cogito haec studia deponenda esse, et spem omnem parentum de meis studiis conceptam, una cum sumptibus et curis ipsorum inanem fore nisi ulterius progrediar in studiis, donec ad aliquam frugem perveniam. Id autem omnino fore (quod Deus prohibeat) video, nisi bonorum virorum beneficentia mihi opem ferat. Habeo autem praecipuam spem in vestra erga parentes meos, et omnes honestos homines vobis notos, benevolentia. Pro ea igitur vestra insigni humanitate vos vehementer oro, ut si quam potestis concipere spem de studiorum meorum profectu, et mea erga vos gratitudine, deliberetis de aliqua ratione, qua adhuc paucos annos studia mea foveri possint in Academia Vitebergensi, donec ad maturitatem aliquam perveniam, unde et vos et Ecclesia fructum aliquem ex studiis meis percipere positis. Accipio autem adhuc vacare stipendium, quod pauperibus scholasticis solet conferri: eo si meis studiis consuletis, summo beneficio me affectum a vobis putabo. Ac polliceor bona fide, me summa diligentia daturum operam, ut intelligatis hoc vestrum beneficium in me non male collocatum esse. Et hactenus quidem ita spero me versatum esse in studiis, ut praeceptorum, et aliorum quibus vita et studiorum meorum curriculum notum est, iudicium de me, facile me sperem conservaturum esse: quod ut retineam, vel potius augeam, et vestrae in me beneficentiae cum gratitudine et profectu in studiis respondeam, annitar sedulo. Quare et me vobis in hac re commendatum habeatis, etiam atque etiam rogo. Datae 18. Calend. Iunii, Anno 1544.

No. 2941. 15. Maii.

Senatui Coburg.

Edita in Schlegelii vita Langeri p. 170 sq. [Lunz.].

Den Erbarn, weisen und fürnemen, Herren Bürgermeistern und Rath zu Coburg, meinen günstigen Herren 2c.

Gottes Gnad durch seinen Eingebornen Sohn, Jesum Christum, unsern Heiland zuvor, Erbare, weise, fürnehme, günstige Herren, Auf Ewr Weisheit Begehr, hab ich den Wolgelarten und sittigen Magistrum Johann Weißgerber*), für mich erfordert, und ihm E. W. Schrifft fürgehalten, daruff er mit aller Zucht und Anzeigung seiner Dankbarkeit gegen E. W. diese Antwort gegeben, er erkenne sich schuldig, E. W. und seinem Vaterland zu dienen, so sey ihm auch Hülff von E. W. zum Studio geschehen, dafür er E. W. zu aller Demuth Dank sage, und wolle seine Dankbarkeit mit seinen Diensten mit der Zeit erzeigen und beweisen: Es habe aber zu dieser Zeit mit ihm diese Gelegenheit, daß er noch länger in der Universität bleiben möge, welches er um Besserung willen seiner Studien für ein besonder Gottes Gabe achte, und hoffe also mit der Zeit, so er länger studirt, viel nützlicher zu dienen, darum bitte er E. W., sie wollen ihn uff dißmal aus der Universität nicht abfordern. Als ich nun diese seine Meinung vernommen, und gemerkt, daß er in der Universität noch zur Zeit, so viel ihm möglich, zu bleiben fürhätt, hab ich mich weiter von Ewr Schul erkundiget, und bin von Magistro *Marcello* bericht, daß Höffler, der bis anher die Schul bei euch regirt hat, ein guter

---

*) Hic *Weifsgerberus* non ita multo post, ut videtur, electus in Hoefleri locum, obiit an. 1561. v. *Schlegel* d. l. p. 88. (g). [L.]

Grammaticus ſey, und zum Schul-Ampt tüchtig. Nu iſt ein Wolgelahrter und ſittiger Magister allhier, Magister Simon Schwalb, von Lichtenfelß*), der erbeut ſich, neben gedachten Höfflern, als den eltern, zu dienen, alſo, daß Höffler in ſeinem Stand und der oberſt in der Schul bleib. Zu dieſem Magistro Schwalben rathe ich treulich, denn er iſt ſehr gelahrt, und ſittig, und hat viel guter Tugenden; ſo ſehe auch dieſe Sach an, als ſey Höffler, aus Anhalten und Practiken etlicher Perſonen, von der Schul-Regierung abgedrungen, welches doch E. W. als die den Mann kennen, und Tugend lieben, wol in beſſere Weg zu richten wiſſen. Und wiewol ich Magistro *Nicolao* Culmbacher gutes gönne, und ihn zu fördern geneigt bin, ſo will ich doch nit rathen, daß er zum Oberſten in der Schul geſetzt werde, und kenne ihn alſo, daß ich achte, er werde in andern Aemptern, da er allein iſt, beſſer zu gebrauchen ſeyn, denn da er neben andern ſeyn, und mit zween oder dreyen ſich vergleichen ſoll, beſorg ſein Sitten und Kopff ſey zu hart dazu. Wo nun E. W. den Höffler in Ampt bleiben ließen, wollte ich guter Meinung rathen, daß gedachter Magister Simon Schwalb, als die andere Perſon, zur Schularbeit erfordert werde, dazu er ſich auch uff mein Anzeigung erbotten. Es hat auch E. W. Stadtſchreiber von einem, Inſprucker genannt, zuvor an mich geſchrieben, der iſt itzund nicht allhier, und ob er gleich allhie wäre, ſo iſt ihm Magister Simon weit fürzuziehen, dazu iſt zu bedenken, daß in der Schul-Regierung ein ſolcher angenommen werde, der die Studia Grammaticae und Dialecticae und das Latein zu ſchreiben und zu reden in Uebung bringe, und ſich darum fürnehmlich annehme, nicht andre Sachen größer acht, und dieſes, als das nöthigere, verſäume. Dieſe meine Schrifft, bitte ich, wollen E. W. von mir günſtiglich annehmen, und nicht arger Meinung verſtehen, denn ſie von mir treulich gemeinet, hab auch nichts aus Gunſt, oder Ungunſt, zu dieſer, oder andern Perſon, geſchrieben, und ſtell alles zu E. W. weitern Bedenken, und E. W. zu dienen bin ich willig. Dat. 15. May. 1544.

E. W. williger

Philippus Melanthon.

*) Cf. *Melanthonis* ad Ioach. Camerar. epist. scr. an. 1544. die Ioh. Baptistae, unde liquere videtur, tum Schwalbio Conrectoris provinciam esse mandatam. [Lunz.] Vid. de Schwalbio etiam epist. Mel. d. 19. Maii h. a.

No. 2942. 15. Maii.

N. N.

† Ex apographis in cod. Goth. 19. p. 70., cod. Goth. 168. p. 171. et cod. Monac. 66. p. 164. — In cod. 19. inscribitur: „De quodam, qui filiam sororem duxit in uxorem, cum consilio Theologorum in hoc casu." — Ad quemnam scripta sit, codices non declarant.

(*N. N.*)

Age tandem, humanissime D. Magister, candidissime amice, habes tandem quod pollicitus sum de Theologorum cautelis; sed propter temporis penuriam ad pauca redigo.

Et primum historiam recito. Domino D. Mart. *Luthero*, olim Erphordiae confessore existente, puella quaedam ex honesta familia et pudica cuidam servivit diviti mulieri viduae, cuius filius adolescens[1]) captus forma et amore puellae sollicitavit eam ad concubitum. Indignum facinus aversans puella[2]), ut honestam decet, aliquoties a se repulit adolescentem furiosum. Denique cum quotidie magis magisque instaret et in eo suo illicito instituto[3]) perseveraret, puella rei indignitate impulsa[4]), ut famae consuleret, suamque pudicitiam ex summa infamia vindicaret, matri rem ordine narrat. Mater, re deliberata, init rationem cum puella, iubetque in filii amorem consentire, et certam horam noctis, qua convenire et rem perficere tutissimum videretur, constituere[5]). Se enim eo ipso constituto tempore eius occupaturam lectum, hacque occasione filium tam indigna conantem repressuram. Consilium probat puella; init pactum. Filius hora noctis praefinita[6]) adest petens ex pacto concubitum puellae. Mater, quae ante filii furores hac arte cohibere ac frenare constituerat, victa libidine instinctu diaboli filio[7]) prostituit corpus. Nascitur ex indigno et incesto concubitu puella[8]), quam expositam et ab aliis educatam mater tandem ad se recipit. Idem filius, omnium tamen rerum ignarus, et hanc amare incipit, ducitque in uxo-

1) *adolescens* cod. Goth. 19. non habet.
2) Cod. Goth. 19. *adversatur puellae.*
3) Cod. Mon. *proposito.*
4) Cod. Goth. 168. *compulsa.*
5) Cod. Goth. 19. *constituit.*
6) Cod. Goth. 19. *praesenti.*
7) *filio* non habet cod. Goth. 19.
8) Cod. Goth. 168. *foemella.*

rem. Mater dubia et desperabunda in agone mortis sentiens conscientiae remorsum[9]), peccatum confitetur. Res ad collegium Theologorum defertur, cumque diu de iure ambigeretur, ut in casu inusitato, tandem lata sententia est, ut afflictae conscientiae matris consuleretur absolutione, filio autem matrimonium, iam diu sponsalibus, solemnitatibus nuptiarum copulaque carnali confirmatum, concederetur. Probavit *Lutherus* sententiam et decisionem Theologorum. Portam enim absolutionis, ut tunc vocabant, nunquam clausam esse oportere[10]) peccatoribus, es falle einer so tief er wolle. Laudavit etiam rem ita occulte inter theologos transactam. Hic postea Lutherus adiecit adhortationem, admonuitque theologos iuniores, ut caute agerent cum pertubatis conscientiis, ne confitentibus peccata[11]) laqueum iniicerent, neque afflictionem afflictis adderent.

Visus est autem Lutherus hac ipsa historia reprehendere cuiusdam theologi iniqui petulantiam in Köthen, in diverso casu, quem etiam brevibus recito. Pastor quendam confitentem[12]) adulterum ad magistratum detulit. Kothensis Senatus, non habita ratione circumstantiarum, apud iudices Lipsenses quaerit de iure. Lipsenses, casu nude intellecto ferunt sententiam iudicii capitis[13]). Eam exequntur Kothenses, decollantes miserum. Brevi post, ubi patefactum est proditum hunc a Pastore, iudices Lipsenses palinodiam cecinerunt, et decollato factam iniuriam affirmarunt[14]). Non enim iudicio criminis reum agere aliquem posse sacerdotem ex confessione, ubi solum[15]) remissio peccati impertitur, non agitur ministerium gladii. De eo in Decretal. cap. *si sacerdos* etc. de officio iudicis ordinarii habetur. Verba sunt: si sacerdos sciat, aliquem esse pro certo reum criminis, vel si confessus fuerit, et emendare voluerit, (nisi iudiciario ordine quis probare possit), non debet eum arguere nominatim, sed indeterminate, sicut inquit Christus: unus vestrum me proditurus est. Sed si ille, cui damnum illatum est, petierit iustitiam, potest excommunicare auctorem damni, sed tamen non nominatim potest eum removere a communione, licet sciat, eum reum esse, quia non ut iudex scit[16]), sed ut Deus. Sed debet eum admonere, ne se ingerat, quia neque Christus Iudam a communione removit.

Haec tibi simpliciter narranda potius quam declaranda existimavi. Quam autem necessaria fuerit admonitio, ex rei magnitudine intelligi potest. Quare etiam rem tibi cogitandam relinquo. Vale feliciter. Dat. Wittenbergae pridie idus Maii anno 1544[17]).

Phil. Melan.

9) Cod. Goth. 19. *morsum.*
10) *oportere* non habet cod. Goth. 19.
11) Cod. Goth. 19. *peccatum.*
12) *confit.* cod. Goth. 19. non habet.
13) Cod. Goth. 19. *capitalis.*
14) Cod. Goth. 19. *affirmant.*
15) Cod. Goth. 19. *sola.*
16) Cod. Goth. 19. *Iudae ut sciat.*
17) Cod. Goth. 19. *linquo. Vale. Idus Maii* 1544. *Ph. M.*

No. 2943. 19. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 462 sqq. (ed. Lond. IV. ep. 327.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi Rectori Acad. Lipsicae amico suo carissimo,

S. D. Magna mihi cum hoc *Fabiano* Pruteno familiaritas est. Nam prudentiam ac diligentiam eius cognitam et spectatam habeo, quia nostras litteras ad Ducem *Albertum* mittere solet, cuius liberalitate in Academia alitur. Volui eum tibi quoque notum esse. Nunc Augustam proficiscitur, ut illam Germaniae oram videat. Cum autem *Musculus* mihi recens scripserit, *Antonium Hyparchum* ex urbe Henetorum magnam partem Graecorum voluminum, quorum vidisti Catalogum, Augustam misisse, hortatus sum *Musculum*, ut edi commentarium in τετράβιβλον Ptolemaei curet, et si quid praeterea inveniet insignium monumentorum. Si libet addes aliquid litterarum.

Laterensis amplissimum argumentum nobis proposuit, de quo cogitans, facilius volumen quam λόγον ἐπιδεικτικὸν hac usitata forma condi posse iudico. Sed annitar, ut aliquid extruam, ut tibi morem geram.

Cohortationem *Alesianam*, et alteram concionem de Ieiunio legit *Lutherus*, et valde pro-

bavit. Ego utilissimum iudico talibus scriptis interdum accendi bona ingenia. Legunt enim aliqui boni et commonefacti de reb. honestis diligentius cogitant. Et haec ἐπαγωγὰ magis capiunt animos, quam scripta ἐλεγκτικά. Quare tibi pro his operis Ecclesia gratias aget, et ego nomine Ecclesiae nunc tibi gratias ago.

Si possem abesse ab Academia, excurrerem ad te, ut meas tibi miserias exponerem, et tuo consilio uterer. Arbitrabar iras placatas esse. Sed novam criminationem coniugis a Rheni ripa misit *). Etsi video quantum sit dedecoris, tamen ut in malis, αἱρετώτερον videtur, postquam illam annos novem omnib. contumeliis vexavit, nunc eam restitui, cum se causam nactum esse clamitat. Sanari res humano consilio non potest. Itaque tantum a Deo aeterno patre Domini nostri Iesu Christi auxilium et petatur et expectetur. Si quid significabitur tibi harum rerum, pro tua prudentia et nostra amicitia iudicabis, quantum iratis **) credendum sit. Nam ego nec litigari, nec dimicari cum quoquam volo, meque et alios non sine magno dolore reprimo, sed expecto divinum auxilium: simplex consilium habeo, et do idem aliis, ut feratur quod necesse est. Bene et feliciter vale, die XIX. Maii.

Philippus Melanth.

*) „Sabinus Spirae vult repudiare Philippi filiam." C. W.
**) G. Sabino.

No. 2944. 19. Maii.

Ph. Roseneckero.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. no. VII. p. 61 b.

Clarissimo viro, prudentia et virtute praestanti, Dom. Philippo Rosenecker, Doctori Iuris, Cancellario Illustriss. Ducis Saxon. Iohannis Ernesti, patrono suo.

Clarissime vir. Cum hic Magister *Simon Schwalb*, consobrinus Secretarii Illustriss. Ducis Saxoniae etc. Principis Iohannis Ernesti, propter valetudinem in patriam proficisceretur, me rogavit, ut se vobis commendarem, quod eo feci libentius, quia scio, vos pro excellenti vestra prudentia et favere bonis ingeniis, et, ubi conceditur, libenter ea adiuvare. Tanta est autem eruditio in philosophia et graecis et latinis literis, tanta virtutis et animi moderatio in hoc *Simone*, ut in Academia nostra a doctis omnibus et bonis cunctis plurimi fiat. Ac spero, futurum, ut libenter eum complectamini cogente eius virtute, sed illud etiam oro, ut, si erit occasio, adiuvare eum velletis. Non operam suam scholae *Coburgianae* obtulit, de qua cum ad me Senatus Coburgensis scripsit, mentionem huius feci *). Scio enim, non solum eruditione praeclare instructum esse, sed etiam consilio pollere, ac videre quo ordine, qua via iuventutis studia in literis regenda et provehenda sint. Valetudo eum hortatur, ut in patriam redeat, alioqui in Academia locum honestum habiturus erat, et habebit, si quando ad eam redibit, quod quidem facere eum magnopere optarim. Nam si in hac assiduitate discendi absolveret inchoata philosophiae studia, magno eum ornamento universae Germaniae fore non dubitarem. Qua de re cogitare vos optarim. Nam si hoc ingenium provehetis et authoritate vestra apud principem adiuvabitis, inter caetera vestra merita erga rempublicam hoc quoque beneficium numerabitur. Haec scripsi ad vos simplici animo, ac rogo ut meas literas boni consulatis. B. V. 19. Maii 1544.

*) Vid. ep. d. 14. Maii.

No. 2945. 23. Maii.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 697 sq.

Michaeli Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Mira mihi ex Conventu Spirensi et multa scribuntur. Sed hoc praecipuum est. Iterum erit Conventus mense Octobri, in quo vult Imperator perfici conciliationem dogmatum, aut ipse pronunciaturus est, quid sentire de Religione Germanos velit. Si hoc fiet, nova et ingens perturbatio erit Reipublicae. Sed Deus haec gubernabit.

Illud vos oro. Mille aureos apud me deposuit puella, filia Doctoris *Christiani*, tanquam

apud tutorem. Hoc cupimus apud aliquam civitatem pro pensione certa collocare, ut pro quinquaginta annis. Oro igitur, ut me adiuvetis in eo negotio. Etsi *Northusanus* Senatus solet tales venditiones facere, adiuvare nos, ut haec pecunia Northusiae collocetur. Bene valete. Die gloriosae Ascensionis Christi 1544. Filii, Dei beneficio, recte valent, et discunt.

Philippus.

No. 2946. 23. Maii.

(*G. Spalatino.*)

† Ex apogr. in cod. Dresd. scrin. C. 140. p. 3 b. ep. 4. a Gersdorfio descripta.

(*Georgio Spalatino*)*)

S. D. Huius diei disputationem**) tibi mitto, et Lipsicas aliquot pagellas, quarum lectionem iucundiorem tibi spero fore, quam fabellas de conventu Spirensi, quae sane multae passim feruntur. Sed in his hoc est maxime dignum memoratu: Mense Octobri rursus cogendus erit conventus, in quo aut conciliatio dogmatum perficietur, aut imperator ipse pronunciaturus est, quid sentire Germanos velit. Novum exemplum diiudicationis controversiarum ecclesiasticarum. Audio monachum esse apud imperatorem Franciscanum indoctum et furiosum, qui assiduus incitator esse dicitur, ut imperator deleat Lutheranas ecclesias. Sed spero Deum defensurum esse nostras ecclesias. Bene vale et rescribe. Postridie gloriosae ascensionis Christi 1544.

Ph. Mel.

No. 2947. 24. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 466 sq. (ed. Lond. IV. ep. 329.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo,

S. D. Reddidit mihi heri *Caspar* statim e curru descendens epistolam tuam, plenam pietatis erga Deum, et amoris erga me. Etsi autem non nihil accusari me intelligo, quod videar indulgentior in meos, quod idem mihi *ὁ ἰξίων* obiecit ante biduum, tamen si tibi et natura illius penitus, ut mihi nota esset, et hoc negocium inquisitum, veniam dares meo dolori. Et tamen hactenus ordine feci omnia. Ac fecisse poenitet. Facta est ante eius iter reconciliatio, dixit ipse *ἀμνηστίαν* fore. Postea rediens e Lipsia mittit commenticiam epistolam scriptam nescio cuius adolescentis nomine. Deinde cum advenisset postridie expostulat, ait clam litteras et dona accepta esse. Talibus ludit poëmatis. Heri discedens me artificiose adoritur, se abire, si velim, filiam mitti iubet post aliquot dies. Ubi haec didicerunt? qui nec Dialecticos norunt, nec captiones causidicorum? cogitant alterutrum fore, ut illa aut obtrusa dicatur, aut vi retenta. Petimur insidiis, oneramur probris. Nullas litteras, nullam religionis aut virtutis doctrinam istud genus amat. Et tu mihi tantopere praedicas. Vixi hactenus sine dedecore. Si hoc dedecus ab istis oblatum, mihi subeundum erit, feram, memini enim me Deo poenas debere multorum lapsuum. Et causas considero, et Ecclesiae exempla multa mihi propono. Nec tamen desinam orare Deum, ut me iuvet, et expectabo liberationem. Te quoque oro, ut memineris versum amici, ad amicum calamitosum: *οὐδεὶς ἀλάστωρ τοῖς φίλοις ἐκ τῶν φίλων*, ne propter ullos a me animo sis alieniore, quocunque res cadet, etsi adhuc quidem omnia feci moderatius, quam vellem factum. Insomnem egi totam hanc noctem oppressus magnitudine doloris. Te oro, ut Deo me piis votis commendes. De *Sabino* tibi contra animi mei sententiam morem geram. Quicquid autem non egero, sed acturus sim, faciam te certiorem. Mitto tibi et *Laterensi* exemplum disputationis proximae. Nam plura nunc non habebam. Bene vale, die Maii XXIIII.

Philip. Melanth.

---

*) Caret quidem apographon inscriptione, sed legitur haec ep. media inter epp. Spalatino scriptas. Inveni etiam Spalatini epistolam ad Ionam d. d. Vta Pentecostes 1544., ubi haec leguntur: „Mihi scribitur apud Imperatorem esse furiosum et indoctum monachum Franciscanum, assiduum instigatorem ad delendas Ecclesias Lutheranas." — Haec ex Mel. epistola esse repetita quisque videt.

**) Videtur esse disputatio Theodori Fabricii et Stanislai Lithuani. Vid. Scripta publ. T. I. p. 87 b.

No. 2948. 24. Maii.

I. Stigelio.

Stigelii poëm. T. III. Danz. ep. 10. cod. Goth. 188. ep. 73.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, Professori linguae Latinae in Academia Wittenbergensi, amico suo, S. D.

Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, conditorem societatis humanae, et auctorem admirandae procreationis, qua nasci vult aeternam Ecclesiam, ut tuo coniugio faveat, tibi et coniugi tuae honestissimae adsit, vos regat et servet et pectora vestra connectat vera et aeterna benevolentia, qua fruamini laeti ac tranquilli, in hac vita, et in coelesti. Magna sunt praesentiae Dei testimonia in hoc vitae genere, quae considerans magis amare hoc ipsum vitae genus et coniugem debebis. Nisi me Respub. domi retinebit, veniam ad Nuptiale sacrum, et adferam Academiae munus. Nunc vero mitto tibi viginti aureos, acceptos a nostro quaestore *Ioanne Rhaw*, teque rogo, ut mihi quam primum significes, an nuntius fideliter reddiderit. De collegarum erga te voluntatibus sciscitatus sum diligenter, ac invenio, totam illam fabulam commentitiam esse. Omnes de te, quod mihi vere affirmanti credere potes, amanter et honorifice sentiunt. Et nunc quidem in toto nostro coetu neminem esse iudico, cui discordias aut dissidia serere libeat. Nec puto, aulicos nuptiali tuo tempori stomachari, quod aliquantisper absis, praesertim cum norint, eos, qui adsint, mediocrem assiduitatem praestare. Nec aulicis iudiciis, sed vera ratione metiamur ea, quae agimus. Ego fideliter, ubi potero, obsistam, ne ullae inter nos discordiae excitentur, ac fuisse mea consilia semper, cum in schola, tum in Ecclesiis, συμβιβάστικα, multi iudicare possunt. Deum oro, ut mentes et studia nostra gubernet ad communem salutem. Bene vale. die 24. Maii 1544.

Philippus Melanthon.

Pudicissimae *Sponsae* Clariss. viri Ioannis Stigelii.

Coniugium vestrum sit felix numine Christi,
Inque Deo sit mens una, sit unus amor.

Philippus optat viro optimo, et Poetae optimo, Ioanni Stigelio, et pudicissimae Sponsae eius, felix coniugium.

No. 2949. 25. Maii.

F. Myconio.

† E collect. Ballenst. V. I. p. 161.

Clarissimo viro eruditione et pietate praestanti D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothanae, amico suo carissimo,

S. D. De conventu res digna memoratu ad me scripta est, futurum alium conventum mense Octobri, in quo vult *Carolus* Imperator perfici inchoatas dogmatum conciliationes, aut pronuntiaturus est ipse, quid de religione Germanos sentire velit. Audis novum et inusitatum exemplum diiudicationis controversiarum Ecclesiae. Sed Deum oremus, ut Ecclesias suas regat et defendat.

Confirmari vocem tuam gaudeo, teque magnopere oro, ut dicendi contentionem vites, quae et pulmonem et tracheam arteriam desiccat. Vides, quietem hactenus tibi profuisse, et profuturum deinceps spero. Propositiones proximae disputationis*) tibi mitto, quarum lectionem spero tibi maiori voluptati fore, quam fabellas conventus. Bene vale. d. 25. Maii.

Philippus Melanchthon.

No. 2950. 29. Maii.

Georg. Lythalskio.

† Ex apographo in cod. Monac. 58. no. IV. p. 225b.

Illustri et Magnifico viro, Domino Georgio Lythalsky Castellano Landensi, patrono suo colendo.

S. D. Illustris et magnifice domine. Non dubito, quin pro tua prudentia inter caeteras reipublicae partes etiam studia iuventutis tuenda et ornanda bono gubernatori statuas. Quare speravi, te non gravatim auditurum esse causam adolescentis *Mazinchi*, cuius studia cum Reverendissimus Episcopus Posnaniensis certa pensione adiuverit, nunc de domini promissis, postquam illum Deus

*) D. 29. Maii, quo die Theodorus Fabricius et Stanislaus Lituanus Doctores Theologiae renunciabantur. Vid. Scripta publ. Acad. I. p. 87b.

ex hac vita evocavit, adeundi sunt executores testamenti. Ait, se hoc anno promissam pecuniam nondum accepisse, et exponet sua oratione quantum petat, et quibus argumentis petat. Cum autem ingenio valeat, et liberali doctrina excultus sit, et in oratione latina non solum copia sermonis se instruxerit, sed etiam se adsuefecit ad rectae constructionis formam et ad perspicuitatem, usui futurus est Reipublicae. Ad eas ingenii dotes gravitatem morum eximiam adiunxit, et qualis sit industria in eius tyrocinio conspici potuit, cum in aula Episcopi Posnaniensis vixit. Prodest autem reipublicae, tueri et provehere talia ingenia. Quare etiam atque etiam oro, ut authoritate tua perficias, ut promissum domini munus obtineat. Gloriosum est in causa iusta simul et honesti hominis studiis consulere et prodesse Reipublicae. Et, ut audio Episcopi mortui iustitiam laudari, gratum etiam mortuo facies, si curaveris, ne merita pensione hic *Mazinkius* defraudetur. Non enim existimemus, una cum vita corporis extingui curam iustitiae, et cogitationem de nostris. Imo in illa animorum puritate verior est cura rerum honestarum. Postremo oro, ut meas literas boni consulas. Magnificentia tua novit enim huius mei loci scholastici humilitatem; sed tamen auditorum causas suspicere nos et ad gubernatores adferre decet, ut Aristoteles et alii philosophi etiam civitatum causas ad Alexandrum deferebant. Bene et foeliciter vale. Die 29. Maii, quo ante annos unum et nonaginta capta est Constantinopolis*), cuius tristissimi exempli cogitatio nos hortetur, ut Deum oremus, ut Ecclesias suas et honesta regna, quae Ecclesiis hospitium praebent, et doctrinam literarum adversus Turcicam barbariem defendat et servet, quod quidem facturum esse non dubito. Nam etsi orbis terrarum castigabitur, tamen Deus rursus depellet Turcas et Ecclesiam suam liberabit.

No. 2951. **30. Maii.**

Theologi Witeberg. ad Consiliarios Ducum Pomeraniae.

Ex autographo scribae, cui Theologi ipsi subscripserunt, quod asservatur in tab. Consistorii Stettinensis editum in Mohnike's Kirchen- und literarhistorischen Studien und Mittheilungen I. 1. 197., unde illud de Wettius inseruit epistolis Lutheri T. V. p. 660. At etiam hoc scriptum a Melanthone conceptum et a scriba descriptum est, quare etiam Melanthon passim verba scribae correxit. De re ipsa vid. ep. d. 14. Maii h. a.

Den Wohlgebornen, Edlen, Ehrnfesten, Gestrengen Grafen und Herrn ꝛc., der Durchleuchten, Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Barnims und Herrn Philippsen, Herzogen zu Pomern ꝛc., zusammen verordneten Räthen, jetzund zu Sweyna, unsern gnädigen und günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Wohlgeborne, Edle, Ehrnfeste, Gestrenge und günstige Herrn. Ewr. Gnaden und Ehrnfesten fügen wir zu wissen, daß wir guter, treuer Wohlmeinung an die Durchlauchten, Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Barnim und Herrn Philippsen, beide Herzogen in Pomern ꝛc., unsre gnädige Herrn, eine unterthänige Schrift von der Nomination eines christlichen Bischoffs vor etlichen Wochen gesandt, dazu wir aus christlichen Ursachen, und zum Theil aus schuldiger Pflicht gegen dem Vaterland bewegt worden. Denn als wir vernommen, daß beide Ihr F. G. von gemeldter Nomination nicht einträchtig, sind wir wahrlich derselben sehr erschrocken, und beides bedacht, daß aus Uneinigkeit beider regierenden Fürsten viel Verhinderung im Regiment und großer Jammer zu besorgen, item daß unrechte Bestellung des Bisthums ewigen Schaden in Kirchen wirken würde.

Wiewohl wir nu geringe Personen sind, so wissen doch E. G. und Ehrfeste, daß Gottes Befehl und Ordnung ist, daß wir als Prediger und Lehrer zu Erhaltung göttlicher Erkenntniß und Anrufung hohe und niedrige Stände vermahnen sollen. Darum wir an hochgedachte beide Fürsten eine gleichlautende Schrift in Unterthänigkeit gesandt, und nachdem uns hernach angezeigt, daß beide Ihr F. G. verordnet, daß etliche Ihrer F. G. fürnehmste Räthe zusammen kommen sollen, von dieser Sach zu reden, wie beide Fürsten der Nomination halben zu vergleichen, daß Fried und Einigkeit bleibe, und daß das Bisthum recht bestellt werde, haben wir bedacht, an E. F. und Ehrfeste auch zu schreiben.

Und bitten erstlich unsern Heiland Jesum Christum, er wolle auch in euerm Rath seyn, wie er gesprochen hat: wo zween oder drey in meinem Namen zusammen kommen, will ich bei ihnen seyn. Nu sind E. G. und E. in Gottes Namen zusammen gesandt, das ist, aus Befehl der Oberkeit um Friedens willen und Gottes Ehre zu fürdern: darum wir billig bitten sollen,

*) A. 1453.

daß unser Heiland Jesus Christus eure Herzen mit seinem heiligen Geist regiren und zu gutem Rath neigen wolle. Und wiewohl wir nit zweifeln, E. G. und E. sind selb geneigt, mit großem Ernst und Fleiß Einigkeit beider Fürsten und Frieden zu erhalten, und rechte Gotesdienst zu fürdern: so haben wir doch E. G. und E. nit verhalten wollen, was wir an beide Fürsten geschrieben, und senden E. G. und E. hiemit die Copie gemeldter Schrift, mit Bitt, dieselbige zu lesen und anzuhören. Und bitten weiter, E. G. und E. wollen auf gedachten christlichen Weg auf beiden Theilen arbeiten, daß beide Fürsten einträchtiglich willigen, einen solchen Bischoff zu nominiren, der Alters und Verstands halben zum bischoflichen Ampt tüchtig sey, wie solchs in Gottes Wort oft befohlen ist.

Ew. Gnaden und Ehrfeste wissen selb, als die weisen und gottförchtigen, daß erstlich der Bisthum, Capiteln und Stift Fundation nicht zum Pracht oder zum Müßiggang gemeint sind, sondern daß sie ein besonder Zier und Trost der Landen seyn sollten, und sollten dienen zu bestehender ewiger Erhaltung christlicher Lehr, Religion, Zucht und guter Künsten, nämlich daß für und für vielgelahrter, verständiger, geübter Männer wären, bei welchen die Herrschaft, Ritterschaft und Städte in christlichen und vielen andern Sachen guten Rath finden möchten, item daß gemeldte Bischöff und Capitel ein Aufsehen hätten auf die Lehr und Ceremonien in den Kirchen des ganzen Landes, hielten die Ehegericht, und handhabten gute Zucht und gute Sitten. Wenn nun das Bisthum Camin jetzund in solcher guten Reformation und Ordnung stünde, so ist öffentlich, daß dasselbige Bisthum ein schön Kleinod wäre aller Land umher, und wäre den löblichen Fürsten und der Ritterschaft tröstlich und eine Freud: zudem, daß Gott an solcher Ordnung ein Wohlgefallen haben, und würde dazu seine Gnade und reiche Belohnung geben, wie er spricht: wer mich ehret, den will ich auch zu ehren bringen, und wer mich verachtet, den will ich auch veracht machen. Nu sehen aber E. G. und E., wie das Bisthum leider nu viel Jahr wie ein verwüster Gart gestanden. Der Bischof hat seine eigene Kirchen ohne Seelsorger stehen lassen, viel weniger hat er sunst im Land visitirt; er hat kein Consistorium zu Ehegerichten gehalten, und, in Summa, nichts gethan, das zum bischöflichen Ampt gehört. Dieweil denn diese Versäumniß, so bis anher geschehen, viel Schaden gebracht, und so nicht ein verständiger, fleißiger, ernster Bischof gewählt würde, die Sünden, Gottes Verachtungen und Strafen größer werden wollten: so kann ja ein jeder Verständiger sich selb erinnern, was er in diesem Fall zu rathen schuldig ist. Dieweil nu Gott die Sachen also gnädiglich gefüget, daß man das Bisthum in Besserung, allen Fürstenthumen in Pomern zu gut, bringen kann, und ist auf beiden Seiten der Schade und Nutz, Gottes Verboth und Geboth also öffentlich vor Augen, daß wir nit achten, daß in euerm Rath jemand sey, der unserm Bedenken zuwider rathen wolle oder gedenke, oder dagegen practicire. Darum wir auch deß kürzer geschrieben, euch allein der Rede Pauli zu erinnern, der besonder von Erwählung der Bischof und Kirchendiener gesprochen: es soll sich niemand fremder Sünden theilhaftig machen. Wer nu gute Bestellung des Bisthums verhindert, der macht sich aller dieser Versäumniß und Verwüstung schuldig, welche aus böser Bestellung folgen wird; und so Unfriede zwischen den Herzogen fürfiele, welchs Gott gnädiglich verhüten wolle, wären dieselbigen fürnehmlich Anfänger und Ursacher des Jammers, die jetzund diesen Rath giben oder stärken, daß nicht ein Bischof soll nominirt werden, deß Alter und Verstand zum Ampt tüchtig ist.

Man bedenke doch die Nachkommen. Obgleich jetzund die löblichen Fürsten selb ein Aufsehen auf die Lehr haben, und die Visitation und viel Kirchensachen aus ihrer Kammer erhalten, so ist doch zu besorgen, die Nachkommen werden sich dermaßen nicht beladen. Wo denn das Bisthum dieweil auch wüst wär worden, und nit Consistoria und andere Nothdurft darin angericht, so würde eine jämmerliche Barbarei folgen.

Und wiewohl wir E. G. und E. alle der Tugend achten, daß sie das Kirchengut nicht begehren, so können wir doch nit unterlassen, E. G. und E. zu erinnern, daß sie bedenken wollen, daß nicht recht ist, solche Güter, die zu nöthigem Brauch der Kirchen, als zum bischoflichen Ampt, Visitation, Gerichten rc. verordnet sind, zu sich zu bringen, und der Kirchen Nothdurft vergessen; und sündigen hierin die Thäter, und die so dazu helfen mit Rath oder That. Denn fremde Güter begehren und entziehen der Gemeine oder Privatpersonen ist unrecht, daß weiß männiglich.

So wissen E. G. und E., daß in der Regirung allerlei fürfället, dazu man Güter bedarf, darum auch Gott in seinem Volk dieses geordnet hat, daß eine jede Person über zwanzig Jahr zu Erhaltung des Tabernakels oder Tempels alle Jahr so viel hat geben müssen, als ein Ort eines rheinischen Florens, das ist jährlich auf etliche Tonnen Golds geloffen. Und der Prophet Hagäus spricht: darum kommen Theurung, daß man dem Tempel nicht geben, das man ihm schuldig ware. Darum wollen E. G. und E. treulich rathen, daß das Kirchengut zu Gottes Ehren, Erhaltung rechter Reli-

gion, der Ehegericht und guter Zucht und Studien gebraucht, und nicht vergeblich verbracht und zerstreuet werde.

Diese unsre christliche Erinnerung, die in der Wahrheit treulich und niemand zum Nachtheil oder Beschwerung gemeint, wollen E. G. und E. gnädiglich und freundlich von uns annehmen, wie wir nit zweifeln, E. G. und E., als Liebhaber der Tugend, werden ihnen diese unsre Schrift nicht mißfallen lassen, und selb diese Sach auf christliche Wege treulich richten, das wird Gott belohnen. Und E. G. und E. sind wir zu dienen willig. Datum Wittenberg am 30. Tag May, 1544.

Ewr. Gnaden und Ehrnfesten
willige
Martinus Luther D.
Joh. Bugenhagen Pomer D.
Caspar Creuziger D.
Philippus Melanthon.

No. 2952. 31. Maii.

Io. Sutelio.

† Ex autographo Mel. in tabular. Senatus Suinfortensis, descripta a pl. R. Sixtio, Pastore in Sennfeld.

*Egregia eruditione et pietate praedito D. Iohanni Sutelio, Pastori Ecclesiae Troianae**), *amico suo.*

S. D. Gratiam tibi habeo, quod *Hieronymum***), quem tibi commendavi, amanter complexus es. Ipse etiam pollicetur, se concordiae studiosum fore, quae teneris Ecclesiis fovendis profecto necessaria est. Mitto tibi recens disputatas hic propositiones, nam hoc tempore nihil novi habebam praeter has pagellas. Heri ex Pannonia literas accepi, quibus significatur, mediocriter propagari Evangelium passim in Hungaria cum in iis locis, quae tenent Turci, tum in reliquis quae nondum occuparunt, ac scribunt pii se gratulari sibi hanc consolationem, quod in ruina Regni politici tamen discant veram invocationem dei et doctrinam de regno dei. Bene vale, pridie cal. Iunii.

Philippus Melanthon.

*) i. e. Ecclesiae in oppido Schweinfurt.
**) Hier. Rauscher. Vid. supra d. 18. Apr.

No. 2953. (exeunte Mai.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 461 sq. (ed. Lond. IV. ep. 326.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo carissimo,

S. D. Equidem gratiam tibi habeo, quod cura et cogitatione tua, meorum miserias complecteris, quibus etsi moveor, tamen te volo tui etiam rationem habere. Totum hoc genus Henetum suspicax est, et inprimis in me multorum oculi intenti sunt: Erunt qui dicent, te a me subornatum esse, ut hanc fabulam agas, meque in aliena Repub. meos astute καὶ πλεονεκτικῶς collocare: quod si molirer, fortasse consilium mihi non deesset. Sed eo ex nostra urbe et a meo complexu filiam avelli passus sum, ut suspiciones similes certorum hominum, quorum mihi κακοήθεια perspecta est, aperte refutarem. Nolim igitur te istic*) mea caussa vehementius contendere, ac in te suspiciones malevolorum derivare. Fortassis et *Sabinus* magis appetit littus Balthicum, quam Philyram vestram. Nam cum reversus ex *Ubiis* hic eum invenissem, multa disputabat, de oeconomicis difficultatibus, quas Lipsiae habiturus esset, etiamsi eo vocaretur mediocri stipendio. Et est omnino αὐθάδης natura, nec se alienis consiliis regi patitur, quod aestimare potes ex Coniunctione *Saturni* et *Martis* in Virgine, quam utinam considerassem attentius, cum filiae meae connubium peteret, quod quidem postea mihi confessus est, non suo consilio, sed hortante alio**) quodam se petiisse, qui hoc molitus est, ut hinc me avelleret. Sed quo delabor? veniam des dolori patrio. Saepe mihi in mentem venit in his meis asperrimis dolorib. divinae στοργῆς. Sumus enim imagines Dei, *Exemplumque Dei, quisque est imagine parva*, ut inquit poëta. Cum nos aerumnis natorum tantopere afficiamur, quanto maior in Deo dolor est, cum videt Ecclesiae calamitates, praesertim cum tam illustri testimonio testatus sit, se curare genus humanum, cum videlicet sibi naturam nostram aeterno et immutabili foedere copularit, filio in terras misso. Hac

*) Lipsiae.
**) Islebio. C. W.

me consolatione sustento in multis magnis doloribus, et Christo commendo Ecclesiam, politias et meum miserum gregem, imo et te et tuos, et haec nostra studia. Bene vale. Nobis quoque mandatum est, ut nescio quid de Exuviis Lycaonis disputemus.

Philippus Melanth.

No. 2954. 4. Iun.

G. Sabino.

† Ex autographo Melanthonis in cod. Monac. no. 373. p. 16. Inscriptionem nullam habet autographon, sed alia manu, fortasse Camerarii, adscriptum est: *Sabino.* Caret autographon etiam subscriptione, et intelligitur, hoc esse illud exemplar huius epistolae, quod Melanthon Camerario suo misit, adiectum epistolae ad Camer. d. 7. Iunii.

(*Georgio Sabino*)

S. D. Etsi rursus in proximis tuis literis nos accusas, tamen bono consilio et querelas et expostulationem omittam. Liberrimum tibi esse volo statuere de filia mea vel retinenda vel abiicienda. Honesta conditio est, quod postulas, ne quid scelerate faciat. Et ipsa adfirmat, se nihil unquam facturam contra honestas leges, et ego de eius ingenio bene sentio. Tu si aliter sentis, ut nuper scripsisti, etiam atque etiam te oro ac obtestor, ut mihi eam relinquas. Nulla est enim reconciliatio, si de natura et perpetua eius voluntate male sentias. Benevolentiam enim ex iudicio de natura oriri necesse est.

Addis autem et alteram conditionem, ut morositatem deponat. De hac conditione non possem polliceri, etiamsi vestrae naturae congruerent. Nunc cum aliqua sit dissimilitudo, et illi tua consuetudo ferenda est, et tibi illius, si nihil sit flagitii. Ego igitur ad ambiguam responsionem tuam hoc plane respondeo, me primum orare deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut gubernet huius negotii exitum, ita ut sit salutaris et vobis et mihi, et hac spe nihil hactenus feci durius aut vehementius. Deinde te oro, ut tandem integre statuas, quid scis facturus, et, si vivere eam tecum voles, venias huc, et amanter eam transvehas, quandocunque tibi videtur. Ego quidem malim eam apud me parere, et postea ad te transvehere ipse vel in Prussiam; sed nihil hac de re tibi praescribo. Quod ipse non adducas, etsi retineor negotiis nostrae reipublicae, tamen et haec causa est, quod nolo eam tibi dubitanti obtrudere, sed tibi liberrimum iudicium de summa negotii relinquo. Etsi moveor fama, tamen magis moveor salute animae meae filiae, cui non expedit, vivere in perpetuis discordiis. Itaque vos ita una esse velim si sit vera benevolentia, et ut sit, faciat deus. Bene vale. die 4. Iunii 1544.

No. 2955. 7. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 467 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 330.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, Rectori Academiae Lipsicae, amico suo cariss.

S. D. Eodem die quo hinc discessisti, nuncius a me conductus, ut ad *Sabinum* iret Brandeburgum, iter ingressus est: Exemplum mearum litterarum tibi mitto, ut videas me nihil scripsisse asperius, cum quidem ille durissime ad me scripsisset. Haec cum scripsissem, reddita est mihi epistola, qua respondet *Sabinus*, et uxorem et omnes filias duci iubet ad *Beltzik.* Itaque quod faustum et felix sit, die Lunae proximo, adducam ipse ad eum meam filiam, et ipsius duas. Nam tertiam mea coniunx nequaquam a se abstrahi patitur. Et moleste fero *Sabinum* de ea litigare. Sed haec scribam copiosius post congressum nostrum. Mihi haec migratio filiae ingentem solicitudinem et dolorem affert. Sed Deum oro, ut respiciat lacrymas nostras. Utinam videres quales domi meae mores filiae semper fuerint, Taciturna est, temperans, frugalis, et minime rixatrix, et non stulta.

Orationis *περὶ ἁγίου πνεύματος* reliquam partem vobis mitto, de qua vestro arbitrio statuetis. Scis haec *θεολογούμενα* non tam populariter aut nitide dici posse, ut *πολιτικὰ*, etsi ego quidem *λεπτολογίας* vito, et ea quaero, quae in communibus vitae exercitiis usum habent.

Mitto aureos triginta Senatui, tantos vulnerato civi, ut meministi. Quaeso ut cures exhiberi et litteras nostras et pecuniam Senatui. Volo conspici, nos non *εἰρωνεύεσθαι* in Curia. Sed quod egimus serio actum esse.

Postquam ingressus eras iter, legi paginas a *Pontano* missas. In his est κεφάλαιον decreti de pace Spirae iam edendi, cuius praecipuus est articulus, quem miraberis, quo Edictum Augustanum, suspensione, ut vulgo vocant, usque ad Synodum, mitigatur. Quaeramus vocabulum idoneum, nec enim λώφησις tantum est, nec prorsus κατάργησις. Puellae agunt gratias tuae coniugi pro perulis. *Dassii* negocium mihi curae erit, et tu scribes epistolam longiorem, et aliquid ex tuis ornamentis addes de novi iudicii constitutione. Bene vale, die 7. Iunii.

Philippus Melanth.

No. 2956. 9. Iun.

V. Theodoro.

† Ex autographo Melanth. in cod. Monac. I. p. 661.

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noribergensi, amico suo cariss.

S. D. Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut servet te et ecclesiam vestram, et tuam domesticam ecclesiam, ac thermas tibi profuisse opto. Est autem et post usum thermarum opus ἐγκρατείᾳ.

Mitto tibi pagellas proximarum disputationum, quae etsi nihil continent novi, tamen ne nuncium dimitterem vacuum, adieci eas huic epistolae.

D. *Osiandro* dicas, me doctoris *Stephani* filium collocasse apud *Vogelium* vestrum, modestissimum hominem et praeclare eruditum. Sed ille superbus adolescens vix paucis diebus mansit apud *Vogelium*, ac, nulli quidquam de suo consilio indicans, discessit. An Lipsiae manserit, nondum scio. Sed nostrum officium ei non defuisse *Osiandro* dicas. Fortassis putavit, se collocandum esse ad *Lutheri* mensam, et Heben pocillatricem addendam. Digna odio est haec adolescentiae insolentia. Bene vale et rescribe. die 9. Iunii.

Philippus Melanthon.

No. 2957. 9. Iun.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 34 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Legi epistolam tui affinis ad te scriptam, quae profecto mihi magnum dolorem attulit. Nec solum moneor illius iuvenis commodis, sed multo magis scelere Patris, qui erga filium bonae spei usque adeo est ἄστοργος. An tibi falso videor saepe scythicas naturas harum gentium accusare? Deinde etiam candorem in iis desidero, qui ab eo abducere discipulum conantur. Audi, quid acciderit. Nuper ἡ δέσποινα mecum egit de iuvando *Holstenio.* Ait, illum queri, quod tantum nostrae gentis homines iuvare studeam, et Saxones arte impediam. Movit me haec calumnia. Et cum ipsi dominae satis libere respondi, tum *Holstenium* obiurgavi, testatus summam mihi ea in re fieri iniuriam. Haec levia sunt, sed significationes animorum non sunt leves. Quidque cupiant, quid mihi denuncient, satis intelligo. Nec nunc primum video, quanto in periculo verser, quod etsi studeo mitigare ratione et arte, tamen, quantum proficiam, nescio. Rectius facerem, si me evolverem. Sed haec pertinent ad nostra colloquia. Brevi ero tecum.

Negocium affinis tui erit mihi curae. Nam dubitare non debes, quin tuos amicos tuendos mihi esse, statuam. Nec me depellent ab officio iniustae cupiditates certorum hominum. Bene vale. 9. Iunii.

Φίλιππος.

No. 2958. 10. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 468 sq. (ed. Lond. IV. ep. 331.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario, Rectori Academiae Lipsicae, amico suo cariss.

S. D. Etsi minime delector hoc argumento, tamen quia te scire velle arbitror, quid in *Sabini* et meo congressu acciderit, breviter significabo historiam. Oratio *Sabini* placida fuit, et reduci

filiam meam ad ipsum in patriam Marchiam passus sum. Ancillam autem ab ea nostratem removit, a qua una propter familiaritatem, infantula aegrota facillime se tractari sinebat. Mater ergo cum duabus parvis puellis, plena summi doloris maritum sequitur, ac moeror brevi abortum et mortem allaturus videtur, ut ipsa aliquoties vaticinata est. Utinam nihil accidat tristius. Sed oro filium Dei qui dixit: Venite ad me omnes qui laboratis, et reficiam vos: ut custodiat et regat eam. Mihi in hac re multa magnos dolores et metus afferunt, teque nollem ei ancillam conduxisse. Quid enim attinet factionem contrariam matrifamilias constituere. Mirae sunt *παρασκευαὶ*, mira consilia, quibus et initio sum oppugnatus, et adhuc exerceor. Nunc ei compono exordium constitutionis Academiae*), quod mitti vult Francofordiam, ita ut die XVIII. Iunii, accipiat. Commendationem etiam ad principem tuo et meo nomine scriptam petit. Componam igitur, et cras tibi mittam. De pecunia Senatui missa scire cupio quid acciderit. Bene vale, die Solstitii.

Phil. Melanth.

No. 2959. 10. Iun.

Alberto, Duci Pruss.

† Ex apographo in cod. Monac. 66. p. 34. — Autographon epistolae periit quidem, sed scribit Faber (in epp. Mel. ad Albertum Duc. Prussiae) p. 91. argumentum eius in indice epistolarum Melanthonis in tabular. Regiomont. his verbis comprehensum esse: „Phil. Melanthon und Joachim Camerarius commendiren *Georgium Sabinum*, d. d. Leipzig den 10. Iunii 1544.“ Addit Faber, Sabinum ipsum hanc epistolam Regiomontum attulisse. Apographon habet d. 12. Iunii, fortasse rectius; nam d. 13. Iunii Melanthon hanc epistolam Camerario misit Lipsiam, ut ei etiam subscriberet, quare non Witebergae sed Lipsiae eam datam esse voluit. Vid. ep. ad Camer. d. 13. Iun. 1544. — Rescripsit Dux ad Melanthonem d. 14. Iulii 1544., Sabinum cum uxore et liberis feliciter venisse Regiomontum. Vid. Fab. l. l.

Ad Albertum Ducem Prussiae.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland. Durchleuchtiger, hochgeborner, gnädiger Fürst und Herr. Nachdem E. F. G. auf unser unterthänig Anzeigung Georgium Sabinum gnädiglich zu Dienst angenommen, danken wir E. F. G. in Unterthänigkeit, und bitten Gott, den Vater unsers Heilandes Jesu Christi, daß er sein Gnad, Segen und heiligen Geist zu Pflanzung, Erhaltung und Ausbreitung der Studien geben wolle, daß er erkannt, und mit rechter Lehr, Anrufung und mit rechtem Gehorsam von vielen Menschen gepreiset und geehret werde, das wir fürnehmlich fürdern sollen.

Und dieweil nun gemeldter Sabinus sich mit seinem Weib, Kindlein und Geräth erhoben, zu E. F. G. zu ziehen, bitten wir abermal, E. F. G. wolle ihn (ihr) gnädiglich lassen befohlen seyn. Denn wir hoffen, seine Arbeit und Schreiben, darzu er gute Geschicklichkeit hat, werde der angefangnen Schul rühmlich seyn, also, daß sie durch ihn etwas weiter bekannt würde; werde auch der Jugend nützlich seyn. Denn es ist merklich und groß daran gelegen, daß die Jugend zu rechter natürlicher Art Latein zu schreiben gewöhnet werde, sonderlich in diesen äußersten Landen, das die lateinische Sprach durch der Polen Latein sehr verderbet. Nun kann *Georgius Sabinus* zu rechtem Reden und Schreiben nützlich dienen. Darum wollen ihn E. F. G. gnädiglich annehmen, und als einen unterthänigen Diener ihr gnädiglich lassen befohlen seyn. E. F. G. sehen selb, daß, sonderlich in dieser schweren Zeit Kirchen und Schulpersonen gnädigen Schutz von den Regenten bedürfen. Darum wolle E. F. G. als ein hochweislicher Fürst, Gott zu Lob, wie sie bisher gethan, Kirchen und Schul, und treue nützliche Diener, so darin arbeiten, in Erhaltung heilsamer Lehr gnädiglich handhaben. Und wo wir E. F. G. in Unterthänigkeit dienen können, darzu seyn wir willig und bereit. Datum Leipzig 12. Iunii*) anno 1544.

E. F. G.
unterthänige Diener
Philipp Melanthon
(Joachimus Camerarius).**)

No. 2960. 12. Iun

Senatui Brunsvicensi.

E codice Bavari Vol. II. p. 356. edita in den Unsch. Nachr. ann. 1740. p. 134., repetita a Danz. ep. ad Medler. ep. 38. Nunc ex ipso cod. denuo descripta.

---

*) Regiomontanae in Borussia. C. W.

*) Secundum catalog. Regiom. d. 10. Iun.

**) Camerarium etiam subscripsisse docet ep. ad Camer. d. 13. Iun.

(*Senatui Brunswicensi Philippus Melanthon S. D.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Ehrbare, weise, fürnehme, günstige Herren. Ew. Weisheit füge ich zu wissen, daß der ehrwürdige hochgelehrte Herr Doctor *Nicolaus Medler*, mein guter Freund, nicht anher gen Wittenberg kommen, sondern ich bin die Zeit zu ihm kommen, und hab von eurer Kirche viel Rede mit ihm gehabt, darauf er auch geneigt war, sich selbst zu Ew. Weisheit zu verfügen, eure Kirche zu besehen, und alsdann weiter zu bedenken, ob er sich mit dieser Last beladen könnte. Er hat mir aber hernach zu verstehen geben, daß er die Zeit des Markts zu Naumburgk, das ist die Woche Petri Pauli, nicht kann von Hause weg seyn. Derwegen er diese Zeit seine Reise nicht fürgenommen. Was[1]) nun sein Gemüth entlich seyn wird, das wird er ohne Zweifel nach dem Markt Ew. Weisheit zu wissen thun. Ich will auch nicht unterlassen mittlerzeit wiederum an ihn zu schreiben, und ihm Ew. Weisheit jetzige Schrift zuschicken. Ich füge auch Ew. W. zu wissen, daß diese Zeit die ehrwürdigen Herrn Doctor *Martinus Lutherus* und D. Johann Bugenhagen Pomeranus, unsrer Kirche pastor, nicht zu Hause gewesen, welchen ich nach ihrer Ankunft Ew. Weisheit Schrift auch zeigen will, welche doch in dieser Sache auf dießmal nicht weiter rathen würden, dieweil Doct. Medler noch nicht entlich[2]) geantwortet; so [auch] sind warlich nicht solche verständige Personen leichtlich anzutreffen, wie wir gern Ew. W. anzeigen wollten. Doch wollen ich und andre der Sache mit allem Fleiß nochmals nachdenken. Und Ew. W. zu dienen bin ich willig. Datum Wittenbergk, d. 12. Iunii anno 1544.

No. 2961. **13. Iun.**

Alberto Duci Pruss.

Edita, sed satis mendose, in Mel. epistol. lib. III. p. 45. (edit. Lond. III. ep. 18.) — Denuo ex autographo, cui sua Melanthon manu subscripsit et postscriptum addidit, edita a Fabro in epistol. p. 81. ep. 22.

Alberto, Duci Borussiae.

S. D. Illustrissime Princeps, Domine clementissime. Et si huic Doctori *Stanislao Lituano**) honos et gradus, qui ei decretus est in Academia, satis testimonii erat apud Celsitudinem vestram: tamen quia meas[1]) literas speravit aditum sibi ad Cels. v. facturas, ad publicum testimonium hanc epistolam addidi, ac Cels. vestram oro, ut usitata erga bonos et eruditos viros, qui Ecclesiae dei utiliter serviunt, clementia et benignitate hunc doctorem Stanislaum etiam complectatur. Audivi eum publice, cum et D. *Luthero* et ceteris admodum placuit, explicans disputationem de qua disserebat. Sed multo sepius privatim cum eo collocutus sum de plerisque partibus doctrinae Christianae, vidi et scripta eius, ac comperi eum et recte sentire de doctrina Ecclesiae, et in dicendo[2]) posse dextre eloqui cogitata. Et mores sunt honesti et pii. Meum consilium fuit ut Doctoris titulo ornaretur, ut in Academia regiomontana et ipse gradus aliis decernere posset. Cum igitur sperem eum Academiae magno usui atque ornamento fore, Celsitudini vestrae eum diligenter commendo, et deum oro ut studia doctrinae celestis, in Academia vestra foeliciter excitet ac provehat, et optimam voluntatem Cels. v. in Ecclesiis ornandis, et propagandis literis adiuvet, et ut Psalmi verbis utar, confirmet quod operatus est[3]) in nobis, propter templum sanctum suum[4]), id est, propter Ecclesiae suae utilitatem.

Hoc tempore[5]) de conventu *Spirensi* et gallicis tumultibus haec recens audivimus. Etsi *Carolus* Imp. edictum Augustanum quod ad doctrinam nostrae confessionis attinet, mitigavit, tamen audio Bavaros et alios quosdam hostes Evangelii mitigationi illi in conventu adversari. Ac nondum certo scio, quis sit finis conventus. De prelio gallorum et praesidis Mediolanensis vetus iam fama est, Sed tamen historiam mitto ut ad me ab Austriacis scripta est.

Regem gallicum aiunt foedus cum Pontifice fecisse idque adfinitate confirmasse; filio suo dicitur neptem Pontificis puellam *Farnesiam* dare.

---

1) Danz. mendose: Wes.

2) entlich i. e. zum Ende, zum Ziele, ad absolvendam rem.

*) Honor Stanislao tributus est d. 25. Maii 1544. Vid. Scripta publ. T. I. p. 87 b.

1) Pez. *etiam meas.*

2) Pez. *docendo.*

3) Pez. *Denique ut Psalmus precatur: confirma hoc Deus, quod operatus es.*

4) Pez. *tuum.*

5) *Hoc tempore* etc. usque ad: *intelliget C. v. certius ex aliis*, Pezelius praetermisit, et, ut sequentia iungeret, interposuit: *Ita veris gemitibus precor, ut Deus pater domini* etc.

Inter Carolum et regem Danicum aiunt pacem factam esse. Sed haec intelliget Cels. v. certius ex aliis.

Deus pater domini nostri Iesu Christi custos Ecclesiae suae, et politiarum, quae praebent hospitia Ecclesiis, servet Cels. v. incolumem et gubernet eam semper. Datae Witebergae die XIII. Iuny. Anno 1544.[6])

Celsitudini vestrae
addictus
Philippus Melanthon.

Iam hac hora audivi *Brunswicensem* habere exercitum et magnos tumultus metui.[7])

No. 2962. 13. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 469 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 332.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camera. Pabergensi, Rectori Academiae Lipsicae, amico suo cariss.

S. D. Cum gubernationem scholae Regiomontanae *Sabinus* ambiret, multa mihi in mentem veniebant, quae me movebant, ne eum illi muneri praeficiendum ducerem, quod requirit hominem scholasticas operas amantem, non abhorrentem a philosophia, *καὶ συμβιβαστικόν*. Cessi tamen ipsius cupiditati et tuo iudicio, quod de illo est praeclarum. Ac mihi quidem et meis exordia fuere tristissima. Nunc quod suscepit, opto ut feliciter administret. Epistolam ad Principem petivit, quam scripsi, ac peto ut non modo subscriptionem tui nominis, sed etiam sigillum addas. Fortasse dices frigide laudatum esse. Sed ego in hoc tanto meo luctu quid possum ulla de re luculenter scribere? De illo vero cum cogito, *μεταῤῥεῖ ἅπαν τὸ αἷμα ἀλλοσέποι τῶν σπλάγχνων*. Et augetur meus dolor, quod me et meos tantum accusari video, illum culpa liberari, qui me, qui miseram mulierem meam coniugem, qui meam filiam iam annos octo multipliciter excruciavit. Neque ex hac affinitate multum adhuc mihi laetitiae accidit. Sed suggero mihi illam vocem prophetae: Iram Dei sustinebo, quia peccavi ei, ac oro Deum, ut haec nobis mala mitiget. Fuisset rectissimum id, quod mihi placebat*). Sed nihil volui facere *φορτικώτερον*, et videbam quantum contenderes ne fieret. Te movit umbra quaedam *τοῦ καλοῦ*, me contra magnae, sed obscuriores caussae movebant. At quod factum est, nunc quidem *στερκτέον*, et Dei auxilium implorandum est.

Gallicam epistolam tibi mitto eius viri, cuius recordatione delectari te arbitror. Quod facit mentionem epistolae ad L. Cassii interfectores missae, non prorsus iniusta querela est. Sed ego ad quendam Mense Martio scripsi, et sanare offensionem studui. *οὐκ ἀγνοῶν εἰς οἷον κίνδυνον ἐμβάλοιμι ἐμαυτόν.* Atque haec mala fortasse iam non erumpent. Ego tamen hoc servabo, ut difficilibus et miseris rebus consulam, *εἰ δύναμαι τελέσαι καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστὶ.* Sed de his tibi molestus non ero. Metuo ne aliquanto post perniciosas turbas aliquorum impotentia concitatura sit.

Si ad senatum Lipsicum *Piger* non misit pecuniam, nos cum illo litigabimus. Itaque explorabis an miserit.

Adolescentes *Werthemium* et *Limpergium*, arbitror in aedibus Doctoris *Benedicti* aliquandiu commoraturos esse, quod si fiet, studia eorum inspiciam. Nuncio non solum epistolam Prutenicam reddes, sed etiam scribes ipse nobis, imo et Sabino. Bene vale, die Iunii XIII.

Philippus Melanth.

Iam obsignaveram hanc epistolam, cum Senatus litterae afferuntur. De quibus respondebo cum legero. Nunc de ancilla, plane si accerset *Sabinus* aut mitti volet, velim eam mitti. Nunc enim nullam habet, et mea filia non est par labori sola. Ac malo Misnicam ipsi adiungere, quam aliquam Marchicam.

No. 2963. 14. Iun.

Marcellus ad Zwilling.

Manlii farrag. p. 420. — Non suo nomine Marcellum hanc epistolam scripsisse, sed eam praescripsisse alicui suorum discipulorum, Torgense, non est quod moneamus.

---

6) Pez. mendose: 1554.
7) Praetermisit Pez. haec.

*) ut filia P. M. restitueretur.

Eximia pietate et doctrina praedito, D. Gabrieli Zwilling, Ecclesiae Torgensis Parrocho, domino ac patrono suo in primis observando, Ioann. Marcellus S. D.

Etsi, venerabilis domine Magister, me omnino impudenter facturum satis certe scio, si te meis puerilibus literis interpellare ausim: tamen fretus tua humanitate, quam in omnes bonarum literarum studiosos habes, ad te venio. Nunc quidem exponendam duxi mearum rerum angustiam: teque rogandum, ut mihi hoc tempore autoritate et benevolentia tua opem feras. Non te clam est, me nunc fere per biennii spacium *Vitebergae* sumptibus parentum meorum sustentatum fuisse. Cum autem res familiaris ipsorum magis magisque exhauriatur, ut mihi nulla alia ratione amplius ad literarum studia sumptus suppeditari possint: plane nunc nihil reliquum esse video, quam quod me nunc mea studia deserere necesse sit. hoc, ne omnino accideret, metuerem, nisi in tua benevolentia et prudentissimi Senatus vestri liberalitate spem retinerem. Audio igitur Senatum habere unum adhuc stipendium, quo pauperes et studiosos adolescentes iuvare solet. Quare magnopere a te peto, ut mihi nunc subvenias, meque Senatui *Torgensi* commendes, ut mihi id stipendium ad studiorum meorum necessitatem conferre non dedignetur, donec iudicium in studiis rectius confirmavero. Neque vero decet me nunc tibi ostendere, quantum pietatis sit in tali tuo officio futurum, cum propter propagationem studiorum et Ecclesiae me adiuveris. Spero enim, Deo dante, eo me progressurum esse in studiis, ut mei vicissim possit esse aliquis usus apud honestos homines. Sed hoc dico, quod ad me attinet: idque sancte promitto tibi, me summam diligentiam adhibiturum esse, ut intelligas te in hominem non indignum tuo favore, nec ingratum tibi pro officio, beneficium contulisse. Ac tibi et amplissimo Senatui vicissim mea studia, et me totum defero. Teque rogo, ut in hac re me tibi commendatissimum esse sinas. Bene vale, 18. Kalendis Iulii, Anno 1544.

Ioh. Marcellus.

No. 2964. 17. Iun.

I. Ionae.

Edita a Peucero in libro II. epist. Melanth. p. 21. (editio Lond. lib. II. ep. 8.). — Apographa in cod. Goth. 191. p. 31., cod. Goth. 401. p. 56 b. et in cod. Monac. 65. p. 36 b.

Iusto Ionae

S. D. Nisi et causas calamitatum Ecclesiae Dei et doctrinam de veris consolationibus utcunque [1]) nossem, prorsus extinguerer nunc dolore animi in tantis domesticis et amicorum calamitatibus. Hieronymum *Baumgartnerum* audio in reditu ex Spirensi conventu captum esse ab insidiatoribus [2]) centauris, ac duos equites propugnantes ipsum interfectos *). Quanti hunc virum nos omnes, qui eum familiariter novimus, fecerimus, nosti. Nam et privata eius vita plena erat pulcherrimorum ornamentorum, eruditione certabat cum doctissimis viris, quorum extant literae, iustitia et moderatione animi summa praeditus est, et patriae utilitati in publicis [3]) negotiis, in [4]) tuendis et ornandis Ecclesiis Dei, et in provehendis studiis literarum nemo in ea urbe diligentius aut maiori assiduitate [5]) servivit. Doleo igitur et ipsius causa, et propter eius coniugem et liberos, et propter rempublicam et propter nos [6]), talem nobis virum et amicum eripi. Oro autem Deum, aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut hunc Hieronymum, qui profecto Christi doctrinam ex animo coluit, servet ac liberet, et nos tegat in tantis furoribus diaboli. Quicquid de republica et [7]) Baumgartnero audies, quaeso te mihi [8]) significes. Bene vale. Die 17. Iunii [9]).

---

1) *utcunque* addit cod. Mon. 65. et recte. Cod. Goth. 401. *utrunque.*

2) Peuc. *insultatoribus*; mendose.

*) Hier. Baumgartner in reditu e conventu Spirensi a. 1544. a Io. Thoma *Rosenbergio*, equite Franc., ob inveteratos quosdam Norinbergensium cum foedere Suevico lites captus et in carcere detentus est. Evenit hoc d. 31. Maii 1544.

3) Peuc. *in politicis.*

4) *in*] Peuc. non habet.

5) Cod. Goth. 191. *utilitate.*

6) *nos*] cod. Goth. 401. *me.*

7) *de republ. et*] Peucerus non habet. Cod. Goth. 401. pro *et* habet *ac de.*

8) *mihi* non habet Peuc.

9) Codd. Gothani: *die 12. Ianuarii.* Cod. Mon. 65.: *die 17. Iun. 1544.*, qui dies in cod. Goth. 401. rubro atramento alia manu adscriptus est.

No. 2965. (fere med. Iun.)

I. Stigelio.

Danz. epp. Stigel. ep. 22., cod. Goth. 188. ep. 92.

Clarissimo viro, et a Musis et a Carolo Quinto Imp. coronato, Ioanni Stigelio, amico suo charissimo,

S. D. Memini laudes Lucani apud Statium, in quibus hi sunt versiculi:

Boëtin Mantua provocare noli,
Grato nobilior Melete Boëtis.

Quodsi tantum celebritatis addidisse Lucanum patriae, Statius iudicat, quantum Smyrnae Homerus, et Mantuae Virgilius: de Germania nostra quid dicemus? quae profecto tuo ingenio verius gloriari potest, quam Boëtica Lucani carmine. Non enim dubito, tuum genus versuum et tuas Musas Lucano anteferre. Tu igitur hoc bono fruere, et facultatem ingenii ad Dei gloriam illustrandam conferto. Cum veneris, si adero, una nos abdemus in ipsum Heliconem, et Fastos adornabimus, quos ingenti cum plausu docti excipient. Tuae coniugi suaviolum dulcissimum[1]) genis infigito meo nomine. De pecunia et domo res mihi curae erit. *Castneri* filius commendatus est *Wolfgango Lysio*, apud quem est in eodem conclavi, et praestat in studiis assiduitatem, et spem nobis praebet, futurum se deinceps in officio. Haec patri narrato. Bene vale.

Libra diei somnique pares quo fecerat horas
Tempore, σοὶ πέμψεν γράμματα ταῦτα φίλος.

Si rediit vir clariss. D. *Franciscus*, dicas, me salutem ex animo optare et ipsi, et familiae[2]) suae honestissimae.

Philippus Melanthon.

1) Cod. Goth. 188. *dulcissimis.*
2) Cod. Goth. *filiae.*

No. 2966. 18. Iun.

Io. Schlaginhauffen.

Edita a Pezel. in Mel. Consil. II. p. 148. — Apographa in cod. Goth. 191. p. 10b., in cod. Goth. 19. p. 56. et in cod. Mehn. II. p. 237., ubi inscribitur: „*Iohanni Turbindae*, Pastori Ecclesiae Gottensis."

Iohanni Schlag in Hauffen, Pastori Ecclesiae Cotensis.

Etsi multa disputata sunt a multis de *elevatione sacramenti*, tamen in Ecclesiis nostris[1]) ideo placuit eum morem mutari, quod allegata hac elevatione aliqui confirmabant morem circumferendi et adorandi panis. Hanc autem circumgestationem constat extra rationem sacramenti esse, ut si aqua circumgestaretur[2]) sumpta ex ceremoniis[3]) baptismi. Sunt enim sacramenta actiones institutae a Deo. Aqua non est sacramentum, sed ipsa baptizatio sonante simul verbo Dei. Sic de coena Domini sentiatur: panis, ordinatus[4]) non ad sumptionem sed ad circumgestationem[5]), nequaquam est sacramentum. Non enim alligandus est Deus ad aliquam creaturam sine expresso verbo Dei, ut constat. †Ratio haec est."[6]) Horribilis[7]) error est, quod[8]) sacrificulus offerat[9]) in hoc ministerio filium Dei pro vivis et mortuis; et quidem addunt[10]), id opus valere ex opere operato, †id est",[11]) ut ipsi loquuntur, sine bono motu utentis. Ad hanc persuasionem confirmandam retinent oblationem[12]). Cum autem error ipse damnabilis[13]) sit, aboleri vinculum ipsius erroris, utile est. Et prorsus[14]) animi de vero usu sacramenti, de confirmatione fidei et gratiarum actione docendi sunt. † Vitebergae".[15]) 18. Iun.[16]) 1544.[17])

Ph. M.

1) Cod. Goth. 191. et cod. Goth. 19. *ecclesia nostra.*
2) Cod. Mehn. *circumgestetur.*
3) Pez. *ceremonia;* cod. Mehn. *a ceremoniis.*
4) *ordinatus*] Pez. *qui* adhibetur.
5) *circumgest.*] cod. Goth. 191. et cod. Goth. 19. *spectaculum.*
6) *Ratio h. est*] praetermisit Pez.
7) Pez. addit: *etiam.*
8) Pez. addit: *apud Papistas.*
9) Pez. *offert.*
10) *addunt*] Pez. *existimat;* cod. Mehn. *ad.*
11) *id est*] Pez. non habet.
12) Cod. Mehn. *elevationem*, quod praeferendum videtur.
13) Pez. *damnandus.*
14) *prorsus*] Pez. *recte.*
15) *Viteb.* desideratur in cod. Mehn., cod. Goth. 191. et apud Pez.
16) Cod. Goth. 191. *Febr.*, cod. Mehn. *Ian.*
17) Cod. Mehn. 1548. Sed dies et annus ibi alia manu adscripti sunt.

No. 2967. 20. Iun.

Sinapio.

Manlii farrag. p. 274 sq.

M. Sinapio, Philippus Melanthon.

S. D. Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, crucifixi pro nobis, et resuscitati, conditorem humani generis, et verum autorem coniugii ac dulcissimae societatis maris et foeminae, unde Ecclesiam sibi perpetuam propagare voluit, oro, ut tuis nuptiis faveat, et tibi et sponsae tuae det tranquillum et felix coniugium: sicut promisit Ecclesiae, se haec vitae genera divinitus instituta, ad Ecclesiae conservationem servaturum esse. Ego si possem hinc expaciari, istuc venirem. Sed nunc, ut scit *Clemens*, me multae causae publice et privatim detinent.

Expecto conventus *Spirensis* decreta, quae tamen spero tranquilla fore. Nam adhuc quidem spes est, Imperatorem edicti Augustani autoritatem mitigaturum esse: hoc est, doctrinam confessionis nostrae, quae Augustae exhibita est, non esse persecuturum. *Clementi* consilium dedimus D. Pastor et ego, ut mox ad te proficiscatur. Nam subito ordinari publicis ceremoniis non potuit, postea vero remittes eum: sed Ecclesiam decet largiri ei viaticum. Bene vale, Die 20. Iunii, Anno 1544.

No. 2968. 21. Iun.

N. Medlero.

E cod. Bavari Vol. II. p. 355. edita a Zscheichs. in den Unsch. Nachr. 1740. p. 133., Ballenstadt. II. ep. 6., Danz. ep. 39., nunc ex eodem codice accurate descripta.

Nicolao Medlero

S. D. Etsi memini quid mihi responderis de negotio *Brunsvicensi* tamen cum nuper rursus ad me scriberet Senatus Brunsvicensis, volui adhuc tibi deliberationem integram relinquere. Statues ergo, et ad Senatum ipsum Brunsvicensem scribes [1]) in his nundinis. Optarim illi ecclesiae imo et orae Saxoniae toti bene consultum. Olim ea natio vicit reliquam Germaniam multitudine literatorum. Est enim ingeniosa et tunc propter opes et dignitatem colebat studia literarum [2]). Nunc tantam literatorum turbam non habet. Et tamen vides, ecclesias sine literis, sine eruditione multiplici non regi posse. Haec mihi scribenti venit in mentem filii tui, qui magno ornamento futurus erat ecclesiae Dei, si vixisset. Rogo igitur, ut cogites, quo modo Saxoniae consulatur. Bene vale. Die 21. Iunii 1544.

1) Zscheichs. mendose: *scribere.*

2) *Est enim* etc. Zscheichs. praetermisit.

No. 2969. 24. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 472 sqq. (ed. Lond. IV. ep. 334.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, Rectori Academiae Lipsicae, amico suo cariss.

S. D. Quod in illa prima concione generi humano denunciatum est, insidiaturum esse Ecclesiae calcaneo Draconem, id atrociter fieri, eventus ostendit. Sed oremus filium Dei, quemadmodum ibi quoque promittitur, ut conculcet caput Draconis. Hac cogitatione nisi me utcunque sustentarem, ex hac vita discederem. Nam ad vulnus, quod domestica mihi calamitas fecit, accessit alterum, *Hieronymo Paumgartnero* capto, quem multis de caussis vere et ex animo diligo. Quem enim ulla in civitate virum melius meritum de sua Rep. de Ecclesia, de studiis litterarum, aut magis ornatum domesticis virtutibus nominare possumus? ac vicissim ille nos diligit. Non possum igitur non vehementer dolere talem et Virum et amicum in tantum discrimen venisse. Etsi autem non dubito, custodiri eum a Deo aeterno patre Domini nostri Iesu Christi, quem veris officiis coluit et colit, tamen pericula, quae sunt ob oculos, mihi et metum et moerorem augent.

In Splenis regione, quod mireris, eruperunt in utraque parte κενεῶνος mihi pustulae, tanti motus sunt atrae bilis, quos tantum dolor ciet.

Et his diebus hoc incommodi accessit: nuncium ante decem dies ad *Sabinum* misi, ut προοίμια de schola ei afferret. Is nondum rediit, hac mora valde crucior. Sed suspicor, etsi multa cogito, ad vos missum esse ab ipso, ut ancillam accersat.

De qua prorsus non impedio *Sabini* consilium, placetque, ut de ancilla fiat, quod vult. Nam ei nunc quidem non adversabor, ne novae lites oriantur, ac malim apud filiam puerperam esse mulierem humanitate aliqua naturae praeditam, quam barbaricam *καὶ ἄστοργον.*

De *Coburgensis* scholae gubernatore, eo nihil agendum post tuum abitum censui, quia *Simon* ille *Lichtefelsius* statim postea scripsit, sibi partes nescio quas in schola mandatas esse, etsi ut est *μεμψίμοιρος* et delicatus, queritur stipendium esse tenuius, quam quantum expectavit. Sed explorari voluntas Coburgensium poterit, an velint mitti scholae gubernatorem.

Carolum Imperatorem discessisse Spira certum est, et catastrophe conventus, Dei beneficio, placida fuit. *λώφησιν* edicti Augustani factam esse intelligo. Et narrant orationem *Veningeri* fuisse dignam viro forti, qui pro hac Caroli mitigatione dixit adversus Moguntini oratorem. Bene et feliciter vale. Tuas litteras expecto, et Deum oro, ut te et tuos servet, ac Hieronymo et mihi nostras calamitates mitiget. die Ioh. Baptistae.

Phil. Melanth.

Georgium *Daschium* misisse iam nostras epistolas ad *Merspurgensem* Antistitem *) arbitror. Scripsi ea quae arbitrabar caussae profutura esse. Ac venturum esse brevi ad nos Merspurgensem Antistitem audio, ubi coram idem negocium agam.

*) Vid. ep. d. 24. Iun.

No. 2970. 24. Iun.

V. Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 193 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 590.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Noriberg.

S. D. Quod in illa prima concione denunciatum est, *insidiari Diabolum calcaneo nostro*, id fieri atrociter, experimur. Sed Filium Dei oremus, ut caput insidiatoris conculcet.

Mihi vulnus fecit ante paucos menses filiae calamitas, vel potius *τοῦ γαμβροῦ* saevitia, quod nulla humana ope sanari potest. Cumque in hoc tanto essem moerore, accessit alterum vulnus, quod viri optimi et nobis amicissimi *Hieronymi Bomgartneri* calamitas nobis fecit, de quo quid vel consilii, vel spei cives vestri habeant, magnopere cupio scire. Nos qua parte nostri opitulari ei possumus? Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut eum vobis et nobis restituat.

Quem possumus nominare ulla in urbe civem sic meritum de Rep. in omni genere negociorum? Summa fide et prudentia administravit politica munera. Fovit Ecclesiam Dei, iuvit studia literarum, texit cives pauperes, abhorruit a factiosis consiliis, nullam sibi potentiam quaesivit, nihil *ὀλιγαρχικὸν* habuit. Praeterea eruditione tanta praeditus est, ut nobis, qui in Schola versamur, longe antecellat, et domesticae virtutes in eo omnes sunt, quae bono viro attribuendae sunt. Postremo mihi sic est amicus, ut non minus quam fratrem diligendum iudicarim. Et dilexi praecipue propter ipsius Excellentem virtutem.

Hunc talem virum et amicum, tam indigno casu venire in discrimen summum, non dolerem? Spero equidem, Deum custodem eius fore, qui ait, ut pupillam oculi, ita se Sanctos suos custodire, et ut custodiat, oro. Sed periculum quantum sit, reputo.

Scribe, quaeso, quicquid explorare poteris. † Postremo et hoc oro. Debet *Alberto* oeconomo collegii nostri *Ulricus Floccus.* Eam pecuniam ex stipendio, quod pendit *Nicolaus Eirer* solvi cures; ac cavendum est, ne quod *Alberto* decidi volumus, perveniat in *Flocci* manus. Non est moderata natura aut *ἠθικὴ* in *Ulrico Flocco*, etsi a literis non abhorret. Quaeso, ut hanc rem pro tua prudentia accurate agas. Nam quomodo sit agenda tu melius iudicare poteris. Fortassis facilima via esset, si curaris mihi pensionem stipendii mitti, cum solet numerari." Bene vale et rescribe. Die Iohannis Baptistae.

Philippus Melanthon.

No. 2971. (24. Iun.)

Eidem.

† Ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 662. Est pagella epistolae ad Theodorum inclusa, fortasse epistolae d. 24. Iun. 1544., adiecta, ut Eirero monstrari vel dari posset.

Ulricus Floccus debet *Alberto Berlin*, qui fuit oeconomus Collegii nostri, VIII fl. 3 grossos X ß pro victu, ac nondum solvit, etsi saepe promisit. Cum igitur stipendium habeat a *Nicolao Eirer*, petat Magister *Vitus* sibi tantum ex stipendio illo numerari vel modo, vel cum dies stipendii numerandi cedet, quantum *Alberto* debetur, et curet *Alberto* vel mihi mitti; vel curet mihi mitti pensionem stipendii. Nam *Floccus*, si acceperit, non solvet. Rogo iterum *) diligenter curetur.

No. 2972. 24. Iun.

Georgio Anhaltino.

Select. epist. p. 281. Epist. lib. I. p. 91. (edit. Lond. I. ep. 42.).

D. Georgio Principi Anhaldino

S. D. Ex multorum literis et sermone intelligo, in ea ora *Mysiae*, cuius Ecclesias gubernaturus es **), publicam piorum omnium laetitiam esse, quod audiunt te non solum eruditione, et pietate praestantem, sed etiam optima voluntate et autoritate praeditum ad hoc fastigium Ecclesiae evectum esse, ac sperant tuam gubernationem multis modis Ecclesiae, et his totis regionibus salutarem fore. Quare et Reipub. gratulantur hanc electionem, et optant ardentibus votis, ut a Deo adiuveris. Sciunt multos esse doctrinae purae inimicos, magnam ignaviam pastorum, postremo et magnam ingeniorum levitatem et petulantiam, quae crebra dissidia excitant. His malis autoritas tua resistere, et cum doctrinae puritatem, tum vero concordiam munire et retinere, Deo iuvante, poterit. Deinde diu iam pub. omnium sanorum querelis desiderata sunt iudicia Ecclesiastica, quae mores regerent, et disciplinam, quantum in hac senecta et his deliriis mundi fieri potest, tuerentur. Talis est autem vita tua domestica, ut vel tacente te, censura esse possit: et tanta prudentia, ut scias gubernatori hanc partem muneris non omittendam esse, sed severe exercendam, videlicet correctionem viciorum et delictorum: ut quidam ex Atticis oratoribus dixit, quem *Demosthenes* citat, *ὡς οὐδὲν ἐστὶ ὄφελος πόλεως· ἥτις μὴ νεῦρα ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἔχει.* Merito igitur gaudemus, te tali virtute, sapientia, et autoritate praeditum, suscipere curam regendae Ecclesiae, ac precamur Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut te adiuvet suo Spiritu, ut tua gubernatio vere congruat dicto Christi: Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris coelestis qui in vobis est. Haec saepe precatus sum hoc mense, et precor assidue, ut Deus ornamenta ingentia, quae contulit his regionibus, tueatur: Evangelii lucem, magnam omnium literarum atque artium doctrinam, tranquillas politias, et disciplinam mediocrem. Haec bona utinam et Principes moderatione consiliorum retinere studerent. Etsi autem scio te tuo consilio delecturum esse homines idoneos ad exercenda iudicia Ecclesiastica, tamen indicari tibi aliquos velle te arbitror. Est in Academia nostra gener *Lucae Pictoris*, *Georgius Daschius Wirceburgensis*, qui et diu audivit Iurisconsultos, et mediocrem habet Latine dicendi et scribendi facultatem, et ingenio placido, et honestis moribus praeditus est: quem quidem Episcopus suus multo ante in aulam accersivit, sed ipse a nostris Ecclesiis discedere noluit. Huius et industriam et fidem probaturum te esse non dubito, si eius opera uteris. Nam et satis eruditus est, et imprimis integer et incorruptus, et studiosus tuendae concordiae cum iis, cum quibus vel privata necessitudine, vel publica aliqua administratione coniunctus est. Quare te magnopere oro, ut locum ei tribuas inter eos, quos cognitionibus illis praeficies. Iudico eius naturam, iustitiae et tranquillitatis pub. amantem, et placidam esse. Tales iudiciis Ecclesiarum praefici utile est, non quales plerique sunt in foro, homines audaces, cupidi, veteratores, *Phormiones*, *Eurybatae*, et qualem vos habetis in vicinia *Coracem*. Immensa misericordia sua promittit Deus mansuram Ecclesiam esse: sed ibi tantum mansura est, ubi studia literarum et doctrinae coelestis coluntur, et disciplina mediocriter regitur. Haec causa profecto omnes omnium ordinum mediocres homines accendere debet, ut studia literarum, et disciplinam tueantur, et conferant consilia et operas ad earum rerum defensionem. Ego quidem meam operam, si quid usquam potero, praestare etiam vestris Ecclesiis bona fide polliceor. Deus aeternus Pater D. N. I. C. servet te,

---

*) Legitur tantum: *R— um*, quod compendium scribendi habeo.

**) Electus fuerat Episcopus Merseburgensis.

ac regat ad Ecclesiae suae salutem. Witebergae, die Iohannis Baptistae monstratoris Agni, 1544.

P. M.

No. 2973. 27. Iun

Io. Stigelio.

Danz. ep. 11. Cod. Goth. 188. ep. 74.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, a Carolo Imp. et Musis ipsis Laurea aeternum virenti ornato, amico suo,

S. D. Et tibi, et honestissimae ac dulcissimae coniugi tuae, omnia fausta et laeta opto, et ut mutua suavitate fruamini: caeteras curas nunc quidem velim te deponere. Nec velim, te coniugem subito ex domo paterna abducere. Memini meum in re simili dolorem, et nunc mea filia procul ad littus Balthicum abducitur. De domo quid *vidua Teuscheliana* responderit, scripsi in pagella his literis addita germanice, ut mulieri ipsi Teuschelianae legi possit, si sit opus. Fatetur ipsa, se promisisse *Stammeriae*: et nunc ibi sunt *μέτοικοι,* quos expellere difficile est. Misimus igitur nuntium ad te, ut haec scires, ac consilium meum est, ne transvehas aut coniugem, aut suppellectilem, nisi prius certam domum habeas; ac minore sumtu apud parentes hac aestate esse poteris. Velim mihi significes, an acceperis, quos misi a *Ioanne Rhaw* solutos viginti aureos, qui debebantur tibi ab Academia proximo anni quadrante. Bene et feliciter vale. die 27. Iunii, quo Alexander Macedo ante annos 1868 mortuus est, qui etiam insigne fuit exemplum humanae imbecillitatis. 1544.

Philippus Melanthon.

No. 2974. 27. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 471 sq. (ed. Lond. IV. ep. 333.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi Rectori Acad. Lipsicae, amico suo cariss.

S. D. Memini me tibi dare orationem Sarmatae cuiusdam, quam Regi inscripsit, ac ille ipse alteram edidit, tanquam ad equites habitam, mihi character placet, et adparet voluisse eum sequi filum Demosthenicum. Cum autem scirem me Luthero unum ex illis exemplis dedisse, heri ab eo repetivi, ut tibi mitterem. Etsi non est illa, quam vidisti antea, tamen vel propter *Lutheri* manum gratam fore tibi spero, et ut mea tibi officia sint grata opto.

Nuncius a Viadro rediit, et litteras attulit a filia, quas tibi mitto, et a *Sabino*, qui miratur cur ancillam non miseris. Quomodo vero mittes? an ipse illam adveheres? Scriptum ei misi, quod si legeres, probaturum te esse arbitrarer: ille requirit longius, quasi haec nobis subito nascantur. Scriberem prolixius, nisi flagitator Epistolae interpellaret me. Bene et feliciter vale, cum honestiss. et dulciss. coniuge et suaviss. liberis. Die, quo Alexander Macedo ante annos 1868 mortuus est, qui et ipse insigne fuit exemplum humanae fragilitatis: feramus igitur et miserias nostras. Addidi duas epistolas, quas *Bornero* dari volo.

Philip. Melanth.

No. 2975. 29. Iun.

Pagella publice affixa.

Script. publ. Acad. Witeb. P. I. p. 89b. — Nisi egregie fallor haec pagella a Melanthone exarata est. Inserui igitur eam hic, etiam Crucigeri causa.

Rector Academiae Iohannes Saxo.

Heri decessit vir honestus *Georgius Cruciger*, pater Doctoris Caspari Crucigeri, viri eruditissimi et de Ecclesia Dei et hac schola bene meriti. Fuit autem pater cum aliis civilibus virtutibus praeditus, tum vero hoc nomine praecipue laudandus, quod et doctrinam coelestem coluit ipse, et magno suo periculo filii sui studia ad Ecclesiae utilitatem fovit et provexit *), propter quod meritum grata eius memoria piis esse debet. Nam cum videamus caetera bona omnia fugacia et mutabilia esse, ut hae ipsae tristissimae tempestates monent, hanc totam elementarem molem aliquando interituram esse. Illa est magna virtus, referre consilia ad Ecclesiam iuvandam, quae erit aeterna, ut Chri-

*) Videntur haec referenda ad persecutiones, quibus Georgius Dux Saxoniae cives Lipsienses propter Evangelii professionem vexavit.

stus hodie ad Petrum inquit de Ecclesia: et portae inferorum non praevalebunt adversus eam.

Cum igitur Georgius Cruciger in agnitione et invocatione filii Dei vixerit, et Deo se moriens commendaverit, hortamur scholasticos, ut funeris ceremoniis intersint, quae ut nos de morte, de miseriis humanis, de earum causis, de iudicio Dei et de futura vita et de Christi beneficiis admoneant, a primis patribus institutae sunt, et omni studio in Ecclesia retinendae sunt. Fiet autem ei funus hodie hora quarta. 29. Iunii.

No. 2976. (m. Iun.)

Ionas filius ad Ionam patrem.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. Nr. IV. p. 42 b.

Epistola Phil. Mel. praescripta Iusto Ionae D. filio.

(*Iusto Ionae.*)

Charissime pater. Mea studia tibi probari valde gaudeo, annitorque omni contentione animi atque ingenii, ut tibi sint voluptati. Deum etiam oro, ut ipse et studiorum meorum et vitae meae cursum regat. *Χωρὶς θεοῦ γὰρ οὐδεὶς εὐτύχει βρότος,* ac praecipue nunc, cum in illa reipublicae confusione plus sit periculi omnibus. Video et mihi circumspectius vivendum esse, et dei auxilium petendum *ἐντενέστερον.* Etsi spes fuit, placidam fore catastrophen Spirensis conventus, tamen dubitari iam audio, et vagari milites, et magnas aularum trepidationes esse. Urgetur orbis terrarum ubique fatalibus poenis, quas quidem et multorum furor accersit et auget. Quanti enim tumultus ex uno scelere equitum orientur, qui recens Hieronymum *Baumgartnerum* in reditu in *) conventu Spirensi captum abduxerunt, interfectis duobus eius equitibus. Non enim ius gentium, quod legatos vult esse sacrosanctos, non Imperatoris reverentia, quo inspectante paene civis summa virtute praeditus oppressus est, non data fides publica texit. Tanti sceleris vindex deus, etiamsi civitas Norica hanc iniuriam et dolorem suum dissimulatura esset, quam tamen pro sua virtute arbitror tentaturam esse omnia, quae profutura videntur ad Senatorem optime meritum, et suae reipublicae legatum liberandum, et ex carcere et vinculo recipiendum. Cum igitur tantae causae publicorum tumultuum non concessurae sint Germaniae diuturnam tranquillitatem, ego me in haec studia literarum abdam. In his, quantum licebit interim, acquiescam, donec Deus restituat pacem reipublicae, quam quidem et votis assiduis a Deo petam.

Dux Saxoniae Elector dicebatur statim post reditum ex conventu adfuturus. Nunc hae trepidationes moram adventui eius afferre putantur. 1544.

*) *ex* legendum.

No. 2977. (fortasse hoc mense.)

M. Polero.

† Ex apogr. in cod. Guelpherb. in fol. num. 11. 10. p. 273 b.

M. Polero,

S. D. Et amavi et probavi iam olim ingenium et eruditionem *Martini Nervii* *), ac meum iudicium de ipso honorificum saepe significavi. Dolebam igitur eum venire in suspicionem, et cum ipsi tum reipublicae utile esse iudicabam cognosci causam, de qua a *Bohemo* horribiliter accusabatur. Nunc audio, eum satisfecisse academiae Lipsicae, et suspicione et molestia liberatum esse. D. *Luthero*, *Crucigero* et mihi, qui eum copiose disserentem de duabus in Christo naturis et eorum proprietatibus audivi, satisfecit. Tibi igitur eum commendo. Utilissimum est Ecclesiae Dei, nos omnes, qui cum in Ecclesiis tum scholis docemus, coniunctissimos esse, ut saepe mandat Christus, et ante agonem suum petit ab aeterno patre, ut concordiam docentibus largiatur, cum ait: *pater, sanctifica eos in veritate, ut sint unum, sicut et nos unum sumus, ut sint tecum et inter se concordes.* Hanc concordiam ut vobis istic largiatur aeternus Pater et ego cum Christo oro.

*) Martini Gilberti, Nervii. Vid. ep. d. d. 14. Mart. 1545., quo anno fuit Pastor Liebwerdensis. Anno 1544. fuit Diaconus in Marienberg et controversiam habuit, de qua vide Melanthonis epistolam ad Theologos Lipsienses, datam d. 13. Apr. 1544. Haec igitur epistola scripta est sine dubio post illam controversiam, anno 1544. Conf. etiam Lutheri ep. ad Gilbertum d. d. 21. Ian. 1543. (apud de Wett. T. V. p. 533.). Gilbertum ea in re Luthero satisfecisse, intelligitur ex epist. Lutheri data d. 13. Maii 1544. (apud de Wettium T. V. p. 658.). Plura de eo habes in ep. Vitebergensium ad Electorem data d. 14. Ian. 1545.

No. 2978. 1. Iul.

V. Theodoro.

Epist. lib. IV. 195 sqq. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 592.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noribergensi.

S. D. Haec cum scriberem, Chariss. *Vite*, oppressurus eram acerrimis et saevissimis splenis doloribus, qui mihi a duorum mensium maestitia orti sunt. Ac si splen exulceratus est, ut metuo, de vita mea actum est. Est igitur hic annus, ut multis, ac fortasse imperiis, ita et mihi fatalis. Tu pro nobis Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum orato. Etsi autem, praesertim tali meo tempore, multa ad te scribere cupiebam, tamen impeditus doloribus id facere non potui. Sed si erit vita longior, scribam.

Nunc vero negocium tibi amici cuiusdam commendo. Magister *Andreas Aurifaber*, Vratislaviensis, gener Typographi *Lufftii*, Vir doctus et honestus, Italiam petiturus est, ut artis Medicae exempla spectet. Nam Galeni doctrinam bene didicit. Mittit autem istuc vasculum transvehendum Venetias, quod indicabunt Aurigae, qui has literas exhibituri sunt. Te igitur, cum D. *Alberto Pfistero*, qui Aromata a Venetiis advehit, loqui velim, vosque communi consilio curare, ut Venetias transvehatur vasculum, et collocetur apud certos homines, quorum nomina venienti *Andreae* Noribergam indicabitis. Brevi enim secuturus est. Hoc negocium ut suscipias, te etiam atque etiam oro. Arbitror autem rationem huius rei curandae notam esse Aromatario, cuius et virtus laudatur, et benevolentia erga literatos. Sed si curari transvectio commode non potest, retineatur vas apud fidos homines, donec advenerit *Andreas* Noribergam.

De mercede transvectionis iubet vos pacisci ac solvere usitato more, et pollicetur se vobis soluturum esse, cum istuc venerit. Bene vale. Cal. Iulii. 1544.

Philippus Melanthon.

No. 2979. (4. Iul.)

I. Stigelio.

Edita in Stigel. poëm. — Danz. ep. 20. Retulit Danzius hanc ep. ad 4. Iul. 1544., nescio an recte.

Ioanni Stigelio.

Cum velim tuum carmen exstare typis excusum, nihil refert, etiamsi hodie non affigetur chartae, in qua picta est Eclipsis. Satis est, unam addi *Rubigalli* Elegiam. Tua saepius legenda erit. Ideo sumes tibi tempus, quantum voles. Ego nunc ad Rectorem eo, ad δεκανικὰ negotia. Bene vale. Philippus Melanthon.

No. 2980. 6. Iul.

Ioach. Vadiano.

† Ex autographo Melanth., quod Bremae asservatur mihi descripta a S. V. Rotermundo.

Clarissimo viro, erudicione et virtute praestanti, D. Ioachimo Vadiano, Consuli oppidi St. Galli in Elvetiis, suo amico.

S. D. Tuam lucubrationem plenam eruditionis adversus fanatica deliramenta *Suencfeldii* et legi libenter, et gavisus sum propter ecclesiam, non deesse ei viros doctos, qui veritatem assererent adversus hominem vere τετυφωμένον, *Suencfeldium*. Hortator etiam fui multis, ut scriptum tuum legerent. Nam cum *Princeps Cattorum* misisset ad me volumen germanicum, in quo in titulo mihi quidem bellum infert *Suencfeldius*, sed in magna parte operis tecum belligerari conatur miser plane, ut dicitur apud Platonem ἐν φρέατι συγχούμενος[1]): respondi, tuam refutationem adeo luculentam et firmam esse, ut nova responsione non sit opus, et cum ipsum tum alios ut tua legerent hortatus sum. Itaque publico et meo nomine tibi pro tua lucubratione gratias ago. Institueram autem et ego non quidem refutationem *Suencfeldii*, sed rudibus utilem explicationem articuli de duabus in Christo naturis: sed inchoatam abruperunt quaedam meae peregrinationes et alia negotia, quorum nos maior exercet varietas, quam vos qui in aristocratia vivitis et locis tranquillioribus.

Haec multo ante ad te scripturus eram[2]), si certos tabellarios habuissem. Te enim eo magis

---

1) Apogr. mihi missum habet σvαχόμενος.

2) Librum Vadiani adversus Schwenckf. iam viderat Melanthon anno 1542. Vid. epist. ad Vit. Theodor. d. 7. Oct. 1542. Videlicet: „Ioachimi Vadiani, Consul. Sangall. ad Io. Zwiccium — epistola, in qua post explicatas in Christo naturas diversas et personam ex diversis naturis unam I. C. S. N. vel in gloria veram esse creaturam, tum oraculis

amo, quod cum perfecte doctus sis in philosophia, vere tamen amas, amplecteris et illustras coelestem doctrinam, in qua se deus certis et illustribus testimoniis patefecit, cum plerique alii eo velint magis perhiberi philosophi, quod audent Epicureis furoribus applaudere, quos et refutavit deus multis perspicuis argumentis, et puniet aeternis suppliciis.

Virtus igitur tua digna laude est, quod honestis artibus de hac visibili natura addis doctrinam coelestem de voluntate Dei, eamque propagare magna quadam varietate laborum studes, quos ut adiuvet deus ex animo opto.

Hanc autem epistolam dedi ad te adferendam *Hieronymo Schurff*, filio Iurisconsulti civis vestri[3]), *Hieronymi Schurff*, cum ut de mea erga te voluntate ad te scriberem, tum vero ut illum tibi commendarem. Patrem Hieronymum non ex illa forensi turba pragmaticum esse ducito, sed similem veteribus illis Leliis, aut Papiniano aut Ulpiano. Nam et vis ingenii in eo est excellens, et non solum Iurisconsultorum doctrinam didicit, sed cum natura insit in eius mente, ut de Isocrate inquit Plato, philosophia, hanc et adolescens amavit et docuit philosophica, et adiunxit doctrinam christianam, quam et praeclare intelligit, et morum pietate sequitur. Tantaque in eo gravitas est et iustitiae observantia, ut suis virtutibus doctrinam ipsam ornet. Huius filium *Hieronymum* bono ingenio et honestis moribus praeditum tibi commendamus, teque oramus, ut eum consilio et auctoritate tua regas et tueare. Pater incensum cupiditate videndae patriae illo misit et viatico instruxit. Saepe audivi praedicantem universae familiae suae virtutem. Quare scio, maxime eum optare, ut tibi filius curae sit.

Postremo et hoc oro, ut tandem aliquando ad me scribas. Novarum lucubrationum nunc nihil habebam praeter has pagellas, quas tibi mitto, ut videas, non negligi hic philosophica studia, quae a te et intelligi et amari scio. Bene et foeliciter vale. Die 6. Iulii 1544.

Philippus MelanthoN.

Script. SStis, tum interpretum orthodoxorum auctoritate docetur et demonstratur. Tiguri ap. Frosch. 8. (s. a.) — Idem liber germanice: Gründlicher Bericht und Auszug aus Hrn. D. Joachim von Wett Büchern in lateinischer Sprach ausgangen, anzeigend, ob Christus der Herr auch in seiner Glori, nach dem Fleisch Creatur sey oder nicht ꝛc. — Plura vide in Saligii Historia Aug. Conf. T. III. p. 1009.

3) Augustinus et Hieron. Schurff nati sunt in oppido S. Galli in Helvetia.

No. 2981. 6. Iul.

F. Myconio.

Edita a *Snegassio* ep. 21.

Clarissimo viro, eximia pietate et eruditione praedito, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gotthanae, amico suo cariss.

S. D. Etsi et mea valetudo parum firma est; nam ad alias miserias mihi nunc λιθίασις accedit, sumque hoc biduo tres calculos magno cum dolore enixus: tamen operas scholasticas, in quibus me Deus versari voluit, utcunque facio, et pro Politiis oro. Ceterum quid agant aut moliantur illi, qui Politias regunt, ignoro, praesertim in hac nostra vicinia. Sed res Parthicas ac Persicas nobis amici impertiunt. Ad senatum Vratislaviensem scribitur, Turcos magno proelio victos esse a Persis, ac maximum natu filium Tyranni Turcici captum esse, et ob eam causam retractas esse copias Turcicas, quae fuerunt ad Sophiam in Mysia. Et nunc in Hungaria praesidium exiguum esse decem millium Turcicorum militum. Ipsi vero Hungari incitante Monacho novos tumultus excitaturi videntur. Nam Monachus molitur, ut puer, filius *Iohannis*, rex Hungariae erectur. *Iohanni Arnoldo* *) dicas iam quaeri gubernatorem scholae *Heringensis*; quod si eam conditionem expetet, cum tuis eum literis ad Ludimagistrum aut Consulem in *Franckenhusen* mittito. Bene vale. Die 6. Iulii.

Philippus Melanthon.

No. 2982. 6. Iul.

G. Spalatino.

Edita a Pezelio in Consil. Mel. latin. T. I. p. 78 sq., sed inverso ordine, quum explicatio versus Virgilii epistolam ipsam praecedat. — Inveni apographa satis mendosa in cod. Goth. 191. p. 54., cod. Goth. 212. et in cod. Monac. 88. no. IV. p. 89 b.

Georgio Spalatino.

Cum me versus Virgilii, de quo interrogasti, de olea admonuisset, venit mihi[1]) in mentem dictum Psalmi: *ego autem sicut olea*[2]) *fructifera*

---

*) Vid. testimonium Arnoldo datum d. 6. Iul. h. a.

1) *mihi* non habet Pez.

2) Codd. Goth. *oliva.*

in domo Dei, qua voce significatur[3]), pios doctores et vivaces fore et foecundos. Nam utrumque mentione oleae complectitur. Olea enim vivit annos ducentos. Hanc et tibi et caeteris eruditis et[4]) piis doctoribus vivacitatem opto, ac Deum oro, ut vires corpusculi tui confirmet et augeat, ac depellat morbos. Ego his diebus magno cum dolore enixus sum tres calculos[5]).

Mitto tibi enarrationem versus Virgiliani, in qua mihi voluptati fuit, cogitanti de natura oleae, considerare imaginem Ecclesiae. Vinum significat legis doctrinam, oleum significat[6]) Evangelii suavitatem. Tanta est autem *συμπάθεια* et naturalis concordia inter vitem et oleam, ut vel[7]) viti insita olea gignat uvas et oleum. Sic insita populo legis[8]) Ecclesia legem et Evangelium sonat, et fruitur utraque doctrina, et utriusque fructus gignit.

† De Turcis scriptum est ad Senatum Vratislaviensem, victum esse a Persis Turcicum exercitum et captum tyranni Turcici filium natu maximum, eamque ob causam revocatas esse copias ex Mysia, quae recens eo missae[9]) erant, ut pergerent ad reliquam Pannoniam occupandam. Interim Ungari novos tumultus excitant auctore monacho, qui est regni *ἐρύννις*. Fortasse Deus coronaturus filium Iohannis. Bene et feliciter vale. 6. Iulii 1544"[10]).

Versus Virgilii:

Omnibus in morem tonsa coma pressa corona.

Non dubito intelligi coronam oleagineam, et constat[11]), adolescentes in ludis, quos narrat Suetonius ab Augusto institutos esse, sedentes in equis certasse vel cursu vel aliis modis, et fuisse coronatos frondibus oleae. Sed cur *tonsam* vocet, nos, qui culturam oleae[12]) ignoramus, non satis explicare possumus. Ac[13]) verum est, saepe solere putari et stringi oleas ad compescendam luxuriam, sed tamen dubito, an *tonsam*[14]) vocat propterea, quod ab arbore stricta sit, an vero propter coronae aequationem. Sed prius magis placet, nam oportuit manu stringi, non attingi[15]) ferro. Et alio loco inquit[16]) Virgilius:

Ipse caput tonsae foliis redimitus[17]) olivae.

Hic certe commodius est, intelligi *tonsam* pro *stricta* arbore[18]), quasi dicatur[19]): vinctus caput foliis strictae olivae. Hoc igitur amplectamur. Sed me civem atticum pudet, non esse oleas, quae Athenis notissimae et uberrimae fuerunt, pudetque eo magis, quia olea est[20]) imago Ecclesiae. Theophrast. lib. 4.: *δοκεῖ δὲ ὁ βίος τῆς γε μιᾶς ἐλαίας*[21]) *περὶ ἔτη διακοσία*. Videtur autem vita unius oleae esse annorum 200. Sed vitem scribit esse perpetuam, et, ut ait, *μακροβιότερον*[22]) *πάντων*, si a caudice avellantur radiculae immodicae. Vinum ergo prodest senibus. B. V.

3) Cod. Goth. 191. *significat*.
4) *eruditis et* codd. Goth. non habent.
5) *Ego his* etc. Pez. praetermisit.
6) *significat* codd. non habent.
7) *vel* Pez. non habent.
8) *doctrina* addit cod. Goth. 212.
9) Cod. Goth. 191.: *exmissae* pro *eo missae*.
10) *De Turcis*, et quae sequuntur, Pezelius praetermisit.
11) *constat* non habet cod. Goth. 191.
12) *oleae* Pez. non habet.
13) Codd. *Nam*.
14) Pez. *sic* pro *tonsam*.
15) *attingi* Pez. non habet.
16) Codd. *ait*.
17) Codd. *redimitus*; Pez. *evinctus*; textus Heynii: *ornatus*.
18) Pez. *stricta de arbore*.
19) Pez. *dicat*.
20) Codd. *quia ab olea ducta est*.
21) Cod. Goth. 191. *μιᾶς τῆς γε ἐλαίας εἶναι*.
22) Cod. Goth. 191. *μακροβιότατον*.

No. 2983. 6. Iul.

Testimonium.

† Ex apogr. in cod. Goth. 401. p. 119.

Philippus Melanthon Salutem dicit omnibus lecturis.

Honestissimum officium est, et utile reipublicae, bona et modesta ingenia et exculta eruditione tueri et provehere. Comperimus autem et ego et collegae nostri in Academia Vitebergensi, hunc *Ioannem Arnoldum Gothmannum* honestis moribus praeditum esse, et singularem diligentiam ac moderationem in omni officio praestare. Ingenii vero tanta vis est et elegantia, tantaque eruditio et linguae latinae scientia, ut latine solutam orationem et carmen magna copia et nitore scribat. Feliciter etiam philosophiae studium et mathemata ac dulcissimam illam de motibus coelestibus doctrinam inchoavit, ac optandum est, ut cum ingenium habeat capax omnium bonarum artium,

diutius morari his studiis posset, quod si fieret, magno usui et ornamento ecclesiae et reipublicae futurus videretur. Adiunxit enim ad haec studia etiam christianae doctrinae cognitionem, et amplectitur sententiam, quam ecclesia nostra una voce et uno spiritu cum ecclesia catholica Christi profitetur, et a fanaticis opinionibus abhorret.

Haec cum ita sint, hunc Ioannem Arnoldum bonis viris omnibus commendo, et oro, sicut decet bona ingenia omni genere beneficiorum ornare, ut eum amanter complectantur, et, cum ita ferent occasiones, eum adiuvent. Bene vale, lector. Die 6. Iulii anno 1544.

No. 2984. 7. Iul.

I. Stigelio.

Danz. ep. 53., cod. Goth. 188. ep. 114.

Clarissimo viro, ingenio, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ, καὶ ταῖς Μούσαις, φιλτάτῳ, fratri suo carissimo,

S. D. Cariss. Domine Stigeli. ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον, praesertim in naturis Musicis. Hic igitur *Felix Fidlerus* *), Pruthenus, qui carmen magna venustate scribit, te valde amat, et ut te istic alloqueretur fui hortatus, eamque ob causam ei hoc breve epistolium dedi, teque oro, ut hominem ingeniosum, et venae suavitatem suavitate morum referentem, amanter complectare. Certent alii odiis et κακοηθείᾳ, quod non sine summo dolore cogito: nos et propter Deum et propter Ecclesiam, et propter artium ipsarum foedera, coniungamus, et benevolentiam inter nos mutuam tueamur. Literas a te exspecto. Bene et feliciter vale, 7. Iulii.

Philippus Melanthon.

No. 2985. 9. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 474 sq. (ed. Lond. IV. ep. 335.).

*) Versabatur in Academia Felix anno 1544. Vid. epist. ad Barthenum d. 18. Oct. 1544. scriptam. Ergo ad hunc annum videtur referenda haec epistola.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo carissimo,

S. D. Quod nec muneris publici, quod nunc administras, negociis, nec cura tuae valetudinis domi te retineri passus es, cum de meo morbo audisses, sed dubito advolasti, et agnosco saepe perspectum mihi amorem tuum, et gratiam tibi habeo, ac mihi te tuis beneficiis cogitanti non tantum illud Homericum in mentem venit, σοὶ δὲ θεοὶ τῶν δ' ἀντὶ χάριν μενοεικέα δοῖεν, sed illa etiam divina promissio: Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: In die mala liberabit eum dominus. Vos igitur, quos affici dolore meo video, ut servet ac defendat Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi opto.

De Rep. nunc nihil audio. Sed somnio saepe consessus, ut in Synodis. Video *Eccium*, *Gropperum* et alios πολυπραγμονοῦντας ac discursantes. Etsi autem mihi quidem nihil in vita dulcius fuit colloquiis et collatione eruditorum, tamen illa certamina sophistica conventuum odi, ac utriusque partis studia ac voluntates cogitans, toto corpore cohorresco. Praeclare illud quidem apud Thucydidem dicitur: ἐπιείκεια τοῦ διδάσκειν καθ' ἡσυχίαν ἀλλήλους, οὐ ψέγεται. Sed haec philosophia prorsus ignota est istis, qui volunt esse βραβευταὶ disputationum in conventibus. Nunc *Lutherus* scripsit ad coniugem *Hieronymi Paumgartneri.* Bene vale, die IX. Iulii.

Philippus Melanth.

No. 2986. 9. Iul.

Uxori Baumgartneri.

† Ex apographo in cod. Bavari Vol. I. p. 489. et apogr. in cod. Goth. 148.

Der Ehrbaren und Tugendsamen Frauen des Fürnehmen und mit allen Tugenden gezierten Herrn Hieronymi Baumgärtners Hausfrauen zu Handen.

Gottes Gnade und Trost durch seinen einigen gebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Ehrbare, tugendsame Frau. Ich und viele andere in diesen Landen und Städten haben ein treulich Mitleiden, daß euer allerliebster Herr, der mit allen Tugenden ge-

ziert ist, auf der Straße weggefahet[1]) ist; wollen auch nicht unterlassen, bei Gott fleißig mit dem Gebeth anzuhalten, daß Gott euern Herrn erhalten, und wiederum zu euch und euern Kindern frölich bringen wolle. Und so wir etwas mehr dazu thun können, wollen wir dasselbige auch thun.

Wir bitten auch Gott, daß er euch in dieser großen Betrübniß nicht wolle versinken lassen, sondern wolle euch durch seinen heiligen Geist Trost und Stärke geben, wie er vielmal zugesagt hat, daß er ein solcher Gott sey, der bei den Betrübten wohnen wolle, wie ich selbst auch an etlichen nicht geringen Betrübnissen erfahren habe, und wollet euch fürnemlich mit diesen drei Artikeln trösten. Erstlich, daß ganz gewiß ist, wie unser Heiland Christus versprochen hat, daß alle unsere Haare von Gott gezählet sind, das ist, daß Gott auf uns siehet, und uns bewahrt, ob wir gleich in Fährlichkeit sind. Darum wie er Daniel unter den Löwen behütet hat, also wird er auch euern Herrn unter den Räubern, die ihn weggeführt, trösten und bewahren.

Zum Andern, daß dieses auch gewißlich wahr ist, daß die göttliche Majestät zugesagt und sich verpflichtet hat, daß sie bei den Betrübten und Geängstigten seyn und wohnen wolle, die ihn doch anrufen; wie in dem Propheten Esaia zum 57. Capitel geschrieben ist Darum sollt ihr auch nicht zweifeln[2]), der ewige Gott ist bei euern Herrn und bei euch, und wird euch beide stärken und wiederum aus dieser großen Betrübniß erretten.

Zum Dritten, so ist gewiß, daß der ewige Gott will, daß wir ihn mit Anrufen erkennen sollen, und daß er also seine Gegenwärtigkeit erzeigen will mit Gaben, die wir bitten; wie er gesprochen: rufe mich an in der Noth, so will ich dich erretten, daß du mich preisest. Darum sollt ihr nicht zweifeln, Gott wird euer und vieler Christen Gebeth erhören, die für euern Herrn bitten, daß er wiederum frölich zu euch komme. Das wolle der ewige Gott, Vater unseres Heilandes Jesu Christi gnädiglich zu seinem Lobe wirken, und euern Herrn und euch allezeit trösten und bewahren. Amen. Datum Wittenberg, 9. Julii 1544.

Philippus Melanthon.

1) Cod. Goth. 148. weggeführt.
2) Cod. Goth. 148. verzweifeln.

No. 2987. 9. Iul.

V. Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 197 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 594.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Lentus est in splene morbus. Sed subiti et acres cruciatus, de quibus nuper ad te scripsi, a *λιθιάσει* fuerunt, ut postea comperi, tres enim calculos enixus sum.

Postea accepi Collegae tui vaticinia *περὶ τῆς ἀναστάσεως πάντων ἀνθρώπων*, quae legerunt *Lutherus* et *Pomeranus*. Sed opinor et hos et alios bonos viros, in tota Ecclesia ubique optare, ut ille laetitissimus dies, quo se Filius Dei ostendet universae Ecclesiae, non tam diu differatur, sed hac ipsa hora oriatur. Vides enim furores Principum, et Doctorum *νοσήματα* varia, quae, si durabit haec Ecclesiae servitus in hoc mundo diutius, parient maiores dissipationes et miserias. Oremus igitur filium Dei, ut quamprimum has Ecclesiae miserias finiat.

Italis nondum respondi, sed instituam Responsionem vel tua causa. Video, ut male institutis accidit, ex ineptis persuasionibus veteribus, inepta eos ratiocinari. Et difficile est, semina errorum evellere *αὐτοδιδάκτοις*, et sine sermonis communicatione. *τὸ δοκεῖν βιάζεται τὴν ἀλήθειαν*, inquit Simonides. Scribam igitur copiosius.

Non licebat plura addere. Nam avocabar ad *δικαστήριον*.

Domini *Hieronymi* Coniugi scribit *Lutherus* *), et addidi Epistolam, quam exhibebis. Deus restituat eum nobis. Bene vale. Die 9. Iulii.

Philippus Melanthon.

No. 2988. 9. Iul.

Eidem.

Epist. lib. IV. p. 198 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 595.

*) Epist. d. d. 8. Iulii legitur apud de Wett. T. V. p. 672.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Scis hanc communem ac civilem vitam multa nobis amicorum negocia imponere, quae, etiamsi sunt aliena a nostris studiis, suscipienda sunt. Quare mihi veniam dabis, interdum forensia, aut alia *βάνανσα* negocia ad te adferenti. Rogo autem, ut hanc *Carpophori* Civis nostri causam agas. Legavit Suecus *Carpophoro* poculum argenteum, quod ille scripsit esse penes vestrum Civem *Iohannem Dietz*, ut leges in hac pagella, in qua legata scripta sunt. Vester autem Civis *Titius*, postquam *Carpophorus* legatum petiit, respondit, sibi deberi ducentos aureos a Sueco, eamque ob causam negat, se poculum alteri traditurum esse.

Primum de debito, puto fabulam commentitiam esse. Nam Suecus magnam pecuniam reliquit, et si quid debuisset, peti id ex haereditate integrum potest. Nec consentaneum est, mercatorem contentum fore poculo, pro tanta pecunia. Pugnabis igitur pro tua prudentia, ut noster Civis obtineat legatum. Nam si quid vestro debetur, peti id ex haereditate potest. Quid reliquerit Suecus, et ubi, norunt Doctor *Draco*, *Milichius* et alii.

Dabis veniam mihi, quod haec *δικανικὰ* tibi mando, qui munus docendi Evangelii sustines. Sed, ut vides, inter homines vivimus. Bene vale. Die 9. Iulii. Chirographum *Carpophori* non trades *Titio*, nisi acceperis poculum.

Philippus Melanthon.

No. 2989. 10. Iul.

N. Medlero.

E codice Bavari V. II. p. 358. edita a Ballenstadtio II. ep. 7. et Danz. ep. 40. Nunc ex ipso cod. accurate descripta.

Nicolao Medlero

S. D. Deus, aeternus pater domini nostri I. C. regat spiritu sancto suo deliberationem tuam de Ecclesia Brunsvicensi. Promisit Christus, se nobis daturum spiritum sanctum suum *παράκλητον*. Hic utinam semper pectora et mentes nostras regat, et in tantis vitae periculis ducat nos, ut Mosen per undas, ut Esaias inquit. Legi tuam epistolam scriptam ad *Rorarium*, teque velim placido et leni animo tolerare, et prorsus dissimulare indignationes illas. Nam nullius est tanta diligentia, tanta circumspectio, tanta moderatio, ut cavere possit in gubernatione, ne existant aliquae offensiones; sed cum ortae sunt, sapienter leniendae sunt. Haec tibi scribo pene veterano veteranus. Utrumque aerumnae multae*) docuerunt, et fuerunt nobis *παθήματα μαθήματα*. Sed in his discamus adesse nobis spiritum sanctum monitorem *καὶ παράκλητον*, et regi nos eius consiliis**) petamus, et videamus, ne ipso aliquid faciamus praecipitanter aut turbide. Sed haec alias. Bene vale, die 10. Iulii 1544.

No. 2990. 11. Iul.

Sturmius ad Melanthonem.

Ex apographo edita a Veesenmeyero in programm. Pentas epistolarum clarorum virorum hactenus nondum editarum. Ulmae 1798. 4. ep. 2.

Clarissimo et optimo viro Dom. Philippo Melanthoni, praeceptori suo observando S. D.

Missus fui hisce proximis diebus in Galliam ad Regem ab Episcopo Argentoratensi, necessariam, ut mihi videbatur, et ut re ipsa comperi, ob causam. Allatum enim ad nos erat, mitti duo millia equitum a Rege in fines Lotharingicos, qui Germanico pediti iter in Galliam patefacerent, quod a Caesareanis est occupatum. Id ut ne fieret, pro Episcopo sum deprecatus. Et quanquam quadringentos misisset, reliquique subsecuturi essent, tamen impetravi id, cuius causa veneram. Cum autem regi postremo loquerer, et veniam revertendi peterem, dedit mihi in mandatis, ut tibi significarem, nepotem tuum[1]), quem Bituirigibus

---

*) Ballenst. *multum*, mendose.

**) Danz. *consilio*, mendose.

1) „Salig in Gesch. der Augsb. Conf. Vol. II. p. 196. haec refert: Als Margaretha von Valois (Königs Heinrich II. von „Navarra Gemahlin, und Königs Franz I. von Frankreich „Schwester) hörte, daß Phil. Melanchthons Bruder, Andreas „Melanchthon, zu Bourdeaux wegen der Ketzerei arretirt „worden, weil er in Agenois nach der Augsb. Confession gepredigt, so that sie bei dem Parlament so kräftige Vorbitte, „daß er wieder los kam." „Nihil certum de hoc vel fratre „vel nepote Melanchthonis nobis quidem constat. Cf. tamen „Strobelii Melanchthoniana p. 1 sqq. et Schelhornii Commentar. de vita Phil. Camerarii, p. 192. Quod nos habemus „Epp. Ioach. Camerarii librr. VI. (Francof. 1583. 8.) exemplar, fuit *Ioannis Melanchthonis*, quem per omnia non

habes, in custodia quidem fuisse religionis causa, tamen solutum iam et liberatum esse. Quod dedit accepi, et, quasi nepotem ibi habeas, ita pro te gratias egi, et recepi, me id tibi scripturum. Si habes, bene est, sin minus, tamen laetor, hoc mendacio, vel potius officio atque hac caritate liberatum a cruciatu aliquem calamitosum esse. Rogo te, D. *Philippe*, scribe ad Regem, et gratias age, et simul hortare, ut desinat ab ista severitate. Cum mihi respondetur, si quando scribo ad Regem ea de re, (scribo autem saepe) dicunt, Anabaptistas esse, seditiosos esse, quales nos nobiscum esse non pateremur. At ego scio, viros saepe optimos in hoc periculum vocari et duci ad supplicia. Causam huius crudelitatis esse dicunt Cancellarium[2]); id ego ex Regina Navarrae, Cardinale *Ballaio*, et aliis quibusdam viris bonis cognovi. Sed quid tu ad illud? Tametsi ista acerbitas sit, tamen non deesse[3]), qui inceptant propugnare pro Evangelio; et quod mirum est, *Cardinalis Lotharingus* Monachum Augustinianum habet, qui sapit et docet vere, pure, aperte, non secus atque nostri, et facit id quotidie, et pro missa concionem Cardinalis quotidie audit. Domina item *Stampensis*[4]), amor Iovis, vix retrahi potest, ne quid nimium libere instituat. Huius exemplum pars magna mulierum aulicarum imitatur. Hoc eo ad te scribo, ut, si ad Regem scribas, patronos te habiturum literarum eos, quorum iam in aula summa est auctoritas. Vale D. Philippe. Argentorati, undecima Iulii.

Tui studiosissimus *Sturmius.*

No. 2991. 16. Iul.

Alberto, Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 84 sqq. ep. 23.

„amplius novimus." [Haec Veesenmeyerus h. l.] quibuscum conf. ea, quae nos diximus ad epist. Mel. ad Reiffensteinium, mense Mart. 1528. et epist. ad Io. Melanthonem d. 30. Aug. 1548.

2) *Antonius du Prat.* (Nota Veesenmey.)

3) Excidit fortasse *audio.* (Nota Veesenmey.)

4) Anna, Duchesse d'Etampes, amor Francisci I., de cuius animo a Lutheri vel Calvini dogmatibus haud alieno v. Baylii Dict. sub voce: Etampes. (Nota Veesenmey.)

Alberto, Duci Borussiae.

S. D. Illustrissime Princeps ac domine clementissime. Quod faustum et foelix sit redit ad Cels. v. *Christophorus Ionas* Iuris doctor, quem scio non solum magna doctrinae varietate instructum esse, sed etiam natura moderatum et in omni officio diligentem esse. Magno ornamento nostrae Academiae fuit, multarum studia iuvit, multorum mores autoritate sua rexit, multis exemplum gravitatis ipsius profuit. Talis cum sit, spero virtutem eius celsitudini vestrae placituram esse, et reipublicae profuturam, et hac spe eum reverenter Celsitudini vestrae commendo.

Nova de re publica non habebam praeter ea quae scripsi in altera pagella, quae mirabitur Cels. v.

Etsi autem videri possum impudentior, quod de multis negociis ad Cels. v. scribo, tamen sapientia Cels. v. spem mihi facit, Celsitudinem vestram boni consulere si ea scribam quae ad provehendas honestas artes conducunt. Mathemata paucissimi nunc discunt, et pauciores ex potentibus ea studia adiuvant. Est autem apud nos vir doctus qui huic uni studio se dedidit, et quaedam opera inchoavit profutura ad earum artium propagationem. Sed aula nostra parum curat haec studia. Si celsitudo vestra quotannis aliquod seu munus, seu stipendium ei daret, ipsis artibus profuturum hanc liberalitatem sperarem. Et vellem esse hortator, ut opera utilia et Ephemeridas ederet. Nam aliquanto post deerunt alioqui Ephemerides si Principes non adiuvabunt has operas. Sed oro, ut veniam det hinc meae fortassis intempestivae petitioni. Meam filiam, miseram mulierem commendo celsitudini vestrae. Principes sint dei imagines, qui se vocat patrem orphanorum. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi servet celsitudinem vestram incolumem et florentem et defendat adversus omnia mala, ut gubernatio Cels. v. sit salutaris Celsitudini vestrae et populo. Datae die 16. Iulii.

Cels. v.

addictissimus

Philippus Melanthon.

Beilage.

Der Churfürst zu Sachsen und der Landgraf zu Hessen sampt ihren Verwandten haben uff die Sequestration des Herzogthums Brunswig geschlossen, und zum Keiser Bottschafft abgefertiget, dem Kaiser das Herzogthum zu übergeben.

Dagegen will sich K. M. verschreiben das alle jetzige Ordnung, so darinn uffgericht also bleiben sollen, Item daß das Herzogthum nicht soll Herzog Henrichen von Brunswig zugestellt werden, es sind denn die Sachen zwischen den Herrn rechtlich oder gutlich entscheden.

Und sollen Regenten gewählet werden, etlich unter diesen, Pfalzgraf Friedrich, Jülich, Brandenburg Churfürst, und Herzog Moritz Herzog zu Sachsen.*)

No. 2992. 19. Iul.

L. Stoeckelio.

Epist. lib. V. p. 135 sqq.

Viro optimo et egregia eruditione praedito Leonhardo Stöckel, docenti bonas literas in Bartpha, amico suo charissimo.

S. D. Omnium fere temporum historiae ostendunt, Ecclesiam Dei nulla habere humana praesidia. Ut igitur texit Deus aeternus, Pater Domini nostri Iesu Christi, Danielem et alios multos in exilio, ut texit Mariam, Elisabeth, et alios pios, grassantibus in Iudaea Romanis, Parthicis et Herodianis exercitibus: Ita opto, ut te, fratrem tuum, ac vestram Ecclesiam, ac nidulum vestrum tegat ac defendat.

Conventus Spirensis adeo nihil auxilii exteris nationibus ostendit, ut omnino videatur accersurus domesticos tumultus. Non procul a Spira Legatus Noribergensis, vir doctrina et virtute excellens, *Hieronymus Baumgart*, quem tibi notum esse arbitror, domum rediturus, pene inspectante Imperatore captus est. Sed Deum oremus, ut Ecclesiam suam et literarum reliquias servet. Cum cogitarem, quanta tibi et fratri consuetudo vestra voluptati futura esset, misi pagellam de amore et concordia fratrum, et graecos versiculos, quorum mira est suavitas, ad verbum verti. Quia verebar, alicubi te non assecuturum esse sententiam. Bene vale, et rescribe. Die 19. Iulii 1544.

Philippus Melanthon.

Psalmi 133. *Ioachimi* *παράφρασις.*

ὡς ἀγαθόν τε καλόν τε καὶ ὡς γλυκὺ χρῆμα τόδ᾽ ἐστὶ,
ὡς δὲ τόδ᾽ ἐς τέρψιν μηδὲν ὅμοιον ἔχει.
ὅταν ὁμοφρονέως ἕνα νοῦν κέκτησαν ἀδελφοὶ,
ἠδ᾽ ὅταν ἐν ψυχῇ μὴ δίχα βῇ κραδίη.
ὡς δὲ μύρον πολύτιμον ὕπερ κεφαλῆς Ἀαρῶνος,
Βαλσάμου ἐνώδει ῥεύματι χευόμενον
εἰς τ᾽ ἀφίει ψεκάδας κροτάφους, πολιόν τε γένειον,
ἐν μέλεσ᾽ αὔξούσας γηραλέοισι κράτος.
ἠδ᾽ ὡς (γῆν ἐπὶ καῦμα φέρων ὅτε σείριος αἴθει)
διψαλέαι σταγόσιν ζῶσ᾽ ὑετοῖο γύαι:
οὕτως ἔνθ᾽ ὁμόνοια καὶ εἷς νόος ἐστὶν ἅπασι
μηδὲ μετ᾽ ἀρχεκακὸς βῆσ᾽ ἑταίροισιν ἔρις.
τήν τε ἀρετὴν τότε τόν τ᾽ ὄλβον Θεὸς αὐτὸς ὀφέλλει,
παντοίοις κοσμῶν πράγματα κοινὰ καλοῖς.

Interpretatio.

Quam bona et pulchra, et quam dulcis haec res est.
Quam hoc ad delectationem nihil simile habet:
Quando consentiunt unam mentem possidentes fratres,
Et quando in anima non in diversum vadit cor.
Sicut autem unguentum preciosum super caput Aaronis,
Balsami fragranti fluxu perfusum.
Mittit stillas in tempora et canum mentum
In membris aucturas senilibus robur:
Et sicut (super terram aestum ferens Sirius, quando flagrat)
Sitientia guttis reviviscunt pluvia arva:
Sic ubi concordia et una mens est omnibus,
Neque cum sociis vadit perniciosa lis:
Virtutem tunc et divitias Deus ipse auget,
Variis ornans negocia communia bonis.

No. 2993. 23. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 475 sq. (ed. Lond. IV. ep. 336.).

---

*) (Addidit his Faber:)
Noch befindet sich bei dem Briefe eine Beilage von Sabins Hand, folgenden Inhalts:
Erasmus Salveldensis est, de quo scribit: is vero mihi narravit se novas ephemeridum tabulas editurum, si principem haberet, cuius liberalitate iuvaretur. Est autem vir doctus et opus quod habet prae manibus erit multis utile. Itaque gaudeo Illustriss. principem nostrum ei sumptus decrevisse ad hoc opus perficiendum. Vale!
Der Herzog versprach in seiner Antwort, dem Mathematiker, der großen Ausgaben an die hiesigen Gelehrten ungeachtet, Melanthon zu Gefallen und damit seine Fürbitte nicht vergeblich sey, 100 Gulden Rheinl. auf zwei Jahre in vier halbjährigen Terminen zu 25 fl. auszahlen zu lassen. In der Folge wurden ihm weit bedeutendere Unterstützungen zu Theil.
Mel. Eidam und Tochter versprach der Herzog bei sich und seiner Gemahlin in Gnaden zu halten.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo cariss.

S. D. De ingenio et studiis *Meureri**) semper praeclare sensi, et cum non solum eruditionem probarem, sed etiam naturam iudicarem esse philosophicam, hoc est, *κοινωνικὴν*: Fui vobis hortator, ut praelectionem physicam ipsi potius traderetis, quam aliis, de quibus ambitiosae deliberationes erant. Nunc salvum et incolumem rediisse in patriam gaudeo, et opto, ut vestra coniunctio vobis voluptati sit, et prosit litterarum studiis. Scriberem nunc ad eum, nisi avocatus ad negocium publicum properarem.

Heri mihi, cum expatiati essemus ad herbarum contemplationem, narravit gener *Lufti***), attulisse se Partitiones tuas. Sed codicem nondum exhibuit. Multae suaves disputationes ut inter philosophos fuerunt de plantis. Cumque recitarem picturam Francofordianam, in qua puella sedet sola coronam contexens floribus, quibus nomen est nostrate: Je lenger je lieber, cum hac inscriptione:

Je lenger je lieber ich bin allein
Denn Trew vnd warheit ist worden klein.

Quaesitum est, sit ne *χαμαίπιτυς* veteribus, aut alius flos, cuius vetus nomen ignoramus. Nunc enim amarum dulce vocant, Sciscitaberis igitur tuos *συμφιλοσόφους*.

Mitto litteras *Amantii*, quem nollem ex Academia Pomeranica discedere. Sed uxoris valetudine se moveri scribit. Bene vale. die XXIII. Iul. *Vitus* scribit *Hieronymi* liberandi spem esse.

Philippus Melanth.

No. 2994. (h. t.)

C. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 280 sqq.

Philippus Melanthon Christophoro Pannonio

S. D. Francofordiae ad Moenum vidi picturam puellae, sedentis in solitudine, et tenentis coronam ex floribus, quibus Germanicum nomen est: Je lenger je lieber; Vulgo vocant amarum dulce. Alludit autem ad hoc. Solitudinem prius insuavem, paulatim fieri gratiorem. Veteres vocant Teucrion, a Teucro, qui exulans cum atra bile laboraret, hoc remedium invenit, casu videns, impositum hunc florem spleni victimae purgasse, et mundasse splenem. Alii *χαμαίδρυν*, alii *χαμαίπιτυν* vocant: sed *τεύκριον* esse placet, aut certe cognatus flos est. Ego versiculos de illa pictura feci, quos tibi mitto, ut argumentum ornes tuo splendore.

Inscriptio germanica picturae haec est:

Je länger je lieber ich bin allein,
Dann Trew vnd Warheit ist worden klein.

Nostrum Epigramma.

Virgo procul turbam fugitans ego texo coronam.
  Et flos, ut vincam taedia longa, monet.
Nomen enim *γλυκύπικρον* habet fuit ante molestum,
  Quod fruerer nullis usa sodalitiis.
Nunc haec vita mihi fit grato dulcior usu,
  Quae velut in portu nulla pericla timet.
Et florem inspiciens saepe haec praecepta recordor,
  Quae fiunt usu cognita grata magis.
Feceris haud quicquam, nisi quod fecisse necesse est.
  Quamque dedit, norma est una sequenda, Deus.
Et fugito turbam, nisi cum Respublica poscet,
  Congressus facies hos tamen ipse breves.
Nec tibi curabis multos adiungere amicos.
  Rara haec sint, candor, gratia iusta, fides.
At si quos poteris, reque officiisque iuvato,
  Sic tamen adiutes, ne meminisse putes.
Praecipue vero remis velisque potentum
  Fucosas fugito cautus amicitias.
Ac, ut Sirenas sapiens vitavit Ulysses,
  Illecebris aulae ne capiare, cave.
Talis vita Deo grata est, et libera curis
  Doctrinae poterit iustaque fonte frui.

Fac meliores.

No. 2995. (fere mense Iul.)

I. Stigelio.

Danz. ep. VIII. cod. Goth. 188. ep. 71.

Εὐφυεστάτῳ, Μουσῶν τε καὶ Χαρίτων ἱερουργῷ, Ioanni Stigelio, amico suo carissimo,

S. D. Gaudeo, tuum iudicium congruere cum multorum summorum et optimorum virorum cal-

*) Wolfg. Meurer, natus Altenbergae a. 1513., vocatus a. 1544. Professor Philos. in Acad. Lips.

**) Andreas Aurifaber, Vratislaviensis. Vid. ep. d. 21. Iul.

culis. Laudata est haec *senis Coloniensis confessio**) ab Electore Duce Saxonico, a *Macedone*, a *Luthero*, a *Pastore* Ecclesiae nostrae, a *Pontano*. Legimus enim fere ante mensem. Sed tamen et iudicio tuo de officio delector. Mihi non licet *μακροῖς αὔλοις* praedicare, ne videar privato affectu id facere: sed intueor iudicia sapientum vera et interiora, ab his tacitus gaudeo probari huius senis gravitatem. Deum etiam oro, ut eum regat et servet. Legi hodie orationem *Lycurgi*, Attici oratoris, de defendenda patria. Nihil unquam dulcius aut splendidius audisti. Narrat, in Sicilia cum Aetna eiaculata esset igneos globos, fugeretque multitudo vicina monti, servatum esse iuvenem, qui sustulit in humeros senem patrem, ceteros periisse incendio, qui parentes reliquerant. Bene vale **).

Philippus.

No. 2996. (mense Iul.)

Eidem.

Danz. ep. 12. cod. Goth. 188. ep. 75.

Ioanni Stigelio.

Ὦ φίλτατε Μούσαις τε Χριστῷ καὶ ἐμοί. Statim postquam de curru descendi, an adesses, interrogavi. Nondum aiebant te venisse. Eram itaque honestissimam coniugem tuam visurus; sed profecto me hactenus occupationes accumulatae propter exspationem impedierunt. Vesperi autem ante coenam ero iturus ad tuas aedes: nam et ad *Georgium Rorarium* eundum est; et ante coenam te alloquar.

Coenaturus sum autem apud Doctorem *Andream*. Cras, aut cum voles, alias, si socrui gratum putabis fore, me vocare poteris. Nam properare illam non arbitror. Bene vale.

Philippus.

---

*) Hermanni Archiepisc. Coloniensis. Quum ex Lutheri epistola data d. 23. Iun. 1544. (Epp. T. V. p. 670.) appareat, Lutherum *reformationem Coloniensem* illo tempore nondum vidisse; epistola anno 1544. tribuenda videtur. Quod autem dicit, illum librum Luthero placuisse, ea de re habemus testimonium Lutheri ipsius in epist. Lutheri ad Pontanum, ante iter ad Amsdorfium scripta (Walch. opp. Luth. XXI. p. 486. de Wette V. p. 703.) ubi dicit: „des Bischoffs Artikel gefallen mir wohl, sonderlich die vom Abendmahl. Amsdorfius Lutherum adversus hunc librum excitavit.

**) Additum est: 1543. Puto autem, annum ex arbitrio editoris adscriptum esse.

No. 2997. 2. Aug.

Theologi Witebergenses ad Senatum Mühlhusanum.

Edita in dem Mühlhäuser Wochenblatt, no. 43. ann. 1827. Epistola a scriba quidem est scripta, sed subscripserunt Lutherus, Bugenhagius et Melanthon sua quisque manu. Melanthonem eius auctorem esse forma epistolae docet. — De Wettius illam non habet. [Dz.]

(*Ad Senatum Mulhusanum.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Erbare, weise, fürnehme, gunstige Herrn und Freund. Ewr Schrift, darin ihr mit großem Fleiß um einen tüchtigen Mann zur Kirchen Regierung in Eur Stadt ansucht, haben wir empfangen und können uns wohl erinnern, daß der würdig und wohlgelehrt Herr Justus Menius sich allhie mit uns neulich unterredet, da wir auch allerlei Fährlichkeit Eur Kirchen, besonder in dieser getheilten Regierung bedacht, zudem daß jetzund die Menschen in aller Welt, hoher und niedriger Ständ, zu wildem Wesen geneigt und ganz unstät sind.

Darum bitten wir Gott den ewigen Vater unsers Heilands Jesu Christi, er wolle Eur Kirchen und Stadt regirn und bewahren, euch guten Rath und Frieden geben, und die Kirchen mit christlichen, sittigen, friedlichen Lehrern versorgen, und alle Aergernuß abwenden, wollen auch euch, als die verständigen, gebethen haben, ihr wollet selb wachen, und so jemand einen bösen Samen bei euch zu säen*) unterstehen würde, denselben nicht aufkommen lassen, und so euch Gott einen christlichen, gelahrten sittigen Pfarner an Herr Menii statt gibet, ist zu Frieden- und christlicher Regierung nützlich, daß der selbig allezeit für und für Superattendens bleibe, und daß nicht widerwärtige Superattendenten in Eur Kirchen gesatzt werden.

Nu ist uns Sebastianus Boetius, von welchem ihr geschrieben, viel Jahr bekannt; derhalben diweil wir wissen, daß er gottforchtig, wohl gelahrt und die reine christliche Lahr verstehet und bekennet, sittig und friedliebend ist, haben wir uns Eur Bedenken und diesen Beruf gefallen lassen, und ihm Eur Schrift fürgehalten, und ihn vermahnet, in Gottes Namen diesem Beruf zu folgen, dazu er sich erbothen, vor Michaelis bei euch zu erscheinen.

Das haben wir euch also auf Eur Ansuchung freundlich anzeigen wollen, mit Erbiethung unsrer Dienst, und

---

*) Editum est: sehen.

bitten unsern Heiland Jesum Christum, den guten und treuen Hirten seiner Kirchen, er wolle selb bei uns und bei euch Hirt seyn und bleiben, und ihm seine Kirchen erbauen und erhalten, wie er gesprochen: ohne mich könnt ihr nichts schaffen. Ihr wollet auch seiner Rede nit vergessen, da er spricht: dadurch wird mein Vater im Himmel gepreiset, so ihr meine Jünger werdet und viel Frucht bringet. Diesen Dienst fordert Gott von allen Regenten, daß sie ihn mit Erhaltung rechter Lahr preisen wollen. Darum wollet euch diesen Gottesdienst allezeit lassen befohlen seyn. Datum Witeberg, 2. Augusti 1544.

Martinus Luther D.
Johannes Bugenhagen Pomer D.
Philippus Melanthon.

No. 2998. 2. Aug.

Senatui Mühlhusano.

Edita primum in d. Unschuld. Nachricht. an. 1712. p. 223.; iterum in dem Mühlhäuser Wochenblatt no. 44. ann. 1827. Scripta est a scriba, sed sua manu subscripsit Melanthon. [Dz.]

Ad Senatum Muhlhusanum.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Ehrbare, weise, günstige Herrn. Eur Weisheit Schrift belangend die Bestellung der Schul in Eur Stadt hab ich empfangen, und hab nicht gern vernommen, daß der Wohlgelahrt Hieronymus Lycius, mein guter Freund, sich von euch an ander Ort begiebet, und also bald von seiner Schul, die er zu erbauen angefangen, weg ziehet. Dieweil ich aber bericht werd, daß es seiner Gesundheit Nothdurft sey, ist Gedult zu haben. Nachdem nu Ew. W. einen, genannt Wolfgang Fulda zur Schulregierung erfordert, ist wahr, daß der selbig züchtig, sittig und wohlgelart ist. Ich hab auch nit Zweifel, er werde guten Fleiß thun. Darum hab ich auch bedacht, daß er zur Schul Regierung tüchtig sey. Denn ob er gleich von Person und Alter nicht also ansehnlich ist, als ich wollte, so ist er doch verständig und wohlgelahrt, und hab nit Zweifel, er werde durch Gottes Gnad sein Ampt recht ausrichten.

Ew. Weisheit, als die verständigen, wollen ihr die Schul und christliche Jugend treulich lassen befohlen seyn, und betrachten, daß dieser jung Hauf, als junge Pflanzen, zu Erhaltung des Namens Christi durch Eur Hülf aufgezogen werden soll, daß auch Gott dieses Werk belohnet, wie öffentlich vor Augen, daß so großer Jammer in vielen Königreichen, an Teutschland rührend*), in Frankreich, Hungarn, Italien ꝛc. In diesen schrecklichen Zeiten schonet noch Gott gnädiglich um seiner Lahr willen dieser Land, damit christliche Lahr gepflanzt und weiter ausgebreitet werden möge. Das wollet beherzigen und Gott Dankbarkeit erzeigen, mit Erhaltung der Kirchen und Schulen. Und E. W. zu dienen bin ich willig. Datum Witeberg, 2. Augusti 1544.

Ew. Weisheit
williger Diener
Philippus Melanthon.

No. 2999. 2. Aug.

Iusto Menio.

† Ex apographis in cod. Monac. 88. no. IV. p. 113. et cod. Monac. 90. no. VII. p. 381.

Iusto Menio

S. D. Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut Ecclesiam Mulhusanam et studia iuventutis eo in loco gubernet et defendat. Vides, diabolum ubique dissidia inter patronos[1]) moliri. Pugnat igitur Senatus, ut sit unicus et perpetuus ἐπίσκοπος. Id iure potest postulare Senatus, nec recte facient principes, si novam servitutem imponent non modo verbo[2]) sed Ecclesiae. Nos ad hanc rem accommodavimus nostras literas[3]), ut tu quoque Senatum commonefacias. De *Sebastiano* laudamus vestrum[4]) consilium. De *Wolfgango Fuldano* feci quod voluisti, etsi mihi quidem placuisset quaeri aliquem, cuius aetas plus attulisset autoritatis. Sed tamen gravitate et eruditione sarcit quod aetati deest. De Isenacensi adhuc delibero, etsi indicavi Senatui hominem non contemnendum.

Audi veram historiam. Theologus Lovaniensis *Latomus*, qui et ante annos 20 contra Lutherum scripsit, et postea multa edidit contra Ecclesias nostras, nuper mortuus est, et magno dolore

*) i. e. gränzend.

1) Pro *dissidia inter patronos* cod. Mon. 90. habet *dissipationes.*

2) Cod. Mon. 90. *verbi.*

3) Desideratur hic aliquid, ut: *et volo.*

4) Cod. Mon. 88. *nostrum.*

confessus est, se scientem oppugnasse veritatem, et dicitur multas tristes voces edidisse, ac paulo post extinctus esse. Fuit homo doctus et ingeniosus. Moveri hoc exemplo multos audio. Bene vale. 2. August. 1544.

Philip. Melanthon.

No. 3000. 2. Aug.

Casp. a Teutleben.

† Ex autographo in Tab. Vinar. Registr. N. fol. 452.

Clarissimo viro Nobilitate generis et virtute praestanti, d. Casparo a Teitleben, Consiliario Illustriss. principis Ducis Saxoniae Electoris etc. suo patrono.

S. D. Clarissime vir. Mitto exemplum Responsionis, quam d. Pastor Ecclesiae nostrae*) dedit Legatis Ducum Pomeraniae. Post vestrum abitum venit huc vir honestus ex Belgico, qui narrat theologum *Latomum*, qui ante annos viginti**) et postea sepe scripsit contra nostras Ecclesias, mortuum esse, et palam paulo ante mortem fassum esse, se contra conscientiam oppugnasse doctrinam Ecclesiarum Lutheranarum, et tristissimas voces edidit, indices maximi doloris. Eos etiam qui adstabant obiurgavit, quod ei haec fatenti adversabantur. Fuit vir doctus et ingeniosus. Ideo eius mors et haec eius confessio multorum in Belgico animos movet. Rogo recitetis haec Illustriss. Principi.

Filios praefecti quaeso scribatis in catalogo eorum, qui examinati sunt. Nam post vestrum discessum misit eos ad Rectorem, et addidit excusationem probabilem. Rogo, ut hanc rem non negligatis. Nam praefectus valde orat, suorum rationem haberi; et sunt honesti adolescentes et satis studiosi. Diligenter enim eos audivi. Bene valete. die 2. Augusti.

Philippus Melanthon.

---

*) Responsionis a Io. Bugenhagio datae legatis Ducum Pomeraniae, in qua recusavit episcopatum Pomeraniae, ipsi oblatum a Ducibus.

**) Iacobus Latomus scripsit adversus Lutherum inde ab anno 1521. Mortuus est Lovaniae d. 29. Maii 1544.

No. 3001. 2. Aug.

Inscriptio.

Edita sunt haec in dem Intelligenzblatt der Leipz. Literaturzeit. 1833. no. 44. — Lutherus, Bugenhagius, Melanthon et Cruciger bibliis Lutheri a. 1544. editis, quae erant Principum Anhaltinorum, verba quaedam quisque inscripserunt die 2. Augusti 1544., ubi a Melanthone haec in Volumen primum bibliorum inscripta sunt:

1 Cor. 1. v. 21.

Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν θεὸν εὐδόκησεν ὁ θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας.

Singularis sapientia est Ecclesiae Dei, intelligere, quod Deus non possit recte agnosci, invocari et coli, nisi cognito verbo, in quo se Deus ipse patefecit. Semper sapientes quaesiverunt Deum, ut Simonides, Socrates, Xenophon, Plato, Cicero et alii. Sed omnes ignari verbi, in quo Deus se et voluntatem suam patefecit, horribiliter a vero Deo aberrant, nec possunt statuere, se respici, exaudiri, iuvari. At Ecclesia Dei hunc agnoscit vere esse Deum conditorem omnium rerum, qui se patefecit edito verbo per prophetas, Christum et Apostolos, hunc scit esse invocandum, ab hoc vere scit nos exaudiri et salvos fieri, et ab invocatione ethnica veram discernit et seiungit.

Philippus Melanthon.

(*Eidem Vol. I. Bibliorum inscripsit Cruciger haec:*)

St. Paulus Röm. XV.

„Was aber zuvor geschrieben ist, das ist uns zur Lehre geschrieben, auf daß wir durch Gedult und Trost der Schrift Hoffnung haben."

Das ist ein schöner Ruhm der heil. Schrift für allen andern Büchern und Lehren auf Erden, nämlich daß dieses ist das einige rechte Lehrbuch und Trostbuch, eigentlich dahin gerichtet und dazu geschrieben, daß es soll wahrhaftigen göttlichen Trost zeigen, und geben denen, die da desselben bedürfen, das ist, allen erschrockenen, angefochtenen, betrübten und geängsten Herzen oder leidenden Menschen, damit Gott seinen Willen anzeigt, daß er solche will getröstet, (das ist, seine göttliche Gnade, Vergebung der Sünde, Erhörung und Hülfe von seinen wegen ihnen verkündigt und zugesprochen) haben, und jederman hieher weiset, wer da solches Trostes begehrt, daß er denselben in der heiligen Schrift, als in seinem Wort suchen solle, und auch darinne, wie groß auch seine Noth sey, finden werde, allein daß er sich durch festen Glauben solches Worts und in Gedult

desselben Trostes halte, obschon die Hülfe und Erlösung nicht so bald für Augen und Sinnen ist.

Caspar Cruziger
1544.

(*Volumini secundo Bibliorum inscripsit Melanthon haec*:)

Ad Ephes. 2. v. 19. 20. ἄρα οὖν οὐκέτι, ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ συμπολῖται τῶν ἁγίων, καὶ οἰκεῖοι τοῦ θεοῦ· ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Haec est firma et dulcis consolatio mentibus Deum quaerentibus, certo scire, hanc esse Ecclesiam Deo placentem et haeredem vitae aeternae, quae amplectitur vocem Prophetarum et Apostolorum: nec esse Ecclesiam Dei ullum coetum dissentientem a voce Prophetarum, Christi et Apostolorum. Ibi vere est Ecclesia Dei, ubicunque recepta est vox Prophetarum, Christi et Apostolorum; ibi est haereditas vitae aeternae, ibi spiritus sanctus est efficax, ibit exaudit et iuvat Deus. Nec tituli pontificum aut ulla ἀξιώματα sine hac doctrina faciunt Ecclesiam. Nos igitur amplectentes veris pectoribus doctrinam Prophetarum et Apostolorum, statuamus, vere esse Dei Ecclesiam et Deum praelucente hac doctrina fiducia filii, mediatoris, invocemus, nec fingamus recipi invocationem sine hac doctrina.

Philippus Melanthon.

No. 3002. 4. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 478 sqq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 339.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo cariss.

S. D. Honorifice praedicavit et marito et nobis, honestiss. matrona *Lutheri* coniunx tua erga se officia, et ego cras ei tuam epistolam recitabo, quam hodie accepi. Spem esse *Paumgartneri* liberandi gaudeo, et ut tua vota ad multorum piorum preces adiungas, ut liberetur, oro. Nec vero dubito, quin eum saepe tuis gemitibus et precibus Deo commendes. De Rep. *Vitus* scribit silentium esse, et tarditatem esse magnam exercituum in Gallia. Nostra igitur studia quantum possumus colamus. Quod scripsi nuper de *Chamaepity*, ut *Fuchsius* putat, et alii χαμαίδρυν nominant, Teucrion esse statuam, ibi, ut decrevi, vim expertus fuero, in splenis medicatione. Aiunt enim inde nomen esse, quia Teucer hac plantula medicatus sit suo morbo orto ex atrae bilis redundantia. Et vim deprehensam esse, cum forte spleni imposuisset, mactata victima. Fabella elegantissima est, quisquis autor est.

Exhibebit tibi has litteras *Moserus**), qui olim collega fuit *Micylli*, postea docuit Comitem *Werthemium*: instructus est viatico, nec petit aliud, nisi ut aditum ad te habeat, ut de litteris interdum consulat. In schola aliqua celebri Mysiae aut Ecclesia docere posset, quare eum etiam iis commendabis, qui provehere eum possunt ad eas λειτουργίας.

De *Bornensi* litigante cum Pastore nihil scio, nec hominem novi, tantum audivi venenate solitum pastori viro bono obtrectare et insectari ac conviciis lacerare *Spalatinum*. Haec ei ex meis litteris recitare potes. Cumque caussa mihi ignota sit, quam agit, patrocinium eius suscipere non volo. Nolo enim armare illas φιλαπεχθήμονας naturas ac πικροχόλους contra Pastores Ecclesiarum. Discat iuventus etiam nostris exemplis privatas iniurias condonare Reipub. Hanc ego αἰγίδα et meae iracundiae et aliorum saepe oppono.

Scripsi haec celerrime, flagitantibus epistolas aliis multis, praeter *Moserum***), quibus cum do litteras, non labore tantum, sed etiam iracundia excrucior, quam accendunt mihi iuvenum insulsae cupiditates. Bene vale, die III. Augusti, quo nostri cives ad plateas delevisse Persicum exercitum dicuntur.

Philippus Melanth.

No. 3003. 4. Aug. (h. a.?)

B. Schallero.

Epist. lib. II. p. 476. (edit. Lond. lib. II. ep. 504.).

D. Bartolomaeo Schallero.

S. D. Ingens Dei donum est habere liberos idoneos ad virtutem, et doctrinae capaces. Talis

*) Musterus?
**) Musterum?

cum sit filius tuus *Isaac*, gratulor tibi hanc felicitatem, et Deum oro, ut eum regat et servet. Petivit autem a me *Isaac* ut fratris studia inspicerem. Audivi adolescentem, et animadverti prorsus neglectum esse in Grammaticis, quod cum deprehendissem, interrogavit an malit domi esse, et tecum in oeconomicis laboribus versari; ingenue respondit, se malle tecum vivere. Censui igitur domum remittendum esse, et te rogo, ut nostrum consilium probes. Poterit domi assuefieri ad artes oeconomicas, quibus etiam in vita opus est. Et audio placidis moribus praeditum esse. Quare tibi eius consuetudinem voluptati fore spero, et ut sit opto. Si qua in re filio tuo *Isaac* prodesse potero, non deerunt ei mea officia. Bene vale. Die 5. Augusti.

No. 3004. 7. Aug.

Ludovico, Comiti ab Oettingen.

† Autographon adservatur in Tabulario Principis ab Oettingen-Spielberg. Apographon mihi procuravit Nobilis a Thann in Thann prope Fuldam.

Dem Wohlgebornen Graven und Herrn, Herrn Ludwig dem Jüngern, Graven zu Oettingen, meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Wohlgeborner Grave und Herr. Aus E. G. Schriften haben wir vernommen, daß E. G. zu wahrer Erkenntniß Gottes und rechten wahrhaftigen Gottesdiensten Liebe haben, und zu Förderung wahrer Bestellung der Kirchen zu Gottes Lob geneigt sind; dessen E. G. Willen wolle unser Heiland Jesus Christus mit seinem heiligen Geist leiten und stärken zu E. G. und vieler Menschen Seligkeit. Es sollten billig die Regenten, König, Fürsten und Herrn bedenken, daß sie fürnehmlich deßhalben zur Regierung erhöhet, und mit Ehren und andern Gütern gezieret sind, daß sie Gottes Erkenntniß erhalten und aussprechen sollen, für welches Werk auch Gott große Belohnung zugesagt, wie er sprach im Buch der Könige, wer mich ehret, den will ich zu Ehren erhöhen. Darum wolle E. G. verwarlich [vornehmlich?] lassen die Ehre Gottes und Erhaltung der Kirchen und eigene [reine?] Lehre befohlen seyn.

E. G. Diener Martinus ist allhier verhöret und ordiniret, denn er hat einen guten Verstand in christlicher Lehre, und ist zuvor bei uns für ein frommer, fleißiger Schüler geachtet worden. E. G. wolle also ihn gnädiglich lassen befohlen seyn, und E. G. zu dienen bin ich willig.

Der einige Gott Vater unsers Heilandes Jesu Christi bewahre und segne E. G. in allen Zeiten. Datum Wittenberg 7. August 1544.

E. G.

willigter Diener
Philippus *Melanch*(?)*ton.*

No. 3005. 8. Aug.

N. Medlero.

E cod. Bavari Vol. I. p. 1061. edita a Ballenstadtio II. ep. 8., et repetita a Danz. ep. 41. Nunc ex eod. cod. denuo descripta.

Dm. Doct. Nicol. Medlero.

S. D. Ante octiduum hic fuit Secretarius civitatis *Brunsvigae*[1]), cum nondum accepissem tuas literas, et exposuit ea, quae tecum Senatus egit, ac petivit, ut nos scriberemus ad Ducem Saxoniae Electorem, nostro de consilio vocatum esse. Ac dedissemus ei literas, si epistolam tuam habuissem, quae postea allata est. Sed nisi tua voluntas a te ipso nobis perscripta[2]) esset, nihil ad Ducem Saxoniae scribendum esse duximus. Fui hortator Secretario, ut ad te nuntium mitteret; sed quid egerit nescio. Expectabimus igitur alias Brunsvicensium literas. Optarim recte consuli Saxoniae, et vidisti, opus esse aliquo erudito gubernatore. Illud autem te moneo, si discedas Naoburgo, ut liberum Episcopo[3]) relinquas, quem velit tibi successorem dare. Bene vale. Die 8. Augusti 1544.

Ph. Mel.

No. 3006. 8. Aug.

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 479 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 596.

---

1) „*Conradus Plaw*" (nota Bavari); *Dietericus Preusse* (nota *Ballenst.*).

2) Danz. mendose: *praescripta.*

3) Amsdorfio.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut *Hieronymum Baumgartnerum* coniugi honestissimae, dulcissimis liberis, Ecclesiae vestrae et patriae restituat. Christus inquit *omnes capillos nostri capitis numeratos esse.* Quare cum non dubitem Hieronymum vere esse Christi μαθητὴν curae eum esse Deo sentio. *Nemo rapiet*, inquit Christus, *oves meas ex manibus meis.* Quare nec *Hieronymum* latrones illi perdere poterunt. O Iesu Christe, propter gloriam tui nominis servato et reducito *Hieronymum* ad coniugem et liberos!

De navata opera in negotiis pecuniariis amicorum, gratiam tibi habeo, et fortassis brevi coram agam. Nam si hinc mihi migrandum erit, primum ad vos iter faciam. Misit huc *Amsdorfius* censuram Coloniensis reformationis acerbam, quae tamen *Luthero* mitis videtur, et classicum novi certaminis iam audivi. Si ceperit noster Pericles de ea re contumeliose dicere, discedam. Hac de re plura scribam per *Milichium* qui brevi ad te venturus est, ac fortasse nuncium vestratem antevertet. Fatetur initio censurae *Amsdorfius*, doctrinam libri congruere cum nostris Ecclesiis, sed quaedam verba obscurius posita esse, deinde calumniose quaedam exagitat de libero arbitrio: reprehendit et hoc, quod dixi, amitti gratiam propter lapsus contra conscientiam. Tandem dicit, de coena Domini non satis explicate dici. Haec sunt capita, quantum rescivi. Scio in libro nihil esse errorum, verborum calumniae et λογομαχίαι, caveri a nemine quamlibet cauto possunt. Me nihil hae ineptiae movent: sed si me expulerint, risus praebebunt adversariis. Bene vale. Die 8. Augusti.*)

Philippus Melanthon.

No. 3007. 10. Aug.

L. Stoeckel.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Egregia virtute, prudentia et eruditione praedito, D. Leonardo Stoeckel in Barthpha, amico suo charissimo,

S. D. Meministi in Ecclesia oppidi *Mansfelden* iam senem eximia pietate praeditum *Martinum* pene omnes ministerii Evangelici labores sustinere, quibus cum diutius per aetatem par esse non possit, quaeritur vir integer et spectatae fidei, qui post ipsum Ecclesiae gubernationem suscipiat. Ac valde laudanda est senatus pietas, qui posteritati prospicere studet, et vero iudicio hominem idoneum Ecclesiae profici curat, qui sit custos verae doctrinae. Missi sunt autem legati ad Reverendum D. *Lutherum* et ad me Senatores praecipui, quorum pietas eximia est, *Iacobus Lutherus* et *Sebastianus Mullerus*, ac nobis exposuerunt, te expeti omnium piorum consentientibus suffragiis, qui te norunt. Hoc ut tibi nostris literis significaretur petierunt, ac ut hortatores tibi essemus accipiendae gubernationis Ecclesiasticae in oppido Mansfeld magnopere orarunt. Etsi autem nunc patriae praeclare et utiliter servis, tamen Ecclesia Dei ubique est patria, et fortassis in iis locis, ubi nunc es, Turcica arma vastitatem facient. Hortor igitur te, ut Mansfeldensi Ecclesiae serviturum te esse promittas, quod si facies, optarent*) te proximo vere, hoc est, circiter pascha in haec loca venire. Nosti mores et civilem vitae consuetudinem in his regionibus, et credo Christi messem magnam esse. Certe multi docti et pii viri sunt in eo ipso oppido Mansfeld, in quod accerseris. Et tibi homini erudito vivere in loco vicino Academiis, quae nunc quidem Dei beneficio omni genere doctrinarum florent, iucundius erit, quam in iis regionibus, quae etiamsi opibus aut aliis commodis antecellunt, tamen ab Academiis procul absunt. Haec tibi bono et simplici animo scripsi, teque oro, ut re deliberata nobis respondeas. Bene vale. 10. Augusti 1544.

Philippus Melanthon.

No. 3008. 11. Aug.

V. Theodoro.

Partem huius epistolae ediderunt Peucerus in tractatu histor. p. 68., Hospinianus in hist. sacrament. II. p. 342. et Peze-

---

*) Alia manus adscripsit ann. 1544.

*) Apogr. *optimarent.*

lius in Melanthonis Consiliis latinis P. I. p. 584. — Nunc integra edita ex autographo ipso, quod habetur in cod. Monac. I. p. 598.

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti, D. Vito Theodoro, docenti Evangelium pie et fideliter in Ecclesia Noribergensi, amico suo.

S. D. † Ut addat Deus custodes *Milichio* angelos suos in itinere, sicut addidit Eliseo, ex animo opto. Te vero adhortor, ut venientem ad vos amanter excipias et complectare."

De Censura *Amsdorfiana* nuper ad te scripsi.*) Et iam movere bellum in concionibus *Lutherus* coepit. Dicitur etiam nescio quae editurus. Si rursus accendetur**) certamen de coena domini, maiores erunt et tristiores dissipationes. Miratus sum, te velle ostendi *Luthero* scripta *Bulingeri* et *Buceri*, quae sunt apud Iosephum Hungarum. Satis multos incitatores habet alios. Te magis velim *λιτὴν* esse. Magis publica causa quam mea doleo, rursus hanc tragoediam moveri.

Nunc iussi sumus componere *παρασκευὴν* futuri conventus. Quid dicam consilii esse nostris? Instituere volunt conciliationes cum Pontificiis, et nostrarum ecclesiarum concordiam non fovent. Bene vale. die XI. Augusti.

Philippus Melanthon.

*) Est censura Amsdorfii de reformatione Coloniensi, ut dicitur. Habetur in Actis Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 506. no. 172. epistola Ioannis Friderici, Pr. Electoris ad Amsdorfium, d. Mittwochs nach dem heiligen Pfingsttage 1544., ubi leguntur haec: „Wir wollen euch nicht bergen, daß der Erzbischoff „und Churf. zu Collen uns jüngsten, als wir zu Speyer ge„west, ein gedruckt Buch, welcher gestalt Sein Lieb eine Re„formation in derselben Erzstift Collen zu machen willens, zu„stellen lassen, welches wir euch hierbei verwahrt thun übersen„den. Weil wir denn dasselbige andrer unsrer Sachen halben „nicht haben durchlesen können, und aber Fürsorg tragen, daß „vielleicht dasselbige, so viel wir darin in einer Eil gelesen, „nicht aller Ding der reinen Lehre gemäß gemacht seyn möge, „zu dem, daß auch noch etliche vergebliche päpstliche Ceremonien „begriffen stehen, so haben wir euch dasselbige Buch zuzuschicken „für nothwendig angesehen; und ist unser gnädiges Gesinnen, „ihr wollet euch nit beschweren, zu eurer Gelegenheit ange„zeigte Reformation zu lesen, und alsdann uns euer Beden„ken, wofür euch dasselbige ansiehet, und wofür ihrs haltet, „berichten, und da ihr darinnen Veränderungen in einem oder „mehr Puncten zu machen nothwendig achtet, dieselben verzeich„nen, und wenn ihr fertig uns alsdann zuschicken, damit wir solchs „auf den Fall unserm lieben Herrn und Freund, dem Erz„bischoff von Collen freundlichen haben zu vermelden."

**) Libri impr. *accenditur*, mendose.

No. 3009. 11. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 480 sq. (ed. Lond. IV. ep. 340.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario amico suo carissimo,

S. D. Quod faustum et felix sit, *Milichius* noster expatiatur in patriam, cui utinam me comitem adiungere totius itineris possem. Nam mihi hic ad caeteras miserias, quas hoc anno multas tuli, novae accedunt. Misit huc *λεωκράτης* necessarius olim tuus[1]), censuram reformationis Coloniensis acerbam et calumniosam. Quae ei tamen[2]), cui misit, mitis videtur. Omissis igitur *ἃ μετεχειρίζοντο*, nunc *βροντᾶται καὶ ἀστράπτεται καθ' ἑτέρων τινῶν*, interdum me quoque petendo. His de rebus tecum colloquar. Taxat ille censor quaedam de libero arbitrio. Damnat et hoc dictum: Labentes contra conscientiam amittere gratiam. Postea multa *συκοφαντεῖ περὶ δείπνου κυριακοῦ*. Etsi autem decrevi nihil immoderate facere, tamen tandem mihi quoque consulam.

Imponitur et alius mihi labor nunc, ut *παρασκευὴν* scribam deliberationum futuri conventus, in quo fiant novae conciliationes, odi haec fucosa consilia, et liberari me opto. Bene vale, die XI. Augusti.

Phil. Melanth.

No. 3010. 11. Aug.

N. Medlero.

E codice Bavari Vol. I. p. 1061. edita a Ballenst. II. ep. 9. et a Zscheichs. in d. Unschr. Nachr. 1740. p. 131., et nuper a Danz. ep. 42. Nunc ex ipso cod. denuo descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero

S. D. Semper dubitator habet incommoda, inquit Hesiodus. Tandem igitur vellem, te tuo consilio statuere et facere, quod decrevisses. Principem intelligo malle, ut maneas Naoburgi, et fortassis id petet*). An velit episcopus, nescio. Tu igitur statues. Nunc D. *Lutherus* ad Episco-

1) Osiander, Amsdorfius. C. W. de Amsdorfio loquitur.

2) Luthero. C. W.

*) Ballenst. mendose *petit*.

pum profectus est*), ac dixit, se cum eo deliberaturum esse de multis rebus, in quibus etiam haud dubie complectetur munus concionatoris in tua ecclesia. Illud tibi deliberandum et statuendum erit, an mansurus sis, si Dux Saxoniae petet, ut maneas. Legi epistolam Senatus vestri, nec dubito, quin princeps curaturus sit, ut tibi exponatur sua sententia, cum sciet, te Naoburgum reversum esse; id enim ante triduum nescivit. Bene vale. Die 11. Augusti 1544.

P. Mel.

No. 3011. 11. Aug.

Testimonium.

Ex autographo (?) edit. in Mart. Luthers bisher ungedr. Briefen ed. a G. Schützio. Vol. I. p. 319. ex Schützio apud de Wett. in epist. Lutheri T. V. p. 677. cui clariss. *Nopitsch* lectiones apographi cuiusdam dedit. — Apographa contulimus in cod. Bav. II. p. 844. et cod. Monac. 83. no. IV. p. 345. — Melanthon auctor est, cui etiam tribuitur in cod. Bav. et cod. Monac.

Martinus Lutherus et Philippus Melanthon Lecturis G. et P.[1])

Venit in Academiam nostram hic Pannonius hospes *Bartholomaeus Georgievitz*[2]) peregrinus Hierosolymitanus, qui narrat, se captum esse a Turcis in proelio, in quo rex *Ludovicus* periit, ac postea Constantinopoli septem annos, et deinceps[3]) in Asia sex annos serviisse. Ita autem locorum appellationes et naturas regionum et gentium[4]), et mores cum[5]) Turcicae gentis tum Armeniorum et Graecorum erudite recitat, et tam consentanea fide dignis historiis narrat, ut virum honestum esse, et honestis de causis peregrinari eum[6]) existimemus. Fuit nobis gratissimum, quod dixit[7]), in Armeniis ad ecclesias[8]) Christi et studia doctrinae christianae florere[9]). Quare commendamus hunc hospitem bonis viris ubique tuendum, qui sciunt officia erga hospites et Deo grata esse, et maxime hominum naturae convenire, et quidem nos ipsos de nostro exilio commonefacere. Venimus enim in hunc mundum hospites, et excipimur variis aerumnis; sed ad patriam et tranquillam sedem, ad[10]) Christi consuetudinem tendimus. Mitigat autem Deus nobis nostri hospitii miserias clementius, si ipsi hospitum misericordia adficiamur. Datae Vitebergae die XI. Augusti anno 1544.

Martinus Luther D.
Philippus Melanthon
manu propria[11]).

*) Vid. Lutheri epist. ad Amsdorf. d. 7. Aug.

1) Sic apud Schütz.

2) Sic mst. Nop. Sed cod. Bav. *Georgivitz*, Schütz. *Georgovitz*, cod. Mon. *Georgius*.

3) Schütz. *postea*.

4) *et gentium* non habet Schütz.

5) Mst. Nop. *tum*.

6) Cod. Bav. *illum*.

7) *dixit* abest a mst. Nop.

8) Schütz. *ecclesiam*.

9) Mst. Nop. *florere audivimus*.

10) Mst. Nop. *et*.

11) Nomina subscripta tantum habet cod. Bav.

No. 3012. 12. Aug.

Eu. Musculo.

Edita in libro: Io. Iac. Grynaeii theol. Theoremata problemat. aliaque capita de quibus in Basil. Academia 1588. disput. institutae fuere. P. II. p. 109. Apographon legitur in cod. Goth. num. 404. p. 376. — Edita nunc ex autographo in biblioth. urbis Zofingen, mihi descripta a Plur. Rev. Frikarto.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Eutychio Musculo, pie et fideliter docenti evangelium in ecclesia Augustana, amico suo,

S. D. Quo die tuam epistolam accepi, in qua significas, senatum vestrum iussisse, ut de futuro conventu deliberetis, eo ipso die nostra aula nobis similia mandata dedit. Miratus[1]) sum in re tanta tarditatem, etsi magis miror, cur spem ostendant *Carolo* Imperatori, se aliquid mutaturos esse. Et tamen, si nos vere[2]) congrueremus, hae deliberationes aliquid adferre utilitatis orbi terrarum possent. Nunc domestica bella nova ciet noster Pericles[3]). Tonat adversus eos, qui περὶ συμβόλων σώματος καὶ αἵματος χριστοῦ aliter loquuntur, quam ipse loquitur, ac me quoque interdum arripit. Itaque de me quid sit futurum nescio. Fortassis in hac senecta brevi mihi exulandum erit. Ego nec defugio aerumnas εἰ δεῖ

1) Gryn. *moratus*, mendose.

2) Gryn. *fere*.

3) i. e. Lutherus.

συγκακοπαθεῖν τῷ εὐαγγελίῳ, nec quidquam tamen immoderate faciam. Si mihi erunt scribendae *παρασκευαί* conventus futuri, distribuam opus ita, ut primum pauca dicam de doctrina, quam dicam alibi saepe expositam esse, et non esse mutandam. Secundo dicam de usu Sacramentorum; tertio de politia, episcoporum inspectione[4]); iudiciis ecclesiasticis et censura. Sed illud dolendum est, principes utrinque nihil vero studio *καὶ εἰλικρινῶς* agere. De D. doctoris *Adolphi* filio scripsi D. *Geryoni.* Commendo tibi hunc hospitem *Andream* iturum in Italiam[5]). Vir bonus et doctus est in universa philosophia et artem medicam profitetur. Bene vale. die 12. Augusti.*)

Philippus Melanthon.

4) Cod. Goth. *iustificatione;* Gryn. *politia episcoporum*, *de inspectione.*

5) Andream Aurifabrum.

*) Gryn. et cod. Goth. addunt ann. 1544. Sed in autogr. non legitur.

No. 3015. 12. Aug.

Ap. Musae.

† Ex apographis in cod. Monac. 88. no. IV. p. 108. et cod. Monac. 90. no. VII. p. 377. — Etiam Lunzius hanc epistolam, sed inscriptam *Ioanni Baptistae Egnatio* habuit in apographo adiecto exemplo Epistolarum Melanthonis select.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Domino Appollonio Musae, Doctoris artis Medicae, philosophiae vere cultori, amico suo.

Gratiam tibi[1]) debeo et habeo, vir clarissime, quod[2]) et memoriam nostrae amicitiae retines, et benevolentiam erga me tuam literis amantissime scriptis toties declarasti, quibus quod non[3]) respondi, fateor me hominem in hac natum[4]) barbarie minus fuisse officiosum[5]). Sed pro tua summa humanitate veniam dabis occupationibus meis, quae saepe mihi non solum haec officia, amicis tribuenda, sed etiam studia philosophiae nostrae, quam[6]) scis a me mirifice amari, de manibus excutiunt[7]). Interim tamen multi sunt de te inter nostros amicos, viros doctissimos, honorifici sermones, qui benevolentiae erga te nostrae significationem non obscuram continent, uti[8]) testari hic noster amicus M.[9]) *Andreas Aurifaber*, Vratislaviensis, potest, de quo ad te hoc tempore ut scriberem, gravi officii ratione adductus sum. Colit hic *Andreas* cum universae philosophiae tum vero medicae artis doctrinam, cumque diu professores in Germania audiverit, et diligenter ipse Galenum legerit, naturas rerum multarum et remediorum inquisiverit, nunc in Italia, ubi fontes sint doctrinae, eruditissimos et peritissimos homines audire decrevit. A me autem petivit, ut aditum sibi ad te patefacerem, quod sperat, tuam consuetudinem sibi plurimum profuturam esse. Nullum autem officium peto, quod cum tuo aliquo incommodo coniunctum sit. Sed si quando aliquid de arte sciscitabitur hic *Andreas*, studia eius adiuves, ut solebas apud nos summo candore disserere de natura corporis humani, et multa monstrare aliis ignota. Hanc doctrinae communicationem cum et maxime dignam homine philosopho et convenientem tuae humanitati existimem, spero, te huic viro docto[10]) et honesto non denegaturum esse. Ubi ingenium eius, studia et mores cognoveris, erit tibi cum eo iucunda consuetudo. Nam et omnes philosophiae partes magna dexteritate tractat, et iustitia, fide, candore eximio praeditus est; nam mihi longo iam tempore non solum notus, sed etiam amicus fuit, et propter has virtutes a Duce Prussiae diligitur. Erit igitur humanitatis tuae, hospitem Philosophiae causa in Italiam venientem complecti; ut credibile est, Tymaeum et Archytam[12]), qui in illa ultima Italiae ora philosophiam docuerunt, complexos esse Platonem et alios, qui ex Graecia ad eos[13]) discendi causa navigarunt. Bene vale, die 12. Augusti 1544.[14])

Philippus Melanthon.

1) Lunz. *tibi et.*

2) *quod*] Lunz. *qui.*

3) Cod. Goth. 90. *vere* pro *non.*

4) *natum*] cod. Goth. 90. *nationis.* Lunz. *hominem natum in hac nostra barbarie.*

5) Lunz. *ociosum.*

6) Lunz. *quae.*

7) Cod. Mon. 88. *excutiant.*

8) *uti*] Lunz. *ut.*

9) *M.* abest ab apogr. Lunz.

10) *docto*] Lunz. *bono.*

11) *fuit*] Lunz. *est.*

12) Lunz. *Timaeum et Architam.*

13) *eos*] cod. Monac. 90. et Lunz. *vos.*

14) Lunz. 1549., ex mendo. Vid. supra ep. ad Theodor. d. 1. Iul. 1544.

No. 3014. 18. Aug.

I. Menio.

Epist. lib. VI. p. 429 sq.

Iusto Menio.

S. D. Difficilis mihi deliberatio est de mittendo gubernatore Scholae vestrae idoneo. Nam ut Simonides dixit, *χαλεπὸν γίνεσθαι ἄνδρα ἀγαθὸν καὶ τετράγωνον ἄνευ ψόγου.* Ita quaero equidem *τετράγωνον ἄνευ ψόγου.* Sed in alio aliud desidero. Scripsi nuper de *Reischachero*, cuius mores magis placidi videntur, quem noster Pastor Scholae Wittembergensi puerili praeficere cupit.

Miror te de Conventu nunc aliquid spei habere, cum belli Gallici *ἐπίτασις* videatur iam instare. Recens scito classem *Mauri*, quem vocant *Barbariscum* *), Turcici Ducis ad Genuam feliciter superatam, multis Turcicis navibus in mare depressis. Habui his diebus hospitem *Pannonium*, qui diu Constantinopoli et in Asia captivus servivit, ex quo historias rerum Turcicarum multas audivi. Linguae eo die in mea coena erant undecim: Latina, Graeca, Ebraica, Germanica, Pannonia, Heneta, Turcica, Arabica, Graeca vulgaris, Indica et Hispanica. Bene vale. Die 18. Augusti.

No. 3015. 18. Aug.

Cph. Libio.

Edita in Manlii farrag. p. 292. — Apographon in cod. 54. Bibliothecae S. Genovevae, Lutetiis Paris.

Venerando viro, ingenio, doctrina et pietate praestanti D. Christophoro Lybio, Diacono Ecclesiae Dei in urbe Stendalia, amico suo, [1])

S. D. Reverendus D. Pastor Ecclesiae nostrae Doctor Ioannes Bugenhagius [2]) cupit te in Pomeraniam in aulam Episcopi Caminensis mittere, ut ibi non solum concionatoris munere fungaris, sed etiam usui sis in Ecclesiasticis controversiis audiendis, meque iussit ad te scribere, et explorare tuam voluntatem. Omnino locum honestum et ingenio tuo, de quo ambo praeclare sentimus, dignum tibi promittit. Et spero, utilem te patriae in ea gubernatione serviturum esse, si mandari tibi eam functionem sines. Quaeso igitur, ut mihi respondeas. Litteras mittere D. *Hieronymus Staude* aut Magister *Laurentius* poterit [3]). Bene vale. Die 12. Augusti [4]).

Philippus Melanthon.

*) Barbarossam.

1) Manlius tantum: „Venerando viro D. N. N. Diacono Ecclesiae Dei in urbe Stendalia, amico suo."

2) Apogr. Par. *Iohann. Bugenhagen.*

3) Apogr. Paris. *potest.*

4) Quo anno scripta sit, incertum est. Fortasse anno 1544., quum illo anno Duces Pomeraniae de Episcopo Caminensi certantes, iudicia Witebergensium sibi expeterint.

No. 3016. 21. Aug. (h. a.?)

Alb. Hardenbergio.

Epist. ad Hardenberg ep. 27.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Clarissime Domine doctor, Duces *Pomeranici* a nobis petiverunt, mitti in Academiam suam virum idoneum ad Theologicas et lectiones et disputationes. Respondi me ad te scripturum esse. Habes certum et honestum stipendium in Academia *Gripswaldiana*, si eo proficisci voles. Quaeso igitur, ut cum D. *M. Bucero* deliberes, et re deliberata mihi respondeas, an sis *Gripswaldiam* venturus. Meo iudicio tuis rationibus et studiis vita Academica maxime congruerat, et de studiis ac Ecclesia bene mereri in munere docendi posses. Expecto a te planum responsum. Bene vale. Die 21. Augusti.

Philippus Melanthon.

No. 3017. 22. Aug.

Georgio Anhaltino.

Select. epist. p. 372. Epist. lib. I. p. 94. (ed. Lond. lib. I. ep. 43.).

D. Georgio Principi Anhaldino,

(Episcopo Merseburg.)

S. D. Cum filius Dei Dominus noster Iesus Christus dixerit, se in medio eorum adfuturum

esse, qui conveniunt ipso invocato, et ut Evangelii propagationem adiuvent, oro eum, ut iam et vestro congressui intersit. Spero nihil usquam dissidiorum esse in vestris Ecclesiis de doctrina Evangelii, et ne qua exoriantur, summa vigilantia providendum est. Haec sit prima inquisitio.

De ceremoniis adiaphoris ego quidem etsi amo similitudinem et convenientiam ordinis, tamen non valde pugnare soleo cum aliis, qui videntur acriores, et videri volunt libertatis propugnatores. Etiam crebrae mutationes offendunt voluntates hominum. Ideo ubi iam aliquae factae sunt mutationes, et utcunque instituti ritus, malim non subito rursus fieri mutationes. Sed ego in neutram partem de talibus rebus adiaphoris litigari optarim. De Senatu Ecclesiae, omnino nollem alium senatum constitui quam consistorium, cui in causis difficilioribus Princeps ex aula et Academia viros optimos et eruditissimos adiungere potest. Non est politicum multas novas potestates, multa collegia, multa concilia, instituere. Rectius est haec ad Episcopi et gubernatorum ordinariorum et assiduorum autoritatem, quantum fieri potest, revocari. Misissem ante quatriduum has literas, nisi advenisset quispiam istic ordinatus, qui pollicebatur se nuncium fore, et me fefellit. Mitto exempla Testimoniorum, et peculiare composui, quod vestro arbitrio mutabitis. Bene et feliciter valete. Die Augusti 21. Anno 1544.

No. 3018. (eod. t.)

(*De publica absolutione.*)

† Ex apographo in cod. Servest. p. 233. nobis descripta a Clar. Sintenis. Quum Melanthon haec in usum Georgii Anhaltini scripserit, puto hoc scriptum pertinere ad an. 1544.

De publica Absolutione Ph. Melanthonis sententia.

Placet mihi omnino ritum aliquem publicae penitentiae ut vocant institui, in quo tamen modus ipse ostendat, nihil esse superstitionis et tantum commonefactionem et exemplum proponi.

Collocetur ad Aram Reus et primum populo exponatur, quare hic reus huc adductus sit, scilicet quia tale delictum fecerit et nunc doleat se peccasse et a Deo petat veniam et cum laeserit Ecclesiam, petat sibi ignosci et oret se admitti ad societatem Ecclesiae facta reconciliatione.

Postea interrogetur reus an hoc delictum fateatur, et an petat absolutionem et promittat emendationem. Et cum fuerit confessus sequatur brevis narratio ad populum et ad ipsum reum de iudicio et ira Dei contra talia delicta.

Et dicatur Reo quod Ecclesia velit explorare eius constantiam in poenitentia ac iubeat eum redire proxima Dominica.

Proxima Dominica iterum interrogetur an fateatur delictum et an petat absolutionem et promittat emendationem. Et expressis verbis dicat se petere absolutionem et promittat emendationem.

Postquam petivit, brevi adhortatione minister confirmet eum ut credat absolutioni. Item deinceps caveat lapsus.

Postea pronuncientur verba absolutionis, dicatur ei, quod voce Evangelii annuncietur ei remissio peccatorum coram deo et quod ipse recipiat eum nomine Ecclesiae et admittat eum ad societatem usque sacramentorum.

Talis modus videtur esse exemplum utile.

No. 3019. 23. Aug.

(*Ph. Gluenspiess?*)

† Ex apographis in cod. Goth. 191. p. 80. et in cod. Monac. 88. no. IV. p. 248 b. — Utrumque apographon caret inscriptione. Si vero confertur epist. d. d. 1. Sept. 1538., videtur scripta esse Philippo Gluenspiess.

(*Philippo Gluenspiess.*)

Scio[1]), te non solum naturae bonitate sed etiam honesta doctrina in hanc sententiam deduci, ut statuas, amicitiam virtutem esse[2]), et propter Deum et[3]) multas publicas causas colendam esse. Nam privatorum coniunctiones studia rerum bonarum, religionis et aliarum honestarum artium augent. Hoc animo virorum bonorum amicitias semper expetivi[4]), et quodam cum labore plerasque tueri studeo. Quanquam autem[5]) fuerunt

1) Cod. Monac. 88. *Etsi scio.*
2) *esse* non habet cod. Monac. 88.
3) *Deum et* cod. Monac. 88. non habet.
4) Cod. Goth. 191. *petivi.*
5) Cod. Monac. 88. *Et quanquam.*

erga me officiosi multi, tamen praetextu amicitiae nec πλεονεκτικός, nec captator esse velim. Te certe propter communia studia optimae doctrinae et propter veterem et doctissimam [6]) familiaritatem semper candide dilexi et adhuc diligo, nec mutavi quicquam de mea erga benevolentia propterea, quod affinis tui filios honestiss. ad meam admisi. Imo nunquam ipsum de te aspere loquentem audivi, ac quasi eius suspiciones sanavi [7]). Volo igitur tibi persuasum esse, te a me vere diligi, et hanc epistolam tanquam testem praecipue meae voluntatis tibi [8]) mitto. Memini autem, me ante annos aliquot de *Ambrosio Reuter* [9]) ad te scribere, quem quod propter literas meas tunc adiuvisti [10]), habeo tibi gratiam ut debeo [11]), ac Deo gratum esse tuum officium non dubito, qui certe vult, ut honestis familiis egentibus amici [12]) sine insigni detrimento opitulentur, ut manere societas civilis et ecclesiarum coniunctio possit. Nunc interim propter [13]) Ambrosium Reuter [14]) ad te scribo. Hactenus [15]) privigni et praeproperatae [16]) aedificationes eum exhauserunt. Nunc liberatus a privignis sibi et suae coniugi honestissimae consulere cupit, et aedificare desiit. Cumque domus ei fructuosa esse possit etiam negociationem mediocrem instituere cupit. Sed ad hanc opus est ei auxilio [17]), ut antea *Mauritium* bibliopolam nostrum tecum locutum esse arbitror [18]). Hic te propter Deum, aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, qui omnium officiis communem societatem iuvari vult, ut maneant politiae et Ecclesiae, in quibus Deus celebretur, oro, ut *Ambrosio* des mutuo aliquam pecuniam, ad instituendam negociationem. Quod ut sine damno fiat, ratio ineunda erit [19]). Primum autem Dei voluntate hac in re moveare, deinde honestissimae matronae [20]), coniugis ipsius, inopia, quam non dubito ut sororem abs te diligi [21]) et propter genus et propter eius virtutem. Et enim exemplum matronae ornatae omnibus eximiis virtutibus, pudicitia, gravitate, sanctitate morum, pietate, tolerantia, diligentia in oeconomia. Huius te fortunam respicere pro tua pietate velim [22]). Postremo etiam nostrae amicitiae aliquid tribuas. Iuvarem et ipse eam [23]), si oeconomiam [24]) potuissem ipse regere. Sed me negotia publica impediverunt. Aequum est autem, nos [25]) esse officiosos erga eos, quorum militia servit Ecclesiae, et doctrinam veram illustrat. Haec ad te scripsi bono studio, teque oro [26]), ut amanter et liberaliter respondeas [27]). Deus, pater aeternus domini nostri Iesu Christi, servet te et tuam familiam incolumem, et regat te ad salutem Ecclesiae et tuam. Bene vale. Die 23. Augusti, 1544.

Senem venerandum propter pietatem, eruditionem, ministerium Evangelii et pietatem, Dom. *Martinum* [28]), Conterraneum meum, opto recte valere et diutius vivere et servire Ecclesiae. Opto et salutem gubernatori scholae literariae.

6) *et doctiss.* cod. Monac. 88. non habet.
7) *propterea quod* etc. non leguntur in cod. Monac. 88., et aliquo modo corrupta videntur.
8) *tibi* abest a cod. Goth. 191.
9) Cod. Goth. 191. pro nomine habet tantum: *N.*
10) *tunc adiuvisti*] cod. Goth. 191. *admisisti.*
11) Cod. Monac. 88. *habeo et debeo tibi gratiam.*
12) *amici*] cod. Monac. 88. *alii locupletiores.*
13) Cod. Monac. 88. *de.*
14) Cod. Goth. 191. *A. R.*
15) *Hactenus* abest a cod. Goth. 191.
16) *praepop.* abest a cod. Monac. 88.
17) *cumque domus* etc.] cod. Monac. 88. *sed ut instituat aliquam mediocrem negociationem auxilio ei opus est.*
18) *arbitror*] cod. Monac. 88. *audio.*
19) Cod. Monac. 88. *ratio etiam iniri poterit.*
20) *matron.* cod. Goth. 191. non habet.
21) Cod. Monac. 88. *quam scio te ut sororem diligere.*
22) *et propter genus* etc. non leguntur in cod. Monac. 88.
23) Cod. Monac. 88. *Iuvarem ipse eum.*
24) Cod. Monac. 88. addit: *meam.*
25) Cod. Monac. 88. *Et aequum est, vos.*
26) Cod. Monac. 88. *rogo.*
27) Hic desinit apogr. in cod. Monac. 88.
28) Simlerum ?

No. 3020. 25. Aug.

N. Medlero.

E codice Bavari Vol. I. p. 1060. a Ballenstadtio II. ep. 10. et a Zscheichs. in d. Unsch. Nachr. 1740. p. 135., et nuper a Danzio ep. 43. edita. Nunc ex eod. cod. denuo descripta.

Dm. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Animadverti, illustrissimum principem clementer de te sentire. Et fortassis ubi audierit controversias, quae tibi sunt cum civibus, volet te manere; quod si petet, deliberandum tibi erit, quid responsurus sis. Ego mihi nihil iuris nec

auctoritatis sumo; sed quae egi de ecclesia Brunsvicensi, egi bono studio, illis petentibus; et videbam offensiones inter te et Episcopum*) crebras incidere. Nunc permittam exitum Deo, qui tuam voluntatem et aliorum consilia flectat ad id, quod ecclesiae utilissimum est. Nusquam sumus aut erimus sine aliquibus difficultatibus et periculis. Ego, quantum laborum, curarum, dolorum sustinuerim multos annos multi boni viri norunt, et tamen in hac senecta exilium expecto. Bene vale. Die 25. (Augusti), quo ante annos 26 veni primum Vitebergam **), et quo ante annos 1874 Alexander vicit Darium ad Arbela. Mitto tibi et consuli Medico ***) has pagellas. 1544.

P. Mel.

No. 3021. (h. t.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 481 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 341.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico suo cariss.

S. D. *Αἰχύνομαί σοι μεταδιδοὺς πονῶν ἐμῶν*, inquit Orestes ad sororem. Me magis pudere decet, sed quanquam te implicari meis periculis non volo, tamen facere non possum, quin aliquid significem de rebus meis. Ante hos annos, cum quaedam *ἄτοπα* in doctrina tollerem, magis aulicis iudiciis quam Collegarum excruciabar. Postea mediocri assiduitate et moderatione voluntates utcunque placatas animadverti. Nunc novae suspiciones non in aula, sed aliorum animis nascuntur, quas *λεωκράτους* [1]) censura excitavit. Ad hunc praecipue excursum est, ut de me deliberaretur. Et audio atrocem librum [2]) scriptum esse, quem tamen nondum vidi. Post reditum hospitis tui una non fuimus. Audio futurum, ut vocemur ego et *Cruciger*, ac interrogemur de nostra sententia, fortassis satisfieri sibi patientur. Sed si non placabo, *ἀλλ' οὐκ ἐρήσεταί τι ἐπαχθέστερον.* Nec leviter me movet opinio hominum et Ecclesiarum de hac re. Sed quid faciam? Nam quod tu me amantissime hortaris, ut usitata mea tolerantia haec mitigem, studeo equidem hoc facere, sed quantum profecturus sim, exitus ostendet. Hoc scio, ardere quosdam ingente ira. Sed Deum oro, ut nos gubernet. Versiculis istis, quos mitto, etiam offensos quosdam audio. Bene vale.

Philippus Melanth.

*) Nicol. Amsdorfium.

**) Vitebergam venit d. 25. Aug. 1518.

***) „Medicus ille fuit Iohann Steinbofius." (Nota Bavari.)

1) Amsdorfius. C. W.

2) parvam Confessionem. C. W.

No. 3022. 28. Aug.

M. Bucero.

† Ex autographo Melanth. in bibl. Academiae Argentoratensis mihi descripta a Clar. *Strobelio.*

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Martino Bucero, docenti Evangelium fideliter in Ecclesia Argentinensi, amico suo,

S. D. Scripsi alias *Iohanni Sturmio*, etiam in litore Baltico inter maris fremitus celebrari doctorum sermonibus ipsius eloquentiam. Nunc ad eum audiendum proficiscitur hic noster auditor, *Polonus*, natus familia nobili, et literis bene excultus. Apud nos modestissime vixit. Haec ut significarem vobis, petivit, ut ad vos aditum haberet. Nihil nisi sermonum et doctrinae communicationem petet; quare eum tibi et *Iohanni Sturmio* commendo. Scripsi tibi per *Milichium* *) de nostro *Pericle*, qui rursus tonare coepit vehementissime *περὶ δείπνου κυριακοῦ*, et scripsit atrocem librum, qui nondum editus est, in quo ego et tu sugillamur. Fuit his diebus hanc ipsam ob causam apud *Amsdorfium*, quem unum ad huius consilii societatem adhibet, habetque unum laudatorum huius impetus. Me et *Crucigerum*, ut audio, cras vocabit. Deum oro, ut det catastrophen nobis et ecclesiae salutarem. Fortassis divinitus fit, ut rursus moveatur haec res, quam necesse est aliquando explicare. Ego sum tranquilla avis, nec invitus ex hoc ergastulo discedam, si infestus me urgebit. Brevi scies reliquam historiam. Bene vale. Die Augustini.

Philippus Melanthon.

*) De Milichii itinere vid. epp. d. d. 11. Aug. h. a. Epistola ad Bucerum per Milichium missa non habetur.

No. 3023. 30. Aug.

H. Bullingero.

Edita in Peuceri tract. histor. p. 75., in Pincieri antidot. p. 183. et in Melanth. Consil. lat. P. I. p. 585. — Apographon in cod. Galli II. p. 241 b.

Henrico Bullingero

S. D. Fortassis priusquam hae meae literae ad te perferentur, accipies atrocissimum *Lutheri* scriptum, in quo bellum περὶ δείπνου κυριακοῦ instaurat. Nunquam maiore impetu hanc caussam egit. Desino igitur sperare Ecclesiarum pacem. Tollent cristas inimici nostri, qui defendunt ἴδωλα monachorum: Ac rursus Ecclesiae nostrae magis distrahentur, qua ex re ingentem capio dolorem. Nam privato periculo, quod nunc mihi impendet, etsi non est leve: tamen tantum non moveor, quantum Ecclesiarum nostrarum et literarum[1]) distractionibus. Legi tuam epistolam seu querelam potius, quam dedisti *Iosepho Pannonio*: in qua mihi, qui fueram hortator ad quaedam dissimulanda, respondes. Sed haec nova belli instauratio impedit, ne quid de moderatione nunc scribam. B. V. pridie Calend. Septemb. anno M.D.XLIIII.

No. 3024. (fortasse m. Aug. h. a.)

I. Ionae.

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 58 b.

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iusto Ionae, Doctori Theol., praeposito Ecclesiae Wittebergensis, et Episcopo Ecclesiae Dei in Salinis Saxonicis, amico suo cariss.

Domesticum monitorem nimis assiduum habeo, qui de tuo morbo et periculo me admonet. Circumfero enim quotidianos cruciatus a calculo ortos, et ut mihi videtur, etiam a splenis σκληρώσει ac fere quotidie ......*) non arenas tantum sed interdum etiam roplos**) (scrupulos) asperos et horridos***). Sed hoc malo minus moveor quam aliis curis. Deum autem aeternum, patrem dom. nostri I. C. oro, ut et te et nos servet et regat. In renunciatione gradus magna frequentia fuit omnium ordinum. D. *Hieronymus* optabat, te adesse. Utinam huic iuventuti tradamus doctrinam evangelii et aliarum honestarum artium dextre explicatam et ecclesiam Dei tranquillam, et hospitia h. e. politias florentes bonis rebus. Scripsi haec animo occupato curis iis, de quibus nuper ad te scripsi. Iam enim expectatur ἐπίτασις negotii. Proponitur formula περὶ δείπνου κυριακοῦ, quae qualis futura sit nescio. B. V.

1) Pez. *literatorum.*

*) Est hic lacuna in textu.

**) Satis distincte scriptum est: *roplros*, quod verbum non est.

***) Haec quidem cum iis satis conveniunt, quae Melanthon d. 16. Oct. 1545. Meienburgio scribit; sed verba ultima, proponi formulam de coena sacra, ad aliud tempus spectare videntur. Quare puto hanc epist. pertinere ad ann. 1544., fortasse mensem August.; nam etiam illo anno λιθίασι valde laborabat mense Iulio.

No. 3025. 7. Sept.

Cruciger ad Theodorum.

Peuceri tract. histor. p. 70. et in Ambr. Wolfii Historie der Augsb. Confess. p. 578.

Casp. Crucigerus ad Vitum Theodorum.

Nihil habebam hoc tempore quod aut te delectare posset, aut me magnopere iuvaret scribere; sed tabellarium postulantem literas, non volui dimittere prorsus a me vacuum, et simul abs te elicere literas, ne meam pigritiam secutus fias et ipse ad scribendum negligentior.

In hac schola, Dei beneficio, status nunc est satis tranquillus et frequentia crescit indies scholasticorum. Unus noster *Philippus* praeter labores et alias curas, quibus conficitur, nunc etiam exilia meditatur; in quo tamen spero Deum gubernaturum exitus, ut nihil fiat atrocius. Sed certe non prorsus nullum periculum est subitae alicuius dissipationis, quae secum tractura est magnas ruinas in Ecclesiis. Existimo, te aliquid ex Doctore *Milichio* intellexisse de his principiis, quae tamen, ut dixi, adhuc nihil secutum est gravius. Sed noster [Lutherus] tamen erat incitatus, ut audio, literis *Swenckfeldii*, quibus homo impurissimus traduxit quosdam superiarum Ecclesiarum*) concionatores, quorum aliquos existimo viros bonos et synceros. Suspicio etiam iniecta

*) i. e. Ecclesiarum in Germania superiori.

est de *Philippo* ex ordinatione Coloniensi, in qua tamen ille nihil composuit *περὶ εὐχαριστίας*; nec *Buceri* sententia visa est ei improbanda esse, quod ad doctrinam attinet. Sed noster Cyzizensis [Amsdorf.], ut est rigidus, etiam *τὸν ἡμέτερον διδάσκαλον* [Lutherum] inflammavit. Ac, ut audio, pugnat, ne Synecdochen quidem admittendam in verbis coenae; ac noster, cum apud illum nuper fuit, dicitur libellum scripsisse *), qui nemini adhuc visus est, et nunc, ut audio, parat formulam, cui vult nos omnes subscribere, fortasse postea, quae scripsit, editurus. Certe hoc ex eo auditum est dicente, se, si quis nostrum aliter quam ipse sentiat, hic non duraturum esse. Itaque vides, quid possit accidere, si ille aliquam rigidiorem proferat, praesertim cum anathematisationibus, quibus damnandi sint etiam, qui infirmitate aliqua aut simplici errore in aliis Ecclesiis secus sentiunt, aut qui nolint etiam hoc probare, quod ille apud N. aliquando *ἀποτόμως* asseruit: panem esse Deum etc. Itaque constituit alter [Melanth.], se potius recta pedibus egressurum esse urbem, quam ut sic assentiatur aut pugnet cum *διδασκάλῳ*. Quod si fieret, mihi idem cogitandum esse, quod illi, nisi mallem hic *ἀναθεματίζεσθαι*. Et, bone Deus, quantum dissipationum et malorum utrinque secuturum esset! Sed Deus increpet Satan et conculcet sub pedibus suae Ecclesiae, et certo spero, Deum prohibiturum hos illius conatus. Haec tamen scripsi, ut et in communibus precibus nos adiuves. Bene vale. Witebergae, 7. Septemb. ann. M.D.XLIIII.

C. Cruciger.

No. 3026. 8. Sept.

P. Medmanno.

Gabbema epist. p. 87.

Ad D. Petrum Medmannum.

Etsi multa ad te de meis periculis scribere cupiebam, tamen quia non erat certum, recta ad te profecturum esse hunc *Valentinum* Iscmiacensem *), non volui his literis committere res arcanas. Memoriam amicitiae tuae mecum circumferam, ubicunque ero. Nam, hic quamdiu esse possum, ignoro. *Valentinus* hic functus est munere famuli communis in collegio. Fecit officium suum satis fideliter. Nunc quaerit aliam conditionem, ac me rogavit, ut se tibi commendarem. Nam si in patria non inveniet locum in schola aliqua, decrevit ad te proficisci. Ego tibi nihil oneris impono. Sed tamen erit humanitatis tuae, quam scio esse eximiam adolescenti confugienti ad tuam fidem et benevolentiam. Scriberem plura, si certo scirem, literas ad te perventuras esse. Sed brevi de me audies, ut Aristidem Athenis, ita hinc me dimissum esse. Bene vale. die natali B. Mariae Virginis.

Philippus Melanthon.

*) Lutheri kurzes Bekenntniß vom heil. Sacrament wider die Schwärmer. Wittenb. 1544. 4. (Vid. Walch. in opp. Luth. T. XX. p. 82 sq. et libellum ipsum ibid. p. 2195 sqq.)

*) Sic habet Gabbema; fortasse vero *Isemiac.* legendum.

No. 3027. 8. Septb.

S. Hellero.

† Ex apogr. Dresd. in cod. Zeltneri p. 55 b sqq., descripta a clar. Gersdorfio. Contuli apographon in cod. Monac. 90. no. VII. p. 394. et in cod. Mon. 66. p. 19 b.

Ad doctorem Sebastianum Heller Iurisconsultum et Cancellarium principis Marchionis Georgii.

(In cod. Mon. inscribitur: *amico cuidam.*)

S. Spero meos mores, Vir clarissime, tibi notos esse. Etiamsi non sum durus natura adolescentum cupiditatibus non libenter morem gero; sed est eius rei quidam modus.[1]) *Caspar*[2]) (*Beir*) filius sororis tuae, te ut patrem colit et observat, et in studiis satis bene processit[3]). Nunc de tuo et patris consilio cupit uxorem ducere. Abhorret, ut video natura[4]) satis modestum esse, a vagis li-

1) *sed est* etc. tantum habet cod. Mon.

2) Casparum clandestina sponsalia antea fecisse cum puella aliqua, inscio Melanthone (tutore eius), quae sponsalia, potissimum Luthero id efficiente, iterum soluta sunt, intelligitur ex epist. Lutheri ad Ioann. Frid. Elect. d. 22. Ian. 1544. Vid. Epist. Luth. P. V. p. 617. et 619. Consistorium Witteberg. confirmaverat clandestina illa sponsalia, cui vero Lutherus se ita opposuit, ut tandem (vid. Lutheri epist. d. 27. Ian. 1545.) dissolverentur. Fuit ille Caspar Beierus, *Suobacensis*, ut ex eadem Luth. epist. intelligitur.

3) Cod. Dresd. *procedit.*

4) Cod. Mon. *natura*; cod. Dresd. *eum.*

bidinibus. Amat autem filiam Doctoris *Chiliani*[5]) *Sibyllam*, honestam et modestam puellam, ac sentio mutuum esse amorem. Nihil enim volui ad te scribere, nisi prius explorata voluntate puellae, praesertim cum simul sim tutor. Familia tibi nota est. De puella hoc certum est, moribus eam honestis ac placidis praeditam esse. Scio te et gravitate et sanctitate consilii et prudentia excellere. Ideo tibi nihil praescribo. Fortasse etiam minus decet me tutorem utriusque causam agere. Sed fretus humanitate tua haec scripsi, teque oro, ut hanc ipsam humanitatem tuam, quam cognovi in te egregiam esse, ut solet eminere in bonis animis[6]), in consilium in hac deliberatione adhibeas. Multum ad vitam recte et placide agendam refert convenire in hanc societatem sanctissimam[7]) eos, qui honesto et nativo (ut ita dicam) amore inter se devincti sunt. Naturalis στόργη perpetuam benevolentiam efficit, ac retinet. De dote opinor *Casparum* ad patrem scripsisse. Nam haereditas fuit ut in hoc oppido non contemnenda; puella amplius mille aureis possidet. Sed totam rem deliberationi et arbitrio tuo ac patris Caspari permitto, teque magnopere rogo, ut literas meas boni consulas. Bene vale. Die natali Mariae virginis 44.

Ph. Melanth.

No. 3028. 13. Sept. (h. a.?)

B. Schallero.

Epist. lib. II. p. 475. (edit. Lond. lib. II. ep. 503.).

D. Bartolomaeo Schallero.

S. D. Charissime *Bartolomaee*, Ingens Dei beneficium est, habere liberos idoneos ad virtutem. Quare gratias agas Deo, quod filium *Isaac* animi moderatione et ingenio artium capaci ornavit. Et orabis Deum, ut eius studia deinceps regat, ut possit aliquando servire Ecclesiae Christi. Modeste apud nos vixit, et omnino tibi hortator sum, ut hunc filium non abducas a literis. Spero enim usui futurum Reipublicae, et necesse est aliqua bona ingenia adhiberi ad doctrinae propagationem et conservationem. Mea ei officia in studiis non defutura sunt. Bene et feliciter vale. Die 13. Sempt.

5) Cod. Mon. *Christiani.*
6) Cod. Mon. *naturis.*
7) *sanctiss.* abest. a cod. Dresd.

No. 3029. 14. Septb.

Senatui Goettingensi.

† Ex autographo Melanth. in tabulario Senatus Goettingensis mihi descripta a Clar. Holzhausen. (Manu Philippi exarata est haec epistola, cui simul subscripsit Bugenhagius.)

Den Ehrbaren, Weisen und Fürnehmen Herrn Burgermeistern und Rath der Stadt Göttingen, unsern günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Ehrbare, Weise, Fürnehme, Günstige Herrn.

Ew. Weisheit fügen wir zu wissen, wiewohl wir zuvor einen, genannt Andreas, zum Diaconat in eurer Kirchen angezeigt, so haben wir doch seiner Sprach halben und sonst hernach Bedenken gehabt, denn die Sprach ist mit Niederländisch und Friesischer Sprach gemengt, und sind etlich mehr Gebrechen, derowegen wir hernach auf Zeigern dieser Schrift, Magistrum *Bartolomeum Wolfart* von Mansfeldt gedacht, der sich auf unser Anreden erbothen, Eurer Kirchen zu dienen, insonderheit dieweil er zuvor dem Ehrwürdigen Herrn Doctor Joachim Mörlin*) bekannt ist. Damit aber Ew. W. ihn zuvor hören möcht, ist er willig gewesen, jetzund alsbald mit diesem Bothen zu E. W. sich zu verfügen, daß E. W. selbst mit ihm schließen möchten der Besoldung halben, und wenn er an seinen Dienst ankommen soll. Wir haben ihn lang gekannt, und achten ihn fromm, gottfürchtig, wohlgelahrt und sittig, bitten derowegen, E. W. wolle ihr diesen Magistrum *Bartholomeum* günstiglich lassen befohlen seyn, und wo wir Eurer Kirchen und Stadt dienen können, dazu sind wir willig, und bitten unsern Heiland Jesum Christum, den Sohn Gottes, er wolle Ew. Weish. gnädiglich regiren, und Eure Kirchen, Stadt und die Euern allezeit bewahren. Datum Sonntags **) den 14. mens. Septbris anno 1544.

Ew. W. willige

Johannes Bugenhagen, Pomer D.
Philippus Melanthon.

*) Mörlin eo tempore fuit parochus Gotting.
**) Dom. d. 14. p. Trinit.

No. 3030. 16. Sept.

G. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Goth. 402. p. 276. et cod. Mehn. I. ep. 185.

*Georgio Spalatino.**)

Primum precor ex animo dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis et resuscitatum, ut te consoletur spiritu suo sancto, qui vitam et laetitiam accendit. Deinde te quoque oro et obtestor, ut de quoque erigas cogitatione voluntatis Christi. Non vult Christus, ut ipsi nos in desperationem et mortem mergamus, sed vult, nos homicidae, diabolo, resistere, impellenti nos ad dubitationes de Dei misericordia. Esto forti et laeto animo, quia Christus nobis donatus est, ut angeli canunt: *ecce annuncio vobis gaudium magnum;* gaudium **) inquit, et laetari nos vult et iubet. Nec tu causam habes tristitiae iustam. Adiuvisti fideliter ecclesiam Dei, et scio optimi principis voluntatem erga te optimam esse. Scio omnes, quorum auctoritas praecipua est, tibi ex animo bene velle, et omnes optare, ne ita augaris animo. Ideo pellito moestitiam et acquiesce ac laetare in Christo. Bene vale. 16. Septembris.

Phil. Mel.

No. 3031. 19. Sept.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 482 sq. (ed. Lond. IV. ep. 342.).

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Rectori Academiae Lipsicae, amico suo carissimo,

S. D. Non dissimulo me delectari illa laudatiuncula Epicharmi, de qua scribis, Nam profecto aliquanto maius decus esse iudico *παισὶν χρήσιμα λέγειν*, quam Troiam capere. Extant autem versiculi illi in Codice Theocriti in postremis pagellis, dulcissima est simplicitas. *πολλὰ γὰρ ποττὰν ζοὰν τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα, μεγάλα χάρις αὐτῷ.* Si verum decus est, Ecclesiae seminaria educere, et cives ad virtutem invitare, plurimum deberi his iudicandum est, qui teneram aetatem formant. Mitto autem tibi indicem dierum aliquot, quem augeri tua diligentia volo. Excitandae iuventutis caussa haec observo, et cogitatio veterum rerum me de multis rebus admonet.

De meo periculo scito me rem totam Deo aeterno patri Domini nostri Iesu Christi commendare, nec cedam invitus ex hoc ergastulo, si ita res feret. Hoc silentium quod nunc est, intelligo quo spectet: illud etiam scribenti venit in mentem, heri mihi narratum est, *Theobaldum Bellicanum* pulsum esse tota Palatini ditione, propter negocia quaedam aulica. Fuit meus *συμφοιτητὴς* et ingenio et eloquentia me longe superat. Sed malo exulare in ea caussa, quae in me confertur, quam propter talia negocia, qualibus ille implicitus fuit. *Ferdinandus* rex cum toto agmine ingrediens Viennam, ingenti examine locustarum, velut imbre obrutus narratur. Bene vale. XII. Calend. octob.

Phil. Melanth.

Ex sacris historiis.

Mense Martio die 1. diminutae aquae diluvii.

Mense secundo die 17. ingressus Noha in arcam.

Mense secundo die 27. egressus Noha ex arca. Ergo totus annus in arca completus est, quia accedunt *ἐπακται.*

Mense septimo die 27. quievit arca.

Martii 14. esus agni, et passio Christi: Sed Passionis dies certus est octavus ante Cal. Aprilis, id est 25. Martii.

Resurrectio 28. Martii.

Dies 25. Martii dicitur et dies Creationis Adae.

Die 25. Novembris, qui nunc est Catharinae, fuerunt Encaenia Ierosolymis.

Die 13. Februarii Victus Nicanor.

Die 8. Septembris deletum templum a Tito, qui dies nunc est Natalis B. Mariae.

Graecae et Romanae.

Aprilis die 24. captum Ilium, et Alexander vicit ad Granicum.

Maii Cal. 12. Natalis Romae die 20. April.

Anno 1453. die 28. Maii capta Constantinopolis.

---

*) Spalatinus concesserat matrimonium alicuius cum noverca uxoris suae defunctae, qua re postea gravissime turbabatur animo, ita, ut moeror ex ea re ortus plurimum fecisse putetur, ut mox diem obierit. Vid. de eadem re etiam Lutheri epist. ad Spalatinum, d. 21. Aug. 1544.

**) Cod. Goth. *vobis gaudium inquit laetari* etc.

Iunii die 5. Duae victoriae partae, Leutrica et Gerestana.

Iulii die 27. Victus Nicias.

18. Iulii, dies Alliensis.

Iulio vicit ad Cheroneam Philippus.

δαισίου τρίτη φθίνοντος mortuus Alexander, 28. Iunii aut Iulii.

Augusti die 6. Parta victoria Marathonia.

Augusti 3. Victi Persae ad Plateas et Mycalen.

Augusti 25. Vicit Alexander ad Arbela.

Augusti 20. Victoria ad Salaminam parta.

Die 16. Octobris Mortuus Demosthenes, qui dies nunc est dicatus S. Gallo.

Anno 1444. Prid. Martini Clades Varnensis.

No. 3032. 27. Sept. (h. a.?)

C. Cordato.

Manlii farrag. p. 272. coll. ep. Bugenhagii ad Cordatum d. 1. Oct. 1544.

Clariss. viro, D. Conrado Cordato, doctori Theologiae N.[1]) *compatri suo charissimo,*

S. D. Ut igitur Loth erat in Sodomis, et vicinus erat *Sem*, egressus iam annum quadringentesimum, et Abraham: ita tu Evangelii vocem sonas, et colligis Ecclesiam aliquam Dei inter hostes: ac oro Dominum nostrum Iesum Christum, ut te servet incolumem, et confortet. Ubique multae et magnae sunt difficultates. Doleo vicem N.[2]) regionis in qua degis: quae non solum premitur tributis, sed etiam aliis miseriis. Ubicunque ero, donec vivo, si ullo genere officii possum tibi servire, summa fide serviam: et volo te forti animo esse. *Christophorum* spero tibi fore obsequentem[3]): et delaturum honorem, qui seni et bene merito in Ecclesia debetur. Bene vale. Die 27. Septembris, quo primum coepit quiescere arca Nohae, ante annos 3840[4]). Deus quoque nunc det quietem Ecclesiae.

1) Stendaliae erat.

2) Buchholz. adscripsit: *Marchiae.*

3) Loquitur de Diacono Stendaliam misso. Vid. ep. 1. Oct. h. a.

4) 3844?

No. 3033. 27. Sept.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 16 sqq.

Iusto Ionae

S. D. Non casu nasci homines, ipsa gubernationis miracula testantur. Ideo Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani, datorem vitae, ζωοποιοῦντα ἡμᾶς, ut inquit Paulus, et foventem generationem, oro, ut adsit tuae honestissimae coniugi, invocanti nomen Domini nostri Iesu Christi, et servet eam in partu et semper incolumem. De *Gallicis* compositionibus audivisse vos aliquid non dubito. Fames cogit *Carolum* inducias facere. Dux Ferrariensis et Lotharingus sunt pacificatores, sed gubernantur horum consilia a Romano Pontifice. Audio Gallos satis superbe respondere *).

Hodie mecum fuit *Pannonius* vir pulcherrimus, cuius patria iam annos viginti tenetur a Turcis, et tamen habet αὐτονομίαν, magistratum ex civibus lectum, et Ecclesiam. Venit huc discendi causa.

De me, quid sit futurum, nondum scio. Liber adversus Tigurinos iam edetur **), quem cum legerimus, videbimus, quid spei sit. Frater meus mihi gravissimum consilium dedit, ut quod faciunt Duces in periculis, cum sine dimicatione se in tutiora loca recipiant, ego quoque sine certamine migrem. Sed Deum oro, ut nos et Ecclesiam suam regat. Multae et magnae ubique sunt dissipationes. Venit mihi in mentem diei, quo arca Nohae primum consistere cepit. Hodie enim est 27. dies Septembris, quo ante annos 3844 arca Nohae primum quiescere cepit. Quo exemplo Deus significavit, se Ecclesiae quietem daturum esse. Oremus igitur, ut nunc quoque det ei placidam pacem, felicem gubernationem. Bene vale.

M. Ionas filius philosophatur et discendo et morum modestia. Abeunt enim studia in mores.

Philippus Melanthon.

*) Videatur de hac pacificatione, qua demum d. 29. Sptb. 1544. finita est, Sleidan. p. 449 sq.

**) Videtur esse Lutheri scriptum: Mart. Luthers kurzes Bekenntniß vom heil. Sacrament wider die Schwärmer. (In opp. Luth. Hal. T. XX. p. 2195.)

No. 3034. 27. Sept.

Praefatio.

Praefatio praemissa libro: Arnoldi Burenii Oratio ad Reverend. Episcopum Monasteriensem de scholis literariis constituendis, in quibus semper Ecclesiae Dei seminaria fuerunt. Cum praefatione Phil. Melanth. Witebergae, anno MDXLIIII. 8. 3 foll. et 3¼ plagg. [Lunz.]

Philippus Melanthon Lectori

S. D. Ut numerorum, ita literarum, manifesta est utilitas in multis vitae partibus, in contractibus, in iudiciis, in cognitione historiae, legum, et medicae artis, in significandis consiliis ac imperiis in bello et in pace. Sed nos in Ecclesia non solum propter illas corporum utilitates, sed multo magis propter agnitionem Dei sciamus literas discendas et tuendas esse.

Non minus miraculum est, quod Deus se certis testimoniis patefecit humano generi, quam quod condidit hanc universam rerum naturam. Cumque se patefaceret, sententiam suam de nostra salute proposuit, et mandari literis voluit inde usque ab initio generis humani, quando, ubi, quibus testimoniis se patefecerit, quae dicta, quas leges, quas promissiones tradiderit. Harum maximarum rerum ut duraret memoria, voluit deus extare monumenta, certe auctoritate tradita: haec legi, cognosci, audiri praecipit. Et Christus inquit: Si quis diligit me, sermones meos servabit. Testatur, hoc se officio praecipue coli, si studia doctrinae, quam tradidit, amemus, si recte discamus Evangelium, si curemus, ne monumenta Evangelii intereant, sed ut posteris tradatur pura et incorrupta doctrina. Haec est magna et necessaria causa discendi literas, qua moveri omnes homines oportebat, ac praecipue gubernatores.

Inculcemus nobis hanc vocem singuli, si quis diligit me, sermones meos servabit. Si non contemnimus Deum, aliquam partem laborum conferamus ad tuenda et propaganda monumenta coelestis doctrinae. Quantum praemium pro hoc officio Christus promittit! Vicissim, inquit, diliget eum pater meus, et veniemus ad eum, ac mansionem apud eum faciemus: domicilium et templum Dei erit illa mens, illa familia, illa schola, quae amabit et iuvabit Evangelii studia.

Cum igitur haec officia Deus tantopere flagitet, laudanda est omnium voluntas, qui animos hominum ad hanc cogitationem curamque excitant et studia literarum accendunt. Fit autem hoc gravissime et splendidissime hac oratione *Arnoldi Burenii*, viri honesti, docti et eloquentis. Quare et boni voluntatem et consilium eius probaturi sunt, et docti laudabunt orationis formam, copiam et splendorem. Mihi vero haec legenti illud etiam in mentem venit. Scio in *Arnoldo* ingenium esse ad virtutem ac decus, et ad maximarum artium studia natura incitatum: scio mores esse honestissimos et officii plenos, et magnam doctrinae copiam et varietatem, ac propter haec ornamenta eum et diligo et veneror. Sed ad has virtutes magnum decus accedit, quod eloquentiam suam confert ad Ecclesiae utilitatem. Nam ea demum vera est eloquentia, ut Plato in Phaedro inquit, grata Deo dicere. Quod utinam cogitarent multi, qui stilum nunc acuunt, non ut Deo grata, salutaria Ecclesiae, utilia iuventuti dicant, sed ut Deo bellum inferant, et rebus bonis, recte traditis, caliginem inducant: quod faciunt alii (*ab*) aliis impulsi, inhonestis causis, quibus tamen praetexunt *σχῆμα πολιτικόν*, ut vocat Thucydides: iactitant se servire Ecclesiae tranquillitati. Hoc titulo fallunt imperitos. Sed, qui sint Ecclesiae fideles cives, re iudicandum est: hi videlicet, qui pia et salutaria docent, et pia studia doctrinae, quantum possunt, iuvant, provehunt, ornant et propagare conantur. Cum autem sciamus, Deum voluntates singulorum diiudicaturum esse, praeparemus nos ad illud aeternum iudicium, nec a studio rerum bonarum propter iniusta odia inimicorum abducamur. Bene vale, Lector. Anno 1544. die 27. Septembris, quo ante annos 3844 Arca Nohae primum consistere coepit, quo exemplo Deus testatus est, sibi ecclesiam, etiam cum magnis fluctibus quassatur, curae esse. Quare nunc quoque eam servabit.

No. 3035. 28. Sept. (h. a.?)

G. Spalatino.

Select. epist. p. 433. Iterum epistol. lib. I. p. 275. (edit. Lond. I. ep. 94.) — Apographon in manuscr. Manliano p. 78.

Georgio Spalatino

S. D. Magnum a te munus mihi iudico missum esse, cum proximam epistolam misisti. Nam et de tua benevolentia amantissime scripta est, et de

coërcenda iuventutis petulantia gravissime. Et additae sunt *Ambrosii* sententiae memorabiles, tanquam auctarium. Quare tibi et habeo gratiam, et referam *αὐτοῦ τῷ μέτρῳ*, vicissim aliquid scriptorum mittam, cum habebimus editiones, quas arbitrabor tibi voluptati fore. De Iuventutis petulantia, et viciis Reipubl. non quidem omittendae sunt querelae, sed dolor animi moderandus est. Si adiuvarentur concionatores et gubernatores scholarum a Principibus, frenari Iuventus melius posset. Sed saepe sensi, voluptati esse aulis hoc spectaculum, cum vident nos, tanquam in arena luctari *). Feramus igitur ingenti Philosophico et Christiano animo iniurias, nec propterea nos abduci ab officio nostro sinamus, repugnemus mediocriter furori hominum, et si quos possumus, flectamus ad virtutem. Hic mihi scopus propositus est, hic finis meorum consiliorum et meae Philosophiae. Meministi dictum sapientissimum *Friderici* Ducis, *Tantum*, *quantum possum.* Idem nos in nostro munere sequamur. Prosimus Reipub. et posteritati, quantum possumus; praesidia, gratiam, praemia a Deo expectemus: Humana nulla sunt. Hic scholasticus *Lisnicensis* scribit solutam orationem, et versus satis erudite. Nunc orat, qui praeficiatur scholae *Bornensi.* Nam is qui fuerat accersitus mortuus est. Videtur autem hic *Chilianus* modesto et bono ingenio praeditus. Et pollicetur se non fore contumacem adversus te et concionatores. Ideo eum tibi commendo. Ad Episcopum *Cicensem* alias scribam. Bene vale. Die 28. Septemb.

No. 3036. (29. Sept.)

Studiosis.

Scripta publ. Witeb. T. I. p. 95b.

Philippus Melanthon.

Extat libellus, cui titulus est *Isagoge Arithmetices*, collecta et edita per *Ioachimum Ammonium Nissensem*, qui sine ambagibus brevissima praecepta continet, quorum maximus usus est. Hunc libellum *Iohannes Fischer*[1]) Arithmeticus enarraturus est et exemplis illustraturus. Praeleget autem hora duodecima. Utile est, hominis periti et artificis celeritatem et dexteritatem videre et considerare. Acuere enim et adiuvare discentes potest: nec poenitere debet studiosos laboris et diligentiae in arithmetica. Magna laus est et magna utilitas, hanc artem tenere, quae et in omni vita tam magnum usum habet, et aditum patefacit ad doctrinam de motibus coelestibus. Tantum impedimentum est progressuro in Philosophia ignorare arithmeticam, quantum impedimentum est coecitas iter per loca inusitata facienti. Et si quis arithmeticam mediocriter didicerit, habet artem, quae provehere eum ad functiones varias potest et praesidio esse vitae. Ideo non negligenda est haec ars, quae quidem natura omnium prima est, ut numerorum agnitio primum lumen est mentis. (1544.)

*) Mst. *laniari.*

1) Vid. de eo ep. d. 7. Septb. a. 1545.

No. 3037. 30. Sept.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 486 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 645.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. Rectori Acad. Lipsicae, amico suo cariss.

S. D. Hunc fasciculum accipies a viro honesto et bene merito de Ecclesia, *Iohanne Textorio* Pastore Ecclesiae Neapoli[1]), sita in Tyrigetis ad flumen Aurelium, qui ut aditum ad te haberet, epistolam a me flagitavit. Magno nobis usui et fuit et est in tota *διοικήσει* ad Salam, et est homo *γνησίως φράγκος*, vere candidus et integer, fuitque Lipsiae *συμφοιτητὴς* tuus, et hic una fuistis. Quare ut eum complectare, rogo.

Mitto tibi epistolam Hungaricam, in qua et historias quasdam recentes Hungarorum leges, et videbis nostram familiaritatem aliis bonis hominibus etiam iucundam esse.

Λόγος πανηγυρικὸς [2]) *περὶ ὧν ὑπηνιξάμην*, in proxima epistola, *νυνὶ ἐκδεδομένος*, *κινήσει τῶν δημηγόρων φρένας.* Meus frater mihi gra-

1) Neustadt an der Orla. Iohannes *Weber*, vid. ep. Luth. d. 1. Nov. 1544. apud de Wett. T. V. p. 693.

2) Lutheri libellus de coena sacra.

viss. rescripsit, ut faciam quod duces exercituum in periculis faciunt, ut me sine dimicatione recipiam in loca tutiora, qua de re cogitandum mihi video. Bene et feliciter vale, die divi Hieronymi, quo hinc fuerunt ante annos XXIII *Capito* et *Aurbacchus*.

Philippus Melanth.

No. 3038. 30. Sept.

Car. Uttenhovio.

Epist. lib. VI. p. 31 sq. — Collatum est autographon Mel., quod asservatur in biblioth. Regia Berolinensi. Eandem, ut nondum editam, excudi curavit Foerstemannus in den Neuen Mittheilungen aus dem Gebiet historisch = antiquar. Forschungen. Vol. I. Pt. 4. p. 135.

Clariss. viro Nobilitate generis, virtute et doctrina praestanti Domino Carolo Uttenhovio, Domino Marchemii, patrono suo.

S. D. *Petrus (Edingus)*[1]) hospes meus, vir gravis et doctus, tuique amantissimus, saepe me hortatur ut ad te scribam. Et ego admiratione virtutis tuae ita moveor, ut tecum mihi assiduam familiaritatem esse optem. Sed tam[2]) tristi tempore quid possim[3]) scribere, quod aut ad tuum dolorem leniendum aut ad meam moestitiam levandam multum differat momenti[4])? Videmus orbem terrarum undique[5]) premi, ut nihil dicam aliud, magna Imperiorum confusione. Utinam Ecclesiae recte gubernarentur. Nam in his acquiescere mentes possent abductae a conspectu miseriarum politicarum. Ac[6]) vestrae quidem Ecclesiae prorsus oppressae sunt servitute; nostrae melius reguntur. Sed tamen in quibusdam non nihil est incommodi. Ac si arbitrarer humanis consiliis sanari haec mala posse, plura quaererem. Nunc cum sciam, Ecclesiam dei non posse solis hominum consiliis regi, servio in hac mea statione iuventutis studiis: doceo utilia, et gubernatoribus, qui nos audire nolunt, non odiose obstrepo, ac deum oro ut me et alios regat. Precor etiam ut te gubernet et servet, cui genus, vitae dignitas[7]), virtus, locum in republica illustriorem concesserunt, in qua ubi[8]) sententia tua aliquando res bonas poterit iuvare[9]), id ut facias, te etiam atque etiam rogo[10]). Conditi sumus praecipue ad agnitionem et celebrationem dei. Aliqua igitur summi illius operis ratio habeatur. Haec scripsi, et ut *Petro* morem gererem et ut meum erga te studium tibi ostenderem. Historias Gallicas aut aliarum gentium scio ad vos perferri ab aliis, quibus res publica notior[11]) est quam mihi. Bene et foeliciter vale. Pridie Cal. Octobris 1544.

Philippus.[12])

No. 3039. (fere mense Sept.)

V. Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 200 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 599.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Hospiti Cyprio non defutura sunt mea officia, si quid tamen petet. Nunc habitat apud *Matthiam Illyricum*, qui hic Ebraice docet, cuius sermonibus contentus fortassis non admodum meam privatam consuetudinem expetet. Nondum multa collocuti sumus, cupio eum de Patria, de studiis, de sententia in dogmatibus audire, et audiam fortasse. Sed ita multa impediunt huius generis congressus cum amicis, ut plane optem ex hoc ergastulo, etiamsi mihi vita acta est, liberari. Et hic annus me varie exercuit. Duo amici, viri optimi capti sunt, *Hieronymus*, et alius in Belgico propter Evangelium comprehensus. Secuta filiae calamitas: Sycophantia non vulgaris. Ad haec accedunt Historiae Pannonicae, quas heri admodum tristes legi, et tibi mitterem, nisi alius curiosus exemplum mihi heri monstratum abstulisset. Bene vale. Et communibus precibus Fi-

---

1) *Edingus* addidit editor libri VI.
2) Foerst. *iam* pro *tam*.
3) Foerst. *possum*.
4) *momenti* desideratur in lib. VI.
5) Foerst. *ubique*.
6) Lib. VI. *At*.
7) Libri VI. editor *genus vitae*, *dignitas* distinxit.
8) Foerst. *in quo uti*.
9) Foerst. *iuvare poteris*.
10) Foerst. *oro*.
11) Foerst. *maior* pro *notior*.
12) Nomen subscr. omisit, ut solet, editor libri VI.

lium Dominum nostrum Iesum Christum invocemus, ut nos regat et servet.

Nicolaus Eirer spospondit pro *Ulrico Flocco*. Velim igitur curari, ut mihi mitteretur*) ea pecunia, quam Lipsiam mittit senex *Eirer*, dandam *Flocco*.

Philippus Melanthon.

No. 3040. 1. Oct.

Bugenhagius Cordato.

Manlii farrag. p. 461.

Clariss. viro et domino, Cordato, Ecclesiae in Stendel superintendenti dignissimo, domino suo, et fratri in primis venerando, Ioann. Bugenhagius Pomeranus.

Gratiam et pacem per Christum. Mittimus ad te, charissime D. Doctor, hunc meum *Pomeranum*[1]), quem speramus gratum fore istic Ecclesiae Christi. De rebus vestris sic respondeo. Dum istic Evangelium sincere praedicatur, et sunt qui libenter audiunt, gratias agite Deo, quod labor vester non est inanis in Domino. Reliqua, quae vos isthic forte gravant, patienter propter Christum ferte: et donec Deus det meliora, pergite seminare: Deus dabit nutrimentum, et Deus pacis erit vobiscum. De nostris rebus omnia narrabit tibi hic noster *Christophorus*, mihi carissimus. Christus sit tecum, cum uxore et liberis, cumque Ecclesia vestra in aeternum. Salutat vos uxor mea, et liberi mei. Salutat te venerandus pater noster *Lutherus*, et dominus Philippus *Melanchthon*, doctor *Crucigerus*, et alii mei adiutores. Ex Viteberga, 1544. altera post Michaelis.

No. 3041. 1. Oct.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 485 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 644.).

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Rectori Academiae Lipsicae, amico suo carissimo,

S. D. Magnopere delectatus sum benevolentia et humanissimis sermonib. auditoris tui, *Pucheri*, quem antea iudicavi a natura ad suavitatem et hanc μετριότητα iure laudatam in ea philosophia, quam ego quidem caeteris sectis antefero, factum esse, nunc video etiam Italorum doctrina excultum esse. Faveo igitur eius virtuti, et opto ut Deus curriculum vitae ipsius regat. Hospiti Franco tribuam quantum officii potero, etsi quidem mea misera coniunx atrociss. cruciatibus conflictatur a calculo ortis. Vicissim complectere hominem Francum Neapolitanae Ecclesiae ἐπίσκοπον, a me commendatum.

Baldasaro Astrologo qui apud vos discit nunc medendi artem, dedi litteras et pagellam, in qua est dierum κατάλογος*), quam non accepisse te arbitror, cum scribas te silentium meum mirari. De caeteris coram ut spero colloquemur: omne meum studium fuit annos decem ut ille tumultus horribilis περί τινων ἃ μὴ κινεῖσθαι ἄμεινον ἦν, lenissimis consiliis sedaretur. Sed vincimur heu fatis, inquit ille, ferimurque procella. Etsi gravem caussam mei consilii habui.

Liber locorum theologicorum, ante vestras nundinas edetur, vellem igitur mihi *Epigramma* Graecum Octo, aut decem versuum mitti, sine mea laudatione, sed continens adhortationem καὶ παραίνεσιν communem ad discendam doctrinam Christi, et vituperans κύκλωπας, qui contemnunt haec studia. Bene vale. Cal. octobris.

Philippus Melanth.

No. 3042. 2. Oct.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 484 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 343.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camerario Pab. amico suo carissimo,

S. D. Et tua caussa hospitem Francum excepi libenter, et audivi, quanquam occupatus, ut vi-

---

*) Saub. *mittatur.*

1) Diaconum, de quo vid. ep. d. d. 27. Sptb.

*) Vid. ep. ad Camerar. d. d. 19. Sptb.

dit ipse, ac animadverti hominem integrum esse ac θεοσεβῆ, quas virtutes, etsi spretas, tamen pluris facio, quam totam sapientiam *Cardani*, quae nunc edita est, cuius lectione cum quidem antea defatigatus essem nostri ergastuli operis, insuper etiam delassatus sum. Sed quamvis laudet Platonica disputatio *σκιογραφίαν ἀρετῆς* virtuti circumdantes, *καὶ ἕλκοντας ἐξόπισθεν τὴν ἀλώπεκα ἀρχιλόχου*, tamen hos nec amo nec probo. Et hoc meo sensu mihi multum oritur molestiarum.

Uxor mea iam triduo conduo conflictatur atrociss. doloribus calculi, et frustra medicationes experimur, quae si non convalescet, iter ad te meum impediet. Epigramma velim mihi mittas. Bene vale, die 2. Octobris. Iam senatus *Ambergensis* hinc accersit concionatores.

Philippus Melanth.

No. 3043. 4. Oct.

Senatui Ambergensi.

Edita in Schenkl's Chronik von Amberg p. 217. et recusa in epp. Lutheri a de Wettio editis T. V. p. 689. Forma loquendi autem satis docet, epistolam non a Luthero sed a Melanthone esse exaratam, quare eam hic dedimus. Epistola haud dubio a scriba descripta, supscriptionibus aucta et sic Senatui missa est.

Den Ehrbaren, Weisen und Fürnehmen, Herrn Burgemeistern und Rath der Stadt Amberg, unsern günstigen Herrn und Freunden.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Ehrbare, Weise, Fürnehme, günstige Herrn und Freunde. Ew. Weisheit christliche Schrift haben wir empfangen, und sind erfreuet, daß Gott euch diese Gnade geben, daß ihr selb Ihn begehret mit rechter Erkenntniß seines Evangelii, rechter Anruffung und von Ihm befohlnen Gehorsam zu preisen, und daß euer löbliche Herrschaft[1]) zu solcher Besserung der Kirche nicht ungeneigt ist, bitten auch von Herzen, unser Heiland Jesus Christus wolle eure Herzen mit seinem heiligen Geist erleuchten, regieren und zu Besserung der Kirchen stärken zu Gottes Lob und eurer Seligkeit. Und nachdem wir auf eure Schrift mit Magistro Andrea Hugel[2]) und Magistro Johanne von Manchen geredt, haben sie sich gutwilliglich und christlich erbotten, eurer Kirchen laut der Vocation zu dienen; und wäre Magister Andreas nicht ungeneigt gewesen, jetzund alsbald zu euch zu ziehen: so hat es aber diese Gelegenheit mit ihm, daß ihm in der kalten Zeit mit den jungen Kindlein eine solch weite Reis fürzunehmen nicht wohl möglich, erbeut sich aber auf Ostern zu euch zu kommen, oder im Fall der Nothdurft noch diesen Winter, obgleich seine Hausfrau und Kindlein alhie bis nach dem Winter verharren mußten, wie solchs weiter euer Gesandter berichten wird. Wiewohl wir nun auch gern wollten, daß eure Kirch fürderlich versorgt würde: so hoffen wir doch, dieweil wir vernehmen, daß jetzund ein christlicher Prediger bei euch sey, Ew. W. werden dieses Verzugs halber Geduld haben, wie wir hiemit bitten. Und was Magister Johannes bedacht hat des Gradus halben, und von seiner Zukunft, das wird E. W. aus seinem Schreiben vernehmen. Wir haben auch mit einem züchtigen, sittigen, wohlgelahrten Mann, Magistro Matthäo Michaele von Torga, der Schul halben geredt, der sich erbotten, ohngefährlich in vier Wochen zu euch zu reisen. Und wo wir zu eurer Kirchen Wohlfahrt dienen können, sind wir dazu willig. Und nachdem der allmächtig Gott in euch den Willen zu Guten erweckt hat, sollt ihr getrost seyn und vertrauen, er werde das Vollbringen auch wirken, und bei euch seyn, wie der heilige Paulus uns alle tröstet: Gott, der den Willen zu Guten gibt, wirkt auch das Vollbringen: der wölle euer Kirchen und Stadt allezeit bewahren. Dat. Wittenberg den 4ten Tag Octobris Anno 1544.

Martinus Luther D.
Philippus Melanthon.

No. 3044. 5. Oct.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 487. (ed. Lond. lib. IV. ep. 646.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Etsi prudentia excellis, et diligentiam tibi non deesse scio, tamen monendum te duxi, ut

---

1) Ludovicus V., Palatinus Elector, qui a. 1544. regimen adeptus est.

2) Hunc iam d. 30. Oct. et d. 30. Nov. commendaverant Ambergensibus.

cogites, an tutum sit hoc tempore excurrere in Francos, cum passim vagentur equites irritati expeditione civitatum. Nam etsi ad te res non pertinet, tamen illud meministi: Lupos non curare numerum. Et quanquam amas Equites, tamen fateare necesse est, plures esse Luporum similes, quam illorum Heroum, a quibus orti sunt. Malim igitur te hoc tempore domi manere. Me quidem expectabis: nam cum uxor mea calculum ediderit decrevi istuc proficisci hoc biduo. Etsi enim quantum mederi illis malis quibus nunc conflictor, nostri sermones possint, ignoro, tamen conspectus amici aliquam affert levationem. Arbitror istic iam circumferri *τὸν ξανθιππίδου λόγον* *), cuius lectio etiam solicitudines tuas augebit. Sed haec coram. Bene vale. V. octobris.

Phil. Melan.

No. 3045. 5. Oct.

Eu. Musculo.

Edita in Io. Iac. Grynaei Theol. Theoremata problemata, aliaque capita de quibus in Basil. Acad. 1588. disputationes institutae fuere. P. 2da. p. 110. Autographon est in in bibl. urbis Zofingen, mihi descriptum a Pl. R. Frikarto.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Eutychio Musculo, Pastori ecclesiae Dei in urbe Augusta Vindelicorum, amico suo carissimo,

S. D. Meministi versum Aristophanis de ollis inter se collisis: *καὶ πίθος πληγεὶς ὑπὸ ὀργῆς ἀντελάκτισεν*[1]) *πίθῳ*. Sic civiles discordiae saepe utrique parti exitio sunt, quod et metui antea saepe, et nunc metuo eventurum nostris ecclesiis moto rursus *θορύβῳ περὶ δείπνου*. O rem miseram, et omnium lacrymis deplorandam, quod illud *ὅσιόν σύμβολον τῆς ἀγάπης* belli cogitur esse materia seu occasio. Anxie exspecto tuas literas, teque oro, ut mihi scribas. Tua moderatione prudentum[2]) sermones reprimito.

Nunc autem et hunc adolescentem tibi commendo, *Iohannem Medsberger*, Augustanum, modestum et facundum. Iudico, eum usui fore ecclesiae, si fovebitur. Quare sis hortator patrono ipsius, amico tuo, ut eum diutius adiuvet. Bene vale. d. 5. Octob. 1544.

Philippus Melanthon.

Hortare D. *Geryonem*, ut mihi scribat.

---

*) Lutheri librum. C. W.

1) Utrumque apographon habet *ἀντελακήτισεν*.

2) *Prudentum*? Sic utrumque apographon, sed expectasses *imprudentum*.

No. 3046. 6. Oct.

V. Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 201 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 600.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Etsi tanta est humanarum rerum infirmitas, ut semper adversa aliqua formidanda sint, tamen quia Deus Ecclesiam suam vult in hac vita certum habere curriculum, dat etiam, ministris docentibus Evangelium, gubernantibus Hospitia Ecclesiaé, et multis aliis membris, vires corporis et vitae huius mediocria praesidia, sicut Christus inquit, *οἶδεν γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων*. Ideo et oro Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut te et servet incolumem, et regat, et vires tibi corporis integras largiatur. Ac spero futurum, ut te restitutis viribus reducat in illam honoratissimam sedem, in qua dòces in Templò Evangelium.

Querelam tuam de tua Valetudine, et *Hofmanni* morte, *Caspar Milichius* et ego magno cum dolore legimus. O quam difficile mihi fuit huius anni curriculum! Deum oro, ut leniat omnium miserias, qui Iesum Christum invocant.

Hunc Tabellarium, *Magistrum Andream Hefftel*, natum in oppido Prussiae Regiomonte, tibi commendo. Erit apud Virum Clariss. D. Doctorem *Magebuch*, cui velim eum meo nomine etiam commendes. Bono ingenio praeditus est, et est amicus *Christophori Ionae* Iurisconsulti, qui apud Ducem Prussiae et autoritate et gratia valet, et mihi propter familiaritatem Scholasticam, et egregias animi dotes admodum charus est, ac*) scio ab eo te quoque diligi. Bene vale. Die 6. Octobris.

Philippus Melanthon.

---

*) Saub. mendose: *at*.

No. 3047. 7. Oct.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 532. (ed. Lond. lib. IV. ep. 681.). — Retulit editor hanc epistolam ad annum 1545. Quum autem Mel. 7. Oct. 1545. non Witebergae sed cum Luthero Mansfeldiae fuerit, ad hunc videtur epistola pertinere annum.

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. Pab. amico et fratri suo cariss.

S. D. Mediocri studio *Paeonas* *) complexus sum donec iuvare discentes potuimus, et arbitror in Paeoniam salutares rivulos doctrinae hinc manasse. Nunc tibi hos duos Paeonas commendo, qui cum discendi caussa in Germaniam venerint, etiam me hortante, in vestra Academia mansuri sunt. Vetus est mos, et Graecus, ut hospites se ad aliquem quasi patronum in eo loco, ubi commorabantur, adiungerent, ita te sibi *προστάτην* contingere isti optant, et aditum ad te meis litteris sibi patefieri voluerunt. Nec dubito, quin eos amanter complexurus sis, cum et natura tua sit benefica, et inprimis ingeniosorum studia libenter adiuves. Bene vale. Nonis octobris.

Philippus Melanth.

No. 3048. 7. Oct.

Cruciger ad Theodorum.

Edita in Peuceri tract. histor. p. 73. et in Ambr. Wolfii Historie der Augsb. Confess. p. 579.

Casp. Crucigerus ad Vitum Theodorum.

Adhuc quidem Dei beneficio nihil *φορτικώτερον*, id est, gravius seu durius incidit in eo, quod metuamus. Noster enim interea nullam significationem edidit alicuius offensionis erga nos, etsi ante ex ipsius sermonibus intellectum est, eum nescio quibus in suspicionibus fuisse. Et libellus editus multo adhuc moderatius scriptus est quam sperabatur[1]), etsi non dubium est, eo quoque quosdam offensos esse propter quaedam asperiora verba, ut illud est, quod propemodum sine discrimine Satanae plenos *καὶ εἰνδιαβολισθέντες* (eingeteufelt) suo verbo vocat, qui contrarium sentiunt. Et sane metuendum est, ne ex his initiis recrudescant certamina multo crudeliora praeteritis et exitialia Ecclesiae, ut saepe amicus noster *Philippus* lacrymans ingeminat illud: *οὔπω ἔνδει τόδε τὸ κακόν.* Quam multi his temporibus rapti ad necem et acerbissime excruciati sunt, quibus nulla alia causa hanc necessitatem profundendi sanguinis imposuit, nisi quod illa papistica *περὶ εὐχαριστίας* approbare noluerunt, tamen oppressi autoritate nominis et sententiae *τοῦ ἡμετέρου*? Et quam multorum in animis haerent vulnera, quae nisi res vere explicetur, non sanantur? Nostrum quidem prorsus existimo commodius sentire, quam interdum loquitur cum effervescit. Sed hoc ipsum quantum incommodi est? Quare Deum patrem domini nostri I. C. oremus, ut ipse misertus suae Ecclesiae sanet has offensiones et tollat scandala, ac coniungat animos in confessione purae et sincerae doctrinae, sicut precatus est Pontifex noster filius Dei: Sanctifica eos in veritate tua. Item: ut sint sanctificati in unum etc. Bene vale. 7. Oct. Anno 1544.

*) Mugaros. C. W.

1) Martin Luthers kurzes Bekenntniß vom heil. Sacrament wider die Schwärmer. Wittb. 1544. 4. (vid. opp. Luth. Hal. T. XX. p. 2195.)

No. 3049. 10. Oct. (Lipsiae)

F. Myconio.

† Ex autographo in cod. 79. Gothan.

Clarissimo viro eruditione, pietate et virtute praestanti, Domino Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gotthanae, amico suo cariss.

S. D. Quod orat filius Dei dominus noster Iesus Christus: pater serva eos, ut sint unum, sicut nos unum sumus, id est primum ut simus deo coniuncti, deinde ut inter nos concordes simus, idem nos sedulo et ardentibus votis oremus, et quadam moderatione ubique foveamus tenerarum ecclesiarum concordiam; quod et fecisse te magno studio scio, et mediocriter me fecisse non ignoras. Ac ubicunque ero moderationem non deponam. *Amsdorfius* taxavit in Coloniensi libro locum de libero arbitrio; et hoc dictum offendi: spiritum sanctum de dictis contra conscientiam. Miror cur hoc dictum reprehendat; nec moveor eius reprehensione. Suspiciose etiam interpretatur illa, quae de coena domini dicta sunt. Sed an sit utile, movere hac de re nova certamina, eventus declarabit. Ego *Luthero* dixi[1]), me semper defendisse synecdochen, cum panis et vinum sumantur

1) Vid. Lutheri epistola ad Amsdorf. d. 23. Iun. 1544.

adesse Christum vere et nos sibi membra facere, nec extra usum ritus ullos habere sacramenti rationem. Arbitror ei satisfactum. Sed si intelligam, non esse satisfactum, de migratione mihi cogitandum erit, ut me etiam meus frater hortatur, et causas habeo multas et magnas, de quibus tecum coram loquar. Nam etiamsi non mittar ad conventum [2]), tamen ad te expatiabor paulo post. Fortassis hodie huc adferentur *loci theologici* a me recenter recogniti, quorum lectionem tibi scio voluptati fore. Materiae omnes ita perspicue explicatae sunt, ut lectori pio satisfacturum sperem. Fortassis autem in hac una controversia de coena domini plura dici velles. Sed non volui accendere et augere certamina, et optarim consuli veram antiquitatem. Mittam tibi librum ex his nundinis, si hodie adferentur exempla, aut certe mittam mox cum domum rediero. Abs te peto, ut pro ecclesia et pro me Dominum nostrum Iesum Christum ores, ut nos omnes regat spiritu sancto, sicut promisit: non reliquam vos orphanos. Bene et feliciter vale. X. Octobris. Lipsiae [3]).

Philippus Melanthon.

2) Convent. Wormat. anno 1545.

3) Lipsiae, quo ad nundinas profectus erat.

No. 3050. (h. t.)

Praefatio.

Praefatio praemissa Melanthonis locis theologicis, et repetita in omnibus editionibus, quae postea prodierunt. Legitur etiam in Mel. opp. Witeb. T. I. p. 147. — Quanquam autem praefationi adscriptus est annus 1543., tamen dubio caret, librum anno 1544. prodiise. Anno enim 1543., ut ex epistolis intelligitur, nulla nova editio locorum theolog. prodiit, quod factum esse Strobelius quidem putavit; sed in errorem inductus per annum 1543., praefationi adscriptum. Verum vel numerus 1543 pro 1544 est error typographi, vel, quod longe praefero, putandum, typographum anno 1543. parasse quidem novam editionem, initiumque factum esse ab inscriptione et praefatione, laborem autem a Melanthone illo anno desertum esse, quia interim constituerat, librum retexere. — Nisi fallor, ex epistola ad Meienburgium d. d. 14. Oct. h. a. coniicere licet, Melanthonem voluisse quidem praefationem mutare, sed eam ipso absente cum inscriptione typis descriptam esse. Caeterum vid. quae de hac editione Melanthon d. 10. Nov. h. a. scripsit ad Theodorum.

Philippus Melanthon pio Lectori.

S. D. Prodest firma et perspicua testimonia de singulis articulis doctrinae Christianae, ordine distributa, velut in tabella habere proposita, ut, cum disputant animi secum, aut anguntur, sententiae certae in conspectu sint, quae trepidantes erudiant, erigant confirment, consolentur. Haec enim sunt exercitia fidei piis et necessaria, et non ignota, de quibus Propheta inquit: *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Ad hunc usum domesticum initio mihi hos locos institui, et cum viderem, his turbulentis temporibus interdum aliqua explicatione opus esse, addidi interdum aliquas descriptiones aut partitiones. Haec cum postea circumferrentur in manibus multorum, recognoscenda et augenda fuerunt. Non ambitione, non φιλονεικείᾳ, non aemulatione, non ut sererem rixas, haec et institui et collegi, sed primum ut me ipsum erudirem, deinde ut aliquorum, qui haec legebant, honesta et pia studia adiuvarem. Sed de voluntate mea nihil dicam amplius, quam quod Deo probatam esse spero, ac meae conscientiae testimonium antefero criminationibus *Eccii*, *Cochlaei*, *Alfonsi* *) et multorum, qui illis applaudunt. Cum autem re ipsa cognoverim, explicationem dogmatum Ecclesiae propter multas caussas opus esse difficillimum, et quanquam necessarium est, tamen plenum esse ingentium periculorum: attente audivi interpretes eruditos *καὶ θεοδιδάκτους*, et mediocri cura et solicitudine inquisivi Ecclesiae doctrinam, et conatus sum res veras, quanta potui, perspicuitate recitare. Non gigno novas opiniones, nec aliud maius scelus esse in Ecclesia Dei sentio, quam ludere fingendis novis opinionibus et discedere a Prophetica et Apostolica scriptura et consensu vero Ecclesiae Dei. Sequor autem et amplector doctrinam Ecclesiae *Witebergensis* et coniunctarum, quae sine ulla dubitatione consensus est Ecclesiae catholicae Christi, id est, omnium eruditorum in Ecclesia Christi. Vult autem Paulus esse iudicia doctrinae in Ecclesia, ut veritas servetur incorrupta, et non temere labefactetur concordia. Et agnosco ipse meorum scriptorum maciem et squalorem. Quamquam igitur proprie et plane loqui studeo, tamen fieri potest, praesertim in tanta mole rerum et in tanta brevitate, ut interdum aliquid dictum sit obscurius, aut parum commode. Ideo non defugio iudicia Ecclesiarum nostrarum. Nam has censeo vere esse Dei Ecclesiam et vera animi pietate eas veneror, nec me ab eis seiungam, mea-

*) Strobelius in hist. locor. Mel. p. 125. putat esse Alfonsum Virvesium, Episcopum Canariensem, concionatorem in aula Carolis Imperatoris, qui scripsit: Philippicas disputationes XX adversus Lutherana dogmata per Phil. Mel. defensa etc. (edit. 2da) Colon. 1545. 4.

que dicta, scripta et facta earum iudicio permitto. Saepe etiam optavi, alios, qui antecellunt eruditione et iudicio, communicato consilio et collatis sententiis de rebus ipsis, et de formis loquendi, gravi auctoritate tale aliquod opus condere, quod ordine praecipuas materias doctrinae Ecclesiasticae complecteretur. Dicerem hanc rem curae esse debere piis et sapientibus Principibus, praesertim in tanta temporum confusione. Sed videmus Ecclesiam non regi humanis consiliis. Oro igitur Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut propter Filium suum, Dominum nostrum Iesum Christum, quem voluit esse victimam *καὶ μεσίτην καὶ ἱκέτην*, Ecclesiam sibi colligat, regat et servet, et docentium et discentium mentes gubernet, studia adiuvet, et ad veritatem et concordiae amorem multos flectat. Id cum Christus in agone suo precatus sit, nostra vota et nostros gemitus ad huius nostri Pontificis petitionem adiungamus, qui dixit: *Pater, sanctifica eos in veritate, sermo tuus est veritas: Ne sinas extingui lucem veritatis*, id est, Evangelii, tui; et addidit: *sint unum, sicut et nos unum sumus*, primum nobiscum coniuncti sint, deinde inter sese sint concordes, et consulant paci verae Ecclesiae iustis officiis. Hortor et scholasticum gregem, ut cogitent, qua in statione a Deo collocati sint, et sciant se Ecclesiae Dei seminaria esse. Nam ex hoc numero Filius Dei regnans ad dextram aeterni Patris, ac dona dans hominibus, videlicet Pastores et doctores, sumit Evangelii ministros, quos praeparari vult in Scholis. Hos esse custodes librorum Propheticorum et Apostolicorum et verorum dogmatum Ecclesiae voluit. Quare diligentiam et fidem in re omnium maxima Deo, Ecclesiae et posteritati praestemus, veritatem inquiramus, amemus, tueamur, et ad posteros incorruptam transmittamus. Witeberg. Anno 1543.

No. 3051. 12. Oct.

Philippus Landgr. ad Pontanum.

Edita a Clariss. a Rommel in vita Philippi Landgrav. Hassiae. Vol. III. p. 107.

(Gregorio Bruck, Cancell. Ducis Sax. Elect.)

Philips von Gots Gnaden Landgrave zu Hessen, Grave zu Catzenelnpogen ꝛc.

Hochgelahrter lieber getreuer. Was die Verordneten des Kriegs, genannt die Dreizehen, der Stadt Strasburg, auch Martinus Bucerus an uns vertraulicher und gutherziger Meinung geschrieben, davon schicken wir euch inliegend Copey, mit gnädigem Begehren, ihr wollet um der Ehre Christi unsers Erlösers willen, und zu Fürsorgung und Erpreiterung göttlicher Ehre dieselbe Sach wohl, treulich und mit allem Fleiß erwägen, und demnach verhüten helfen, daß die, so zur Concordie in Sachen des hochwürdigen Sacraments ꝛc. kommen, nicht wieder in Zweispalt gerathen, noch zwischen Martino, Philippo und andern unsern dieß Theils Theologen solche Uneinigkeit erwachse, welches gewißlich gemeinem Handel des Evangelii zum hochsten Nachtheil gelangen möchte. Auch (daß ihr) insonderheit bei dem Martino daran seyd, obschon etliche Zuricher etwas grob wären, daß er sich dadurch nicht erhitzen, und dieß die andern entgelten lasse, sondern als der vernünftigere thue und eine christliche Geduldе mit ihnen habe. Denn sollt erst zwischen Luthero und Philippo Uneinigkeit erwachsen, Helf Gott! was würde daraus werden, wie würden die Papisten glorieren und sagen: wenn ein Reich in ihm selbst uneinig ist, so wirds vergehen. Es würden auch ohn Zweifel unzählich viel christlich Leut sich daran ärgern und stoßen, auch viel vom Evangelio ganz fallen*). Ach allmächtiger Gott, was thun doch die Leut, daß sie solch ärgerlich und schädlich Zanken anrichten! Wir hätten mit den Papisten, Wiedertäufern, Juden und andern Secten genug zu thun. Wollen sie nun die Kirch, die sie so wohl erbauet, und das große Lob, Ehr und Geschrei, das sie haben, um ihrer Privatsachen oder vielleicht Ehrgeizes oder anderes halben nun gar verlieren, und sich in solche Gefährlichkeit begeben? Es ist nit ein rechter apostolischer Geist, der das anrichtet, sondern ein solcher Geist, der Zank, Zwietracht und Häder gern siehet.

Derwegen so thuet in dieser Sach, wie wir euch, als einen Mann der ohne Zweifel solche Handlung bevor Andern verstehet, und wohl ermessen kann, wohin die**), sonderlich aber zu Nachtheil dem guten frommen alten Erzbischof zu Cölln ꝛc. und gemeinen Lauf des Evangelii zu Anstoß, gelangen möchte, zutrauen. Das wird der allmächtige als ein zeitlich guts christlichs Werk euch vergelten. So seynd auch wirs hinwieder um euch gnädiglich zu beschulden geneigt. Datum Cassell 13. Octobris Anno ꝛc. XXXXIIII.

---

*) Cf. epist. Pontani ad Electorem d. 6. Nov. h. a.

**) i. e. diese Sache.

No. 3052. 14. Oct.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 654 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Clarissime vir, et amice charissime. Nondum rediisse vos domum arbitrabar. Ideo Magistro *Erasmo* proficiscenti istuc nihil dedi literarum, praesertim cum valde occupatus essem. Lipsiam, Deo iuvante, venturus sum die Dionysii, et adiungam mihi itineris comitem *Christophorum*, filium vestrum, cuius studia existimo iuvari posse a Licentiato *Schneidewein*. Saepe etiam de *Stramburgo* cogitavi, sed oporteret *Christophorum* tenere artis initia.

Mitto vobis exemplaria libri, quem propter immania odia, quae iam contra me exarserunt, non libenter ulli dedicavi nominatim. Sed me absente titulus ita inscriptus est *). Diabolus insignem calumniatorem contra me excitavit, qui familiares sermones effert, et adfingit, quae ipsi videntur idonea suo argumento. Haec est usitata merces, quae pro multis magnis laboribus nobis in Republica redditur. Sed commendo haec Deo, et honestam responsionem editurus sum. B. et fel. valete. 4. **) Oct. Philip.

No. 3053. 14. Oct.

Ioach. Camerario.

Edita in fronte Melanth. grammaticae latinae, editae a Camerario. (Lips. 1552. 8.) Legitur etiam sed manca in epistolis ad Camerar. p. 488. (ed. Lond. IV. ep. 647.), ubi ex errore ad annum 1544. refertur, plena habitur in fine epistolarum p. 759.

Philippus Melanchthon Ioachimo Camerario Paberg. V. opt. amico suo carissimo

S. D. Facundus comes in via pro vehiculo est. Adiunge igitur Sadoletum, cum Francicum iter suscipies [1]) nisi venit ille istuc tardius, id quod de indicatione consilii tui verebamur. Huius dulcissimis sermonibus lenietur itineris molestia, cum per Thuringiacum saltum et Nariscos tuos eundum erit. Etsi te quidem habiturum *Ballorhodum* audimus, cum quo ita erunt multa, quae voles ac cupies loqui, et tantam de illius *συνομιλήσει* capies voluptatem, ut neque desideraturus aliam sublevationem, neque interpellationem ullam admissurus esse videaris; verum in praefectura hunc fortasse relinquetis. At inde etiam, qui vos prosequantur, habebitis notos homines et tui inprimis amantes. Venies etiam, ut opinor, ad praefectum *Regiomonti* [2]), cuius humanitas et suavitatis atque profecto etiam sapientiae non relinquet locum alienis disputationibus. Nam illic quo tendis, scio tibi tales curas, negociorum tuorum occupationibus et cariss. tibi amici colloquiis penitus excussum iri. Sed tu habes Sadoletum, quem habuisti. Mihi quidem, nuper istinc reverso domum, regustavi scriptum, placuit consilium operis et imitatio antiquitatis. Ac de utraque re, vel potius de toto opere tuum iudicium ad nos perscribes. *Casparem* hoc tempore hinc expatiari moleste ferebam, cum instaret *ἀρχαιρεσία*, in qua *χειροτονία* ipsius poterat me nova solicitudine liberare. Hanc epistolam si accipies ante iter tuum, fac rescribas nobis priusquam proficiscaris. Hoc mihi erit gratissimum. Etiam ex itinere velim *φοιτᾶν πρὸς ἡμᾶς* literas tuas non solum ad levandam solicitudinem meam, quam relinquit nobis tua peregrinatio, sed *ἵνα φοιτῶσ᾽ ἂν εὐφραίνοιεν*. Bene et feliciter vale cum familia universa. Pridie Iduum Octobris.

No. 3054. 16. Oct.

M. Sidemanno.

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 54. — (Secundum catalogum Denisii (p. 1962.) apographon etiam habetur in cod. Vindobon. 53.

Martino Sidemanno.

Hanc ad te epistolam scripsi die 16. Octobris, qui dicatus est *Gallo*, Helvetio doctori, quo die ante annos 1870 *) mortuus est Demosthenes, cum sub

---

*) Loqui videtur de nova editione locorum Theologicorum, cui typographus praefationem anno 1543. a Melanthone scriptam, hoc inscio, praefixit.

**) Non d. 4. Oct. scripta esse potest, sed d. 14. Oct. postquam ex nundinis redierat.

1) De hoc itinere vid. ep. d. 5. et 15. Oct. 1544. Voluerat Camerarius iam mense Aprili proficisci in Franconiam, sed impeditus est eo, quod semestre aestivo summus Academiae magistratus ei delatus est.

2) Regiomonti in Franconia.

*) Quum Demosthenes in Calend. Eberi mortuus esse dicatus d. 16. Oct. anno 322. ante Christum haec ep. scripta iam esset a. 1548. Sed illo anno Sidemannus non fuit Mansfeldiae, sed potius Erfordiae, neque illo anno loci Melanthonis prodierunt. Sequutus est igitur Melanthon sine dubio aliam computandi rationem. At offendit quod Mel.

illud tempus et Hyperides orator interfectus est ab Antipatro, et aliquanto post Demades, Crates a Cassandro, et Phocion, qui viri illis temporibus Graeciae lumina praecipua fuerunt, quorum cum vita et virtus excellens inutilibus contentionibus consumpta sit, deploremus nos infirmitatem humanam, et proponamus nobis actiones utiles, a filio Dei monstratas, ut labor noster prosit Ecclesiae. Nec vero melius quicquid video, quam quod agimus, ut doctrinam Evangelii et alias honestas artes, quantum Deus nobis concedit, explicemus et iuventuti tradamus. Meministi enim Christi dictum: *ἐν τούτῳ ἐνδοξάσθη ὁ πατήρ ἐμοῦ, ἵνα καρπὸν πολλὴν φέρητε, καὶ γένησθε ἐμοὶ μαθηταί.* Etsi igitur hic cursus magna pericula, magna certamina et aerumnas non *) tenues offert, tamen *ἀγωνοθέτην καὶ βοηθὸν ἔχομεν τὸν υἱὸν θεοῦ, χριστόν.* Me non leviter exercuerunt multa. Sed spero, meas lucubrationes studiosis prodesse. Editionem novam locorum ubi inspexeritis tu et Dom. *Martinus*, iudicium vestrum mihi significate. De meis aedibus locandis D. *Sebastiano Müllero* respondi, nunc occupata esse ab iis, qui iam diu continuerunt, sed quam primum aliis locaturus sum, te anteferam omnibus. Bene vale. 1544.

No. 3055. **16. Oct.**

Camerarius ad Melanthonem.

Edita primum in fronte libri: Grammatica Phil. Mel. latina etc. Lipsiae in off. Val. Papae 1552. 8. — Sed minime anno 1552. scripta est, potius anno 1544., ut etiam docent epistolae d. 5. Oct. et d. 14. Oct. h. a. scriptae. Repetita in Melanthonis epistolis ad Camerarium p. 760. (ed. Lond. IV. ep. 909.).

Ioachimus Camerarius Philippo Melanchthoni, viro clariss.

S. D. Haec scripsi cum iam esset deponenda provincia, vel, si mavis, abeundum magistratu semestri nostro [1]). Accepi autem literas [2]) una cum libro [3]) a *Caspare* nostro tuas ad vesperam hesterni diei, quo tempore *Caspar* una cum *Erasmo* ad nos venit, ac tum quidem librum inspexi, sed quod cum gratissimis hospitibus colloqui de pluribus cuperem, et omnibus pene momentis interpellarer ab iis, quibus negocii aliquid coram me erat, legere nihil potui. Post coenam autem ad lucernam sane multas pagellas confeci, ac praeclarum mihi scriptum visum est, et consimile aliorum huius autoris, hominis politissimi, etsi quaedam in summa diligentia eruditionis illius desidero. Concedatur enim hoc et nobis [4]), ut iudicium faciamus et de hominum et de scriptionum genere isto, vel si illa quasi divinitas suscipienda tantum est nobis velut *ἐπιχθονίοις,* laudentur sane et pulcerr. esse perhibeantur universa. Sed de his coram aliquando.

Meum iter [5]) adhuc differtur, remorante nos *Ballorhodo,* qui primum terrore quodam narrationis illud retudit, nunc cessatione sua retardat. Constituimus tamen ad diem proximum XIIII. Cal. Novemb. illud nos ingressuros esse. Te vix putant huc venturum ad nuptias [6]), futurum enim istic dictatorem, ut tu appellas. De libro scire cupio cuius ille sit, ut precium solvatur; nam volo eum retinere.

Nunc ad te venio cum petitione parva illa quidem et facili: sed quam obtineri plurimum interest eius, cui nos hanc operam damus. Res autem haec est: Noster *Papa*, is vir, quem de sermonibus nostris cognovisti, id est, pius, probus, diligens, *ἀχρήματος,* post editum a me permissu tuo Grammaticae graecae libellum [7]), etiam *latinum* emittere parat [8]), eum, quem *Micyllus*

---

scribit de aedibus suis locandis, quum non constet, Sidemannum voluisse illo anno Witebergam migrare. Id potius seriori tempore evenit anno vel 1552. vel 1553. Si epistola ad hoc tempus refertur, scripta est sine dubio anno 1552., quo Melanthon curavit germanicam locorum editionem. Tunc pro 1870 scribendum esset: 1874.

*) *non*] cod. Goth. *nos*, ex mendo.

1) Rector Academiae Lips. fuerat Camerarius semestri aestivo anno 1544.

2) Melanthonis d. 14. Oct. h. a.

3) libro Sadoleti.

4) In Gramm.: *et hos nobis.*

5) In Franconiam, vid. epp. d. 5. et 14. Oct.

6) Ulrici Mordisini, ad cuius nuptias Lipsiam profectus est Melanthon d. 19. Oct. 1544. cum Hieronymo Schurfio.

7) Hanc, quae ex officina Papae prodierit ante annum 1544., vel ineunte hoc anno, editionem grammaticae graecae non vidi. Nec Strobelius eam cognovit, qui primam ex officina Papae emissam habet eam editionem, quae anno 1545. prodiit. Vid. Strobelii neue Beiträge zur Literatur, Vol. III. pt. 2. p. 22.

8) Strobelius l. l., ubi p. 29. commemorat editiones grammaticae latinae hanc editionem, quae prodiit a. 1544. vel 1545. ex officina Papae, Lipsiae, non cognovit, neque ego eam vidi. Fortasse non nomine Melanthonis sed Micylli, ut auctoris prodiit. Secundum Strobelium, ut etiam testatur praefatio Camerarii datae Lips. idib. April. 1552., ea editio grammaticae latinae, cuius curam Camerarius ipse in se suscepit, prodiit anno 1552., et huic etiam praemissae sunt

noster, verissimis a te ornatus laudibus, quondam dedit nobis aliquanto pleniorem. Hoc fieri te sciente et consentiente mirifice vult et laborat, et in hoc non tam successum omnem editionis situm esse, quam existimationem suam verti arbitratur. Confugit igitur ad me, et intercessorem me sibi esse expetit. Quapropter te, mi Philippe, vehementer etiam atque etiam rogo, primum ut in hac re *Papae* desiderio obsequaris, deinde et mihi gratificeris, qui illi optime cupio; vel si tu aliter censeas, de hoc etiam me reddas certiorem. Vale mi suavissime Philippe. Nostra familia peramanter te et tuos omnes salutat. Te vero officiosus G. Comes noster. Iterum vale. XVII. Calendas Novemb.

No. 3056. 18. Oct.

Ioach. Camerario.

Primum edita in fronte grammaticae latinae Mel., quae prodiit anno 1552. Repetita in Mel. epp. ad Camerar. p. 762 sqq. (ed. Lond. IV. ep. 910.).

Philippus Melanth. Ioachimo Camerario Pabergensi viro optimo amico suo summo,

S. D. Sunt quidem Scholastici magistratus opinione multorum neque dignitate praestantes, et laborum atque periculorum singularium expertes: Utque doctorum sapientia χολὴν οὐκ ἔχειν perhibetur: ita horum inter ipsos administratio lenis et placida et tuta esse creditur. Tu tamen profecto et sensisti nunc etiam, quanta molestia sit ἐν τῷ ἄρχειν, et semestre tuum finitum esse valde laetaris. Atque essent fortasse in nostris πολιτεύμασιν facilia omnia, si non Scholasticus ordo iniquitate quadam vel hominum vel temporum graviter laboraret. Experimur enim indies magnas et difficiles adversationes, cum quibus nobis est luctandum, impari quidem apparatu, et admodum dissimilibus copiis. Nam quibus nos rebus instructi sumus, id est, humanitate in litteris et mediocri eruditione ac doctrina, eae neque firmae satis ad protegendum, neque validae ad defendendum reperiuntur hoc tempore, quo animi hominum divitiarum et potentiae splendore capti, favoris et existimationis quasi viribus destitutas illas imbecilles et εὐνικήτους relinquunt. Nam quod sit adversariorum robur, quae et quam densa agmina, quae virorum armorumque instructio, nihil est necesse perscribi, praesertim ad te, quem certius omnia quam velles, non audiendo, sed experiundo comperisse scio. Atque utinam esset inter eos modo concordia et animorum voluntatumque consensio, quorum unus ordo est, καὶ μία τὶς οἷον συμμορία, neque in professione pulcerrima optimarum litterarum et artium usurparentur alienissima studia pertinaciae et malevolentiae: ita enim melius vel cedendo vel dimicando, si opus esset, salutem possemus tueri, nam dignitatem quod speremus nihil est, quam prorsus amisimus. Dicit noster civis Demosthenes, locupletem esse Rempub. eam, quae societate et fide et benevolentia augeatur, quibus nostrae fere communitates nequaquam abundant. Sed haec de quodam sensu miseriae nostrae copiosius disputavi quam debui. Et cogitandum nobis est, cum nostra delicta, tam prioris quam quotidianae vitae mereri animadversionem quandam in nos, tum certo quodam consilio connivere interdum Deum ad hominum audaciam et scelera, ut quemadmodum dicit idem, cuius paulo ante memini, Demosthenes, sibi in consideratione summae clementiae Atheniensium saepe subiisse, φοβεῖσθαι μήτι δαιμόνιον τὰ πράγματα ἐλαύνῃ: Ita nos certo statuamus haec mala, quorum partim dolore, partim metu exercemur, non existere fortuito, sed certis de caussis a Deo immitti generi humano, et permitti ut Diabolus autor calamitatum saeviat aliquando in terris immanius. Ac cum nos cupiamus esse in eorum numero, qui Christi primum ipsius, deinde Apostolorum praeconio convocati fuere, et nunc etiam verbis illorum convocantur, qui est coetus Christianus et Ecclesia Dei, non querelis et nos alios defatigare, sed hoc agere et perficere debemus, ut veritatem colamus, et fidem Deo praestemus, et freti misericordia illius consistamus quisque suo loco, non solum fortiter, tanquam in acie pugnaturi, si necesse sit, sed perpessuri etiam quaecunque oblata fuerint, scientes Deum, qui propter filium nos benevolentia sua complexus fuit, non posse a nobis esse alienum. Et hunc conservaturum Christo suo proprium coetum, in quo ipsius caritas et merita, ac beneficia inaestimabilia perpetua praedicentur, et laudetur ipse Pater Domini

---

epistolae haec Camerarii, et altera, quae sequitur, Melanthonis. Editio anno 1544., a Papa facta, videtur igitur fuisse iteratio non mutata editionis prioris.

et liberatoris nostri Iesu Christi, cum sancto spiritu. Hic neque durare neque constitui sine scholasticis conventibus, et bonarum artium cultura potest: Quapropter idem Deus noster etiam harum curam geret, et perficiet, ut aliquas sedes habeant, in quibus exerceri atque tractari possint. Nam si quid est vicii in re, vel si qui docti aut a cognitione et honore Dei sese avertunt, aut ad veritatem oppugnandam convertunt, de iis iudicium relinquamus *τῷ μόνῳ ἀληθεῖ κριτῇ*, quem neque fraus ullius fallere, neque improbitas effugere poterit: nostrum vero quisque veluti in acie ac castris suum locum teneat, et exequatur munus suum. Omnes autem spe certa nos sustentemus amoris Dei erga nos, propter Christum, qui venit in hunc mundum, ut deformes peccatis, et sceleribus pollutos, et flagitiis inquinatos ablueret et mundaret. In huius igitur fide, illa quam dixi, spe nos consolemur, et precib. incumbamus, invocantes opem Dei nostri, in his communibus tantis miseriis ac aerumnis propriis nostris. Nequaquam autem existimemus in studiorum nostrorum etiam exordiis et primis elementis versari, aut Deo minus gratum aut nobis inhonestum esse. Immo haec ipsa fundamenta fideliter et accurate collocemus, super quibus aliquando aedificia praeclara doctrinae extruantur, ut puer possit perdiscere ea, quibus *μετ᾽ ὀλίγον ἀνὴρ γενόμενος* utatur, neu requirat tum, ut multis accidit, quasi *ἐφόδιον* doctrinae, cum in medio iam itinere versabitur. Itaque neque me piguit puerilia studia etiam Grammaticis praeceptiunculis instruere, neque illius operae pudet.

Tibi quidem ago gratias cum meos libellos edi curas, et dexteritatem Chalcographi vestri tua industria adiuvas. Neque admodum laboro, utrum iudicio vero, an benevolentia tantum mihi tribuas, neque facile dixero, utrum maiorem mihi voluptatum allaturum esse videatur. Legi etiam per epistolam tuam*), quam libello nostro *Grammatices graecae* praeponi voluisti, scriptam perbelle: atque mihi valde placuit voluntatis tuae constantia erga hanc partem, quae contemnitur, et parvi fit a plurimis. Nunc quidem quod petis, ut obsequar desiderio ***Papae***, et tibi gratificer, in eo et libenter et cupide morem tibi geram, immo permitto vestro arbitrio totam editionem libelli mei, de quo quicquid egeritis, id recipio me ratum firmumque habiturum, vel etiam, ut *ἁπλούστερον* dicam, magnopere et per omnia probaturum esse. Ac me cum hoc studio vestro ornari constet, quod tam solicite peteres veniam editionis nihil erat. Quis enim est, qui soleat refragari honori suo? *ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε, τιμώμενοι χαίρουσι* secundum *σκηνικὸν φιλόσοφον*. Sed de his satis. Scripsi autem ***Papae***, ut cumulate satis facerem voluntati vestrae. Etiam dubitabam, an perventurae essent istuc litterae meae ante discessionem tuam, etsi eram in ea opinione, te omnino *Ballorhodum* expectaturum, neque sine illo vel duce vel comite iter istud ingressurum esse, ad quod quidem quod attinet, cupio te feliciter illo confecto quam primum redire ad tuos, *καὶ πρὸς τὴν σχολαστικὴν παλαίστραν*, cuius humilitate et pulvere scio, neque praestantiam neque splendorem ullum esse potiorem animo tuo. Deus pater Domini nostri Iesu Christi te custodiat. Vale. Tuam familiam universam amanter saluto. Comes noster in animo habeat sententiam Aristotelicam, *ὅτι ὁ διαφέρων ἐξόχως ἀρετῇ τῶν ἄλλων ἐστὶν ὥσπερ θεὸς ἐν ἀνθρώποις*, quo magis amet disciplinam, et gratias agat Deo, cum copiam ipsi fecit evadendi, *εἰς ζῶον θειότατον, τυχόντι παιδείας ὀρθῆς*, ut ait Plato. Iterum vale. XV. Calend. Novemb. id est, altero die postquam tuas acceperam.

*) Vid. ep. d. 16. Oct.

No. 3057. 18. Oct.

Alberto, Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 87 sqq. ep. 24.

(An Herzog Albrecht von Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtigster hochgeborner gnädigster Fürst und Herr, E. F. G. danke ich in Unterthänigkeit, daß sie sich so gnädiglich haben vernehmen lassen von Magistro Erasmo Reinhold, auch von meiner armen Tochter.

Und so viel bemelten Magistrum Erasmum belanget, wollen E. F. G. hierin die schönen und nützlichen Künsten der Mathematica ehren und fördern, die ohne löblicher Fürsten Hülff nit können erhalten werden. Nu muß ja dieses menschlich Leben, Arithmetica, Vi-

sierkunst, Calender und Cosmographien haben, dazu ist die schön Ordnung des jährlichen Gangs der Sonnen, ein klar Zeugniß von Gott, daß diese Natur von einem weisen ordentlichen Werkmeister geschaffen ist, darum wir alle Gott zu Lob, diese Künste lieben sollen, dadurch diese Ordnung erkläret wird.

Nu können wahrlich Privat=Personen ohne Hülff der Regenten nit Instrumenta zur Observation der Sonnen, Sternen, Eclipsum, Equinoctiorum rc. machen, denn es kost etwas.

Darum wollen E. F. G. wie sie gnädiglich vertröst, dieses Stipendium auf Magistrum Erasmum wenden, der etliche nützliche Werk jetzund vorhat, und ist ein ehrlicher christlicher Mann, gelahrt in ganzer Philosophia und bleibet bei diesem Studio fürnemlich, und hat viel guter Schüler gemacht, auch etlich E. F. G. Unterthanen.

Dazu erbeut er sich zu unterthäniger Dankbarkeit, die er mit etlicher seiner Arbeit beweisen will, welche er E. F. G. zuschreiben wird, und wenn ihm E. F. G. Arbeit befehlen werden, will er sich auch gehorsamlich darin erzeigen.

Von Zeitungen sind die Rede, daß der Fried zwischen dem Römischen Keiser und König zu Frankreich beschlossen sey, doch hab ich davon noch kein gewisse Schrift gesehen.

Und so der Fried zu Frankreich gemacht wird, soll der Reichstag zu Worms von der Religion gehalten werden, da besorg ich, werde man sorglich Flickwerk vornehmen und werde mehr Zerrüttung folgen denn bisanher gewesen. Der allmächtige Gott wolle gnädiglich sein Licht und Einigkeit bei denen erhalten, die bisanher in Bekantnus rechter christlicher Lahr einträchtig gewesen sind, und wolle viel Herzen zum Heiland Christo und zu ihrer Seligkeit neigen. Aber warlich die vergangen Eclipsis und die nähist Conjunction bedeuten große Spaltungen und Unruhe.

Aus Hungarn schreibt man mir, daß ein groß Volk von Orient, in Asien gefallen sey, derhalben der Türkisch Keiser aus Constantinopel über Meer in Asien geschiffet dieselben Land zu retten, und wird die Zahl geschrieben, nämlich achtmal hundert tausend Menschen, und werden genannt Gordiani oder Georgiani, doch ist Gordiani ein alter Nam in Alexandri magni Historia und sind Gordiani ein Volk am Wasser Tigris, bis an die Caspios montes, von welchen Orten vor acht hundert Jahren die Türken auch erstlich in Asien ausgezogen sind.

E. F. G. sende ich hiemit ein gering Büchlein *), darin aber die Hauptartikel christlicher Lahr ordentlich, recht, gründlich gefaßt, durch Gottes Gnad, und sende es E. F. G. als einem christlichen löblichen Fürsten, der solche Schriften richten soll, hoff aber es werde in Schulen nützlich zu lesen, und werde vielen zur Seligkeit dienen.

Der allmächtig Gott Vater unsers Heilands Jesu Christi wolle E. F. G. in langwiriger Gesundheit und Frieden gnädiglich erhalten vielen Christen zum Trost und Wolfart, Datum Witeberg Lucä Anno 1544.

E. F. G.
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 3058. 18. Oct.

Iacobo a Barthen.

† Ex autographo Melanth. in biblioth. regia Berolin. nobis descripta a Clariss. Friedlaendero. Interim ex eodem edita a Cl. Foerstemanno in den neuen Mittheilungen etc. Vol. I. Pt. 4. p. 135.

Clarissimo viro eruditione, prudentia et virtute praestanti Domino Iacobo a Barthen civi Dantiscano amico suo veteri et cariss.

S. D. Et natura fratrem tuum ad politicas artes idoneum esse iudico, et viribus corporis[1]) sustinere labores studiorum posse arbitror, ac mihi color nunc magis placet, quam ante semestre. Non desinam eum hortari ad utramque rem, ad iuris studia inchoanda et ad scribendi exercitationem; quae profecto[2]) lumen est multarum artium, nec tantum sermonis copiam alit, sed etiam acuit iudicium. Et diligentiam in scribendo imitantur recte assuefacti in regendis consiliis de vita et moribus. Non igitur in exercitio styli mea opera fratri defutura est. Gratiam vobis habeo et quod filiae meae vestra officia defertis et quos scholasticos a me commendatos adiuvatis. Scripsi de *Foelice*[3]) ad senatum. Venam in scribendo carmine facilem et uberem habet, qua ex re de ingenio eius

*) Sunt Mel. loci theologici.

1) Scriptum est in autographo: *corporib.*, mendose.

2) *profecto*] Foerst. *proprium.*

3) *Foelice*] Foerst. *Poetico?* — Imo est Felix, discipulus Sabini.

iudicium fieri potest. Probo eum, et a nobis iuvari *) opto. Bene valete. Die Lucae 1544.

Philippus Melanthon.

No. 3059. (18. Oct.)

Auditoribus.

Editum in scriptis publ. Acad. Witeb. P. I. p. 99 b.

(Auditoribus)

Verti postremam pagellam *Ptolemaei* de Directionibus. Sed tanta brevitas est, ut sine longiori declaratione nihil intelligi possit. Est et superior locus addendus *περὶ τόπου ἀφετικοῦ*, de prorogatore, ut nos vertimus, aut de liberatore, ut *Ioachimus* vertit. Est enim opponendum nomen *ἀφετικοῦ* nomini interfectoris, quem vocat *ἀναιρετικόν*. Quia vero haec pars longiore enarratione indiget, quam nobis promiserunt artifices, curabimus, ut explicata edatur. Interim ut adolescentes invitentur ad Physicen et alias Philosophiae partes, rursus incipiam enarrationem *Quadripartiti*, ac proximo die Veneris inchoabo praefationem primi libri. Interea Schalastici, qui codices non habent, et haec studia amant, libros emant. (An. 1544.)

No. 3060. 19 Oct.

Pontanus ad Pr. Electorem.

† Ex autographo, a scriba picto, et cui Pontanus sua manu subscripsit in Tabular. Vinar. Reg. H. fol. 603.

Dem Durchlauchtigsten — — — Churfürst Johann Friedrich v. Sachsen.

Durchlauchtigster ꝛc — — Gnädigster Herr. Ich hab E. Chf. G. gnädigs Schreiben sampt derer von Augsburg Schrift, auch den Auszug eines Abschieds E. Chf. G. und Ihrer Einungs-Verwandten empfangen, und Inhalts unterthäniglich gelesen, und kann in Unterthänigkeit auch nicht gedenken, daß Kaiserl. Majest. die Verruckung des Reichstags von Worms gen Augsburg thun werde¹). Denn eines ist durch alle Stände, päpstisch und lutherisch, bewilligt, das andere, nämlich das Verändern und Verrucken geschehe durch Kais. Maj. über aller Stände Consens allein, und sollt es geschehen, so würde es etlichen dieses Theils Ständen Ursach geben zum Nachdenken, denselben Reichstag zu besuchen. Denn geschieht es, so ist es gewißlich des Papstes Getrieb. Denn wie ich von Mgr. Frantzen²) nächst zu Torgau gehört, so soll der Papst ein abentheuerliche Schrift an Kais. Maj. gethan haben, und ist zu besorgen, der heiligst Vater hab viel des französischen Kriegs halber temperirt, und dem Kaiser die Sachen bei dem Franzosen unterbauet, daß er Ihrer Majest. desto mehr Glimpfs des Kriegs haben eingeräumt, denn er vielleicht sonst gethan hätte, allein darum, daß der Kaiser etwas dargegen der evangelischen Sachen halben hab zu thun bewilligen müssen, und ist warlich zu besorgen, wie auch Jobst vom Hayn in seinem letzten Schreiben anzeigte, es werd auf Kais. Maj. Seiten nicht alles so gloriose zugegangen seyn, wie man davon redet und reden will.

Nun könnte des Kais. Majest. Bewilligung wohl eine seyn, daß Ihre Majest. den Reichstag gen Augsburg verrücken sollt, und darum, daß der Kaiser alsbald mit dem Anfang des Reichstags alles, was die Religion und Ceremonien belanget, wollt zu sich nehmen, wie auf vorigem Reichstage zu Augsburg auch geschah, und würde darnach im hohen Stift päpstische Ceremonien und Predigt wieder aufrichten, und würde vielleicht dieß zum Deckel wollen vorgewandt werden. Dieweil Ihr Majest. auf der Pfaltz bei der hohen Stiftkirchen ihr Anwesen hat, so mußten auch allda Ceremonien nach Ihr Maj. Bekenntniß gehalten werden. So haben auch die Pfaffen, wie E. Chf. G. wissen, allweg Restitution ihrer Ceremonien gesucht, und vor allen Dingen haben wollen. Wenn nun der Kaiser den Anfang zu Augsburg könnt machen, so würde man es dafür halten, die Bischöffe kämen in ihren vorigen Stand; darnach würde man die andern Stiftkirchen, Straßburg, Naumburg, auch wollen richten. Aber wenn die Verruckung des Reichstags geschähe, so könnte nicht fehlen, es müßte was großes der Religion halben darhinter stecken, und wäre wenig Trostes bei der Concordi zu haben der Religion halben, wollte auch E. Chf. G. und ihren Mitverwandten nicht wohl zu rathen seyn, daß bei derselben Gegenwärtigkeit die einmal abgethane abominatio wiederum sollte aufgerichtet werden. Denn sollt man hinkommen, und, so das Widerhalten nicht

*) *iuvari*] Foerst. *amari*.

1) Vid. de ea re epist. Pontani d. d. 26. Oct. h. a.

2) Fr. Burchardt, Vicecancellar.

hülfe, wieder abreisen, so würden die letzten Dinge ärger werden denn die ersten gewest.

Aber wie E. Chf. G. mir befohlen, mit dem *Martino* und *Philippo* davon zu handeln, das will ich unterthäniglich thun, wiewohl Philippus in drei oder vier Tagen schwerlich wird wieder von Leipzig kommen; denn er ist gestern[3]) mit Doctor Hieronymus zu des Mordeisens Hochzeit gefahren. Aber so viel mir möglich, will ich mich E. Chf. G. Schreibens unterthäniglich halten, und hab solches E. Chf. G. in Unterthänigkeit nicht unangezeigt lassen wollen, denen ich meines unterthänigen Vermögens zu dienen allzeit willig bin. Dat. Wittemberg, Sonntags nach Lucae Evangelistae Anno d. XLIIII.

E. Chf. G.
unterthäniger, gehorsamer
Gregorius Bruck
Doctor.

No. 3061. (h. t., ut videtur.)

V. Theodoro.

Edita a Saub. in append. epp. IV. p. 51. Nunc edita ex autographo Mel. (inscriptione destituto) in cod. Monac. I. p. 51. Est enim scheda, quae epistolae cuidam inclusa fuit.

(Vito Theodoro.)

Scripsi ad te nuper de *Musculo* Mysnensi, qui primum in nostra Academia aliquot annos versatus est, et ornatns titulo Magisterii. Postea secutus ad finem, venit Francofordiam, et ibi in Academia docuit Theologiam, et concionatus est. Scripseras autem de concionatore, quo vobis opus esset. Si hunc *Musculum* vis ad vos mitti, significa clare καὶ ῥητῶς. Ingenium eius probo. Est hic pauper Monachus *Leonartus Wagner* Ornbaurensis, qui recens huc venit, et a me alitur, dicit, sibi spem factam esse alicuius functionis Ecclesiasticae, vel in pagis vestris vel in vicinia. Et duxit uxorem hic. Rogo, si potest ei consuli, ut eius rationem habeas. Satis idoneus est. Scripsi et de scholastico *Numburgensi*, ingenuo homine.*)

De hoc Catalogo mihi ῥητῶς respondeas.

No. 3062. 22. Oct. (h. a., ut videtur.)

Eidem.

† Ex autographo Melanthonis in cod. Monac. I. p. 458.

Viro optimo D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Noribergensi, amico suo cariss.

S. D. Hic monachus[1]) natus non procul ab Ansbach ante duos menses ad nos venit, commendatus literis doctoris *Ionae;* recepi eum in aedes meas, ac cibum dedi. Iussi, ut operam daret studio doctrinae christianae. Mores et ingenium non improbo; sed literas in illo genere vitae non didicerunt. Nunc igitur non valde amant, nec tamen indocilis est. Uxorem voluit habere, et sibi quaesivit. Id quoque boni consulo. Sperat, istic se posse invenire aliquam functionem docendae ecclesiae in vicinia vestra. Rogo, ut eum adiuves. Scripsi de eo et in altera epistola. Etiam propter puellam oro, ut quaeras nidum his imperitis hominibus. Nam ipsa aliquandiu domi meae servivit, et honesta est. Bene vale. Die 22. Octobris.

Philippus Melanthon.

No. 3063. 23. Oct.

I. Lango.

Epist. lib. VI. p. 419. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 341.

Clarissimo viro — D. Iohanni Lango, Doct. Theologiae, Episcopo fideli Ecclesiae Erfordiensis, amico suo cariss.

S. D. Gratiam tibi habeo, quod significasti historiam *Arnstadianam*, quam quidem mox dedi

---

3) Id esset d. 18. Oct. Quum vero Melanthon d. 18. Oct. epistolas quasdam scripserit, vel iter demum d. 19. Oct. ingressus esse, prorsus omisisse videtur.

*) Edidit Saub. hanc epistolam quasi anno 1548. scripta esset; sed potius ad annum 1544. pertinere videtur.

1) Est *Leonhardus Wagner*, Ornbaurensis.

legendam Reverendo Dn. *Luthero*, quem prodest vere cognoscere statum Ecclesiarum. *Maurus* multa iactavit se de illius consilio fecisse. Sed deinceps minus movebitur eius literis. Profecto nobis inter nos opus est concordia, et haec sine magna ἀνεξικακία retineri non potest. Te scio multa ferre, et tuli ego ac dissimulavi multorum impetus adversus me susceptos. Proximus Conventus, quem *Carolus* indicet[1]), ostendet ubi nobis quaerendi sint hostes. Sed oremus Deum, ut Ecclesias suas gubernet et defendat.

Pacem inter *Carolum* Imp. et *Gallicum Regem* factam esse certum est[2]). Nunc incumbet *Carolus* in negocium Ecclesiasticum. Tuus Epiphanius Lipsiae est apud *Ioachimum*. Mitto tibi versiculos, quorum et his temporibus congruit admonitio, et lectio tibi iucunda erit. Bene vale. 23. Octobr.[3]) Philippus Melanthon.

No. 3064. 24. Oct.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. cod. Goth. 190. p. 114.

Antonio Lauterbach, Past. Pirnensi.

S. D. Gratiam tibi habeo, carissime *Antoni*, pro misso munere, et curabo ut gratitudinem declarem re ipsa. Mea officia donec vivam, Deo dante, non deerunt tibi et tui similibus, si quid modo praestare potero. Cogor subito scribere, alioqui de republica aliquid adiecissem. Audio *Carolum* imperatorem post factam in Gallia pacem*) promisisse Austriacis, se proximo vere missurum exercitum in Pannonias ac bellum Turcis illaturum esse. Deum oremus, ut mentes principum ad pia et salutaria consilia flectat et Ecclesias Christi regat. Bene vale. Die 24. Octobris.
P. M.

No. 3065. 24. Oct.

I. Lango.

† Ex apogr. in cod. Goth. 399. p. 172.

Iohanni Lango, Theol. Doctori et Episcopo Eccles. Erford.

Nisi omnibus viribus pugnamus, et scholasticis consulatur, posteritas nec literas nec Ecclesias habitura videtur. Quare, etsi non ignoro, quibus vultibus excipiantur nostrae literae in aulis: tamen scribo, do commendationes, adhortor principes, ut iuvent scholasticos. Itaque etsi *comiti Schwartzburgio* ignotus sum, scripsi tamen ad eum de *Nicolao**). Te autem rogo, ut tuas literas addas. Spero autem, eum usui futurum esse Ecclesiae Christi. Epiphanium misi typographo Basiliensi *Oporino*, viro honesto, qui tibi optima fide codices tuos restituet, et opinor iam eos habere *Ioachimum*. Is hortator fuit, ut ederetur. Si voles habere a typographo syngrapham, curabo ut mittat. Hic contagio pestilentiae nonnihil turbatur academia. Bene vale. 24. Octobris.
Ph. M.

No. 3066. 26. Oct.

Pontanus ad Pr. Electorem.

† Ex autogr. Pontani in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 603. — Cf. epist. Pontani d. d. 19. Oct. h. a.

An den Churfürst Johann Friedrich von Sachsen.

Durchlauchtigster, Hochgeborner Churfürst. Ew. Chf. G. seint meine unterthänige gehorsame Dienst im steten Fleiß zuvorn. Gnädigster Herr. Nachdem E. Chf. G. mir nächst der von Augsburg Schreiben[1]), die Verlegung des Reichstags belangend, zugeschickt, und befohlen Doctoris *Martini* und Magistri *Philippi* Bedenken darauf zu hören; so hab ich sie durch Magister Frantzen (Francisc. Vinariens.) jetzo allhie vernehmen lassen. Darauf haben sie mir beiliegende Schrift[2]) für ihr Bedenken zustellen lassen, wie E. Chf. G. daraus vernehmen werden, welches sich aber mit dem Auszug der Einungsverwandten Abschied nicht allenthalben vergleichet. Denn wiewohl ihnen gemeldte Herren auch nicht einfallen lassen, daß man mit Vorwendung gebühr-

---

1) Spanh. male: *indicat.*
2) Vid. Sleidan. lib. XVI. p. 450.
3) Spanh. mendose: d. 28. Oct.
*) Facta est d. 24. Septb. 1544.

*) Hanc epist. non habemus.
1) Epistola Senatus Augustani ad Electorem et Landgravium Hassiae d. d. 11. Oct. 1544. habetur in iisdem actis.
2) Non invenitur hoc iudicium in Actis, neque editum adhuc est.

licher Ursachen Fleiß haben sollt, auf daß der Reichstag nicht möchte der beschwerlichen Practiken halben gegen Augsburg gelegt werden: so wollen sie doch das nicht für gut ansehen, daß man sich einiger Verfassung sollt unterstehen, oder merken lassen, welches ich denn für mein gering Vernehmen auch nicht könnte für gut ansehen. Denn sollte es Kais. Maj. vermerken oder erfahren, so möcht es allererst zu Unrath Ursache geben, wie denn leichtlich zu bedenken, welcher Gestalt es geschehen könnte, wie sich auch die von Augsburg und darzu die Confession= auch Einigungs=Verwandten der Ceremonien und Predig halben sollten halten, im Fall daß der Kaiser derwegen etwas begehren oder suchen würde. Das haben die vorgenannten Herren in ihrem Bedenken nothdürftiglich auch angezeigt.

Daß auch der Kaiser etwas mit der That auf solchem Reichstag wider die von Augsburg sollte vornehmen um deßwillen, daß Ihrer Maj. nicht gewilligt würde, wie es dieselbe der Religion und Ceremonien halben daselbst gern haben wollt, kann ich nicht gedenken. Denn erstlich müßte die Legung des Reichstags denen von Augsburg eine Sicherung mitbringen. Zum Andern, so hat Ihre Maj. einen gemeinen Frieden, und für das Dritte, vor allen Dingen von Vergleichung der Religion halben zu handeln gewilligt. Darum Ihrer Maj. je nicht anstehen will zu Augsburg, oder an einem andern Ort den Stand der Religion zu verändern oder zu verrücken, eher denn die sämmtliche Vergleichung getroffen oder sich gänzlich zerstoßen. Darum ich auch nicht achten kann, daß der Kaiser die Pfaffen also wieder einführen oder einbringen werde, wie sich die von Augsburg besorgen. Ob er nun gleich die Stiftkirche würde einnehmen für Ihro Majest. darin Ceremonien halten zu lassen, das würden die von Augsburg, wie die Herren Theologen in ihrem Bedenken anzeigen, müssen geschehen lassen. So aber Ihre Maj. der andern Kirchen halben weiter greifen wollte, so würden die Einigungs= und Confessions=Verwandten oder derselben Räthe und Bothschafter, welche nicht persönlich kämen, allda zur Stätte seyn, die würden zusammentreten, und Kaiserl. Majestät. dafür bitten, mit Erinnerung dessen, wie vorstehet, auch anders mehr. So hab ich keinen Zweifel, Ihre Maj. würde die Veränderung ruhen lassen bis zu Ende der Handlung, und so man gewiß vernehmen würde, daß der Reichstag gen Augsburg gelegt sollt werden, so könnte meines Erachtens nicht ungut seyn, daß E. Chf. G. und mein gnädiger Herr, der Landgrave, alsdann sonderlich den Einigungsverwandten schrieben, ihre Räthe und Bothschafter dermaßen gen Augsburg abzufertigen, daß sie vor Kais. Maj. Ankunft möchten allda seyn, denen von Augsburg räthig [beiräthig], auch beständig zu seyn, alles das abwenden zu helfen, was denen von Augsburg zu Beschwerung und Gottes Wort zuwider wollte gesucht oder vorgenommen werden.

So könnte ich auch bei mir nicht für gut achten, daß E. Chf. G. und der Landgrave an Kais. Maj. vorberürter Veränderung halben des Reichstags etwas sollten schreiben, dieweil noch nichts vorhanden, noch an E. Chf. und Fürstl. Gnaden gelangt, davon sie zu solchem Schreiben möchten Ursache nehmen. Denn sollt sonst derhalben an Kais. Maj. Ichtwas gelangt werden, so würde es Ihrer Maj. gleichwohl allerlei seltsames Nachdenkens machen, sollt auch wohl Ursach geben, den Reichstag gen Augsburg zu verrücken, da es Kais. Maj. Ernst bisher nie gewest wäre.

So halt ichs auch dafür, dieweil die vorstehende Religionshandlung lang hievor allenthalben betrachtet, welches die bequemste und gelegenste Mahlstatt darzu seyn möchte, und Worms nächst zu Speyer darzu für die bequemste geachtet, auch verabschiedet[4]): so werde Kais. Maj. darin nicht leichtlich Veränderung vornehmen.

Was aber meines unterthänigen Bedenkens denen von Augsburg auf ihr Schreiben zu Antwort zu geben seyn sollt, das hab ich in eine ungefährliche Notel gestellt, die Ew. Chf. G. auch hierbei befinden, und nach ihrem auch des Landgraven gnädigen Bedenken werden zu verändern wissen. Das hab E. Chf. G. ich in Unterthänigkeit nicht wissen unangezeigt zu lassen, und denselben meines unterthänigen Vermögens zu dienen bin ich allezeit bereit und willig. Dat. Wittemberg Sonntags nach Ursulae 1544.

E. Chf. G.

unterthäniger gehorsamer
Gregorius Bruck
Doctor.

No. 3067. 29. Oct.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 369 sq.

4) i. e. im Reichsabschied dazu bestimmt.

Marco Crodelio (gubernanti scholam Torgensem).

S. D. Merito tibi, charissime Marce, gratias agimus, et D. *Plicardus*, Pater, vir honestissimus, et ego, quod filium *Plicardum* diligenter doces, ac paterna φιλοστοργίᾳ complecteris, tibique vicissim nostra officia deferimus. Etsi autem nova commendatione non est opus: tamen iterum adolescentem tibi commendamus, ac rogamus: ut, quod facis, paterno eum amore atque animo regas, erudias et educes. Audivi adolescentem, et studia eius probo, speroque, eum olim Ecclesiae Dei ac honestis Politiis utiliter serviturum esse. Etsi noster ordo contemnitur, tamen scimus, nos, qui recte docemus literas et Evangelium Filii Dei, et custodes sumus librorum Propheticorum et Apostolicorum, ac seminaria Ecclesiae educamus, Deo curae esse, et fungi munere non spernendo in Ecclesia, nec tantum perituris rebus servire, ut serviebant Augustus aut Cicero, aut Demosthenes, sed aeternae Dei Ecclesiae. Quare nostros labores aequiore animo sustineamus. Loci editi sunt, quorum tibi exemplum mitto, brevi absolvam, Deo iuvante, Dialecticen. Bene vale. Die 29. Octobris 1544.

Philippus.

No. 3068. Mense Oct.

Studiosis.

Editum in scriptis publicis Acad. Witeb. I. p. 98b.

(Studiosis)

Saepe diligentiam recte dicendi prodesse non modo ad hoc, ut nostra oratio magis perspicua, facilis et munda sit: sed etiam ut de aliorum scriptis et sermone melius iudicare possimus in gravissimis negotiis Religionum, et Forensium controversiarum. Ideo utile est saepe repetere scripta, quae diligentiam illam recte dicendi acuunt. In his est et ars Poëtica *Horatii*, quam enarrari nunc quidam petiverunt: quod faciam ita, ut diem Lunae tribuam Horatio, diem Martis *Dialecticae*. Sunt haec puerilia studia, sed tamen necessaria vitae humanae: quae ut filius Dei, Dominus noster Iesus Christus adiuvet et defendat, precemur, ac simul oremus, ut nos faciat vasa misericordiae, id est organa utilia Ecclesiae Dei.

No. 3069. (6. Nov.)

Pontanus ad Electorem.

† Ex autogr. Pontani in Tabul. Vinar. Registr. H. p. 603. — Epistolae Pontani ad Ioannem Fridericum, Principem Electorem, datae Dornstags Leonhardi (i. e. d. 6. Nov.) 1544., haec pagella, manu Pontani scripta, addita est:

(Pontanus ad Electorem.)

Ew. Churf. G. weiß ich in Unterthänigkeit nicht unangezeigt zu lassen, daß mir mein gnädiger Herr, der Landgraf, vor dreien Tagen*) geschrieben und Copeien etlicher Schriften zugeschickt, den ausgebreiten Irrthum zwischen Doctoren Martinum und Philippum belangend. So hat er dem Philippo selbst auch geschrieben. Aber Philippus hat mir gesagt, es sey nichts Besonderes. Was ich auch S. Fürstl. Gn. zu Antwort gegeben, das liegt auch darbei**). Denn ich habe den Handel mit solcher meiner Antwort lieber wollen vermindern denn groß machen, acht, daß man desto weniger von gemeldter beider Herrn Uneinigkeit weiter Geschrei zu machen Ursach habe. Denn der Teufel ist der Universität feind, wollt sich gern mit der beiden Männer Uneinigkeit schmücken, ob sie entlich der Universität zu Nachtheil möchten von einander kommen. So vermerk ich auch von Philippo nicht anders denn daß er und Martinus ganz gute Freunde seyn. Der Allmächtige verleihe seine Gnade.

No. 3070. 10. Nov.

V. Theodoro.

Epist. lib. IV. 203 sqq. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 601.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Norib.

S. D. De Carneade inquit Plutarchus, *non fuisse spectandum, quamdiu quispiam eum audivisset, sed qua illius aetate. Senilem enim doctrinam fuisse simpliciorem καὶ χρησιμωτέραν: cum iunior disputationum varietate et splendore magis delectatus esset, quam proprietate.* Fortassis hoc omnibus ingeniosis accidit: ac me-

---

*) i. e. epistolam Landgravii ante triduum acceperat. Nam epistola ipsa scripta est d. 12. Oct., quam vide suo loco.

**) Hoc scriptum non reperiebatur in actis.

mini similia dicere *Durerum* nostrum de picturis. Adparet idem in Sophoclis poëmatis, *posteriora esse molliora.* Et Cicero inquit, *suam Orationem iam canescere.* Tale quiddam certe et de *Lutheri* explicationibus dici potest, recentiores esse et simpliciores, et ad vitam accommodatiores. Quare prorsus tibi hortator sum, ut ὑπομνήματα in primum *Librum Moysi*[1]) pertexas, praesertim cum restet[2]) pars multo iucundior ac dulcior superiore. Scio, multos prudentes ubique † magis" delectari lectione talium enarrationum, seu ἐξηγήσεων, † quam exosarum disputationum."

De Duce *Iohanne Ernesto* ero ipse interpellator, ut discat ad Principum officium pertinere, hanc benignitatem iuvandis studiis Ecclesiae utilem. Et natura ipsum liberali esse scio, et non superba. Sed habet οἰκοδεσπότας, ut nos Astrologi loquimur, qui haec studia nostra non amant, graviter tamen a me admonebitur.

Hieronymi Bomgartneri salutem assiduis votis Deo commendamus, et quanquam humana Consilia nihil spei ostendunt, tamen expectemus a Deo liberationem eius. Decrevi et ego aliquid tentare. Experiar, an mea et literarum causa ὁ Μακεδὼν suscepturus sit hanc curam, ut cum Centauris illis agat de eo dimittendo. Etsi enim fortassis vestrae Civitatis negocia defugiet, tamen orabo, ut de hoc nostro amico, ut de homine privato et mihi coniuncto agat. *Besoldum* adiuvabo ubicunque potero.

Te gaudeo convalescere, ac adhortor, ut mediocri diligentia tueare bonam valetudinem. Non solum tua, sed etiam Ecclesiae interest, versari te in acie, ac fungi ministerio tuo. *Mortui tui non laudabunt te, Domine,* inquit Psalmus. Oremus igitur, ut servet salutares Ecclesiae Doctores, et servaturum esse aliquos spero, ac oro, ut te tanquam oleam feracem in domo Dei servet. Has tibi Consolationes colligito, et ad te pertinere etiam crede.

Mitto tibi exemplum Editionis proximae locorum. Utinam vero accessissent duo loci, quos dictavi, sed addi in hac editione non potuerunt, alter de libero arbitrio, alter de malo Originis. Verum addam, si quando recudentur. Spero totam hanc lucubrationem, piis et eruditis gratam fore, quorum iudicia intueor. Sycophantas Belgicos et Bavaricos, et alios, si virtute non refutare existimabor, frustra conabor verbis reprimere. Sed quorum πολιτεύματα utiliora sint Ecclesiae, Deus iudicabit, et iudicent pii ac studiosi. Scio humana omnia mutabilia esse, et fortunae vices varias subeundas, ac memini illud Pindaricum; ἐν δὲ χρόνῳ μεταβολαὶ, λήξαντος οὔρου. Et scio homines multa iudicare ex Eventibus et fortuna. Sed in his vitae periculis magna Consolatio est, *conscientia rectae voluntatis.*

Cum fungerer Scholastico munere, volui res bonas explicare simplicissime, et quadam moderatione sum usus probabili, non volui augere rixas, nec impedio, quo minus alii edant meliora, imo toties vociferor, optare me, et ex animo opto, ut docti, prudentes, pii, periti Censores perficiant, ut ad Posteros extet doctrina explicatissima et purissima. Cum haec mea voluntas Deo nota sit, feram aequiore animo, si quid mihi patiendum erit. Nonnihil et hac Consolatione confirmor, quod etsi scio, universam fere doctrinam Ecclesiae recte a me explicatam esse, tamen nunquam defugi iudicium Ecclesiae, imo expecto[3]), ut hae res maximae vere iudicentur. Cur igitur ὁ δραπέτης Bavaricus clamitat, nos esse Ecclesiae hostes, cum ad iudicium Ecclesiae provocemus. Sed haec alias copiosius.

Conventus Principum erit in urbe *Vangionum*[4]), ut putatur. Is nunc multo ante sollicitudines mihi cumulat, de quo velim mihi scribas, quidquid audies ἀξιομνημόνευτον.

Ionas deserit prorsus Scholasticam functionem[5]), et retinet gubernationem Ecclesiae in Saliinis. Doleo eum ad nos non redire. Bene vale. Die, qui dicatus est *Martino Pannonio*, Postridie natalis *Lutheri*, qui heri *Ionam*, D. *Pomeranum Georgium Maiorem*, *Crucigerum* et me vocavit ad coenam, in qua multa collocuti sumus amanter de Ecclesiis et periculis horum temporum, qua ut Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi mitiget, oremus. Iterum vale.

Philippus Melanthon.

1) *Moysi* scripsit Mel., Saub. edidit: *Moysis.*
2) Saub. ex mendo: *restat.*
3) Saub. mendose: *expecto.*
4) Wormatiae.
5) Vid. Lutheri epist. d. 8. Nov. 1544.

No. 3071. 10. Nov.

Eut. Musculo.

Edita primum in Io. Iac. Grynaei Theol. Theoremata probl. Part. II. p. 110. Eadem legitur descripta in cod. Goth. in fol. no. 404. p. 376. Nunc eam dedimus ex autographo Mel. in biblioth. urbis Zofingen, descriptam nobis a Pl. Rev. Frikarto.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Eutychio Musculo, docenti Evangelium pie et fideliter Augustae Vindelicorum, amico suo,

S. D. Agnosco pietatem tuam, cariss. *Muscule*, quod instaurari bellum περὶ δείπνου κυριακοῦ doles. Ac profecto dolendum est, nostra aetate invitari ecclesias magis, ut Homerici bellatores dicunt: νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα[1]), quam, ut Christus nos invitat, qui in hoc ritu foedus vult fieri verae et non fucatae benivolentiae[2]). Sed mundus impius poenas dat profanationum superioris aetatis, quas ut filius Dei, Dominus noster Iesus Christus, mitiget, oremus. Optarim τοὺς Ἑλβετίους non respondere proximo *Lutheri* scripto, nec addere πῦρ ἐπὶ πῦρ, praesertim cum instet conventus, in quo concordia nobis omnibus opus erit, qui puritatem doctrinae amare nos hactenus professi sumus. Nihil intempestivius est, quam nunc accendere domestica certamina.

Irenaei interpretationem absolvere te malim, quam cum insulsissimo sycophanta *Cochleo* rixari, praesertim cum talis sit hostis, ut vere[3]) illud Homericum de eo dici possit:

Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος οὐτιδανοῖο[4]).

Utinam liceret tecum et cum D. Geryone colloqui. Sed illum fortassis in conventu videbo. Bene vale et de conventu quidquid audies *ἀξιομνημονευτόν* significa. Die 10. Novbr., quo ante annos centum ad Varnam trucidatus est rex *Vladislaus* ab exercitu *Amuratis*[5]).

Philippus Melanthon.

1) Margini autographi adscripta sunt (aliena haud dubio manu): „nunc venite ad coenam, ut conciliemus Martem, vel, quod magis placet, ut colligamus bellum. Iliad. 2. Sunt verba Agamemnonis ad Nestorem."

2) Sic edidit Grynaeus et sic etiam legitur in cod. Goth. Sed Frikartus legit: *renovationis* pro *benevolentiae*, quod errori oculorum tribuo.

3) Gryn. *fere*.

4) i. e. inefficax est iaculum viri imbellis. Homer. Iliad. XI, 390.

5) Gryn. addit annum 1544., qui vero in autographo non legitur.

No. 3072. 10. Nov.

A. Martino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Egregia eruditione et virtute praedito, D. Andreae Martino[1]) *in aula Illustris Domini Ernesti Baronis a Kraig*, etc. *amico suo.*

S. D. Honorificam tui mentionem fecit Vir illustris, dominus tuus, in literis, quas ad me scripsit. Qua ex re magnam capio voluptatem. Nam ipsis literis et nostrae Ecclesiae, quae est Ecclesia Dei et domini nostri Iesu Christi, honestum est, nostros auditores bene moratos esse. Cum autem apud nos honeste vixeris, et optimarum artium doctrina praeclare excultus sis, scio tibi non deesse iudicium vel de moribus tuis regendis, vel de adolescentum, quos doces, institutione. Illud tantum duxi adscribendum esse teque et monendum et orandum, ut in docendo iracundiam frenas. Melius est etiam peccare lenitate. Gratum mihi facies, si de tua schola mihi scribes, et de toto consilio institutionis eius iuventutis, quae tibi commendata est. Bene vale. Pridie festi 5. Martini, quo ante annos centum magno proelio victus est ad Varnam exercitus Hungaricus[2]) amisso rege Vladislao. Utinam Deus nunc grassantes Turcos reprimat. Pecuniam inventam inter caseos nostros dedi *Casparo Gaudentio.*

Philippus Melanthon.

No. 3073. 13. Nov.

Schonero.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 235 b.

Schonero.

S. D. Deo gratias ago, quod non sinit extingui honestas artes vitae necessarias de motibus coelestibus, sed eas nunc quidem tua et paucorum diligentia et fide servat, et tibi debere rempublicam gratitudinem profiteor, quam quidem principes, et gubernatores declarare amplis muneribus iu-

1) Is postea Rostochii vixit. Vid. ep. d. d. 25. Nov. 1553.

2) d. 10. Nov. anno 1444.

stum erat. Sed haec cura non tangit barbaricos principes, alienos a philosophia, et scio te virtutis causa velle de republ. bene mereri. Existimo tamen, nostrum ordinem, h. e. scholasticum gregem tua beneficia magni facere, teque grata mente colere. De me quidem hoc affirmare possum, et de *Erasmo* nostro *Salveldensi* te a nobis tanquam patrem diligi. Mitto tibi exiguum munus ad significandam meam benevolentiam, et de adhortor, ut astrologica, quae *Ioach. Leucopetreus* editurum te significavit, typographis tradas. Si meo aliquo labore eam lucubrationem voles commendari studiosis, non deerit tibi meum officium. Certe enim accendere ingeniosos ad optimarum artium studia semper conatus sum, quibus quidem me quoque prorsus dedissem, nisi me nescio quod fatum implicuisset nimis variis occupationibus vel aerumnis potius. Sed Deo obtemperemus, qui alios ad alia munera vocat.

Eras. M.*) magnopere cupit excudi tabulas directionum, seque adiecturum quaedam pollicetur. Vellet igitur ea de re cum typographis agi. Nam cum in scholis sint usui futurae, utiliter vendi posse bona spes est. Sciunt typographi, scholasticos libellos, qui artium praecepta continent, excudi foeliciter. Ideo si authoritas accesserit tua, obtineri res poterit. Solvi pretium pro labore describendi iustum est. Quaeso igitur scribe, vel per *Ioachimum Leucopetr.* significa, quid de editione earum tabularum *Erasmo* sperandum sit. *Ioachimo Leucopetreo* pro muneribus missis gratias ago, et salutem ei opto. Idib. Novembr. 1544.

*) Erasmus noster?

No. 3074. 13. Nov.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. cod. Goth. 190. p. 109.

Clariss. viro, egregia eruditione et pietate praedito D. Antonio Lauterbach, Past. Eccl. Pirnensis, amico suo.

Etsi malim, de mea causa non facere sumptus, praesertim in rebus non necessariis, tamen humanitate et amore tuo delector, tibique gratiam habeo pro tua erga me benevolentia, et pro hoc ipso munere. De aula vestra non sumo mihi iudicium. Certe literae principis ad Academiam Lipsicam erant honestissime scriptae et continebant illustrem significationem rectae voluntatis erga puritatem Evangelii. Ideo nescio, an sit utile adversari consilio de Consistorio. Nec arbitrer id Consistorium pugnaturum cum Evangelio, cum Doctores Theologiae Lipsici sint praecipua suffragia in eo senatu habituri. Nec mihi libet suspiciones alere. Quod si hoc praetextu moliantur aliquam restitutionem canonum, res ipsa et tempora ostendent, quid agatur. Haec simplicissimo animo scripsi, metuens, ne adversando magis alienemus voluntates infirmas. Bene vale. Die 13. Novembris.

P. M.

No. 3075. 15. Nov.

Eidem.

† Ex apogr. cod. Goth. 190. p. 115.

Antonio Lauterbach, Pastori Eccl. Pirnens.

S. D. Et dilexi ex animo *Cellarium* propter pietatem et professionem Evangelii et ingenii dotes egregias, et bene volo honestissimae viduae, quae fuit ei nupta; quare me valde pudet, nondum vobis in levi officio gratificatum esse. Sed obliviscor inter caeteras occupationes. Verum non diutius differam hanc scriptiunculam.

De ceremoniis scis quam invitus scribat D. Doctor*). Et ut maxime formam componeret intelligo in aliis regionibus alias formas vel receptas esse vel quaeri. Optarim equidem sine superstitione mediocrem esse similitudinem elegantium ceremoniarum. Sed cum videam, suas cuique ceremonias magna ex parte placere, de hac re non pugno. Utinam Deus doctrinae verae consensum tueatur, quae si manebit incorrupta, tempus etiam consilium de ceremoniis ostendet. Mitto tibi editionem proximam locorum, et mitto ut iudici, viro docto et pio, et peto, ut mihi significes, si quid inveneris, quod displicebit. Scio

*) Vide Lutheri epist. Lauterbachio scriptam d. 20. Iul. et d. 2. Dcb. 1544.

totam doctrinam tenuius esse tractatam. Sed vitavi nimiam prolixitatem. Bene vale. Die 15. Novembris.

P. M.

No. 3076. 19. Nov. (hoc anno, ut videtur.)

Günthero, Comiti a Schwarzb.

† E collect. Ballenstadtii, Vol. I. p. 1.

Illustri et generoso Comiti ac Domino, Domino Gunthero, Comiti in Suartzburg, Domino in Arnstat et Sundershusen, Domino suo clementiss.

S. D. Illustris et generose comes ac domine. Eminet in magnis viris inter caeteras virtutes bonitas et placabilitas, quam etiam in Vestra Celsitudine excellere animadverti. Quare causam sacerdotis, viri docti Magistri *Christophori Lasii*, fretus bonitate vestra, commendare Celsitudini Vestrae non dubitavi. Reliquam mercedem ex administratione ecclesiae, (cui) [1]) praefuit, petit. Et nunc magna inopia conflictatur. Oro igitur, ut bonitatem vestram Celsitudo Vestra in miseri sacerdotis calamitate in consilium adhibeat, nec iuris acerbitatem quaerat, sed lenitate moderetur huic [2]) negotio. Sic scriptum esse meminit Cels. V. *beatus qui intelligit super egenum et pauperem. Christophoro* locum in Academia tribuimus, sed nondum accepit stipendium. Interea igitur ex illa mercede priore vivere cupit. Et profecto ingenium est dignum, quod foveatur. Valet eruditione et facundia et alienus est a malis opinionibus. Tantum visus est antea iracundior. Id aetas et haec nostra studia literarum, quae virtutes ipsi mediocritatis [3]) docent, lenient. Obsecro propter Deum, qui sacerdotes potentibus commendavit, inquiens: *et reges erunt nutricii tui*, ut Cels. V. prospiciat, ut aliquid detur *Christophoro*, eaque in re etiam meam intercessionem apud Cels. V. valere sinatis. Deus, aeternus pater domini nostri Iesu Christi, servet Celsitudinem Vestram. Die S. Elisabeth Turingicae principis piissimae.

1) *cui* excidisse videtur. De Lasio vid. epist. ad Mycon. d. 22. Septb. 1540., ep. d. 20. Febr. 1547. et epist. ad Weinlaub. d. 27. Mart. 1555.

2) Mst. *hoc*, ex errore scribendi.

3) Sic in cod. scripta sunt; sed sine dubio mendosa. Puto aut pro *mediocritatis* legendum esse *necessarias*, aut scribendum: *quae virtutes ipsi necessarias mediocriter docent.*

No. 3077. 20. Nov.

Ch. Goldsteinio.

† Ex apographis in cod. Goth. 191. p. 49 b., cod. Monac. 89. no. VI. p. 1 b. et cod. Dresd. (quem contulit Cl. Gersdorfius, et e quo sibi hanc epist. descripserat Ballenst. in Collect. Vol. p. 36.). — Eadem legitur etiam in cod. Vindobon. 53., quem vero conferre non potuimus.

Clarissimo viro, doctrina et virtute praestanti, D. Chiliano Goldstein, Doctori Iuris, amico S.

Et tibi et Ecclesiae Dei gratulor hunc tuum animum, qui tua benivolentia Evangelii interpretes tueris et ornas. Etsi enim, ut in hac ultima senecta mundi non sumus pares illis summis [1]) doctoribus, Eliae, Elisaeo, Esaiae, Paulo, tamen et fungimur eodem munere, et sustinemus pericula et [2]) certamina similia, eoque magis a bonis iuvandi sumus, quia nunc magna est nostra imbecillitas. Quod igitur *Ionae* tam liberaliter officia tua defers [3]) in epistola, quam mihi proxime misisti, gratiam tibi habeo, ac Deum precor, ut vicissim Ecclesiam tuam domesticam servet ac [4]) regat. Epistolam vero illam *Ionae* tradidi, ut tanquam syngraphum tuae voluntatis retineret, qui quidem cum narraret, se a te amanter hoc tempore adiutum esse, magnopere et hac commemoratione, quae erat in literis, delectabatur. Etsi autem consilium vestrum non reprehendo, qui istic ambo vivere maluistis, quum in hoc nostro rure, et video Ecclesiae et reipublicae etiam in aliis locis opus esse bonis gubernatoribus, tamen haec migratio *Ionae* dolorem mihi ac [5]) sollicitudinem affert *). Multa, si adesset, leniturus erat **),

1) Cod. Dresd. *pares donis, summis*; cod. Monac. *pares illis donis, summis illis.*

2) Cod. Dresd. *ac.*

3) *defers* in cod. Dresd. et Monac. post *misisti.*

4) Cod. Dresd. *et.*

5) Cod. Dresd. *et.*

*) Ionas et Chilianus d. 11. Oct. Halam sese contulerant, relicta Witeberga.

**) Respicit ad Lutherum.

et abduci a me tanquam in acie[6]) *παραστάτην*, cuius mihi fides cognita est[7]) et probata, moleste fero. Sed haec ipsa querela et impendentium periculorum cogitatio mihi scribendi dolorem auget. Quoniam autem vos iam[8]) Deus in unius urbis gubernationem[9]) contraxit, perpetuam vobis concordiam opto, quam cum sciatis ipsi necessariam esse et salutarem[10]) omni societati, non utar longiori oratione. Magna res et salutaris, et magna ars est in gubernatione, contractos frenare privatos affectus, et propter communem salutem tueri concordiam; ut Athenis Aristides et Themistocles, quanquam multis rebus[11]) dissimiles, in publicis consiliis tamen congruebant, et alter alterum monitorem patiebatur repressis privatis motibus, Romae Fabius et Scipio, Claudius et Iulius[12]), et alias[13]) alii. Et praeclare dicitur illud ab Hercule[14]) in Philoctete Sophoclis ad duos, Neoptolemum et Philocteten: *ἀλλ᾽ ὡς λέοντε συννόμῳ φυλάσσετον οὗτός σε καὶ σὺ τόνδε.* *) Nos vero in Ecclesia Dei graviores causas habemus coniungendarum voluntatum ad communem tranquillitatem tuendam[15]) quam illi, ignari Dei. Scimus enim ipsas *ἀρχὰς τήν τε*[16]) *εὐαγγελικὴν καὶ τὴν πολιτικὴν* esse Dei opera. Alter ergo alterius munus[17]) veneretur; munus ornet, etiamsi homini cessurus non erat. Quoties etiam Christus praecipit de dilectione mutua, et Iohannes inquit: *ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐν τῷ θεῷ μένει, καὶ θεὸς*[18]) *ἐν αὐτῷ.* Excutit Deum rectorem[19]) quisquis quaerit dissidium[20]), aut qui victus privatis affectibus distrahitur a collegis mediocriter facientibus officium. O magnam laudem, magnum decus viri, moderari sua lenitate et tolerantia mentis publicam concordiam[21]), cum dicitur *ὁ θεὸς μένει ἐν αὐτῷ.* Haec tibi nota esse scio, et gaudeo tuam voluntatem ad hanc virtutem adsuefactam esse. Sed tamen non ingrata est oratio de virtute ulla bonis viris. Bene et feliciter vale. die 20. Novembr. anno. 1544.

6) *in acie* excidit e cod. Goth.
7) Cod. Dresd. et Monac. *est post probata.*
8) *iam* abest a cod. Dresd.
9) Cod. Dresd. et cod. Monac. *gubernatione.*
10) Cod. Dresd. *ipsi sciatis necess. et salut. esse.*
11) Cod. Dresd. *in multis rebus*; cod. Monac. *multis in rebus.*
12) Cod. Dresd. *Livius.*
13) *alias* abest a cod. Goth.
14) *ab Hercule* non habent cod. Dresd. et Monac.
*) Est locus in Sophocl. Philoct. V. 1436 sq.
15) *tuendam* abest. a cod. Goth.
16) Cod. Goth. *τήνδε.*
17) Cod. Dresd. et Monac. *munus*; cod. Goth. *munera.*
18) Cod. Monac. *ὁ θεός.*
19) Cod. Dresd. et Monac. *victorem.*
20) Cod. Dresd. et Monac. *serit dissidia.*
21) Cod. Goth. *mentes publicae concordiae causa.*

No. 3078. 22. Nov.

Studiosis.

Scripta publ. Witteb. I. p. 101. (Lunz.)

(Studiosis.)

Saepe auditis, difficilem esse doctrinam Ecclesiae, quia de multis rebus in hac caligine humanarum mentium aliud est iudicium nostrae rationis, aliud Dei; ut de essentia Dei, de magnitudine peccati, de placanda ira Dei, de iustitia. Patefecit igitur Deus suam sententiam, et vult doctrinam in Ecclesia, in templis et scholis propagari incorruptam: et hanc ipsam ob causam servat ministerium Evangelii, id est, templorum et scholarum studia, et addit donum interpretationis: sed id est tantum penes eos, qui fontes saepe legunt, relegunt, conferunt, expendunt, et qui pietatis exercitia addunt. Est autem perdifficilis Epistola ad Romanos, ut semper iudicatum est. Ideo saepe legenda est, ac praesertim, cum homines, fascinati persuasione sapientiae, valde exsecrentur dictum Pauli: Fide iustificamur. Adversus hos confirmandi sunt animi. Iterum igitur, Deo iuvante, enarrabo *Epistolam Pauli ad Romanos.* Die 22. Novembris. Anno 1544.

No. 3079. 23. Nov.

Ioann. Fridericus Elector ad Theologos Witeberg.

† Ex actis in tabular. Vinar. Reg. H. fol. 603. — Est prima delineatio epistolae *Pontani* manu scripta, in tergo sic inscripta: „An die Theologen zu Wittenberg, daß sie einen Rathschlag und Bedenken sollen stellen in der Religion Sachen. 23. Nov. 1544. Torgaw."

An Doct. Martin Luther, Doctor Pomeranus, Creutziger, Philippus und Magister Georg Major.

Johann Friedrich Churfürst ꝛc.

Ehrwürdigen und hochgelarten, Lieben, Andächtigen und Getreuen. Dieweil nunmehr der angesetzte Reichstag[1]) herbei gehet, dazu die Römische Kais. Majest., unser allergnädigster Herr, uns über den nächsten Speyerschen Reichsabschied gnädiglich weiter beschrieben und erfordert, daß wir uns vermöge desselben Abschieds eigner Person darauf gegen Worms wollten verfügen, wie denn Ihre Maj. derselben Commissarien bereits dahin geschickt, auch daselbst ankommen seyn, mit gnädiger Vertröstung und Erbiethen auf den andern Januarii daselbst gewißlich auch zu erscheinen: so haben wir zu Folge des nächsten Speyerschen Reichsabschieds euch vor etlichen Wochen durch den hochgelarten unsern Rath und lieben getreuen Gregorium Bruck, der Rechte Doctorn, unser gnädiges Begehren anzeigen lassen, dieweil auf vorberürten jetzigen Reichstag von einer christlichen Vergleichung und Reformation der Religion halben gehandelt und geschlossen soll werden, daß ihr, wie wir aus dem derwegen insonderheit mit unsern Religionsverwandten derhalben verglichen, einen Rathschlag wolltet stellen, wie und welcher Gestalt ihr meinet, daß solcher Vergleichung und Reformation halben wir von einem streitigen Artikel zum andern zu Erhaltung unsrer Augsburgischen Confession zu handeln, auch worauf entlich zu verharren seyn sollte[2]).

Wo ihr nun auf bemerkten Doctor Bruck Anzeigen, auch des hochgelahrten unsers Raths und lieben getreuen Magister Frantzen folgende Erinnerung, euch solchs Rathschlags verglichen und denselben zusammen gezogen: so begehren wir gnädiglich, ihr wollet uns denselben, so erst es möglich zu unsern eigenen Händen zuschicken. Wäre aber derselbe noch nicht gestellt, oder nicht gänzlich fertig, wiewohl die andern unsrer Religions- und Einungs-Verwandten mit der Ihren Rathschlag werden gefasset seyn: so wollet euch nicht beschweren, sondern dem Allmächtigen zu Lieb und gemeiner Christenheit zu gut euch nunmehr ohne weiter Verziehen der Mühe beladen, und solchen Rathschlag stellen und verfertigen, daß er aufs längste zwischen hier und Luciae möge fertig seyn und uns zu Handen kommen. Dessen wollen wir uns zu euch allen sämtlich und sonderlich gnädiglich versehen. Daran erzeigt ihr uns sonderlichen gnädigen Gefallen, in Gnaden und Gutem gegen euch hinwieder zu erkennen. Datum Torgau den 23. Novbr. 1544.

1) Comitia Wormatiae habenda.

2) Ex hoc mandato scripsit Melanthon „Reformationem Vitebergensem", quam vide infra d. 14. Ian. 1545.

No. 3080. 25. Nov.

N. N.

† Ex apographis in cod. Goth. 191. p. 32. et in cod. Monac. 88. no. IV. p. 234., ubi inscribitur *civi Madeb. cuidam.* In apogr. Goth. inscriptione caret.

(N. N. Magdeburgi.)

Beati misericordes, inquit Christus, *quia misericordiam consequentur.* Petit autem hic senex sacerdos calamitosus plane ut Lazarus, a republica vestra hospitium, quod ut ei praebeatis oro et obtestor propter filium Dei dominum nostrum I. Christum, qui etiam in terris exilii miserias sustinuit. Nec ego ignoro, respublicas in hac temporum difficultate magna onera sustinere ac vellem privatorum eleemosynas largiores esse, sed tamen in hac bruma subito quo confugiet hic miser nisi ad rempublicam? Quare, ut miseria eius afficiamini, obsecro. Pro quo beneficio Deum et vobis et civitati vestrae praemia redditurum esse confido[1]). Servat Deus politias hanc ob causam praecipue, ut hospitia sint Ecclesiae, studiorum et pauperum. Et harum gentium civitatibus propter has causas Deus diu[2]) dedit pacem, cum toto orbe omnium regna quassarentur. Dabit autem pacem diutius, si ecclesiam et pauperes mediocri diligentia fovebimus. Bene et foeliciter vale. Anno 1544., die Virginis[3]) Catharinae, quo die[4]) Hierosolymae encaenia celebrata sunt, instituta a Maccabaeo ante annos 1700[5]) cum templum recuperasset. Utinam Deus nunc quoque sic adsit instaurationi Ecclesiarum et eas regat! Amen.

1) Cod. Monac. *non dubito* pro *confido.*

2) Cod. Monac. *diu*; cod. Goth. *dum.*

3) *Virginis* abest a cod. Goth.

4) *olim* cod. Monac. pro *die.*

5) Numerus desideratur in cod. Goth.

No. 3081. (25. Nov.)

N. N.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 235. — Vide epistolam antecedentem.

Magdeburg. cuidam.

(Sic in cod. inscribitur, sed est fortasse *ad Concionatores Magdeb. scripta.*)

S. D. *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem; in die mala liberabit eum dominus.* Ut igitur Deus mitiget publicas et privatas calamitates, nos quoque opem feramus miseris, quantum quisque suo loco potest. Etsi autem scio nunc respublicas varie oneratas esse, tamen non deserendi sunt sacerdotes miseri, quos praecipue nobis Deus commendavit. Quare vos propter Deum et Dominum nostrum Iesum Christum oro et obtestor, ut hunc sacerdotem senem coecum misere vagantem cum parvis liberis sine tecto, amplissimi Senatui vestro commendetis, ut aliquem ei nidum attribuat. Adficiamur ingenti calamitate sacerdotis, ut Deus nobis quoque nostras aerumnas leniat. Fuit hic meus hospes, et instructus exiguo viatico ad suos liberos rediit, qui sunt in vestro suburbio, unde in ipso brumae frigore eiicitur. Nec vero potest iam procul migrare. Quare recipite nunc Lazarum, et misero hospitium aliquantisper praebete. Pro hoc officio Deus vobis et reipubl. praemia certo redditurus est.

No. 3082. 25. Nov.

Praefatio.

Praefatio praemissa libro: „Divinae scripturae Vet. ac Novi Testamenti omnia — — emendatiora in lucem edita. (Graece.) Basil. per Io. Hervagen. 1545., mense Martio, fol." — Legitur etiam in libello: Commendatio et defensio septuaginta interpretum versionis a Io. Pearsonio scripta. Helmst. 1694. 4. (E libro priori descripta a Lunzio.)

Philippus Melanchthon pio Lectori.

Magnum et admirandum opus Dei est coeli et omnium corporum omniumque animantium et hominum, ut ita dicam, fabricatio: sed multo maius est, quod conditis rebus Deus se generi humano certis et illustribus testimoniis patefecit, et quasi prodiens ex sua arcana sede se ostendit, tradita et commendata certa quadam doctrina. Nec semel tantum allocutus est homines, sed saepe ac multa perspicua testimonia suae vocis edidit: ut servationem Nohae in diluvio, eductionem mirandam Populi ex Aegypto, et deinde multa: iussit solem consistere, iussit regredi solem, excitavit mortuos. Etsi autem magna pars generis humani vel non attendit, vel spernit haec ingentia facta: tamen Deus Ecclesiam sibi inde usque ab initio collegit, ac mirandis modis servavit, et semper servaturus est: quam vult testem esse et horum factorum et doctrinae. Huic mandavit, ut historiam scriberet harum patefactionum, et traditam doctrinam certis et perpetuis monumentis asservaret. Ac semper in illustri loco Ecclesiam collocavit ac conspici voluit, ut reliquae gentes audirent, esse coetum quendam hominum, circumferentem doctrinam certa voce Dei traditam, a quo coetu Deus velit peti doctrinam de hominum salute et de vera invocatione. Errant enim multi perverse sapientes, qui imaginantur, nullam in hoc libro Ecclesiae doctrinam aliam aut meliorem contineri, quam sit aliarum gentium sapientia de Deo, de vinculis humanae societatis, de gubernatione hominum, de bonis moribus.

Ac sciendum est, longe aliam sapientiam hic contineri. Ingens et infinitum discrimen est inter legem Dei insitam omnium mentibus, nobiscum nascentem, et notam omnibus gentibus, unde doctrina omnium gentium de gubernatione civili et de bonis moribus nata est, et inter promissionem prolatam ex sinu aeterni patris, de reconciliatione generis humani, de abolendo peccato et abolenda morte, de restituenda salute aeterna, de filio Dei mediatore. Hanc arcanam et admirandam sapientiam, quae et angelis et hominibus ignota erat, Deus immensa misericordia patefecit; hanc scribi in hoc libro voluit, et huius libri custodem esse iussit Ecclesiam. Et saepe monet, praecipue se haec officia flagitare, lectionem, custodiam, et propagationem huius libri. Sicut Esaias vocat omnes ad legem et ad testimonium, ac minatur exitium et aeternas tenebras iis, qui haec Dei testimonia negligunt. Sed o ferreas mentes hominum! Testatur Deus, cura se adfici generis humani: prodire toties et patefacere se non recusat: promittit bona omnis generis et aeternam salutem. Hanc ingentem misericordiam magna pars generis humani negligit, aut aspernatur: quod et Esaias in illa ipsa concione paullo ante citata considerans ac deplorans petit, ut Deus tamen sibi

coetum aliquem servet, qui sit custos horum librorum et verae sententiae. Obsignato legem in discipulis meis, inquit; id est, hanc curam suscita in auditorum meorum mentibus, ut tuos libros ament, legant, asservent, et propagari curent, et eorum studium adiuva. Accende etiam in mentibus eorum lucem tuam, et tanquam σφραγῖδα tuam imprimito, videlicet nativam et veram sententiam. Hos inter imperiorum ruinas servato: da eis hospitia aliqua, et posteritatem, ut te expectent. Hanc Esaiae precationem nos quoque hoc tempore saepe cogitemus et recitemus, ac simul Deo gratias agamus, quod nos ad suorum librorum lectionem et propagationem vocavit, et suo quisque loco aliquid operae conferat ad divinorum monumentorum asservationem. Praedicant suum beneficium, qui veteres poetas, historicos, oratores, medicos, legum volumina edunt: et iuste praedicant, ac gratiam habendam eis statuo. Et in his multa Ecclesiae prosunt. Sed tamen multo magis praedicanda est voluntas omnium, qui curant, ut extent, ut sint in manibus hominum ac transmittantur ad posteros libri Prophetici et Apostolici. Gratum Deo faciunt et scriptores, qui versiones luculentas adornant; et typographi, qui edunt; et principes, qui haec studia fovent, nec impediunt, ut fit in multis locis. Praecipue vero bene merentur de Ecclesia, qui fontes proferunt, videlicet Ebraicos libros Prophetarum et Graecos Apostolorum. Omnium igitur opera in edendis ac illustrandis Graecis Apostolorum scriptis probanda est: nam hi sunt fontes.

Versionem vero Graecam Prophetarum scio longe squalidiorem esse suis fontibus: sed tamen extare eam utile est, cum ea Graeci etiamnum utantur, et collatio saepe Latinis prodesse possit: denique cum sententiae a Paulo citatae ostendant, tunc eam in manibus Apostolorum fuisse. Et tunc cum libri illi Graeci integriores essent, et recte distincti, plus lucis habebat Graeca lectio. Nec ego de interpretibus disputabo: optarim eruditiores et diligentiores fuisse, quicunque fuerunt. Sed postrema illa aetas Iudaici populi, regnantibus Graecis, non habuit multos recte intelligentes Prophetarum conciones. Erant enim pleraeque insulsis opinionibus Pharisaeorum obscuratae ac pene obrutae. Et quamquam in Syria et Aegypto in urbibus maioribus populus Graece loquebatur: tamen nativam proprietatem non retinuit incorruptam. Et alii aliis erant eruditiores, et in delectu verborum, in phrasi, in distinguendis intervallis sententiarum diligentiores. Apparet autem, interpretibus his; quorum haec est versio, non tam verborum intellectum defuisse, quam diligentiam in distinguendis sententiis. Quod eo accidit, quia et fontes non satis intellexerunt, et ad diligentiam formandae orationis in Graeca lingua non fuerunt adsuefacti: postea etiam tot seculis multa membra confusius descripserunt indocti librarii.

Prodest autem extare haec monumenta, et propter citatas a Paulo sententias, et quia interdum Graeca lectio propior est fontibus, quam Latina, ut in sententia gravissima et Ecclesiae necessaria apud Iohel: Convertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus et misericors est, patiens et multae misericordiae, et praestabilis super malitia. Quid hic significat praestabilis? Graecus proprie et perspicue reddidit Ebraeam vocem μετανοῶν (ἐπὶ ταῖς κακίαις), significans, Deum in adflictionibus nostris et aerumnis quasi poenitere suae iracundiae, ac mitigare poenas, ne prorsus consumamur. Etsi enim iustissima est ira, tamen haec nostra imbecillitas severitatem iudicii divini ferre potest: sicut clamat Ieremias: Corripe me, Domine, verum in iudicio, et non in furore, ne in nihilum redigas me. Et extant multae similes sententiae. Postremo utilitas non aspernanda est, quod cum sermonem Apostoli Graece scribentes ex hoc libro sumserint, melius intelligent pondera verborum in Apostolicis scriptis, qui attente legent hunc librum. Adservemus ergo haec monumenta, inspicienda studiosis. Quidquid est enim, quod aliqua ex parte ad illustrandam doctrinam coelestem conducit, diligenter retinendum est.

Tam multa sunt illustria testimonia de Deo in tota natura rerum! Hic pulcherrimus ordo corporum, leges certae motuum coelestium, specierum conservatio, ipsa mens hominis, et in mente notitiae certissimae numerorum et ordinis, et discrimen honestorum et turpium, multae futurarum rerum significationes, quae omnia convincunt animos nostros, hunc mundum non extitisse casu, sed esse quandam aeternam mentem architectatricem. Deinde manifestum est, puniri atrocia scelera in hac vita insignibus exemplis. Est igitur providentia. Quare necesse est, homines quaerere, ubi, in quo genere doctrinae se patefecerit Deus, quid de reconciliatione docuerit. Haec qui vere considerant, Ecclesiae libros amant,

et horum sapientia fruuntur, eamque longe anteferunt aliis quamlibet ingeniosorum hominum scriptis. Hos etiam oro et obtestor, ut tueri et propagare horum librorum doctrinam studeant. Nec moveamur Cyclopum et Epicureorum furoribus, qui et Deum et libros divinos, et universum studium doctrinae de Deo superbissime et audacissime rident. Brevi veniet Filius Dei, Dominus noster Iesus Christus, vindex tantarum contumeliarum, quibus Deus adficitur. Hic discent illi Cyclopes et Epicurei, veram fuisse vocem, quam a Pindaro discere debuerant, cum fastidirent Prophetarum et Apostolorum lectionem: *ἐχθρὰ σοφία, λοιδορῆσαι θεόν.*

Nos vero ardentibus votis petamus a Deo aeterno, patre Domini nostri Iesu Christi, qui se in hac ipsa doctrina per Prophetas et Apostolos tradita patefecit, ut in mentibus nostris lucem suam, agnitionem Evangelii sui, invocationem veram accendat, nos ad pia officia flectat, colligat sibi Ecclesiam aeternam et mitiget nobis calamitates communes et privatas. Haec petentes experiemur, hanc ipsam doctrinam horum librorum veram et salutarem esse: et non minus certam, quam sunt Geometricae apodixes, quae maxime sunt illustres. Sed certitudo aliter deprehenditur in Geometria, aliter in his libris. Nam hic cum assentimur, credimus et fide petimus bona: respondent eventus, et agnoscitur certitudo: sicut scriptum est: Credite et securi eritis. Etsi autem sumus imbecilles, tamen omnes, in quibus accensa est fidei scintilla, sciant, Deum adesse iis, quos vocavit, et velle inchoatum beneficium absolvere, ut Paulus inquit: *ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας* (Phil. II. 13.), id est, ut aliqua ipsi grata fiant inter homines. Nam maxima pars generis humani variis furoribus ruit contra voluntatem Dei. At ut aliqua pars generis humani Deo serviat, Ecclesiam vocat, et hanc ad veram invocationem et vera officia flectit. Nobis igitur, in quibus accendit studium recte faciendi, sciamus Deum adesse et opitulari, ut nostri labores nobis et aliis sint salutares. Hac spe recta faciamus, et horum librorum doctrinam amemus, amplectamur, propugnemus eique obtemperemus. Bene vale, lector. Anno 1544. die 25. Novembris, quo Ierosolymae instituta Encaenia, propter repurgatum eo die templum, eiecto idolo, quod ibi Antiochus collocari iusserat. Oremus nunc quoque, a Deo simili felicitate repurgari templa et restitui verae pietatis officia in pluribus.

No. 3083. 26. Nov.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 282 sq.

Christophoro Pannonio.

S. D. Nuncius testis esse poterit, mecum alios fuisse nunc multos, qui literas flagitabant: quare veniam des brevitati. Teucrion pingi non poterit, nisi, cum erutum e terra, monstrabimus pictori. Sed vetus iam hoc argumentum est. Nova nunc venturus Conventus suppeditat*).

Hodie literas accepi, Carolum properare, ac, mense Ianuario, venturum ad urbem Vangionum. Adfirmant Turcis bellum illaturum esse! Sed an alias res prius sit acturus, nescio. Vagatur in Germania Legatus Romani Pontificis, qui Episcopos ad Synodum vocat sine loci et temporis mentione**). De mea filia si quid audies aut accipies, obsecro te, significa. Bene vale. Die 26. Novembris.

Philippus Melanthon.

No. 3084. 26. Nov.

Ioanni Friderico, Elect.

† Ex autographo Melanth. in tabular. Vinar. Registr. N. fol. 452.

Dem Durchleuchtigsten, Hochgebornen Fürsten und Herrn Herrn Johanns Friedrich, des heil. Röm. Reichs Erzmarschall, Churfürsten etc.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Durchleuchtigster, hochgeborner, gnädigster Churfürst und Herr. Ew. Ch. F. G. send ich in Unterthänikeit das carmen, welches Mag. Johann Stigel reinlich und nach rechter guter Art gemacht, und nachdem ich es besehen, und

---

*) Vid. ep. Principis Electoris d. d. 23. Nov. 1544.

**) Vid. Sleidan. p. 455.

habe daran ein gut Gefallen gehabt, hätte ichs gern dem ehrwürdigen Herrn Doctori Martino zuvor gezeiget, ehe der Bothe weg gangen wäre, ich habe aber kein längern Verzug machen wollen, will es ihm, ob Gott will, morgen zustellen, so wir wiederum in Ueberlesung der Verteutschung St. Pauli, die er jetzund wiederum fürgenommen, zustellen, und so er etwas darin zu ändern bedenken wird, will ichs dem Herrn Doctor Matthäo[1]), E. C. F. G. Arzt, zuschreiben. Der ewige allmächtige Gott Vater unsers Heilandes Jesu Christi, bewahr E. C. F. G. allezeit gnädiglich, und wolle seine Kirchen, die sein Evangelium preiset und ihn recht anruft, wider alle Feind schützen und seliglich erhalten und regirn. Mir ist geschrieben von Collen, von einem wahrhaften Mann, daß Herzog Henrich von Brunswig zu Collen gesagt, da er im Sommer seine Rüstung fürgehabt, er wolle auf Witteberg, und da Doctor werden, welchs ihm aber Gott nicht gestattet. Auch ist Helt noch in Collen, und soll im Werk seyn, böse Bücher zu schreiben[2]). Von der päpstlichen Bothschaft, Episcopo Cavensi, in Teutschland gesandt, schreibt man mir, er berufe die Bischoff auf das Concilium, aber ohne Bestimmung der Zeit und der Stadt, da es seyn soll[3]). Der allmächtige Gott wolle seine Kirchen schützen und regiren, wie er in Esaia gesprochen: ich will die Kirchen in ihrem Alter tragen, ich habe sie geschaffen, ich will ihr Seligkeit geben rc. Und E. C. F. G. in Unterthänikeit zu dienen bin ich allezeit bereit. Datum Witeberg 26. Novembris 1544.

E. C. F. G.
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 3085. 1. Dec.

B. Zieglero.

Epist. lib. VI. p. 320. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 326.

Clariss. viro — D. Bernhardo Ziglero, Doctori Theol. in Academia Lips. amico suo cariss.

S. D. Heri cum in templo recitata esset historia, ut mos est, de pueris canentibus seu triumphalia carmina, seu paeanas filio David, de quibus respondet Christus, *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem*, tuas sententias, quas hoc tempore explicaturus es in disputatione, accepi. Admonebat me historia, quam audieram, ut gratias agerem Deo, subinde excitati *νήπια θηλάζοντα*, quae tamen sonent Evangelii vocem, et filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis et resuscitatum celebrent veris laudibus. Iudico enim et has tuas sententias vere pios hymnos et Christo gratos esse. Ac toto pectore Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut non sinat extingui hanc doctrinae lucem, quae in his tuis sententiis et similibus concipitur. Oro etiam, ut in nobis accendat hanc lucem Spiritu suo sancto, ut omnibus veris officiis eum colamus, et ipsius sapientia ac iustitia alamur, tanquam vere *θηλάζοντες* ab ipsius sinu pendentes. Tibi vero pro munere misso gratias ago, et aliquando mittam vicissim scriptum simile. Utinam autem diu certare talibus muneribus hae scholae possint. *Ioachimo* des *Antonii Nigri* Epistolam insertam huic pagellae. Bene vale.

Philippus Melanthon.

---

1) Matthäus Ratzberger.

2) De iis quae tum Coloniae agebantur vid. Sleidani comment. p. 455.

3) Sleidanus in comment. p. 455. scribit, concilium esse denunciatum ad idus Martias anni 1545.

No. 3086. 4. Dec.

(Apocha.)

† Ex apogr. in cod. Mehnert. no. 4. p. 6.

Quittung.

Nachdem die Dorffschaft Mersewitz mir, Philippo Melanthon, und Mag. Johann Veldkirchs Erben zu Wittenbergk laut eines Kaufbriefs, den uns der Ehrenveste und Gestrenge Hans Löser, Marschalk rc. darüber gegeben, jährlich auf St. Nicolai funfzehn Floren zu bezahlen schuldig ist, bekennen wir beide, Philippus Melanthon und Magister Vitus Oertel von Winßheim, als Vormund der Erben M. Johann Veldkirchs, daß uns bemeldte Dorffschaft Mersewitz in diesem Jahr, darin man zählet tausend fünf hundert vier und vierzig, auf Nicolai funfzehn Floren freundlich bezahlet und entrichtt hat. Derhalben wir sie für bemeldte fünfzehn Floren in diesem 1.5.44. Jahr fällig quit und ledig sagen. Datum Donnerstag nach Andreä anno 1544.

Philippus Melanthon.

No. 3087. 11. Dec.

Io. Lango.

† Ex apogr. in cod. Goth. 399. p. 169.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Lango, Doctori Theolog., gubernanti ecclesiam Dei in urbe Erfordensi, pie feliciter, amico suo,

S. Saepe animadverti valere ingeniis *Tyrigetas* tuos, qui et olim laudati sunt, et deinde, cum hanc Germaniae oram ad Lieram (Geram) occuparunt, res magnas gesserunt, ac ubertati soli *κράσεις* corporum cum respondeant, corpora *εὔχυλα καὶ εὔκρατα*[1]), sensus habent acriores, et inclinationes ad virtutem magis idoneas; qua de re credo te, hominem doctum, saepe cogitare. Optandum igitur erat, ut studia literarum in vestra civitate, quae ibi olim floruerunt, instaurarentur, praesertim cum hae nostrae academiae sint in locis minus salubribus et non possint alere magnam frequentiam. In adolescente *Melchiore Weidmann*[2]) vis ingenii et indoles praeclara est ad literas et ad virtutem, et feliciter discit. Quare te oro, ut eum tutoribus commendes. Spero enim, aliquanto post usui et ornamento fore civibus tuis, imo Ecclesiae Dei patriae; quae res quantum decus sit, tu optime intelligis, qui tot iam annos singulari munere Dei feliciter gubernas Ecclesiam in patria. Provehito igitur hoc ingenium et similia quantum potes. Nunc valetudinis causa adolescens domum redit. Mitto tibi pagellam, in qua precatio est, quam tuis filiis proponere poteris. Bene et feliciter vale. Die Brumae.

Ph. M.

1) Descripsi uti in cod. Goth. leguntur et distincta sunt.

2) Cf. ep. ad Langum d. 1. Ian. 1545.

No. 3088. 11. Dec.

Guil. Rinck, filio.

† Ex apographo cod. Goth. 191. p. 75. Legitur aliud apogr. in cod. Gudianorum in bibl. Guelpherb. cod. 214. quod sibi descripserunt Olshausen et Ballenst. Idem apogr. in cod. Monac. 88. no. IV. p. 245 b.

Ad Guilelmum Rinck, Guilelmi filium.

Magnam cepi[1]) voluptatem ex literis tuis, in quibus et benivolentiam mihi tuam illustri significatione declaras, et de studiis tuis prudentissime deliberas. Ego vero et amore erga me tuo delector, et gaudeo tui[2]) et patris causa, et propter rempublicam, te ad decus et virtutem incitatum appetere non tantum eruditionis umbram in illa politica et gubernatrice civitatum sapientia, quam isthic a summis viris ingenio, eruditione et sapientia antecellentibus audis, sed, quantum fieri potest, integram cognitionem. Etsi autem vir sapiens et gravis, pater tuus, etiam sine meo[3]) consilio sententiam[4]) tuam probabat, qui vidit exempla utriusque generis et salutarem fuisse reipubl. perfectam doctrinam, et saepe nocuisse civibus arrogantiam doctrinae inanem in gubernatoribus: tamen et ego, ut volebas, ad eum scripsi eique ostendi, cum iudicium tuum mihi placere, tum vero laudare me voluntatem tuam, quod fontes doctrinae integre[5]) cognoscere cuperes, ut tua opera salutaris reipublicae[6]) esse posset. Illud autem te oro, ne eo parum officiosum me indices, quod non statim etiam tibi respondi, ut decebat. Nam interea quaedam ingrata ac aerumnosa potius impediverunt hoc officium. Quare mihi veniam dabis. Ut autem intelligeres, amicitiam me tuam magnifacere, etiam ex longiore intervallo iam ad te scribendum esse duxi. Complexus sum te admodum adolescentem propter indolem tuam, quam et ad literas et ad virtutem idoneam esse statim iudicavi. Id meum iudicium postea cursus studiorum tuorum comprobavit, et vicissim multis tuis et patris officiis benivolentia erga me vestra declarata est. Hanc vero amicitiam nostram ab honestiss. initiis ortam, non solum propter meam causam[7]), sed etiam propter rempubl. tueri cupio. Nam privatae moderatorum hominum coniunctiones communi vitae utiles sunt, et ad hanc referendae sunt praesertim eruditorum amicitiae. Velim igitur, ita statuas, te

1) Cod. Goth. *accepi.*

2) Cod. Monac. *tua.*

3) *sine meo*] cod. Goth. 191. *suo*; cod. Guelph. *sine*; cod. Monac. *sine meo.*

4) Cod. Goth. *sapientiam.*

5) Cod. Guelph. *integrae.*

6) *reipubl.* excidit e cod. Goth.

7) Cod. Monac. *solum mea causa.*

a me vere et constanter diligi, meque tibi felicia et fausta omnia optare. Et cum non solum ex literis tuis cognoverim, te flagrare discendi cupidine egregia, sed etiam laudari studia tua a doctis viris, qui ex *Italia* ad nos redierunt, audiverim, hoc decus et tibi et patriae et reipublicae gratulor [8]). Fruere, mi *Guilelme*, luce illa doctrinae in ea natione, quae ingeniis et sapientia omnibus gentibus semper antecelluit, et multis iam seculis magistra est orbis terrarum. Venit mihi in mentem illud *Aristotelis* de areopago, qui ait, ut quaedam [9]) loca moverunt mentes vatidicas, ita in Areopago loci natura adiuvari homines, ut melius videant iusta et iniusta; quod profecto non de nihilo dictum est. Differunt enim [10]) ingenia regionum naturis, et longe sunt certiora iudicia, ubi magna sunt studia, magna eruditorum frequentia et opinionum collatio. Tales coetus audire, et eorum cognoscere sententiam de virtute omnium pulcherrima, scilicet [11]) de iustitia gubernatrice vitae humanae, ingens [12]) felicitas est. Deum autem aeternum, patrem domini nostri I. C., fontem iustitiae, oro, ut te et patri et nobis omnibus incolumem restituat, teque ad rempubl. provehat. Satis, inquit ille, magnum theatrum est amicus amico. Filius vero praecipuum theatrum [13]) sibi oculos patris et sensum esse ducat; huic maxime placere [14]) studeat. Scis autem patrem, etsi generis claritate et opibus inter cives antecellat, tamen habere alia maiora ornamenta, sapientiam, iustitiam, gravitatem. Talis parentis iudicio servire gloriosum ducito. *Epaminondam* ajunt parta victoria Leuctrica dixisse, se omnium laborum hunc maxime fructum capere, quod parentes haberet spectatores suae gloriae. Haec vox ex intimo sensu naturae optimae prolata monet, quorum approbatione praecipue delectari nos deceat. Nec vero dubito, quin hanc vocem tibi [15]) quoque gratam esse ducas. Haec ad te scripsi amoris erga te mei declarandi causa, quae si tibi grata esse cognovero, gaudebo et scribam alias copiosius. B. V. die Brumae anno 1544.

Philippus Melanthon.

8) *hoc decus* etc. non leguntur in cod. Goth.

9) Cod. Guelph. *et quidem*; cod. Monac. *ut quaedam*; cod. Goth. *quod quaedam.*

10) Cod. Goth. et Guelph. *etiam.*

11) *scilicet* abest a cod. Guelph.

12) Cod. Monac. *magna.*

13) *praec. theatr.* exciderunt e cod. Goth. et Guelph.

14) Cod. Monac. *placere maxime.*

15) *tibi* abest à cod. Goth.

No. 3089. 13. Dec.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 490 sqq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 650.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camerario Pabergensi amico suo cariss.

S. D. Non dubito te de *Valerii Cordi* interitu cogitantem et de virtute adolescentis, et de matre, et de amicitia quae tibi cum patre fuit, valde consternatum esse. Me vero quo dicam exerceri fato hoc anno, quo tot accepi vulnera, ut saepe gemens illud Homericum cogitem,

ὡς μοὶ δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεὶ.

Sed commonefieri me divinitus agnosco, ac filium Dei dominum nostrum Iesum Christum oro, ut et mihi et aliis ipsum invocantibus aerumnas mitiget. Qui cum dixerit *οὐκ ἁρπάσει τις πρόβατά μου ἐκ τῆς χειρός μου,* non sinet nos deleri a furentib. et grassantibus spiritibus homicidis, Dei hostibus. Toto hoc anno quoties aliquid obscuri de plantis aut animantibus legi, venit in mentem *Cordi*, quem reversum aliquando sciscitaturum me solebam dicere. Nunc illae spes extinctae sunt, et res litteraria magno detrimento affecta est. Sed querelas omittamus, ac de precibus potius, et nostris laboribus, si quid adhuc boni fieri potest, cogitemus.

De *Paumgartnero* ad *Macedonem* scribo, tibique epistolam mittam, ut inter subscriptores, et tuum nomen asscribas.

Scire cupio an litteras meas acceperis. Revocavi enim hominem ad nos. Sed te nihil significare de iis litteris miror. Scribes igitur quam primum, ut si non sunt redditae quas miseram, scribam rursus. Nolim enim vel obscurissimos de illo negocio susurros excitari.

Me nunc exercet scriptum Synodicon, in quo de principum voluntatibus cogitanti, saepe venit in mentem laudatio M. *Antonini*, quae ex Dione recitatur; *ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο, καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώθη, ἀγαθὸς δὲ ἦν καὶ οὐδὲν προσποίητον εἶχεν, πολλὰ δὲ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη.* Quid nunc simile habent ex nostris Heroi-

bus complures. Pontifex Romanus ad *Carolum* Imp. expostulationem scripsit acerbam et maledicam, cuius exemplum *Venetiis* ad nos missum est. Describi vobis quoque curabo *). Mitto tibi et nunc libellum *Venetiis* missum, non insuavem. Sed Graeca mallem legere. Bene vale et rescribe. Idibus Decembris.

Philippus Melanth.

No. 3090. 18. Dec.

Io. Agricolae.

† Ex apographo in cod. Paris. 54ᵃ.

Ioanni Agricolae

S. D. Exhibebit tibi hanc epistolam *Petrus Medmannus*, missus ad aliquot principes ab Episcopo Coloniensi [1]). Cum enim istic neminem nosset, me rogavit, ut ad te scriberem, ut optimo principi Marchioni Electori per te significaretur, ut aulica consuetudo est, advenisse hospitem, qui ab Electore Coloniensi mandata habeat. Arbitror iustitiae partem esse comitatem erga hospites. Et te congressibus peritorum et doctorum hominum delectari scio. Quare te oro, ut hunc Petrum amanter excipias. Vir doctus est, et cum in nostra Academia, tum in aliis multis diu versatus, et ad eruditionem adjunxit summam integritatem morum et verum studium doctrinae Christi, de qua Ecclesiarum nostrarum consensum amplectitur, et a fanaticis, seditiosis et immoderatis opinionibus prorsus abhorret. Spero tibi colloquium eius voluptati fore. Collegium Coloniense multa molitur [2]) adversus Episcopum senem et publicae pacis amantem, nec a principis Marchionis sententia aut voluntate discrepantem de moderandis et sanandis placide Ecclesiae negotiis. Nullius ordinis fastigium aut dignitatem labefactavit aut labefactari vellet; vellet Collegia servari et florere. Sed populum recte erudiri optaret, quod profecto necessarium est. Nec nihil ea cura [3]) ad principes pertinet, sicut monet nos ille ipse Psal., quem in his feriis natalitiis saepe repetit Ecclesia: Et nunc Reges intelligite, osculamini filium. Utinam igitur veris studiis amplecteremur venientem ad nos filium Dei, et dulce ac salutare osculum offerentem. Si videres Ecclesias in Ubiis et Belgico plenas ethnicarum superstitionum [4]) magno dolore afficereris. His malis mederi Episcopus cum cupiet duriter exercetur a collegio. Quaedam igitur de suis periculis significare vestro principi voluit, quod ut fieri possit efficito.

Heri ex Pannonia literas accepi, in quibus scribitur et Graecas Ecclesias motas fama emendationum Ecclesiasticarum excitari iam ad studium inquirendae purioris doctrinae. De Turcico tyranno ex Cracovia scriptum est, egressum iam esse Byzantio et ducere exercitum versus Pannonias. Sed Pannonum literae id non significant. Deum oro, ut Ecclesias suas defendat, et regat principum mentes, ut recte consulant sibi et reip. B. V. 18. Decembris.

*) Vid. de ea Sleidanus in Comment. p. 457.

1) Cf. ep. ad Camerar. d. 25. Decb. 1544.

2) Cod. Paris. mendose *moliore*.

3) *cura* scripsi pro *cum*, quod codex ex mendo habet.

4) Cod. Paris *superstitiones*.

No. 3091. 19. Dec.

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in append. epp. lib. IV. p. 1. Contuli autographon in cod. Monac. I. p. 604.

D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Noribergensi.

Exemplum epistolae, quam ad *Macedonem* certo missuri sumus, legito. Nec aliud mihi in mora fuit hactenus, nisi quod quotidie expectavi iam totos quatuordecim dies reditum nuntii, quem tibi notum esse arbitror, quem Ducem vocamus, qui ante duos menses ad Rhenum profectus est. Si meo corpore redimere *Hieronymum* possem, volens ac libenter in illum carcerem, ubicunque est, in quo nunc est *Hieronymus*, abduci me paterer. Nunc opitulari me amico non posse doleo, et tamen spero, Deum ei, ut Danieli inter leones, adfuturum esse, ac reditum ei ad honestissimam coniugem et dulcissimos liberos concessurum. Nec dubito, eum Deo curae esse. Spero etiam, ipsum ea magnitudine animi esse, ut non succumbat dolori, cum norit doctrinam de causis humanarum calamitatum et veris consolationibus, quam tradit Evangelium Dei, quam vi-

des in nova editione Locorum me diligenter collegisse. Scribebam enim in summo dolore, quem ex tristissimo filiae casu conceperam. Deus adsit vobis et nobis. Bene vale. Die 19. Decembris.
Philippus Melanthon.

No. 3092. 19. Dec.

A. Martino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L.

Andreae Martino (in aula Ernesti Baronis a Kraig) [1])

S. D. Politiam tuae scholae et legi et probo [2]), ac Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut regat et iuvet studia tuorum discipulorum, ut ipsis et reipublicae sint salutaria. Te quoque adhortor, ut hos labores non gravatim perferas. Quantum tibi solatii esse debes, quod scis, Deo placere has operas, imo in hac tua schola inter adolescentes assidere angelos Dei puros custodientes te et tuum gregem, sicut assidebant ad Christi pueri cunas, ut nunc Ecclesia nos admonet, cum natalem Christi celebrat, quo tempore velim pueris et Psalmum secundum inculcavi, in quo nominatim Deus principes viros alloquitur. Quae scribis de ceremoniis legi, et meum iudicium tibi et aliis notum esse arbitror. De adiaphoris ceremoniis nunquam movi certamina, nec moveri ab aliis volui. Vituperanda est Pontificum tyrannis, qui suis legibus conscientias onerarunt. Caeterum doctrinae puritas pariter ab omnibus tuenda est. Si mihi plus otii esset, expaciarer semel in Boiemiam. Saepe enim de rebus gestis fortissimae gentis cogitans, videre illam terram parentem fortissimorum virorum cupio. Bene vale. Deus faciat, ut hic veniens annus sit tibi et discipulis tuis faustus et felix. Die 19. Dec.
Philippus Melanthon.

No. 3093. 20. Dec.

Reinholdus ad Spangenbergium.

Manlii farrag. p. 437 sqq.

Optimo atque clarissimo viro, D. Ioanni Spangenbergio, Ecclesiastae Northusano, domino et amico suo in primis observando, Erasmus Reinholdus.

S. D. Magnam mihi attulerunt voluptatem literae tuae, quas filius tuus *Ionas* proxime reddidit, cum istinc rediret ad nos. Nam quod saepe in animo meo optavi, ut tecum propter singularem pietatem et studium verae doctrinae in Ecclesias et propter multiplicem eruditionem in omni genere artium contraherem amicitiam, id mihi abs te ipso abunde iam oblatum est. Nam mercatores magnifaciunt opes, et colunt, atque amicitiam cum illis adiungunt et conservare student, unde commodum sperant, et praesidium suarum divitiarum. Nobis vero, quos opulenti despiciunt, qui nec dignitatem nec veram utilitatem optimarum artium intelligunt, quid iucundius esse potest mutua inter nos amicitia, et vera coniunctione animorum?

Quod autem filium tuum *Ionam*, commensalem meum, mihi commendas, ego στοργὴν illam paternam magis nunc quam olim intelligo: quam Poeta in Aenea egregie pingit, cum inquit:

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Habeo enim aliquot iam liberos, Dei beneficio, quos utinam possem ad pietatem et gloriam nominis ipsius educare. Sed de filio *Ionae* possum hoc vere affirmare, eum propter insignem verecundiam atque modestiam, studiumque in bonis literis vehementer amari. Fuit et alius filius mihi iam diu cognitus, quod aliquando ex me publice audivit Euclidem. Gratulor tibi clarissime vir ex animo, tales filios, qui quidem et pietatis studiorum tale edunt specimen, ut maximam spem de se praebeant Reipublicae. Si quid possum utrique ipsorum prodesse ullo officio, nihil patiar in me desiderari: id quod debent tibi omnes boni. Habeo tibi gratias et pro versibus, et pro caseo, quem attulit filius. Meum erit, data occasione declarare gratum animum. Calendarium, quod edidi ante annum, retexo nunc, ut separatim excudatur Lipsiae: et adiicio ea quae tunc ob importunam festinationem bibliopolarum cogebar omittere. Vellem me abs te libere admoneri, quid vel addendum vel emendandum, aut quid de tota tractatione videretur. Mea coniunx tibi, et ornatissimae tuae uxori, optat vicissim salutem. Bene ac feliciter vale. Vitebergae, in Vigilia Thomae, 1544.

---

1) in Bohemia. Vid. ep. d. d. 10. Nov. h. a.

2) Vid. ep. d. d. 10. Nov. h. a., quare hoc etiam anno epistolam esse scriptam colligo.

Valde optarim, me bonorum virorum ope posse adipisci scriptum exemplar Censorini, de Natali die.

No. 3094. 22. Dec.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 44. (edit. Lond. II. ep. 26.). Repetita in Mel. Consil. lat. P. II. p. 176.

D. Iohanni Matthesio

S. D. Scimus ingratam esse admonitionem de usuris omittendis, et *Soloni* moderatio usurarum Athenis periculosa fuit, sed tamen necesse est quantum fieri potest, frenare hominum avaritiam et prohibere facultatum publicarum et privatarum charybdes. Quare quod in concionibus damnas usuras, recte facis, ac optandum est, ut non solum privati admoneantur, sed etiam ut Reges, Principes et Gubernatores frenum iniiciant avaritiae locupletum, sicut saepissime coegit ingens necessitas facere gubernatores *Atticos et Romanos.* Imo *Esdras* iubet restitui usuras et nominatim de centesimis loquitur. Sed quoniam nos conscientiis piorum consulere oportet, quaeramus veras et honestas ἐπιείκειας. Verum est et non commentitium, infinitum discrimen esse inter emptionem et mutuationem. Et ut species exprimatur, casum recito similem vestro casui: usitatissimum est et comprobatum honestorum iudiciis, reditum in totis facultatibus alicuius Reipublicae constituere, hoc est, emere ius percipiendi reditus ex alienis bonis; Et hanc agnosces esse emptionem, quia emptor non habet ius retrahendae pecuniae. Necesse est igitur vicissim ius in eum translatum esse; quare hos contractus iudico veras emptiones esse, et non usurarios. Quod vero in literis vocatur mutuatio, ut scribis, non moveor, nam Senatus mulieri petenti non mox daret pecuniam. Non est igitur mutuatio, etiamsi indocti, qui eas literas scripserunt, sic nominarunt. Cogites exempla honesta, multae sunt civitates ubi sic collocant pecuniam honesti homines, ut quotannis recipiant reditus, nec retinent ius repetendae sortis. Diligenter et saepe de hac re disserui cum prudentibus et doctis viris, et vidi quid scripserunt eruditi. Quare et ipse in Ethicis has materias breviter attigi, tantum ut admonerem concionatores, ne turbarent Respublicas inerudita reprehensione contractuum, ut memini facere *Struthium* *), et alios multos initio tumultus Agricolarum ante annos viginti: Et ἐπιείκεια vera ex veris fontibus in his negotiis quaerenda est. Non enim potest in hac confusione politiarum prorsus medium ut in circulo servari, sed non procul discedendum est. Consulo igitur mulierem erudiendam esse, ut sciant hos contractus esse licitas emptiones, ubi mediocris reditus emitur dato precio mediocri, nec retinetur ius retrahendi precii. Nec volo hoc exemplo usuras excusare, aut foeneratorum avaritiae patrocinari; discrimen conspicuum est inter captationes foeneratorias, et hanc emptionem, quae pericula sustinet, et servat mediocritatem, et metas emptionis. Agamus autem Deo gratias, quod scimus honestos contractus esse Dei ordinationem concessam piis. Bene vale. Die 22. Decembris.

No. 3095. 24. Dec.

Ramassy ad Theologos Witeb.

† Ex autographo Ramassii in cod. Goth. 123. ep. 65.

Reverendissimis et clariss. viris D. Martino Luthero, D. Ioanni Pomerano, Episcopo ecclesiae Wittenberg. et D. Philippo Melanctoni, dominis et praeceptoribus nostris colendissimis.

Reverendissimi domini ac praeceptores clarissimi, salutem et nostram commendationem. Non arbitramur latere d. v. [dominationes vestras] quomodo Deo propitio affulserit nobis veritas Evangelii, unde ecclesias nostras, imo Dei, reformaverimus ab inquinamentis papisticis et in verum ac rectum statum traduximus, imitantes per omnia vos, praeceptores nostros et ecclesiam vestram, doctricem nostram. Verum nobis haec diligenter ordinatis et circumspectis, exoriuntur apud nos, sicut lolium in tritico, haereses quaedam, quae valde turbant has nostras ecclesias, et forte Sathan ita invidet nobis salutem ecclesiarum nostrarum. Sunt enim, qui manifeste increpant cur non in visitatione ecclesiarum sustulissemus ex ecclesiis imagines, elevationem panis et absolutionem privatam. Elevationem et imagines non sustulimus, quia iudicamus, has res esse indifferentes nec per

---

*) Anno 1523 et 1524., ergo epist. scripta est anno 1544.

sese malas. Elevationem autem noluimus abrogare propter Sacramentarios, qui impie sentiunt de sacramento, videlicet non adesse Christum corporaliter. Imagines vero, tanquam opus artis per se neminem offendens, permisimus, aut tanquam mnemosinon rerum gestarum. Tum etiam ideo non sustulimus, ne videremur iconomachiam quaerere et non veram pietatem, sicut fecit *Carolstadius* et aliqui Schwaermeri. Has autem duas res vocant turbatores nostri manifestam idolomaniam, id quod nos a pietate vestra nunquam didicimus, nec in scriptis vestris unquam vidimus, sed nec nos ea ita intelligere possumus. Demum, quod omnium maximum est, conantur auferre ex ecclesiis Dei absolutionem privatam, quod eam Deus nullo loco scripturae mandaverit. Ergo deceret tolli et tantum generalis absolutio conservari. Quod nobis alienissimum et absurdissimum est. Nam sacramenta Christus, dominus noster, tradidit ecclesiae suae, omnibus et singulis applicanda, ut sonant verba: *quorum remiseritis* etc. *Quicunque baptisatus fuerit* etc. Haec est institutio domini, haec est doctrina vestra, hoc sonant editi libri vestri: confessio, loci communes, omnes catechismi, etc. Quanquam autem et nos haec omnia bono et salvo iudicio possemus diiudicare, ut neutra in parte esset offensio, tamen quia commoverunt totam urbem *Cibineum*, et ipsum senatum, qui eorum fovet partem, et fere metuimus aliquem gravem tumultum: itaque obsecramus vehementissime pietatem vestram, ut, dum vos praeceptores agnoscimus, vestram ecclesiam ut veram ac catholicam imitamur, velit ad nos et ad senatum *Cibineum* dare literas vestras, quibus admoniti et eruditi discant non facile praebere aures et animum cuivis, quo etiam dignitas vocatorum ministrorum ecclesiarum permanere possit, et ut audiantur in talibus controversiis pro eorum vocatione. Tum quoque in literis ad Senatum scriptis addatur iudicium vestrum de articulis his tribus *). Quod si feceritis, ut certo confidimus, speramus, hunc tumultum et hanc controversiam dissensionis posse sopiri, ut tranquillae rursum maneant ecclesiae, et quibus praeesse et docere possumus. Hic bene valete in Christo Iesu domino nostro. Datum Cibinii Transsylvaniae 24. Decembris 1544.

Matthias Ramassy, Decanus
et reliqui Sacerdotes eiusdem districtus
Cibinenii v. d. deditissimi.

Rogamus, ut orare velitis pro nobis, et ecclesias nostras [ecclesiis nostris] ut Deus conservare velit nos a furore Turcico, qui pars una adhuc residui sumus ab Hungaria. Orabimus et pro vobis diligenter.

*) Responsum Witebergensium non habemus.

No. 3096. 25. Dec.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 493 sqq. (ed. Lond. IV. ep. 652.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioach. Cammerario Pabergensi, amico suo cariss.

S. D. Primum opto ex animo, ut hic veniens annus Ecclesiis Dei, et earum hospitiis, et tibi et tuae domesticae Ecclesiae sit faustus et felix. Tuam solicitudinem de praefationibus a te scriptis in Grammaticam et vere puerilem libellum, miratus sum, cum scias, me non morose praesertim de amicorum officiis iudicare, nec amare φιλονεικίας, quales hoc tempore sunt infinitae multorum, qui undique captant rixarum occasiones. Sed haec coram, nam si persequi hoc argumentum velim longior epistola futura esset, quam Isocratis λόγος Areopagiticus, qui et ipse tales civium furores accusat, et ἐπιείκειαν flagitat. Ad mercatum me venire necesse est, διὰ ἐγγύησίν τινα, qua ante biennium oneratus sum, cum quidem nec ignorarem Delphicum praeceptum, nec dubitarem mihi solvendum esse. Sed in ea re etiam servio publicae tranquillitati, ut feci saepe.

Mitto tibi expostulationem scriptam ad *Carolum* Imperatorem *), quam legetis tu et praefectus cum voluptate, etiamsi declamationem aliqui esse existimant. Te vero arbitror libentius lecturum esse *Francisci Hispani* nostri hospitis epistolam scriptam ex carcere Belgico, placebit enim animi magnitudo, ac filium Dei oro, ut eum et nos regat et confirmet.

Melchiorem **) doleo ex hac Academia migrare, quem proxime cum a vobis rediit, novum

*) Videtur esse scriptum quod infra d. 14. Ian. 1545. dedimus.
**) Kling, C. W.

periculum excepit. ὀργίζεται αὐτῷ ὁ ἄρχων νυνὶ κακηγορίας δίκην εἰσάγων.

Medmannus Lipsiae nondum fuit, sed ad vos brevi venturus est, habet enim mandata ad Ducem *Mauricium*. Nunc apud *Marchionem* est, a quo miror eum tam diu detineri *).

Scripsit ad me *Erardus Schneppius*, ut tibi sim hortator redeundi Tubingam, mitterem tibi eius epistolam de Principis voluntate et de te honorifice scriptam, sed hodie *Luthero* dedi. Alteram mitto *Fuchsianam*, ad quam, si voles, legere meam responsionem poteris, ideo enim misi nondum obsignatam.

Gener meus huc misit signum Academiae **), quod tibi mitti iussit, quem arbitratur magis delectari talib. monumentis, quam me. Vellem esse symbolum magis conveniens litteris et Musis. Sed illa Arctoa ora semper fuit horridior, et mavortia. Bene et feliciter vale, die Natali filii Dei. M. D. XLV. (i. e. 1544.) Philip. Melanth.

No. 3097. 25. Dec.

L. Fuchsio

Manlii farrag. p. 203 sqq. — Apographa in cod. Goth. 191. p. 51. et in cod. Zeltn. Dresd. p. 60b, ex quo eandem epistolam edidit Schellhorn. in amoenitat. lit. XII. p. 636.

D. Leonhardo Fuchsio medico, *Philippus Melanthon*

S. D. Et propter ipsam rerum noticiam [1]), et propter posteritatem, gaudeo crescere tuos hortos, longe amoeniores et utiliores Hesperidum hortis. Quis enim non laetetur rerum naturam fieri notiorem, cuius consideratio mentes ad virtutem et philosophiam flectit, et multa vitae praesidia ostendit. Erudient autem et posteritatem hi tui horti, quia plantarum nomenclaturas et figuras optima fide tradis. Quare gratiam tibi et Respublica debet, et passim boni et prudentes viri hunc tuum honestissimum laborem laudant. Etsi autem optarim eum candorem esse ingeniorum, ut et bene meritis honos haberetur, et πταίσματα sine livore et sine maledictis emendarentur: tamen vetus est illud,

οὐχ ὅσια γενεῇ κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισιν [2]).

Vidi libellos contra te editos, et quidem ingenuos. Ut [3]) puellae flosculos in hortis decerpunt, et sine odio certant inter se, ut quaelibet suae coronae thoros venustissime distinguat et ornet: ita vos [4]) in collatione herbarum decuit. Ego diu iam, etsi multi adversus me scripserunt, tamen respondi nemini. De re dixi, quantum vel necesse fuit, vel potui in iis locis, ubi explicatio instituta fuit, sine mentione ullius antagonistae. Et hac philosophia perpetuo utar, ac iudicium prudentibus relinquam. Te etiam adhortor, ut cum iudiciis multorum intelligentium tuum opus quibus probetur, acquiescas: neque movearis, si qui Momi [5]) pagellam unam atque alteram taxant, nec cum eis certes verborum contumeliis.

Valerium Cordum, *Cordi* filium, ingeniosum iuvenem, et in inquisitione totius naturae mire diligentem [6]) amisimus. Nam Romae scribunt mense Octobri mortuum esse, is de tuo opere saepe honestissime loquebatur. Mortem eius verioribus lachrymis deploramus, quam Bionis interitum deplorat Theocritus. De *Cordo* enim verius illa dici possunt:

νῦν ὑάκινθε λαλεῖ [7]) τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἴ αἴ.

Multas naturae partes adhuc ignotas, si vixisset, erutas ostendisset. Tu nequaquam in Italiam te attrahi sinas. Ne quidem si, ut ad Artaxerxem Hippocrates vocabatur, amplissimis promissionibus invitarere.

Ioachimus Lypsiae feliciter instauravit Academiam θεοῦ βοηθοῦντος. Cum autem difficile sit patrifamilias saepe mutare sedem, non arbitror nunc quidem ad vos rediturum esse. Sed de suo consilio scribet ipse [8]). Bene et feliciter vale. Die natali filii Dei, qui dies cum annum ordiatur, ex animo Ecclesiae Dei et eius hospitiis, et tibi et tuae domesticae Ecclesiae, annum tranquillum, faustum et felicem opto *).

---

*) Medmannus ab Archiepiscopo Colon. missus erat, ut Marchionis Elect. et Mauricii auxilium sibi peteret.

**) Effigies Ducis Boruss. Alberti, armis induti.

1) Schellh. *naturam.*

2) Manl. βάπτειν ἀλλήλοις.

3) Manl. *et ingemui, ut.* Sic etiam Schellh. Insurrexerunt in Fuchsium Guil. Puteanus, Gualterus Ryffius, Ioannes Placotomus et Cornarius.

4) Schellh. *vos.* Manl. *nos,* mendose.

5) Schellh. *novi.*

6) Mst. et Schellh. *agacissimum.*

7) Mst. et Schellh. λαλεῖ Manl. τελεῖ.

8) Verba: *Ioachimus Lipsiae* etc. non legenbatur in Schellhornii apographo.

*) Addit mst. 1546. Schellh. anno 45. Sed scripta est anno 1544.

No. 3098. (hoc anno.)

Io. Stigelio.

Danz. ep. 13. Cod. Goth. 188. ep. 76.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ, καὶ ταῖς Μούσαις κἀμοὶ φιλτάτῳ

S. D. Hodie mecum locutus est Rector de tua pecunia, et ostendi, unde sumi possit, nempe ex locationis pecunia. Indi sumsi, et mitto tibi Ioachimicos undecim. Nec disputes ea de re ἀκριβέστερον; sis contentus meis in talibus rebus consiliis. Scio omnium in nostra gubernatione voluntates tibi aequissimas esse. Sed tempora vides, quae ut spero, paulo post erunt tranquilliora et laetiora, etiamsi omnes indocti et vani ubique novas spes habent, et, ut putant, canunt ἐπινίκια. De coniugis commotiuncula, unum, ut spero, suaviolum sanabit omnia, et ut sanet, cures. De *Schippero* coram, quia nunc de stipendiis illis nullae sunt deliberationes. Bene vale et vesperi ad nos ad coenam venito.

Philippus Melanthon.

No. 3099. h. a.

Eidem.

Danz. ep. 14. Cod. Goth. 188. ep. 77.

Clarissimo viro, Ioanni Stigelio, amico suo,

S. D. Boni ominis loco ducebam heri, quod ingresso mihi in oppidum mox in foro quispiam exhibuit illos Angelorum piorum Hymnos. Delectatus sum tuo carmine, in quo velut vivis coloribus illuminasti sententiam a me extremis tantum lineis designatam. Venit mihi in mentem *pictoris Lucae*, cui interdum praeformatas imagines tradere solebam in Bibliis. Nec iudico, meum Poema illis rudibus picturis meis pulchrius esse. Sed gaudeo, te idem argumentum venustius tractasse. Bene vale. *) 1544.

Philippus.

*) Cod. Goth. addit: die 20. Sept.

No. 3100. (h. a.)

Cph. Meienburg ad patrem.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. no. VII. p. 406 b.

Epistola praescripta a Ph. M. Chphoro Meienburgio ad patrem, Michaelem Meienburg.

Charissime pater. Multis testimoniis illustribus antea mihi cognitus est paternus erga me amor tuus. His etiam sollicitudinem hanc tuam de valetudine mea significatam in proximis literis ad me scriptis annumero, tibique vera pietate gratiam habeo, quantam animo concipere possum. Scias autem, Dei beneficio me iam recte valere, ac Deum oro, ut te ac charissimam matrem meam, fratres et sororem et me servet incolumes, et nos omnes gubernet, ut simus organa misericordiae salutaria.

De studiis meis hoc significo, me iam exercere Cosmographiam, in qua nudis computationibus quaeruntur regionum et oppidarum intervalla; in quo exercitio solertia mirifica artificum conspicitur, qui regionum metas a circulis coelestibus et a polo arctico sumpserunt. Adiungo autem elementa doctrinae Sphaerae et alia studia philosophiae et doctrinae Evangelii. Cumque tanta sit reipublicae perturbatio, existimo nunc quidem rectius esse, et ad virtutem utilius, versari in studiis et inter doctissimos quam alibi inter homines prophanos et indoctos.

De sodalitiis quod mones, agnosco animum tuum paternum, et tibi, ut decet, obtemperabo. Retinet autem et me assiduitas studiorum, ne vagari aut quaerere ociosa sodalitia possim. Et in hac moestitia temporum nihil dulcius est ipsa sapientiae divinae consideratione, quae in evangelio et in philosophia proponitur. Alia sodalitia leviora sunt, ut vix ulli nunc congressus sodalitiorum sint sine periculis. Saepe igitur hos versus mihi ipse recito:

Nulli facias te nimium sodalem,
Gaudebis minus et minus dolebis.

Me tamen etiam admonitio tua gravissima magis movebit, ut in delectu et congressu sodalium sim cunctantior. Bene vale.

No. 3101. (h. a.)

I. Ionae.

† Ex collect. Ballenstadt. Vol. I. p. 46d, qui eam descripsit e cod. Gudian. Guelpherb.

Iusto Ionae.

Filius *Ionas* iter heri ingressus erat, cum advenit vester tabellarius, quem aquarum exundationes remoratae fuerant. Literas ad filium scriptas nolui legere, easque vobis reddi obsignatas iussi. Quod vero exemplum nostri scripti flagitas, si quod haberem libenter mitterem. Mallem enim te integram orationem legere, facilius tibi satisfacturam, quam audire tantum fragmenta excerpta. Sed summa consilii fuit, ut nunc quidem noster hortaretur illum, qui imperium vestrae urbis tenet, ut ecclesiarum tranquillitati eo modo consuleret, ut petis. Nam cogere eum non poterat. Sin autem non obtineret iusta, postea nos, si interrogaremur, deliberaturos esse, quid, a quibus fieri deceret. Ego non reiicio ad aulam, quae gravatim suscipit et videt, se obtinere non posse. Ac meum animum iam olim ad servitutem tolerandam composui, et saepe cogito inter miranda opera immensae misericordiae Dei hoc praecipuum esse, quod ecclesiam colligit in tanta malorum colluvie, ideoque eam inter malos hic collocat. Oro autem, ut nos gubernet, et salutaris sit noster cursus. Bene vale.

No. 3102. (h. a.?)

B. Schallero.

Epist. lib. II. p. 472. (edit. Lond. lib. II. ep. 500.).

D. Bartolomaeo Schallero

S. D. Ingenium tui nepotis*) bene mihi probatur. Itaque eius studia libenter adiuvabo. Spero ita promoturum esse, ut brevi sibi sua industria paret victum. Et mihi curae erit, ut pater sumptu levetur, quam primum ad aliquam Scholasticam conditionem adolescens videbitur idoneus. Tua officia, mi *Bartolomaee*, omnia mihi gratissima semper fuerunt. Sed hoc multo gratius est, quod tantam in amicitia constantiam praestas, quod ut facias perpetuo, te etiam atque etiam adhortor. Christus tua negotia bene fortunet, et te tuosque servet incolumes. Tu quoque aequo animo mediocritatem tuae conditionis ferto. Haec virtus et homine moderato dignissima est, et Christo placet. Bene vale. Saluta fratres. *Casparo* non vacabat scribere, scribam alias**).

*) Hieron *Stauden*. Vid. epist. ad Schaller. 1543. in fin. datam, et epist. d. 18. Apr. 1548. Forsasse igitur haec scripta est anno 1544.

**) *scribam alias* videntur esse a Casparo adscripta.

No. 3103. (h. a.)

G. Helto.

Praemissa libro: Annotationes Phil. Mel. in Evangelia, quae usitato more dieb. Dominicis et festis proponuntur. Witeb. per Pet. Seitz. M. D. XLIIII. 8. (qui liber habetur in Bibliotheca Senatus Lips., e quo eam descripsit Lunzius). Recusus est liber Basileae per Io. Oporinum, 1554. 8. — Iterum in Mel. operibus ed. Witteb. T. III. p. 1. — Commemoravit hunc librum Pontanus in epist. d. d. 20. Ian. 1545.

Optimo viro Georgio Helto Forchemio Philippus Melanthon

S. D. Magnum et inenarrabile opus Dei est rerum creatio. Sed multo illustrius testimonium est, et esse Deum et cura eum generis humani affici, quod ipse sese certa voce, certis testimoniis ac miraculis, denique et Filio misso, patefecit. Nec vero frustra se patefecit, sed agnosci vult, et vult exaudiri ac cogitari suam vocem, vult nos parere, et beneficia oblata accipere; nec alibi colitur aut invocatur, nec impertit aeterna beneficia, nisi ubi vox Evangelii sonat. Et quamquam rident Epicurei hanc iactantiam nostram, tamen certum est, in eo coetu, qui sonat Evangelii vocem de Filio Dei, et adesse Deum et heredes esse vitae aeternae multos, iuxta illud dictum: *Quos elegit, hos et vocavit.* Nusquam igitur sunt electi, nisi inter vocatos. Et in hoc nostro coetu, id est in numero vocatorum electos esse necesse est. Cum autem vocatio sit, adduci ad Evangelium cognoscendum; et necessarium et salutare est legere, meditari, conferre doctrinam divinitus traditam, et de ea colloqui cum aliis, expendere admirandas sententias et enarrare, sicut inquit Paulus: *Habitet inter vos sermo Christi opulenter:* sed addit idem, *in sapientia.* Non vult ludere ingenia fingendis

cavillationibus aut corruptelis, sed vult reverenter et graviter audiri vocem divinam, vult metas coelestis doctrinae agnosci, extra quas evagari mentibus nostris non licet. Ideoque vult Deus et in Ecclesia et in scholis proponi et explicari doctrinam, quam tradidit. Et semper excitavit doctores, qui eam propagarent, et quasi custodes essent perpetuae in Ecclesia sententiae, alias plures et maiori luce donatos, alias pauciores et imbecilliores. Colenda sunt igitur haec studia doctrinae traditae divinitus, et conservanda: et privatae meditationes confirmant veram de Deo sententiam in animis, accendunt invocationem et alios pios motus. Sed in editionibus publicis omnes boni et prudentes optant delectum adhiberi, et pauciora scripta gravi censura comprobata spargi in populo. Huius rei curam mandarunt quidem Principes nobis, qui studia doctrinae regimus; sed quia non adiuvamur ab eis, officinae librariae nostras admonitiones ac leges leviter curant.

Ego domi solitus sum iuvenibus summam doctrinae Christianae tradere, et lectiones usitatas in Ecclesia proponere, ut ad meditationem de virtute omnium summa, id est, de agnitione et invocatione Dei assuefierent, et alia officia Deo grata discerent. Et multa sunt in ipsa Evangelii lectione, quae sine literis, sine historiarum collatione non intelliguntur. Imo profecto qui summam doctrinae Ecclesiasticae vel mediocriter vult intelligere, hunc necesse est mente intueri totam mundi historiam, et de maximis rebus considerare discrimina coelestis doctrinae et humanarum opinionum. Aliter de invocatione Dei, de peccato, de reconciliatione, de iustitia, de causis mortis, denique de multis maximis rebus humana ratio disputat; aliter praecipit coelestis doctrina. Et necesse est monstrare discrimina, ut ad vocem Dei nos alligemus, nec temere vagemur animis, fingentes, ut multos audivi, Philosophicas religiones. Aliquid igitur familiariter disserui de plerisque locis, de quibus antea meum extat iudicium. Nec existimavi futurum, ut hos domesticos sermones, quos ipse non scripseram, quisquam efferret. Quamquam autem prorsus optarim non esse editos, tamen minus succenserem iis, qui spargere coeperunt, si mihi concessissent emendandi spatium, aut si ipsi severius emendassent has confusaneas conciunculas. Nunc hoc mihi tantum relictum est, ut alienae stultitiae veniam petam. Deinde, quod facerem, etiamsi ipse fuissem editionis auctor, id nunc quoque facio. Profiteor me amplecti sententiam Ecclesiarum nostrarum, quam vere iudico esse consensum Ecclesiae Christi perpetuum, et doctoribus Ecclesiarum nostrarum permitto iudicium et de his annotationibus, et de omnibus scriptis meis. Nam Ecclesiae iudicium, quae vocem Evangelii sonat, ex animo veneror, et semper venerandum esse duco.

De enarrandi ratione praefari quid possum? cum consilium editionis non probem, et hae ieiunae annotationes nequaquam respondeant Evangeliorum amplitudini. Est omnino magna et difficilis res explicatio Evangelii, quod, ut antea dixi, complectenda sit cogitatione universa omnium temporum Ecclesia, et prudenter discernenda sit lex a promissione, quae est Evangelii propria, et in multis locis monstrandum discrimen Evangelii et iudicii humani. Nemo potest interpretari partes Evangelii, nisi integrum doctrinae corpus mediocriter teneat: quod cum animo comprehensum est, prudenter videndum, ad quam partem singulae historiae aut conciones in Evangelio referendae sint. Et concionator, qui volet prodesse populo, dabit operam, ut auditores etiam assuefaciat, ut summam quandam doctrinae Christianae animo comprehendere studeant, et quasi *σωματοποιεῖν*; et in singulis materiis dirigat orationem ad certos eius corporis locos: hos ex veris fundamentis exstruat et illustret. Haec quantum curae, diligentiae, prudentiae, eruditionis, copiae requirant, mediocris interpres experiundo cognoscet. Ego in his pagellis brevibus, haec ne potui quidem efficere, sed in aliquibus inchoata res est. Multi sunt autem digni vituperatione, veteres et recentes, qui in quamcunque partem Evangelii incidunt, quaedam vulgaria *πάρεργα* dicunt, quae habent in promtu. De his dum declamant otiose, saepe accidit, ut animadverti possit, *ἕτερα μὲν τὸν πόδα, ἕτερα δὲ τὸν ῥυθμὸν λέγειν*. Ut autem Anchises dicit, scelus esse dissentire oratoris vocem lege, ita multo magis scelus est, interpretis in Ecclesia vocem pugnare cum Evangelio. Annitamur igitur, ut vera, recta, nata in ipsis fontibus, et salutaria dicamus, et in verbis proprietatem usitatam Apostolis, et in exponendo ordinem artificum adhibeamus! Quodsi faciemus, rerum consensus Ecclesiarum concordiam retinebit. Nam piis pastoribus utraque res curae esse debet; primum veritatis, deinde

et concordiae conservatio. Ut in foro utilissimum est et veris rebus et verbis congruere iudices, ita profecto in Ecclesia salutare est et dulce in docendis veris rebus etiam similitudinem expositionis communem mediocriter retinere. Facilius enim agnosci res poterunt usitatis et propriis verbis traditae, quam si novis figuris et involucris tegantur, aut prodigiose misceantur. Et saepe sunt insidiae in illis involucris, ut apud vafros Anabaptistas: e contra verissimum est illud Euripidis: *ἐσθλὸν τὸ σαφές.*

Cum autem scriptum sit, Filium Dei ascendisse, ut dona det Ecclesiae, videlicet Doctores idoneos, ne circumferamur, ut Paulus loquitur, variis doctrinae ventis, oro toto pectore, ut excitet salutares doctores, et studia iuventutis ubique regat et defendat, nec sinat aut Turcicis armis, aut intestinis tumultibus deleri Ecclesias, interfici pios sacerdotes, et dissipari scholas, aut nostra ignavia extingui Evangelii lumen. In tantis imperiorum ruinis ipsa periculorum moles ostendit, humanis consiliis aut praesidiis Ecclesiam Dei non servari, sed petendam et expectandam esse a Deo aeterno defensionem, qui quidem pollicetur, se etiam senescentem Ecclesiam servaturum esse, ut Esaiae 46. dicitur: Qui gestamini in meo alvo, usque ad senectam, id est, senescentes vos gestabo. Ego feci, ego gestabo et salvabo vos. His divinis promissionibus confirmati non abiiciamus studia literarum Ecclesiae necessaria, sed speremus, et mansuram esse Ecclesiam, et non defutura ei in aliquibus politiis hospitia, et labores nostros posteritati profuturos. Quod faciat Filius Dei, servator et custos ecclesiae suae.

No. 3104. (fere h. a.)

Sebastiano (Birnstiel?).

† Ex apogr. in Cod. Paris. D. L. 54³.

*Studioso iuveni Sebastiano (Birnstil?) *), gubernatori scholae Herzbergensis.*

S. D. Nollem te initio contumaciae significationem civibus tuis praetexuisse. Etsi enim scio, quam sit taediosum versari inter pueros tot horas, tamen, ut vides, schola requirit assiduitatem. Nec putes nos feliciores esse. Ego unus quantum sustineo laborum? Sin autem ne illa quidem *οἰκονομία* ac distributio operarum placebit, quam nunc misi istuc, re deliberata cum aliis, habeo iam admodum commodam conditionem aliam. Syndicus Northusanus quaerit filio paedagogum. Is domi ipsius victurus esset, et habiturus mensam et mercedem. Posset et in ludo publico aliquid praelegere, quo filium deducturus est. Sed fortassis illa servitus habet aliquid incommodi, quod in aliena familia degendum esset. Duxi tamen hanc rem tibi significandam esse, si anteferres fortasse praesenti conditioni. Bene vale, et putes partem esse humanitatis non repugnare civium voluntati.

Philippus.

*) Si Sebastiano Birnstil scripta est epistola, (nam in codice sequitur aliam epistolam ad eundem scriptam d. 3. Nov. 1547.), verosimile est eam pertinere ad annum 1544. vel 1545.

No. 3105. h. a.

Praefatio.

Ex Phil. Mel. Consiliis, ed. a *Pezel.* pt. I. p. 579., ubi inscribitur: Versus Phil. Mel. praefixi libello cuidam contra Turcam, anno 1544. Est praemissum hoc carmen libro: Hodoeporicon itineris Constantinopolitani auctore P. *Rubigallo*; cum epigr. Melanth. Witeb. 1544. 4. 4½ pl.

(Praefatio.)

Haec quicunque leges, si Christi nomen adoras,
  Et coelo sentis iussa tulisse Dei,
Deplora avulsas a Christi nomine terras,
  Vivere tot gentes et sine luce Dei:
Arbitriisque regi saevi, sine iure, tyranni,
  Cunctas aerumnas servitiisque pati.
Abstrahit ah miles quoties a matre puellam,
  Et miseram procul in Caspia regna vehit?
Ah quoties patria pelluntur sede coloni,
  Et vaga cum natis exulat ipsa parens?
Ut sunt grassati Sicula Cyclopes in ora,
  Quis laniata hominum membra fuere dapes;
Sic modo saevitiam toto gens Turcica in orbe,
  Exercet Scythicis rupibus orta suam.
Si non afficiunt Regum mala publica mentes,
  Ipse tamen tangat pectora nostra dolor.
Nos animi magno faciamus vota dolore,
  Depellat verus Turcica ut arma Deus;
Nec sinat extingui doctrinae lumen in orbe,
  Agnosci qua se rite colique iubet.

1545.

No. 3106. 1. Ian.

Io. Lango.

† Ex apographo in cod. Goth. 399. p. 171.

Iohanni Lango, Theol. Doctori et Episcopo Ecclesiae Erfordensis)*,

S. D. Animadverti civitatem vestram feracem esse bonorum ingeniorum. Sed vel tristi temporum fato pauci immorantur literarum studiis, vel quia honos non habetur eruditioni. Hunc vero adolescentem *Melchiorem Weidmannum* video bona indole praeditum esse ad literas et ad virtutem. Quare magnopere te rogo, ut hortator sis tutori eius, ut non sinat adolescentem abiicere literarum studia. Redit nunc domum propter scabiem scholasticis usitatam. Sed hac depulsa utile esset ipsi pertexere inchoata studia. Pugnemus quantum possumus, ut sana ingenia retineantur in literis, ut aliquando provehantur ad gubernationem. Nam semidoctorum quanta sit audacia videmus, cui certe opponi utile est eruditos, natura placidos, et moderatos. Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut te servet incolumem, et faciat, ut tibi et *Sturciadae* et vestris Ecclesiis domesticis et universae Ecclesiae Christi hic annus sit faustus et felix. Bene Vale. Calendis Ianuarii 1545. Ph. M.

*) Eiusdem argumenti epistolam vid. 16. Dec. 1544. Intelligitur, aut Melanthonem bis de eadem re scripsisse Lango, quod saepe fecit, si dubitabat, an tabellarius priorem epistolam fideliter esset traditurus, aut non utramque epistolam eidem Lango fuisse inscriptam.

No. 3107. 1. Ian.

M. Collino.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54³.

Magistro Mattheo Collino, in Academia Pragensi,

S. D. Experimur ubique, Ecclesiam Dei vere in his terris exulem esse. Et quanquam alibi plus alibi minus est saevitiae: tamen ubique Ecclesiam exercent magna pericula. Scripsi tibi antea, si voles in Germaniam redire, meam tibi operam non defuturam in quaerenda aliqua functione, ac, si linguam nostram calleres, nunc haberem luculentam conditionem, ac mea officia et studia tibi nunc quoque promitto. Sed si in patria manes, servitus sapienter ferenda est, ut profecto ubique mala aliqua et toleranda et deploranda sunt. Nec tu ignoras illud Pindaricum, quod est in Pythiis*): ἕν παρ᾽ ἐσλὸν πήματα σύνδυο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι· τὰ μὲν ὦν οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν, ἀλλ᾽ ἀγαθοί, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω. Ita si manes in patria, lenienda mala sunt et danda opera, ut cogitatione aliarum utilitatum, quas ex te capit iuventus, compenses incommoda. Nam ibique quoque prodest tuus labor Ecclesiae, et aliquanto post messis fortassis uberior erit.

Libellum tuorum poëmatum excudi curabo. In tanta occupationum varietate et difficile est mihi multa simul agere, et typographorum magna est insulsitas, qui etiam causam morae praebuerunt. Bene et feliciter vale. Cal. Ian. 1545.

De quaestionibus sic respondeo. Magna et tristis est servitus Ecclesiae in multis locis, sed tamen vere membra sunt Ecclesiae omnes, qui Evangelium Dei amplectuntur, nec socii sunt defensionis idolorum ac saevitiae, sed hos furores improbant, etiamsi oppressi servitute impedire**) non possunt. Et tales recte sentientes dico uti posse integro sacramento, quod in

*) Est Pyth. 4. 529.

**) Videl. illos furores.

vestris Ecclesiis porrigitur, sicut et baptismo uti potestis. Malim quidem sumi ab aliquo sacerdote non hoste Evangelii sed agnoscente veritatem et probante. Nec refert, utrum verba coenae pronunciet palam aut clam.

No. 3108. 1. Ian.

Praefatio.

Praefatio in librum: Publ. Terentii Comoediae sex, editae cura ac studio Ioach. Camerarii. Lips. 1545. 8. ubi statim in fronte libri legitur, sic inscripta: „*Cohortatio P. M. ad legendas tragoedias et comoedias.*" — Repetita in Mel. Select. epist. p. 248. Iterum in Mel. epist. lib. I. p. 464. (edit. Lond. I. ep. 132.) et denique in Mel. Declamationibus (edit. Servest.) Tom. V. p. 961.

„*Epistola Phil. Mel. de legendis Tragoediis et Comoediis.*"

Saepe de hominum moribus et de disciplina cogitans, *Graecorum* consilium valde admiror, qui initio Tragoedias populo proposuerunt, nequaquam ut vulgo existimatur, tantum oblectationis causa, sed multo magis, ut rudes ac feros animos consideratione atrocium exemplorum et casuum flecterent ad moderationem, et frenandas cupiditates, quod in illis Regum et urbium eventibus imbecillitatem naturae hominum, fortunae inconstantiam, et exitus placidos iuste factorum, e contra vero tristissimas scelerum poenas ostendebant. Qua in re et hoc singularis prudentiae fuit, eligere argumenta non vulgarium casuum, sed insignium et atrocium, quorum commemoratione cohorrescerent tota theatra. Non enim movetur populus levium aut mediocrium miseriarum cogitatione, sed terribilis species obiicienda est oculis, quae penetret in animos et diu haereat, et moveat illa ipsa commiseratione, ut de causis humanarum calamitatum cogitent, et singuli se ad illas imagines conferant. Nec fuit exigua facultas et ars, grandiloquentia sermonis et gestuum varietate magnitudinem rerum utcunque exprimere.

Ego ipse saepe toto corpore cohorresco legens tantum, non etiam intuens ut in theatro agentes *Sophoclis* aut *Euripidis* Tragoedias. Nec vero quisquam tam ferreus est, qui sine animi consternatione legat fratrum *Thebanorum* certamen, et matris *Iocastae* exitum, quae diremptura praelium, cum tardius venisset, ex alterius filii vulnere ensem extrahit, ex hoc ipso ense, qui filii cruore madebat, miserrima mater sese transfigit. Postea se mediam inter filios abiicit, brachia spargens, quasi in utriusque complexu moritura. Quid hac imagine lugubrius cogitari potest? Haec igitur agebantur, spectabantur, legebantur, audiebantur et a sapientibus et a populo, non ut erotica, sed ut doctrina de gubernatione vitae. Eventus isti commonefaciebant homines de causis humanarum calamitatum, quas accersi et cumulari pravis cupiditatibus, in his exemplis cernebant.

Et sicut *Pindarus* inquit, *Ixionem* implicitum rotae apud inferos clamitare hanc vocem, quam *Virgilius* reddidit,

Discite Iustitiam moniti et non spernere divos:

Ita Tragoediarum omnium hoc praecipuum est argumentum. Hanc sententiam volunt omnium animis infigere, esse aliquam mentem aeternam, quae semper atrocia scelera insignibus exemplis punit, moderatis vero et iustis plerunque dat tranquilliorem cursum. Et quanquam hos etiam interdum fortuiti casus opprimunt, sunt enim multae arcanae causae, tamen illa manifesta regula non propterea aboletur, videlicet semper *Erinnyas* et saevas calamitates comites esse atrocium delictorum. Haec sententia multos ad moderationem flectebat, quae nos quidem magis movere debet, qui scimus eam et Ecclesiae clara Dei voce saepe traditam esse.

Quare Tragoediarum lectionem valde utilem adolescentibus esse non dubium est, cum ad commonefaciendos animos de multis vitae officiis et de frenandis immoderatis cupiditatibus, tum vero etiam ad eloquentiam. Summus est enim splendor verborum et gestus maxime incurrentis in oculos ad omnes animorum motus ciendos accommodati. Sunt autem haec duo lumina orationis praecipua. Et quanquam multae causae recitari possunt, quae studiosos ad Tragoediarum lectionem invitant, tamen vel haec una persuadere sanioribus debet, quia omnes omnibus aetatibus degustata hac lectione, quo saepius easdem Tragoedias relegunt, eo magis consilia operum, et seriem ac formam expositionis mirantur, et sese ad cogitationem de vitae humanae miseriis, remediis, et gubernatione exuscitant. Appetuntur ergo avidius, quo magis introspectae sunt. Ac ut in excellenti pictura non potest ars subito contuitu iudicari, ita in his operibus sapientissime scriptis non statim perspici omnia membra possunt. Quare

usitatum fuit saepe in theatra easdem fabulas referre. Nec nihil causae est, cur in *Plautino* quodam Prologo dictum sit:

Qui utuntur vino vetere sapientes puto,
Et qui libenter veteres spectant fabulas,
Antiqua et opera et verba cum vobis placent,
Aequum placere est ante veteres fabulas;
Nam nunc novae quae prodeunt Comoediae,
Multo sunt nequiores quam nummi novi.

Dixi prolixius, quo consilio excogitatae sint Tragoediae, et quam sint utiles ad mores regendos et ad eloquentiam, quia et morum et eloquentiae exempla sunt illustriora in Tragoediis, quam in Comoediis. Etsi autem Comoediae ioci et oblectationis causa magis fictae sunt, tamen consilium pene est simile. Equidem vetus Comoedia propior est Tragoediae. Apud *Aristophanem* non sunt meretricum, amatorum, lenonum colloquia, sed exempla civium, quorum alii Rempubl. bene rexerunt, alii turbarunt ac everterunt. Et dissimilitudo voluntatum, consiliorum et eventuum proponitur ad commonefaciendos spectatores aut lectores, quales singuli gubernatores sint, qui probandi, qui imitandi, qui fugiendi.

Etsi autem hominum vita nec solis praesidiis humanis defendi, nec regi sola diligentia humana potest, et Respubl. multas habent fatales mutationes, tamen plerunque est utilius moderari impetus, et videre metas officii, nec extra has evagari, nec adpetere maiora. Haec diligentia aliqua ex parte in potestate nostra est, et cum accedit invocatio Dei, valde utilis est. Tenebat Imperii *Romani* partem *Antonius* florentissimam, late dominabatur, habebat opes maiores quam quisquam Regum toto orbe terrarum nunc habet: his frui poterat securus, non impediente *Octavio*. Sed dum extra metas sui muneris provehitur, ac solus universum imperium concupiscit, bellum non necessarium *Octavio* infert, in quo victus cum supplex ab irato victore vitam impetrare non posset, ipse sibi mortem consciscit. Hic fuit exitus belli, non necessaria causa moti. Ita exagitantur apud *Aristophanem* multi ambitiosi, inquieti, turbulenti, *πολυπράγμονες,* leves, vertumni, inflectentes se subinde ad aliam partem, aut rixatores, morosi, pertinaces, *φιλονεικεῖς,* veteratores, sycophantae, architecti pravorum consiliorum, arte aliorum animos praeparantes et occupantes. Tales sunt *Cleon*, *Paches*, *Alcibiades*, *Sthenelaidas*, *Antipho*, *Hyperpolus*, et multi alii. E contra laudantur iusti, moderati, fugitantes non necessaria bella, constantes in sententiis honestis, condonantes multas iniurias publicae tranquillitati, *Cimon, Nicias*, *Diodotus*, et pauci alii.

Cum autem semper in gubernatione civitatum similes sint alii bonorum alii malorum, quos Comoediae describunt, utile est, imagines utrorumque, virtutes, vicia, eventus, eventuum causas diligenter considerare, ut commonefacti eligamus iusta et moderata consilia, nec accendi nos ambitione, iracundia, cupiditate vindictae, avaritia sinamus, ut extra metas officii provehamur, aut moveamus res iniustas, aut non necessarias.

Nec tantum res considerentur, sed etiam orationis lumina, quae sunt insignia in harum imaginum descriptione. *Ut piscatores*, inquit Aristophanes, *non capiunt anguillas*, *nisi prius agitato et turbato stagno, Ita Cleon*, *quoties inconcessam aliquam utilitatem aucupatur*, *prius turbat civitatem.* Nam iniusta obtineri non possunt, donec legum et iudiciorum autoritate audacia frenatur. Hic circumspice animo, quoties, quam multos haec aetas viderit, qui utilitatis suae causa Rempub. movere, aut abolere iudicia conati sunt. Haec collatio adferet lucem Comoediis, et ostendet quo consilio scriptae sint.

Hunc eundem *Cleonem* pingit in concione ovium, balaenae specie praesidentem, et dictantem sententiam perterritis ovibus, ituris in suffragium. Haec imago mihi incurrit in oculos, quoties cogito de Synodis, in quibus doctorum et piorum vox terrore potentum oppressa est.

Hunc ipsum *Cleonem* alibi dicit alterum pedem in castris, alterum in curia habere. Ita semper multi sunt et fuerunt profani, indocti, *πολυπράγμονες,* qui alterum pedem in aulis, alterum in Ecclesiastica concione habent, ac pariter leges ferunt de Imperiis et de doctrina. Harum figurarum in Comoediis animadversio, simul et de vita hominum multa monet, et conducit ad eloquentiam. Possumus enim et haec ipsa exempla ad praesentia negotia apte transferre, et his lectis multa ipsi excogitare similia.

Fuit autem initio non ingrata *Athenis* haec libertas nominatim taxandi cives, ac virtus ducebatur, quae monebat potentes, ut populi iudicia vererentur: deinde metu potentum ingeniosi homines praesertim in civitate ociosa, in qua amisso imperio studium virtutis languidius erat, et plus

voluptatum, et populus tranquillam servitutem magis amabat, quam imperii gloriam, quae sine magnis laboribus, certaminibus et periculis retineri non potest, transtulerunt Comoedias ad privatorum, imo ad iuvenum, meretricum et servorum ludos, pericula, et inexpectatos casus, qui cum exitus sunt laeti, magna cum voluptate audiuntur. Et tamen consilium in describendis personis idem fuit in hac nova Comoedia, quod in veteri. Sed tecte fictis nominibus et privatis personis potentiores significabantur, et miscebantur consilia de omnibus vitae partibus, ac tantum venustatis et leporis in *Menandri* fabulis fuit, qui autor est praecipuus novae Comoediae, ut dixerint illo sale conspersas esse, ex quo *Venus*, quam fingunt mari ortam, nata dicitur. Cum autem eadem aetate multi *Athenis* in eodem genere scribendi elaborarint, et egregia monumenta plurima reliquerint, magnopere dolendum est, seu hominum barbarie, seu propter excidia urbium omnia funditus interiisse. Nam et ex *Latinis* utcunque aestimari potest, quantum venustatis in *Graecis* fuerit, et fragmenta sunt elegantissima; Denique consentaneum est, homines *Atticos* ingeniis et eruditione excellentes, lepore inter se certantes, cum et honos esset huic studio, et alii ab aliis tum excitarentur, tum adiuvarentur, non insulsos iocos, quales nunc sunt scurrarum aulicorum, in theatra attulisse, sed sapienter excogitata argumenta, et varietate doctrinae, et orationis suavitate dulcissime ornata.

Postquam vero monumenta horum interierunt, reliquiis fruamur, *Plauti* et *Terentii* fabulis, et has saepius legamus, cum ut sermonem *Latinum* inde hauriamus, tum vero ut morum et voluntatum dissimilitudines in personis consideremus. Aiunt *Antiphanem* Comicum Alexandro Comoediam recitantem, cum animadverteret Regi, in quo urbanitas et elegantia summa erat, ineptias aliquas displicere, dixisse, iis demum placere Comoedias, qui et ipsi commessatores essent, et a mulierculis plagas accipere, et eis dare plagas consuevissent.

Natura quidem ita fit, ut maxime eorum seu ludorum seu studiorum commemoratione moveamur, quae exercuimus. Sed in fabulis non tantum ioci sunt amatorii. Alia multa sunt plena sapientiae. Viderat *Alexander* in aula multos *Demeas*, *Pharmiones*, *Gnathones*. Viderat in exercitu multos *Thrasones*. Usitatum est autem nobis omnibus a talibus interdum contumelia adfici. Horum imagines in *Plauto* et *Terentio* propositas, diligenter intueatur iuventus, ut agnoscere, odisse, et fugere morosos, rixatores, sycophantas, ardeliones, arrogantes assentatores, quorum plenae sunt omnes civitates discat. Nec *Terentius* ipse, cum *Demeam* et *Mitionem* conferret, cives obscuros et ignobiles mente intuebatur. Sed *Catonis* morositatem irridebat, et *Laelii* seu *Scipionis* gravitatem lenitate et suavitate temperatam laudabat. Ita erit dulcior lectio Comoediarum, cum vitam hominum contemplabimur, et quorum pingantur mores, animadvertemus.

Interim et hoc proderit iuvenibus, videre, ubi a factis vulgaribus oratio ad Theses et gravissimarum rerum doctrinas transferatur. Queritur servus apud *Plautum*, non reddi mutuum. Inde quam Tragicam querelam extruit, de legum et bonorum morum contemtu?

Mores, leges perduxerunt iam in potestatem suam:
Eae miserae etiam ad parietem sunt fixae clavis ferreis;
Ubi malos adfigi nimio fuerat aequius.

De re magna concionatur servus, et tamen iocus est admixtus comicus, de figendis ad parietem hominibus improbis. Haec commemoravi, ut adolescentes commonefacti de consiliis, quare primum scriptae Tragoediae et Comoediae, et de earum utilitate libentius eas et saepius legant. Promitto etiam eis hoc eventurum, ut quo legent saepius, eo magis admiraturos et amaturos, et lecturos eas avidius. Bene vale. Calend. Ianuarii. 1545.

No. 3109. 3. Ian. (h. a.?)

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 375 sq.

Marco Crodelio (gubernanti scholam Torgensem)

S. D. Charissime Marce. Commendo tibi hos duos adolescentes duorum optimorum virorum filios, Pastoris *Bornensis*, et Concionatoris *Citiensis*, *Iohannis Voit*, arbitror, utrumque tibi notum esse. Bornensis etiam valet ingenio, et eruditione praeclare instructus est. Mittuntur ad

aulam, ut nomina eorum catalogo Stipendiariorum inserantur, de qua re scripsi ad D. Doctorem *Tetleben.* Et res non habebit, ut opinor, aliquid controversiae. Scis autem et apud Homerum Mentorem adesse Telemacho in aula Nestoris. Ita tu sis his bonis adolescentibus *πρόξενος,* et utinam aula eis sit, qualis erat Telemacho Nestorea. Bene vale. 1545. 3. Ianuarii.

Philippus Melanthon.

No. 3110. 4. Ian.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 495 sqq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 653.).

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camer. Paberg. amico suo cariss.

S. D. Non solum propter sponsionem, qua de scripsi, sed etiam propter valetudinem expatiaturus eram, sentio enim in hac assiduitate laborum, contentionibus et crebris indignationibus, et absumi me et somnum impediri. Sed cum iam aurigam conduxissemus, ecce aulica Imperia: *Liber* affertur amici nostri *Buceri* *) missus ad aulam, propter quem retineor. De doctrina pauca disserit. Sed politiam Ecclesiasticam praeclare pingit: ut Spartam ad Lycurgi leges revocat postremus Agis: ita iste Episcopos ad veterum Canonum severitatem retrahendos censet. Deus det conventui isti placidum exitum. *παρασκευαὶ* profecto et hominem seu opiniones seu divinationes terribiles sunt. Sed coram malim de his rebus tecum loqui. Et fortassis valetudo coget, me expatiari.

Nunc te de *Erasmo* **) nostro *συμφιλοσόφῳ* oro. Leges in his litteris quas addidi, promitti ei a Duce *Prussiae* pecuniam. Cures igitur per idoneos homines explorari hanc rem apud Prutenos, an mandata de pecunia alicui data sint, et si quis numeraturus est, tibi numeret, ac data *ἀποχῇ* nobis transmittito. Quaeso diligenter agas hanc rem. Nam *Erasmo* curae est. Si quid etiam litterarum istuc perlatum est ex Prussia, quod ad me pertineat, dabis *Paulo* nostro, qui hanc tibi epistolam exhibebit. Ubi quaerendi sint Mercatores Prutenici, monstrabit inscriptio epistolae *Fabiani*, quam in hoc fasciculo invenies.

Mitto et *Stibari* epistolam, quae addita fuit volumini Comitis *Erpachii*, avunculi tui hospitis, quod sane honeste scriptum est.

A te expecto epistolam longiusculam, in qua asperges, si quid habebis, de conventu. Noster *Franciscus* significat, *Navium* arbitrari, *Carolum* nunc in conventu nihil acturum esse de controversiis Ecclesiasticis, propter ea quod Rom. Pontifex severissime prohibuerit has dogmatum conciliationes. Nec mentio facta est dogmatum in primo congressu conventus, in quo materiae deliberandae proponuntur. Sed aliquanto post audiemus certiora. Nostrum curriculum fortasse confectum est. Exposui praecipua dogmata, ita ut sperem prodesse meam operam bonis mentibus. Optarim autem politias esse tranquillas, sed si moverint alii, fati vis ferenda est, et orandus Deus, ut reliquias studiorum servet: ego libenter ex hac vita in scholam candidiorem et tranquilliorem discedam. Bene vale, et rescribe, die IIII. Ian.

Philip. Melanth.

*) Buceri reformatio. C. W. Vid. de illo libro Seckendorf. hist. Luth. III. p. 536.

**) Salveldensi.

No. 3111. 11. Ian.

Alberto, Duci Pruss.

Edita ex autographo a Fabro in epp. p. 92. ep. 25.

(An Herzog Albrecht in Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland, und ein neues friedliches und und gnadenreich Jahr wünsch ich E. F. G. in aller Unterthänigkeit und mit treuem Herzen. E. F. G. Schrift und das mitgesant Buch Herr Johann Lasci hab ich empfangen, und das Buch eilend durchsehen, und bitt E. F. G. sie wollen Fried und Einigkeit der Kirchen in ihren Landen erhalten. Es sind böse Opiniones von der Tauff in des Lasci Schrift, davon ich doch zuvor ihn verwarnet *). So ists in keinen Weg zu rathen, daß man die Wiedertäuffer annehme und menge sie unter unsere Kirchen. Davon und von andern Artikeln will ich in kurz E. F. G. länger schreiben.

*) Iam anno 1543., vid. epist. d. 2. Nov. 1543.

Wie es im teutschen Reich stehet, das wissen E. F. G. ohne Zweifel aus allerlei Bericht. Es hat sich aber neulich eine große Veränderung zugetragen.

Man hat Hoffnung gehabt der Kaiser werde ein National-Synodum halten lassen, oder sonst von der Religion weiter reden lassen, Das aber der Papst nicht leiden, derhalben ist das Concilium gen Trent wiederum angesatzt auf den 8. Tag Aprilis einzukommen.

Derhalben acht man daß in diesem Reichstag keine Handlungen von der Religion vorgenommen werden.

Gestern hab ich ein Schrift aus Worms empfangen*), daß des Kaisers Gemüth heftig ist, die ich E. F. G. hiemit sende. Es wird auch E. F. G. die Päpstlich Schrift Sabinus überantworten. Der Ewige Gott Vater unsers Heilands Jesu Christi bewahr E. F. G. und seine arme Kirche in allen Landen, Amen. Datum Sonnabend nach Epiphania 1545.

E. F. G.
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

*) (*Addidit Faber haec:*)
Der Hauptinhalt des beiliegenden Schreibens des Mich. Meyenburg aus Worms besteht darin: Es werde dafür gehalten, daß der Kaiser auf diesem Reichstage in der Hauptsache der christlichen Lehre nichts handeln werde, — man wolle auch vertraulich reden, daß mit den Türken ein Anstand gemacht sey, indeß der Kaiser das Concilium halten lassen wolle — es sey gewisse Anzeigung, daß er der Religion nicht geneigt sey.

Was Melanthons Warnung gegen die Wiedertäufer betrifft, so ist es bekannt, daß sie im Jahr 1531. von Friedrich von Heideck aus Schlesien nach Preußen gebracht wurden, und unter seinem Schutz, besonders in dem, ihm gehörigen Amte Johannsburg, hier fortlebten, wenn gleich der Herzog ihre Meinungen nicht billigte und nach Luthers und Melanthons Rath sie, wenn sie ihren Glauben nicht ändern würden, keinesweges leiden wollte. — Dies versprach der Herzog Melanthon auch als Antwort auf den vorstehenden Brief.

Gleich nach der ersten Erscheinung dieser Secte war der Bischof von Pomesan, Paul Speratus, auf ihre Irrlehren aufmerksam. Er ließ sich von den Häuptern derselben, Friedrich von Heideck, Fabian Eckel von Liegnitz und Peter Zänker von Danzig, ihre Confession einreichen, und antwortete darauf und gab dem Zänker zwei Monate Bedenkzeit, unterdessen er sich des Predigens enthalten sollte. Da durch den Schriftwechsel nichts ausgerichtet wurde, veranstaltete der Herzog eine persönliche Unterredung. Sie wurde mit den gedachten Häuptern zu Rastenburg in den letzten Tagen des Decembers 1531. gehalten. Der Herzog selbst, die Bischöfe von Pomesan und Samland, die Prediger der drei Städte Königsberg und einige andere, waren dabei gegenwärtig.

Im Erläuterten Preußen (Th. I. Seite 266. und 448.) sind die Acten dieses Colloquii zu liefern angefangen, die Fortsetzung ist aber unterblieben, weil die Quelle, eine Abschrift derselben auf der hiesigen v. Wallenrodtschen Bibliothek, unvollständig ist. Schon Hartknoch bedauert, daß die Acten dieses Colloquii nicht herausgegeben sind, und D. Wilh. Crichton in seiner kleinen Schrift: Zur Geschichte der Mennoniten, (Königsberg, 1786.) sagt S. 14: „Auch die Mennoniten wünschen selbige zu haben und zweifeln, ob die damaligen Wiedertäufer als ihre Vorfahren können betrachtet werden.“

Hierauf zur Nachricht, daß die vollständigen Originalverhandlungen des Colloquii, die Confessionen Heidecks, Eckels und Zänkers, der Schriftwechsel zwischen dem letztern und dem Bischof Speratus, die Verfügungen des Herzogs in dieser Angelegenheit 2c, sich im geheimen Archiv befinden. Ich würde aber den Raum dieser Anmerkungen überschreiten, wenn ich mich in einen Auszug der Bekenntnisse vom Abendmahl, von der Erbsünde, von der Taufe, vom göttlichen Wort 2c., einlassen sollte, und begnüge mich, darauf aufmerksam gemacht zu haben.

No. 3112. 12. Ian.

M. Sidemanno.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. no. VII. p. 75.

Ad Martinum Sidemannum.

Charissime Martine. Saepe memini mihi dicere virum sapientem *Iacobum Sturmium*, Senatorem Argentoratensem, se magnopere expavescere et cohorrescere toto corpore, cum in Senatu ea sententia vinceret, quae ab ipso primum dicta esset. Metuit enim pericula, quae de magnis rebus pronunciantes sententias sequi solent. Vicissim dixi, me vere cohorrescere cum idem accidit mihi. Sed nos in dogmatibus regulam coelestem tenemus, qua ita pronuncio, ut iudicium Ecclesiae, hoc est, omnibus piis, doctis et mediocriter peritis permittam, et vere et ex animo promitto his Academiis, (ne quis in generali appellatione aliquid latebrarum esse suspicetur) Vitebergensi, Lipsicae, Tubingensi, Basiliensi; imo et pluribus. Deus testis est, me non aliud spectasse, nisi ut iuventuti quasi regiones monstrarem controversiarum maximarum, quae hoc tempore motae sunt. Et cupio, posteritati simplicem, planam explicatam, unam doctrinam traditam divinitus relinquere, et oro filium Dei, dominum nostrum I. C., ut me regat et studia publica adiuvet.

Commendavi vestris hominibus modestum hominem Bambergensem *Iohann Rodt* *), quem audio idoneum esse ad gubernationem scholae, et animadverti, Ecclesiae Dei amantem esse. [Conterraneus meus non gravatim .....lumus in Ecclesia traditurum esse. Commendo eum tibi et Dm. *Martino.*]**) Si quid arrogantiae aut livo-

*) *Rodt* i. e. *Roth* fortasse in autographo scriptum fuit. Vid. epist. d. 15. Iul. 1545.

**) Quae uncis inclusi, ea etiam in apographo uncis inclusa sunt. Videntur igitur margini autographi adscripta fuisse. Vix autem videntur esse verba Melanthonis. Quis sit *Martinus*, cui commendatur, definire nolo.

ris aut impudentiae in eo esse arbitrarer, nequaquam eum vobis commendarem. Sed quantum iudicare possum sentio honestum et idoneum hominem esse. B. V. 12. Ianuarii 1545.

No. 3113. 14. Ian.

Theologi Witeb. ad Electorem.

Ex autographo a Crucigero scripto, cui theologi sua quisque manu subscripserunt, quodque habetur in cod. Goth. 647., edita in Cypriani nützlichen Urkunden zur Reformationsgeschichte P. II. p. 408. (Opp. Luth. a Walch. T. XVII. p. 1456.) Apographon invenimus in cod. Galli I. p. 58. (De Wettius hanc ep. in Lutheri epp. non edidit.) — Nunc ex autographo denuo descripta.

(An den Churfürsten von Sachsen Johann Friedrich)[1])

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn, Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Durchleuchtigster, hochgeborner, gnädigster Churfürst und Herr. Auf E. C. F. G. Befehl haben wir in Unterthänigkeit vom ganzen Kirchenregiment und christlicher Reformation unser einfaltige Meinung zusammen bracht, und aufs äußerste angezeigt, wobei wir durch Gottes Gnad endlich zu bleiben gedenken. Und obgleich nicht zu hoffen, daß die Bischoffe und die ungelahrten, gottlosen stolzen Capitel, christliche Lehr und Ceremonien zu ewigen Zeiten annehmen werden: so haben wir doch ein demüthig Erbiethen gethan, und ihnen eine gelinde Reformation fürgegeben, daraus gnugsam zu verstehen, daß uns nicht aufgelegt werden kann, daß wir ihnen nach ihrer Hoheit und Gütern trachten, oder der Spaltung Ursachen sind. Wir können nicht aller Fährlichkeit durch menschlichen Rath begegnen, sondern wollen unserm Beruf nach thuen, das uns gebothen und das Uebrige Gott befehlen, wie der Psalm spricht: wirf deine Sorge auf Gott rc.

Uns hat auch der achtbare und hochgelahrte Herr Doctor Gregorius[2]) Bruck, unser lieber Gevatter und günstiger Herr, ein fremde Buch[3]) zugestellt, das von unser etlichen gelesen, die den andern Relation gethan. Derhalben wir auf den fürnehmsten Artikel desselben Buchs, von Ansuchung bei Kais. Maj.[4]) unser unterthänig Bedenken gestellt, welches wir hiemit auch übersenden, alles E. C. F. G. höher und weiter zu bewegen.

E. C. F. G. fügen wir auch[5]) in Unterthänigkeit zu wissen, daß wir uns von einem tüchtigen Mann zur Pfarr zu Liebenwerd unterredet, und zeigen E. C. F. G. in Unterthänigkeit einen an, Martinum Gibertum, der uns sehr wohl bekannt ist, und ist bei acht Jahren allhie in der Universität gewesen. Darnach hat er die Schul zu Luckau regirt, und von derselben ist er auf den Marienberg als Prediger erfordert, und ist bei vierzig Jahren, und wir achten ihn für tüchtig. Doch stellen wir in Unterthänigkeit zu E. C. F. G., was E. C. F. G. seinethalben schließen werden. Der ewige Gott, Vater unsers Heilands Jesu Christi, bewahre E. C. F. G. allezeit gnädiglich. Datum Witteberg, Mittwoch den 14. Ianuarii, anno XV^c und XLV^ten.

E. C. F. G.
unterthänige
Martinus Luther D.
Joh. Bugenhagen Pomer D.
Caspar Creutziger D.
Georgius Maior D.
Philippus MelanthoN.

No. 3114. 15. (14. Ian.)

Reformatio Wittebergensis.

Duplex huius scripti habetur autographon: 1) germanico sermone, a Crucigero descriptum, cui reliqui quisque sua manu subscripserunt. Est in cod. Goth. 647. p. 1., unde a Cypriano in Eiusd. nützlichen Urkunden zur Reformationsgeschichte P. II. p. 410. editum et ex illo Opp. Lutheri insertum a Walch. T. XVII. p. 1422. Apographon antiquissimum invenimus in cod. Galli I. p. 58. — Idem scriptum 2) *latine* primum edidit *Pezelius* in Consil. Mel. lat. P. I. p. 586., sed satis mendose et passim quibusdam praetermissis. Autographon latinum habetur etiam in cod. Goth. 647., a scriba literis aptissime pictis scriptum, cui Lutherus, Bugenhagius et Cruciger sua quisque manu subscripserunt, nomina autem Maioris et Melanthonis a Crucigero simul subscripta sunt. Huic latino scripto alia sed antiquissima manu inscriptio praemissa est haec: „*Anno* 1545. Wittenbergische Reformatio, durch

---

1) Inscriptio in autographo periit.

2) Non *Georg*, ut mendose Walch.

3) Scriptum Buceri, ab Argentoratensibus missum Landgravio. Cf. ep. Pontani ad Landgravium in Neudeckeri Urkunden aus der Reformationszeit S. 703.

4) Est iudicium: ob eine Klage auf dem Reichstage wider den Papst anzustellen?

5) Margini adscriptum est: dieser Artikel ist erledigt. — Infra legitur epistola Melanth. ad *Gibertum*, Pastorem *Liebwerdensem*, data d. 14. Martii. Verum nomen hominis est *Gilbert*.

Ph. Mel. ins Latein, darbei die lateinische Schrift, wie die K. M. derwegen zu Worms anzulangen seyn sollt." Contulit hoc scribae scriptum cum Melanthonis autographo *Franciscus Vinariensis*, Vicecancellar. ut manus eius prodit, sed uno tantum in loco quaedam mutavit, ut suo loco indicavimus. Ex hoc autographo edidit scriptum Seckendorf. in hist. Luther. lib. III. p. 522. eiusque apographon invenimus in cod. Guelph. in fol. no. 11. 10. p. 1. — Nos utrumque autographon, et germanicum et latinum, denuo contulimus, menda Cypriani et Seckendorfii expurgavimus, apographorum vero varias lectiones praetermisimus. Utriusque consilii auctorem solum esse *Melanthonem*, ex ipsius confessionibus (in epistolis d. 18. Ian., d. 17. Mart.) satis cognoscitur. Ipse hoc scriptum primum lingua Vernaeula exaravit, illudque postquam ipse et caeteri Vitebergenses Theologi subscripserant, misit d. 14. Ian. Electori. Timebat autem, ne propter lenitatem et modestiam Aristarcho, i. e. Principi Electori displiceret, qui timor eum non fefellit, ut docet ep. Electoris d. d. 16. Ian., qui et „reformationem Viteberg.", et iudicium de quaestione: „an Pontifex Romanus ab Evangelicis accusandus sit apud Caesarem", simul cum libro Argentoratensi misit ad *Pontanum*, ut eius sententiam audiret. Pontanus fidem Melanthonis et scripti praestantiam in responso d. 20. Ian. fortiter defendit. Postea iussu Electoris Melanthon scriptum suum in latinam linguam transtulit, (vid. ep. ad Vitum Theod. d. 17. Febr. h. a.), qua in re occupatus erat d. 17. Martii, ut epistolae hoc die scriptae docent, eamque peregit d. 28. Martii, quo die Pontanus in ep. ad Principem Electorem (in Tabul. Wimar. Reg. II. p. 603.) scribit: „ich verhoffe, Magister Philippus soll heunt (d. 28. Mart.) fertig werden mit der Version ins Lateinische der Noteln an Kais. Majestät, damit die bedachte Reformation soll überantwortet werden." Quae cum ita sint, utrumque textum A) Germanicum, B) Latinum hic dedimus.

Occasionem scribendi dederat mandatum Caesaris in Comitiis Spirensibus, ut quilibet ex proceribus formam et modum emendandorum sacrorum conscribi curaret, eamque in proximis Comitiis Wormatiae habendis exhiberet. Qua de causa Dux Saxoniae Elector suis theologis mandavit, ut eiusmodi formam scriberent. Vid. epist. Elect. d. 23. Nov. 1544. Haec forma ab Electore exeunte Ianuario ad Landgravium Hassiae missa est, qui ei suum et suorum theologorum iudicia (d. 7. Febr.) misit, quae Princeps Elector d. 1. Mart. Vitebergensibus tradidit. An vero Reformatio Vitebergensis, ut vocatur, etiam ad Electorem Palatinum missa fuerit, nescimus. Fieri potuit, et fortasse factum est. Sed in eo haud dubie erravit Pezelius, quod in catalogo consiliorum Melanth. (P. II. p. 407 sq.) scribit: „consilium reformandae Ecclesiae Papisticae conscriptum a Ph. Mel. *pro informatione ad Palatinum Electorem Fridericum Ludovici fratrem*"; quem errorem et sequuti sunt quidam scriptores Palatini, et a quo etiam non multum abfuit *Büttingshausen*. Vid. Eiusd. Beiträge z. Pfälzischen Geschichte. Vol. I. p. 129 sq. — Bucerus, cui haec confessio a Landgravio Hassiae missa est, prolixam eius censuram dedit in ep. ad Landgravium, quam nuper edidit Neudecker in den Urkunden aus der Reformationszeit p. 713 sqq.

A.

(Wittenbergische Reformation.)[1]

Rechte christliche Kirchenregirung stehet fürnemlich in diesen fünf Stücken,

Erstlich, in rechter reiner Lahr, die Gott der Kirchen gegeben, geoffenbart und befohlen hat.

Zum andern, in rechtem Brauch der Sacrament,

Zum dritten, in Erhaltung des Predigampts und des Gehorsams gegen den Seelsorgern, wie Gott das Ministerium Evangelii will erhalten haben, und selbs gewaltiglich erhält.

Zum vierten in Erhaltung rechter Zucht, durch Kirchengericht oder geistliche Jurisdiction.

Zum fünften, in Erhaltung nöthiger Studien und Schulen.

Zum sechsten, so ist leiblicher Schutz und ziemliche Unterhaltung von Nöthen.

Vom Ersten.

Gott hat das menschlich Geschlecht fürnemlich zu diesem Werk und End erschaffen, daß es ihn erkennen, anruffen und ewiglich preisen soll. Darum er auch vor dem Fall Adä und nach dem Fall sich dem menschlichen Geschlecht in gewissen Zeugnissen geoffenbart, und ein besondere Lehr und Wort gegeben hat, und daran sein recht Erkenntniß gebunden[2]), daß diejenigen sollten seine Kirche und sein Volk für und für seyn, so dieselbige seine Lehre und sein Wort lehren, lernen, annehmen, und bekennen würden, und daß sonst niemand Gottes Volk und Kirche seyn sollt, oder möcht, der das selbige Wort nicht haben oder verfolgen würde.

Und hat nemlich sich also nach dem Fall geoffenbart, daß er wolle seinen Sohn senden, und durch denselbigen, und um desselbigen willen, Vergebung der Sünde, Gnade, Gerechtigkeit und ewiges Leben geben. Diesen seinen Sohn Jesum Christum hat er auch hernach mit gewissen Zeugnissen gesandt, und ist also allezeit die Kirche Gottes auf diesen Heiland Christum, und auf dasselbige Wort, dadurch der Sohn geoffenbart ist, gegründet, wie geschrieben stehet 1 Cor. 3. keinen andern Grund kann man legen denn allein diesen, der gelegt ist, welcher ist Jesus Christus. Und Ephes. 2.: ihr seyd Mitbürger der Heiligen und Gottes Volk, gebauet auf den Grund der Aposteln und Propheten, auf den Eckstein Jesum Christum, auf welchem das ganz Gebäu zusammengefaßt aufwächset zum heiligen Tempel durch den Herrn, durch welchen auch ihr erbauet seyd zur Wohnung Gottes, im heiligen Geist.

Aus diesen und andern sehr viel Spruchen ist klar und gewiß, daß allein diese Gottes Volk sind, welche

1) Caret autographon germ. inscriptione.

2) Cypr. mendose: gegründet. Etiam cod. Gall. gebunden.

die Lahr von Gott durch die Propheten, durch den Herrn Christum und durch die Aposteln gegeben, annehmen, lehren und lernen und bekennen. Und ist das fürnehmst hohest Geboth, diese Lahr und den Sohn Gottes hören, annehmen und die Lahr rein erhalten, wie der ewige Vater von Himmel gesprochen: dieses ist mein liebster[3]) Sohn, daran ich Wohlgefallen habe, diesen sollt ihr hören. Und wie Psal. 2. stehet: kusset den Sohn etc., das ist, nehmet ihn herzlich und mit Freuden an und höret seine Lehre etc. Wer nu diesen Sohn Jesum Christum nicht hören will, und das Evangelium verachtet, verleugnet oder verfolget, ganz oder etliche Artikel, die können Gottes Volk nicht seyn, das ist offentlich. Darum zum ersten und zum hohesten von nöthen ist in christlicher Kirchen, das Evangelium ganz und rein zu erhalten, wie Gott oft gebothen hat, und unser Heiland Christus spricht Johann. 14.: wer mich lieb hat, der wird meine Rede bewahren, und mein Vater wird ihn lieb haben, und wir werden zu ihm kommen und Wohnung bei ihm machen.

Darum soll dieses in christlicher Reformation das erste Stuck sein, daß das heilige Evangelium rein und unverfälscht in Kirchen und Schulen erhalten werde, wie auch die ersten und alten Concilien fürnemlich von der Lahr wegen gehalten sind, als Actor. 15. und das Nicenum Concilium ein löblich Symbolum gemacht, zu Erhaltung des rechten reinen Verstands vom Sohn Gottes.

Und wiewohl hernach in diesen letzten Zeiten oft Reformationes fürgenommen: so ist doch von fürnemen Artikeln christlicher Lahr darin wenig gehandelt, so doch offentlich am Tag ist, daß viel Mißbräuch eingerissen, dadurch das Evangelium verdunkelt worden.

Nachdem aber etliche Vertheidinger der Mißbräuche vor wenig Jahren Ursach gegeben, die Irrthumb zu strafen, hat Gott seine Gnad verliehen, daß also in diesen Strafen die Lehre des Evangelii in allen nöthigen Artikeln erkläret, davon wir eine Confession zu Augsburg anno 1530 Kaiserlicher Majestät überantwort, bei welcher wir durch Gottes Gnad noch zu bleiben gedenken, wie dieselbige in ihrem rechten Verstand lautet, und in unsern Kirchen gehalten und verstanden wird[4]). Denn wir zweifeln ganz nicht, die selbige unsrer Kirchen Lehr sey gewißlich die ewige und einige gleichlautende Lahr der wahrhaftigen katholiken[5]) Kirchen Gottes gegeben durch die Propheten, Christum und die Aposteln, und sey einträchtig mit den Symbolis Apostolico und Niceno, und mit den alten heiligen Conciliis, und dem Verstand der ersten reinen Kirchen.

Darum wir auch für nöthig halten, zu Gottes Ehre und rechter Anrufung, zu Seligkeit vieler Menschen, zu Pflantzung und Stärkung rechtes Glaubens und rechter Anrufung in den Nachkommen, daß der Verstand der selbigen Lahr, die wir in unsern Kirchen, Confession und Catechismis bekennen und lehren, einträchtiglich in allen Kirchen gepredigt und gehalten würde. Nemlich von allen Artikeln des Glaubens, wie in Symbolo Apostolico und Niceno erzählet und gefasst sind, und wie die selbigen Artikel von den alten heiligen Conciliis Niceno, Constantinopolitano, Ephesino und Chalcedonensi nothdurftiglich und recht erkläret sind. Und zu Erklärung der Artikel in Symbolis von Christo und von den hohen unermeßlichen Gütern, so uns unser Heiland und Haupt Christus erlanget, sind die Artikel, so weiter in der Confession gemeldt sind, zu wissen allen Christen nöthig, von Erbsünd, von Gnad, Glauben, und guten Werken und von den Sacramenten. Nämlich, daß gewißlich wahr sey, daß alle Menschen, so aus männlichen[6]) Samen empfangen sind, Erbsünd mit sich bringen, und derhalben alle Menschen, so nicht zu Christo gebracht, und durch die Taufe neu geboren werden, in ewigem Zorn Gottes und verdampt bleiben. Item, daß man junge Kinder täufen soll, und daß ihre Tauf recht und kräftig sey zur Gnade und ewigem Leben. Item, daß Erbsünd sey Mangel der Gerechtigkeit, die in Adam gepflanzt gewesen, die in uns seyn sollt. Und dieser Mangel ist Schuld, und[7]) Zerstörung der menschlichen Kräften, des Verstands, Willens und Herzens, daß der Wille nicht zu Gott gekehret ist, und das Herz wider Gottes Gesetz jammerlich geneigt ist; um welcher Schuld und Zerstörung willen der Mensch in Gottes Zorn und verdampt ist, so er nicht davon erlöset wird durch die Wiedergeburt.

Dieses ist gewißlich alle Zeit der heiligen catholiken Kirchen Gottes, der Propheten, Aposteln und christlichen Scribenten Lehr und Verstand gewesen von dem großen Schaden, in welchen das menschlich Geschlecht durch Adams Fall gekommen.

---

3) Cypr. lieber.

4) Verba: bei welcher wir etc. hic lineola in margine notata sunt; ea enim Franciscus Vinar. in textu latino deleta voluit.

5) Sic hic et in seqq. scripsit Cruciger; editores, ut etiam cod. Mon. habent: katholischen.

6) Cypr. mendose: menschlichen.

7) Cypr. mendose: schuld an.

Daß aber etliche diesen Artikel anfechten, die thuen sehr unrecht. Denn sie streiten wider offentlich Gottes Wort, und stärken die Blindheit in Menschen, daß man Sünd, Gnad und Glauben nicht recht verstehen kann. Denn aus dieser Wortzel [Wurzel] ist der große Zweifel in Herzen von Gott; Item, daß das Herz faul und kalt ist in Furcht und Liebe gegen Gott; item, daß es viel mehr geneigt ist, auf sichtbare Ding zu vertrauen denn auf Gott. Diese und andre böse Neigung muß man ja für Sünde erkennen und dawider streben, welches nicht geschieht, so man den Artikel von Erbsünd verdunkelt.

Darnach folget der Artikel von Gnad und Erlösung von Sünden, nämlich daß wir Vergebung der Sünden, Gnade und heiligen Geist erlangen, und werden mit Gott versöhnet, gerecht und Erben des ewigen Lebens nicht aus Verdienst unser Werk, sondern um des Heilands Christi willen, durch Glauben an Christum. Dieser Artikel ist durch Gottes Gnade in unsern Kirchen reichlich erkläret. Und daß von nöthen sey, diesen Artikel rein zu lehren, wie er in unsern Kirchen gelehrt und verstanden wird, das ist ganz offentlich. Denn also und nicht anders lehret uns Gott von der Ehre Christi und von Vergebung der Sünden, wie Actor. 10. geschrieben stehet: diesem geben alle Propheten Zeugniß, daß man Vergebung der Sünden habe in seinem Namen, alle, die an ihn glauben. Und wo dieser Artikel nicht rein erhalten wird, da folget viel Blindheit; die Herzen bleiben in Zweifel wie die Heiden, und haben keinen gewissen Trost, fliehen vor Gott und haben keine rechte Anrufung, erdichten darnach eigne Verdienst, Möncherei und dergleichen Werk, damit die Lahr von Christo und Glauben viel mehr verdunkelt wird. Und ist in Summa dieser Artikel, wie er nach der Läng in unsern Kirchen erkläret, die Hauptlehre des Evangelii, die keine Creatur im Himmel und auf Erden zu ändern hat; sondern es ist Gottes unwandelbarer Rath, der uns aus unermeßlicher Barmherzigkeit durch seinen Sohn also will erledigen von Sünden und selig machen durch Vertrauen auf diesen einigen Heiland Jesum Christum.

Darnach folget die Lehre von guten Werken: daß, so der Glaube und das Vertrauen auf Christum Vergebung der Sünden empfähet, gibt Gott seinen heiligen Geist in das gläubige Herz, und zündet an ein neues Licht und Leben im Herzen, Gottesfurcht, Liebe, guten Fürsatz, nach allen Gebothen Gottes. Und ist also Gottes ernstlicher Wille, daß wir in guten Werken leben, und die geschenkte Gnad und Vergebung behalten und nicht verschutten. Und nachdem rechte Lehr von guten Werken in ganzer Welt sehr verfälscht gewesen, und noch in vielen Landen verfälscht wird: [so] ist die hohe Nothdurft, die Kirchen recht und einhelliglich davon zu unterrichten, welche Werk Gott fordert, wie sie Gotte gefallen, so doch noch Sünde in diesem elenden Leben in allen Menschen bleiben, Item, von Unterschied der Sünden ꝛc.

Von diesen hohen Sachen geschiehet christlicher Unterricht in unsern Kirchen, denn wir nicht für unnöthig Schuldisputation halten. Darum wir nichts darin zu ändern wissen. So es aber jemand für Schuldisputation hält, und meinet, es seien Fabeln, die man zu jedes Gelegenheit deuten und wenden, und mit Worten färben und verstreichen könne, der wird seinen Richter haben.

Aus diesem Artikel folgen nu die andern Artikel, die von rechtem heilsamen Brauch der Sacrament reden. Und erstlich von der Taufe ist die Kindertaufe mit Ernst zu schützen und zu handhaben, und wäre zu Erinnerung deren so bei der Tauf sind, nützlich, daß die Taufe an jedem Ort in bekannter Sprach gehalten würde. Und ist nicht noth, dazu mehr oder längere Ceremonien zu ordnen denn jetzt gewöhnlich.

Confirmation.

Dieses wäre hochnöthig in allen Kirchen, den Catechismum auf bestimpte Tage zu halten, die Jugend in allen nöthigen Artikeln christlicher Lehre zu unterweisen. Dazu möcht die Confirmation angericht werden, nämlich, so ein Kind zu seinen mündigen Jahren kommen, öffentlich sein Bekenntniß zu hören, und zu fragen, ob es bei dieser einigen göttlicher Lehre und Kirchen bleiben wollt, und nach der Bekenntniß und Zusage mit Auflegung der Hände ein Gebeth thuen. Dieses wäre ein nützliche Ceremonien, nicht allein zum Schein, sondern viel mehr zu Erhaltung rechter Lahr und reines Verstands und zu guter Zucht dienlich.

Ordination.

Wiewohl hernach weiter zu sagen von der Ordination und Erhaltung des Predigampts oder Ministerii Evangelici, so ist doch hie kürzlich zu erinnern, daß dieses Werk hoch und groß zu achten. Und wiewohl Gott das Predigampt erhält, und wählet tüchtige Lehrer, wie geschrieben stehet Ephes. 4.: so sind doch die Regenten schuldig, ihre Arbeit dazu zu thuen, daß man Prediger und Priester haben möge, und daß die selbigen an gewissen Oerten von gelehrten gottfürchtigen Leuten dazu verordnet, verhöret, angenommen oder verworfen werden. Diese Arbeit ist den Bischoffen befohlen gewesen. Nu haben sie nu lange Zeit die göttliche Wahrheit ver-

folget, und lassen die Kirchen in ihren eignen Gebiethen ledig stehen, wüst und heidnisch werden. Darum ist von nöthen zu bedenken, wie der Christenheit zu rathen sey; und so ihnen die Ordinatio soll befohlen werden, müssen sie sich erst von der Lahr erklären. Denn wo sie Verfolger christlicher Lehr bleiben, und nicht wollen ordiniren ohne Verpflichtung zu falscher Lehr und zu Verfolgung der Wahrheit: so kann man die Ordinatio bei ihnen nicht suchen. So sie aber rechte Lahr *) wollen annehmen und helfen erhalten, und tüchtige Personen zur Verhöre verordnen, könnten sie viel Guts thuen. Denn wahrlich groß und merklich daran gelegen, daß die Ordinatio nothdürftiglich bestellet sey. Und so die Regenten bedächten die große Wohlthat Gottes, die auf das Ministerium gegründet, nämlich, daß Gott ihm durch dieses Ampt, und nicht anders, seine ewige Kirchen sammlet, und hat uns elenden Menschen befohlen, Personen, die christliche Lehr verstehen, zu berufen, durch welcher Stimm und Dienst im Predigampt und Sacramenten er gewißlich mitwirken und Seligkeit geben will: so würden sie größern Fleiß haben, die Ordinatio recht und stattlich zu bestellen. Davon sollt man auch das Volk fleißig unterrichten, daß sie diese Wohlthat Gottes lerneten erkennen und groß achten, daß Gott durch diesen Beruf und dieses Ampt gewißlich wirken will, und das Ministerium liebten und hülfen erhalten. Wie wir warlich alle, ein jeder nach seinem Stand, schuldig sind, wie oft gebothen ist, und Christus spricht: wer euch verachtet, der verachtet Mich.

Es ist aber die Ordinatio in den großen [8]) Mißbrauch kommen, da man rechter Lehr nicht mehr geachtet hat, und der Irrthumb eingerissen ist, man müsse [9]) Priester haben, die für das Volk opfern, und Mehrung dieses Opfers sey der hoheste Gottes Dienst.

So man nu wollte Einigkeit machen und den Bischofen die Ordination ernstlich befehlen, muß zuvor Einigkeit der Lehr seyn, wie gesagt ist. Dazu müssen die Befehl der Ordination auf das Predigampt und Reichung der Sacrament gestellet werden, nicht auf andre Werk für Lebendige und Todten zu opfern.

Man soll auch die Gewissen nicht beladen mit dem unchristlichen Eheverboth, das alle Zeit zu großen schrecklichen Sünden vielen Menschen Ursach gegeben, und ist daraus im Priesterlichen Stand öffentliche heidnische Unzucht und Frechheit gefolgt, welcher Sünden sich alle theilhaftig machen, die dieses Eheverboth helfen stärken und handhaben.

Von der Buße und Beicht.

Das ist ganz öffentlich und unlaugbar, daß die Mönchlehre von der Buß so verwirret und voll Irrthumb ist, daß sie nicht allein das Volk, sondern auch die Scribenten nicht verstanden haben. Sie haben eine Reu gedichtet, und gesagt, die selbige verdiene Vergebung; doch wisse niemand, wenn die selbige Reu genugsam sey. Von Sünden haben sie auch schreckliche Irrthumb. Die großen innerlichen Sünd achten sie nicht, Zweifel und allerlei innerliche Unreinigkeit; dagegen haben sie eigne kindische Sünde erdichtet aus menschlichen Satzungen ꝛc.

Darnach von der Erzählung, Genugthuung, Indulgentien, haben sie so grobe Irrthumb, daß man sie greifen möcht, und ist am Tag, daß sie kein Wort geredt haben vom Glauben und Vertrauen, dadurch man Vergebung der Sünden erlanget. Und ist also ihre Lehre von der Buß im Grund eine heidnische Lehr, die das Gewissen in Zweifel von Vergebung stecken läßt, oder bauet auf Genugthuung, wie der Alcoran sagt, was man für jede Sünd thuen müsse.

Nu ist die Lehr von der Buß, von Erkenntniß der Sünd, von wahrhaftiger Reu, und vom Glauben an Christum und von rechter Besserung der fürnehmsten Stuck eines in christlicher Lehre, und ist hoch vonnöthen, daß sie rein erhalten werde. Und sollten wir billig Gott dankbar seyn für diese große Wohlthat, daß Gott diese Lehr wiederum rein und klar seiner Kirchen hat scheinen lassen, daß Gott fürchtige Herzen besser wissen, was Sünd ist und nicht Sünd ist, und erkennen ihr Elend und göttlichen Zorn mehr denn zuvor, und suchen Gnad und Trost durch Christum, und wissen, wie sie Vergebung erlangen sollen. Wer diese Erkenntniß nicht hoch und werth achtet, der ist weit von dem christlichen Wesen und Verstand weg kommen.

Dieweil denn alle verständige wissen, daß eben dieser Artikel ganz treulich und rein in unsern Kirchen gelehret und erkläret wird, und daß ganzer Christenheit Nothdurft ist, daß er rein erhalten werde: so wollen und können wir kein Aenderung, keine Verdunkelung und kein Flickwerk an der Lehr dieses Artikels willigen oder zulassen.

Und wiewohl die jetzigen neuen Gaukler, die den alten Irrthumben neue Färblin anstreichen, grübeln und suchen, daß sie unser Lehre tadeln: so wissen doch alle verständigen, daß dieser Artikel in allen Stucken bei uns recht und seliglich gelehrt wird.

*) Scripsit Cruciger mox Lehre, mox Lahr, et nos hanc inconstantiam accurate sequuti sumus.

8) Cypr. mendose: größten.

9) Cypr. mendose: müßte.

So sind wir selbs geneigt, die Beicht in rechter christlicher Form zu erhalten, das Volk darin zu lehren, zu verhören, item, daß der Verstand bleibe und dieses Zeugniß der Kirchen, daß das heilige Evangelium Vergebung der Sünden gewißlich verkündige, in gemein und in sonderheit. Und so man eine heilsame Reformation wollte fürnehmen, wäre besonder nöthig, den ganzen Artikel von der Buße, auch die Lehr von der Beicht, Privatabsolution und vom Glauben dermaßen zu predigen und zu handhaben, wie wir nu oft gründlichen und christlichen Bericht davon gethan.

Vom Bann aber und von der Strafe, so dem Bann folgen sollt, wird hernach gesagt in Kirchengerichten. Denn jetzund reden wir noch von christlichem Brauch der Sacrament.

Von der Communio und Meß.

So bald erstlich Gott Ceremonien durch Adam und hernach durch Abel angerichtet, hat Kain und seine Nachfolger und also furthin alle Gottlosen die göttlichen Ceremonien verkehret, und mancherlei Abgötterei angerichtet. Also ists auch gangen im Volk Israel, daß die Ceremonien, von Gott geordnet, verkehret sind, und sind andre, als Baal und die Excelsa aufkommen. Nu siehet menschliche Vernunft nicht, daß dieses verkehren oder neu Gottesdienst errichten Sünde sey, sondern hält diese Werk für hohe große Heiligkeit; als, da Israel viel Capellen auf allen Bergen setzten, meineten sie, sie mehreten gute Werk und die fürnehmsten Gottesdienst, wie auch bei den allerweisesten Heiden in Graecia alle Winkel voll Capellen waren.

Diese große Sünd und dieses Abweichen von der einigen rechten Anrufung werden die Menschen im letzten Gericht und im künftigen Leben klar verstehen. Jetzund aber sollten wir dieses wissen, daß man bei göttlichem Befehl und Wort zu bleiben schuldig ist, und daß man die Communion und Meß nicht in andre Werk verkehren sollt, denn wie sie von Christo geordnet, und wie die selbig Ordnung von der Aposteln Brauch und Haltung in der ersten Kirchen Zeugniß hat. Nämlich, daß das Volk zusammen kommen soll; denn Gott will, daß seine Kirch öffentliche ehrliche Versammlungen halte, daß sein Evangelium öffentlich vor allen Creaturen gepredigt und gehört, und Er und der Heiland Christus öffentlich gepreiset und angerufen werden, wie viel Sprüche sagen: es sollen Völker und Könige zusammen kommen und dem Herrn dienen, Ps. 102. In dieser Versammlung soll man zum Gebeth und zur Lehre etwas aus göttlicher Schrift singen oder lesen, wie solchs allezeit in der christlichen Kirchen gehalten. Item, man soll auch eine christliche Predigt thuen, wie Christus gebothen, bei seinem Abendmahl seinen Tod und seine Auferstehung und Gaben zu verkündigen, das ist zu predigen. Und sollen die Leut sämptlich zum Gebeth vermahnet werden, wie denn Christus eine sonderliche Verheißung zu solcher Versammlung Gebeth gegeben. Denn er uns dazu treiben und anhalten will, daß wir selbige Versammlungen gerne helfen erhalten, dazu kommen, und uns sämptlich gemeiner Noth annehmen. Darum soll man dabei bethen für geistliche und weltliche Regiment, um Frieden, Früchte und eigne Nothdurft, geistlich und leiblich ꝛc.

Dabei soll denn die Communio gehalten werden, nämlich also, daß der Priester nach dem Gebeth den Befehl Christi ernstlichen und mit Andacht spreche, und wisse was er thue, und hernach den Leib Christi und das Blut Christi austheile zu nießen ihm und andern, so zur Communion zugelassen, und vorhin verhört und absolvirt sind, und nicht in öffentlichen Lastern verharren, welche auch rechten Verstand haben sollen, was dieses Sacrament sey, nämlich Nießung des wahren Leibs und Blutes Christi, und wozu diese Nießung zu thuen, nämlich daß der Glaub erweckt und gestärkt werde: dieweil uns Christus durch diese seine Ordnung seinen Leib und Blut gebe, daß er uns gewißlich zu [10]) Gliedmaßen mache, vergebe uns unser Sünd aus Gnaden um seines Todes willen, nicht von wegen dieses unsers Gehorsams, wolle uns gnädiglich erhören und regirn ꝛc. Item, daß wir für seinen Tod und Auferstehung, und alle Gaben hie danken. Item, daß wir hiebei auch erkennen, daß wir Eines [11]) Heilands Christi Gliedmaß sind, und sollen gegen allen Gliedmaßen Lieb und Gutes erzeigen unserm Heiland Christo zu gefallen ꝛc.

Dieses ist die alte und reine Form der Meß und Communion, wie sie Christus eingesatzt und geordnet, und wie sie von den Aposteln in der ersten Kirchen gehalten, wird auch also durch Gottes Gnad in unsern Kirchen mit Andacht und christlicher Reverentia gehalten. Und ist hoch von nöthen, daß alle Christen, und besonder die hohen Regenten, helfen zu Erhaltung dieser rechten Communion und Messe, und betrachten, wie grausame Mißbräuch dagegen eingeführet.

Erstlich ist öffentlich und unleugbar, daß der großer [12]) Theil Priester in aller Welt allein um der Nah-

---

10) Excidit hic haud dubie: seinen. In latino: *adiungit nos sibi tanquam membra.*

11) Cypr. eines, sed consilio scripsit Crucigerus Eines, ut supra etiam Er pro er.

12) Cypr. mendose: größte.

rung willen Priester werden und Meß halten, und bleiben im Unverstand, wissen nicht, wozu dieses Werk eingesetzt ist, und üben die Ceremonien wie die Kinder; viel auch sind und verharren in öffentlichen Lastern. Nu sind dieses schreckliche Sünde und Verunreinigung göttlichs Namens wider das ander Geboth und wider diesen Spruch Pauli zu'n Corinthern: sie machen sich schuldig am Leib und Blut Christi; item, sie nießens ihnen zur Verdammniß. Diese Sünd bringen ewige Verdammniß, und viel zeitlicher Strafen, Krieg und Zerstörungen, und sind alle Regenten, geistlich und weltlich, schuldig, diese grobe öffentliche Verunreinigungen des Sacraments soviel möglich zu verhüten. Das ist ganz gewiß und öffentlich.

Zum andern wird die Meß gerühmet, und ist durch diesen falschen Schein also in der Welt gemehret, nämlich daß der Priester ein Opfer halte, dadurch er den Lebendigen Vergebung der Sünden, und den Todten Erlösung aus dem Fegfeuer verdiene, wenn gleich der Priester in öffentlichen Lastern liege. Nu ist öffentlich, daß die Communio oder Meß nicht für die Todten eingesetzt ist. Denn der Text gebeut ausdrücklich, man soll dabei des Todes Christi gedenken ꝛc., welches nicht auf die Todten zu ziehen. So ist auch öffentlich, daß die Lebendigen nicht Vergebung der Sünd erlangen von wegen dieses oder eines andern Werks anderer Menschen, sondern allein um Christi willen durch eigenen Glauben, laut der hohen heilsamen Lehr vom Glauben, wie der Spruch sagt: der Gerechte lebet seines Glaubens. Nu hanget die Welt an der Meß als einem solchen Werk und Verdienst, und meinen die großen Herrn und andre, wenn sie eine Meß gesehen haben, so haben sie Gnad, Glück und Heil, ob sie gleich sonst in öffentlichen Sünden verharren; und kommen viel großer Ursachen zusammen, daß die Welt fest ob diesen Irrthumben und Mißbrauch der Messe hält. Erstlich sind viel hoher weiser Regenten, die sagen, man soll alle Aenderung meiden, und so die Meß nachgelassen würde, hätte das Volk kein Gottesdienst, bliebe ganz aus der Kirchen, würde heidnisch ꝛc. Weiter, sind Gewohnheit, Genieß, Autorität des Priesterlichen Standes große Ursach, daß man so fest ob der Meß hält. Darum wissen wir wohl, daß die Reformatio der Communio und Meß sehr schwer ist. Dieweil aber die gedachten Irrthumb und Mißbräuch so ganz grob und greiflich sind, ist hoch von nöthen, daß solche Verunreinigung des Sacraments nicht veracht werde. Und ist dieses allein der sicher Weg, daß man den ersten und alten Brauch der Communio und Meß wiederum anrichte, und Kaufmeß und Privatmeß fallen lasse[13]), sondern halte an Sonntagen und andern Feiertagen, und an andern Tagen, so jemand der Communio begehret ein christliche ehrliche Meß, darin der Priester etlichen verhörten und absolvirten Personen, wie gesagt ist, den Leib und das Blut Christi reiche.

Weiter ist dieses auch zu bedenken. Dieweil der gemeine Mann nu dieses weiß, daß recht und von Christo geordnet ist, daß man beide Gestalt des Sacraments reichen und nießen soll: so sind viel, die mit Beschwerung des Gewissens und in Zweifel, ob sie recht thuen, die eine Gestalt allein empfahen, und ist davon in viel Landen, Beyern, Oestrich, Julich und Niederland große Klage. Nu verhindert dieser Zweifel rechte Gottes Anrufung, und macht das Herz unwillig gegen Gott, und scheuend vor dem Sacrament, und folget oft endliche Verzagung. Diese Last der Gewissen sind alle Potestat schuldig weg zu thuen. Darum wäre hoch von nöthen, beide Gestalt wiederum anzurichten. Also ists auch mit den Priestern an vielen Orten. Viel wissen, daß sie unrecht thuen, daß sie um der Gewohnheit willen und aus Zwang Privatmeß oder Todtenmessen halten, und werden doch also hart durch die Herrschaften gedrungen, daß sie solche Meß halten. Diesen betrübten Gewissen sollten billig die Potestat helfen, laut der Regel, daß keine menschliche Satzung in der Kirchen zu Verderb dem Gewissen und Verhinderung göttlicher Anrufung, und rechter von Gott gebothener Werk gestärkt werden soll, wie Paulus spricht: uns ist Gewalt gegeben nicht zum Verderben, sondern Besserung zu schaffen, und Christus straft die Pharisäer Matth. 15., daß sie mit ihrem Menschen Gesetz göttliche Geboth verhinderten.

Ach Gott gib Gnad, daß die hohen Potentaten auch diese große Sachen betrachten, und darauf gedenken, daß Abgötterei und Verunreinigung göttlichs Namens und der Sacrament abgestellt, und dem Zweifel der Gottseligen Trost gegeben, und rechte Gotteserkenntniß und Anrufung, rechte Gottesdienst und Besserung angericht werde. Es sind diese Sachen nicht also verborgen oder subtil, daß sie ein gottfürchtiger christlicher Mensch nicht richten könne, sondern die Wahrheit ist klar und leicht zu verstehen dem, der sie von Herzen begehrt.

Weiter so ist ganz öffentlich, daß die Verfolgung wider beide Gestalt, wie auch wider andre öffentliche Wahrheit eine große Sünde ist, die Gottes Zorn und schreckliche Plagen verursacht, wie Christus Matth. 23.

---

13) Cypr. läßt, mendose.

gesprochen hat: es werde über die Verfolger alles Blut der Gerechten kommen, das vergossen ist von Abel an bis auf Zachariam ꝛc. Wer nu Gott fürchtet, und sich der Verfolgung nicht will theilhaftig machen, und nicht will schädliche Irrthumb und Verunreinigung des göttlichen Namens helfen stärken, der soll billig zu rechter Reformation diesem und andern Artikeln helfen, und nämlich in diesem Artikel dahin arbeiten, daß die Kirchen recht vom Sacrament des Leibes und Bluts Christi unterwiesen, was da gereicht werde, und wozu diese Nießung eingesetzt und nützlich sey, und die Communio mit rechten Verstand und Glauben und mit rechter Zucht gehalten werden, daß nicht das heilig Sacrament den Säuen fürgeworfeen werde, wie es leider schrecklich zu sehen ist in aller Welt bei dem großen Haufen der ungelehrten und gottlosen Pfaffen und Mönche, die mit ihrem Meß halten allein dem Bauch dienen. Item bei den Anabaptisten und andern, so die Sacrament lästern und sagen, man reiche allein da Brod und Wein, und seyen allein Zeichen, damit die Christen unter sich ihre Einigkeit erzeigen, und seyen nicht Zeugniß göttlicher Gaben gegen uns; vertilgen also die Lehr vom Glauben ꝛc.

So ist klar aus den Historien der alten Kirchen, daß bei dreihundert Jahren nach der Aposteln Zeit die Privatmessen noch nicht gewöhnlich gewesen, und sind hernach eingeschlichen aus Unverstand, und aus Geiz gemehret worden. Es wäre auch gut, so Gott Gnad gäbe, zur Einigkeit, daß ein ziemliche Gleichheit der Meß gehalten würde mit ehrlichen Ceremonien, mit vorgehender Beicht der Communicanten, mit dem Stehen vor dem Altar, daß nicht eine solche Unordnung, wie an etlichen Orten ist, daß die Priester hinter dem Tisch stehen ꝛc.

Vom Anrufen der verstorben Heiligen.

Hie wollen wir diesen Artikel auch anhängen. Denn es ist ganz öffentlich, daß die Welt voll Abgötterei ist mit dem Heiligendienst. Gott spricht ja klar Matth. 4.: du sollt den Herrn deinen Gott anbethen, das ist, der sich dir durch sein Wort und Zeugniß geoffenbaret hat, und dem allein dienen. Nu weiß man, wie eine Zuflucht zü den Heiligen ist, gleich als gäben sie zeitliche oder ewige Güter, welches doch öffentliche Abgötterei ist.

Es wollen aber etliche diese grausame heidnische Gewohnheit färben und schmücken, und sagen, die Heiligen möge man anrufen als Vorbitter, nicht als Schöpfer oder Wirker der Gaben. Darauf ist ein klare Antwort, daß man in Gottes Volk keine Anrufung predigen, aufrichten oder bestätigen soll, die in Gottes Wort kein Geboth oder Exempel hat. Nu weiß man, daß durchaus in der Propheten und Apostel Schriften kein Geboth und kein Exempel von solcher Anrufung zu finden. Item, was nicht aus Glauben ist, das ist Sünd, Röm. 14. Nu ist kein Gotteswort von diesem Anrufen; darum soll man es nicht bestätigen. Ueber das, so ist dieses wahr, daß der Menschen Herzen erkennen, und Anrufung in aller Welt hören, allein dem allmächtigen Wesen gebührt. Wer nu die verstorben Heiligen anrufet, der gibt ihnen diese Ehre und Macht, daß sie die Herzen erkennen und Anrufung in aller Welt hören. Damit wird ihnen Allmächtigkeit gegeben. Das ist ja öffentliche Abgötterei. Darum sind alle Regenten, geistlich und weltlich schuldig, diesen Irrthum und Mißbrauch abzuthuen. Was ist doch dieses für eine Härtigkeit, daß man der Heiligen Anrufung noch bestätigen will, so man doch die grausamen Mißbräuch vor Augen siehet, und darüber weiß, daß ganz kein Wort oder Exempel in göttlicher Schrift stehet, daß diese Anrufung Gotte gefällig sey.

Daraus folget nicht, wie uns etliche schuld geben, daß wir die Heiligen nicht ehren oder lieben; item, daß wir viel alte Fest zu nichten machen. Gott und unserm Heiland Christo, als den allmächtigen Wesen, gehöret die Anrufung; aber den Heiligen gehört andre Ehre. Und kann ein gottfürchtiger, gelehrter Prediger viel hoher nützlicher Lehr aus ihren Historien den Leuten fürtragen.

Erstlich, daß an ihnen zu lernen von der hohesten Gnad und dem hohesten Werk Gottes, daß sich Gott geoffenbaret hat, und ihnen, nämlich den Propheten und Aposteln, sein Wort gegeben, und gewisse Zeugniß dazu gethan, und hat ihm durch diese Person eine Kirche gesammlet. Diese Wohlthat sollt man preisen, betrachten und dafür danken, so man von Heiligen sagen wollt.

Zum andern ist in aller Heiligen Historien das ganze Kirchenregiment zu bedenken, daß er ihm für und für eine Kirchen versammlet, viel beruft, stärkt ꝛc.

Zum dritten sind allerlei Exempel göttlicher Gnade in ihnen zu betrachten; wie Gott David, Petro, Paulo und allen andern ihre Sünd vergeben, also will er auch gewißlich uns vergeben ꝛc.

Zum vierten, wie er seine Heiligen gestraft, errett, unter das Creutz geworfen und getröstet hat, daran sollen wir erkennen, wie er die Heiligen regirt.

Zum fünften sind sie selbs auch zu loben, daß sie Gottes Gaben fleißig behalten, haben ein züchtig Leben geführt ꝛc., haben studirt, Gottes Wort gelernet und geübet, welche Tugenden uns ein Exempel und Vermahnung seyn sollen.

Von diesen Stucken kann und sollt man reden, so man der Heiligen gedenkt. Daraus auch rechte Ehrerbietung und Liebe gegen Heiligen im Himmel und auf Erden folget. Was ist schöners, einen vernünftigen Menschen zu sehen denn einen solchen Mann wie Joseph oder David? Erstlich daß man Gott an ihnen erkennt, der sich durch sie geoffenbaret. Darnach daß man bedenkt an ihnen, wie Gott seine Kirche sammlet und regirt. Zum dritten, daß man die schönen Tugenden in ihnen mit großem Lust und Sehnen anschauet. Das bringet auch Ehrerbietung und Liebe gegen Heiligen auf Erden.

Vom Ehestand.

Hie wird auch des Ehestands gedacht, dieweil ihn etliche unter den Sacramenten zählen, und ist davon kein Zwiespalt, was der Ehestand sey, wie männiglich weiß, daß durch Gottes Gnad in unsern Kirchen von diesen dreien Ständen nöthiger christlicher und heilsamer Unterricht geschehen, nämlich vom Ehestand, Kirchenampt und Fürstenampt, von welchen doch die Päpst und Mönch viel Irrthumb in der Welt gestrauet. Davon ist aber jetzund der Streit, welchen Personen der Ehestand zuzulassen? ob auch den Priestern und Personen, so in Clostern gewesen, die Ehe zuzulassen? Dieses, sagen wir, sey ein nöthig Stuck der Reformation, daß der Ehestand den selbigen Personen, Priestern und Closterpersonen zugelassen werde, und das alte schändlich und schädlich Verboth abgethan und ausgetilgt werde; wie St. Paulus klar das Verboth der Ehe nennt Teufelslehre.

So ist vor Augen und bekannt in Historien, daß dieses Verboth große Unzucht, Verzweifelung und ewige Verdammniß vieler hunderttausend Menschen verursacht, an welcher ewigem Elend schuldig sind die Regenten, die dieses Verboth gemacht und gewilligt haben, und sind furthin an die jetzigen und künftigen Sünden und Verderben schuldig alle, so dieses Verboth schützen. Und ist ja schrecklich, daß man dieses Verboth mit Morden[14]) handhaben will, wie man weiß, daß viel Priester getödtet sind allein aus dieser Ursach, daß sie ehelich worden, und ist daran auch zu sehen, daß dieses Verboth vom Teufel ist, wie Paulus spricht, dieweil man es mit Morden zu erhalten untersteht. Es sind nu in Deutschland über zehntausend eheliche Priester, die so viel frommer ehelicher Frauen und viel mehr Kindlein haben, deren viel sind, die Gott recht und seliglich dienen, Gott recht anrufen und preisen und zu ewiger Seligkeit kommen, und ewige Gliedmaß Christi bleiben werden. An solchen Gliedmaßen Christi sich zu vergreifen und Blut vergießen anzurichten wäre ganz schrecklich.

Es ist auch ferner gemeine Nothdurft der Kirchen zu bedenken. Denn so man das Eheverboth nicht abthuet, werden die Kirchen nicht Seelsorger und Prediger haben. Denn gottfürchtige Leut fliehen jetzund den Priesterstand derwegen, daß sie ihr Gewissen nicht mit diesem Verboth und Sünden, die es mitbringet, beladen wollen; wie man weiß, daß löbliche Fürsten, Graven und Edlen ihre Canonicat verlassen haben, damit sie nicht in Unzucht lebten; und geschieht dergleichen viel von geringen, doch gottfürchtigen Personen und guten ingeniis. Ueber dieses alles ist ja schrecklich, daß man lieber Ehelose, leichtfertige, unzüchtige, ungelahrte Priester haben will, denn Eheliche, gottfürchtige, gelahrte Personen.

Was ferner zur Erhaltung des Ehestandes in rechter christlicher Zucht zu bedenken, ist den geistlichen Gerichten zu befehlen, so die selbigen recht angerichtet würden.

Bis anher ist geredt von christlicher Lehr und von den Sacramenten, welche Stuck erstlich und fürnämlich in christlichem Leben und der Kirchenregirung nöthig zu wissen und zu halten, und treulich zu pflanzen und zu handhaben. Und dieweil kein Mensch und kein Engel Macht hat, den ewigen unwandelbaren Willen Gottes, den er im Evangelio geoffenbaret, in der Lehr, Gebothen und Sacramenten von ihm befohlen, zu ändern, [so] sollen auch wir nichts daran verändern, und aus eigner Weisheit anderes, das dem Evangelio zuwider oder ungewiß ist, aufrichten. Der Teufel hat diese Anfechtung im Paradiese angefangen, und hernach die Heiden, auch Israel, und das Christenthumb also geplaget, daß sie Gottes Wort aus den Augen gethan, und eigne Gedanken von Gott gedichtet. Daher haben die allervernünftigsten Heiden, Egypter, Syrier, Chaldäer, Grecken, Römer, so mancherlei Gottesdienst aufgericht, und ihre weltliche Regiment damit gebunden. Das soll die rechte Kirche Gottes nicht thuen, sondern soll bei Gottes Wort bleiben, und den einigen ewigen Verstand der Propheten und Apostel bewahren und erhalten, wie Galat. 1. geschrieben stehet: so ein Engel vom Himmel ein ander Evangelium predigen würde, denn ich euch predigt habe, soll er verbannet seyn. Und ist allen Menschen gebothen, die einige ewige Wahrheit zu lernen, zu handhaben und zu bekennen, wie der ewige Vater vom Himmel spricht von

14) Cypr. mendose: Worten.

Christo: diesen sollt ihr hören. Item Matth. 10.: wer euch bekennet vor den Menschen, den will ich auch bekennen vor meinem himmlischen Vater.

Nu folget das dritt Stuck von dem Predigampt oder Ministerio Evangelii, darin von den Personen und von den Bischofen zu sagen.

Vom Predigampt und Bischoflichem Regiment.

Wie die hohen weisen Regenten weltliche Königreich fassen mit Hoheit der Personen, Ordnung der Wahl und Succession, Bestimmung der Städt, mit Gesetzen, Gerichten, Execution, Schutz und Gütern, und solche Fassungen gerathen einem und dem andern nicht; als Cyro, Augusto und etlichen mehr ists gerathen, es ist aber vielen, als Pisistrato, Pompeio und andern nicht gerathen, denn es muß auch Gottes Will und Gabe dabei seyn: also viel mehr im Kirchenregiment haben die Weisen viel großer Mühe und Arbeit gehabt, Hoheit der Personen, Wahl und Succession zu ordnen, und Bisthumb aufzurichten und zu handhaben der Kirchen zu gut. Es ist aber sehr ungleich gerathen. Denn wenn sie gleich solchs wohl gefasset haben, so sind dieselbigen Bischofe und regirende Personen selb Zerstörer der Kirchen worden; wie man öffentlich siehet, das nu viel hundert Jahr die Bischofe und ihre Höfe der christlichen Lehr wenig geacht haben.

Gott hat selbs einmal auch ein Bistumb gefasset mit Aharon, das ist etwas über tausend Jahr gestanden, und hat doch mancherlei untüchtiger Bischof gehabt. Zuvor ist Gottes Wort und Kirche länger denn zwei tausend Jahr geblieben, obgleich kein gefaßte Bistumb, an gewisse Ort und Succession gebunden, die Zeit gewesen. Und hernach im Judenthumb sind oft Propheten und Prediger von Gott erweckt, die durch die hohen Bischofe verfolgt sind. Darum ist Unterschied zu merken zwischen dem Predigampt, das Gott zu aller Zeit der Kirchen gegeben hat, und gnädiglich selb für und für erhält, und der Bischoflichen Hoheit, an große Ort und Personen und Succession gebunden. Paulus sagt Eph. 4., der Herr Christus sitze zur rechten Hand seines ewigen Vaters, und gebe seiner Kirchen Gaben, nämlich Propheten, Apostel, Hirten und Lehrer, und setzet weiter dazu, daß Christus darum diese Prediger sende, und erhalte, daß ein einträchtige gewisse Lehr in der Kirchen bleibe, wie sie auch von Adam bis auf diese Zeit in der rechten Kirchen blieben ist, und daß die Kirch nicht von Gottes Wort abgeführt, und in mancherlei Irrthumb getrieben werde, wie die Heiden täglich neue Gottesdienst erdichten. Hie zeuget St. Paulus klar, daß durch Christum das rechte Predigampt in der Kirchen erhalten wird, nämlich also, daß Christus selb für und für rechte Prediger erwecket und erhält, die sein gegeben Evangelium rein lehren, und, so es verdunkelt, wiederum klar machen; und ist kräftig mit dem Predigampt, sammlet ihm sein ewige Kirchen, gibt seinen heiligen Geist, erhält also selb sein Buch, Prediger und Schüler, wie in Esaia geschrieben stehet, Esa. 51.: ich habe meine Wort in deinen Mund gelegt, und will dich schützen unter dem Schatten meiner Hand, daß du mir den Himmel pflanzen sollt 2c. Und ist diese Verheißung oft wiederholet allen Christen zu großem Trost, daß wir wissen, daß Gott seine Kirch, Lehr uud Predigampt selb erhalten will. Denn so es auf menschliche Fürsichtigkeit, Fleiß, Macht und Schutz gebauet wäre, so hätte es einen schwachen Grund, und wäre bald ganz vertilget mit den Städten und Königreichen, die zerrissen werden, wie die heidnischen alten Religion mit ihren Städten und Königreichen vertilget sind. Aber Gott spricht im gedachten Kapitel Esaiä, er wolle sein Predigampt und Evangelium um sein selbs willen und seines Namens willen erhalten und nicht vertilgen lassen. Also spricht Christus auch im andern Psalmen, er wolle predigen von diesem Wort: der Herr hat zu mir gesagt, du bist mein Sohn 2c. Diese seine Predigt wird Christus für und für thuen durch sich und seine Diener, und nicht unterdrucken lassen.

Das sey erstlich gesagt vom Predigampt, daß man wisse, daß wir bekennen, wie es auch ewige unwandelbare Wahrheit ist, daß das Predigampt und Dienst der Sacrament nöthig ist, und daß die Kirche daran gebunden ist, und daß kein Gottes Volk, keine Auserwählten sind, ohne allein in dem Haufen, da die Stimme des Evangelii und die Sacrament sind.

Zum Andern ist weiter diese große Wohlthat zu erkennen und dafür zu danken, daß Gott der Kirchen befohlen hat, daß sie selb Personen zum Predigampt und Dienst der Sacrament wählen soll, und will durch dieselbigen von der Kirchen erwählten Personen kräftig seyn, erweckt viele unter den selbigen, und erleucht sie mit besondern Gaben zu Besserung der Kirchen; wie Paulus Tito befohlen, daß er Priester in die Städte setzen und verordnen sollt, und wird der Ordinatio zu Timotheo auch gedacht. So weiß man, daß gewöhnlich gewesen, daß die Kirch, das ist ehrliche und gottfürchtige Personen aller Stände, haben Bischofe berufen und erwählet.

Zum Dritten ist wahr, daß man den Personen, die zum Predigampt und Dienst der Sacrament berufen

sind, und also das hoch göttliche Werk ausrichten, das Evangelium recht lehren und die Sacrament nach göttlichem Befehl reichen, sie heißen Bischofe, Pfarner, Seelsorger oder Pastores, aus Gottes Befehl Gehorsam in allen Sachen, die das Evangelium gebeut oder verbeut, schuldig ist, bei Vermeidung ewiger Verdammniß; laut dieser Spruch: wer euch höret, der höret Mich, und wer euch verachtet, der verachtet Mich.

Weiter ist man schuldig, den selbigen Seelsorgern gehorsam zu seyn in den Kirchengerichten, welche mit der Kirche sollen bestellt seyn, also daß der Beklagte erscheinen, und, so er überwiesen ist, die Straf annehmen soll. Darnach sind äußerliche Ordnungen der Zeit und Lection, so in rechtem christlichen Verstand von den Seelsorgern nach Gelegenheit jeder Ort gemacht werden. Darin ist das Volk Gehorsam schuldig so fern, daß es nicht ärgerlich dagegen handle zu unnöthiger Zertrennung der Kirchen.

Und in Summa, dem Predigampt oder Ministerio Evangelii, dadurch Gott wirket und bei uns ist, ist man rechte herzliche Ehrerbietung mit rechter Demuth schuldig, und ist der hohest Gottesdienst, dieses Ministerium helfen erhalten mit Nahrung, Schutz und aller Gutwilligkeit. Darum auch Gott reiche Belohnung den Gottfürchtigen, so dem Ministerio Gutes erzeigen, verheißen; wie Christus spricht: wer dem geringsten unter den Meinen einen Trunk Wasser gibt, um der Lehr willen, dem soll es belohnet werden rc.

Das ist in gemein geredt vom Predigampt, das ist, von allen Seelsorgern, so in der Lehr und Reichung der Sacrament ihren Beruf, jeder an seinem Ort, recht ausrichten.

Darüber spricht man weiter: unter diesen Seelsorgern muß dennoch eine Ordnung seyn; sie haben nicht alle gleiche Gaben, können nicht alle Richter seyn in schweren Artikeln der Lehre; sie können nicht alle die Gericht ordnen und halten. Und dieweil in dieser elenden Natur für und für allerlei Gebrechen fürfallen, müssen etliche besondre Ort und Personen seyn, da man sich Raths zu erholen wisse, item, die auf andre ein Aufsehen haben; und die selbigen Ort müssen mit Personen und Unterhaltung also versorgt seyn, daß es, so viel menschliche Fürsichtigkeit bedenken kann, eine beständige Ordnung sey. Darum müssen Bischoffe, als ein Grád über andre Priester, seyn, und dieselbigen müssen bestellte Regiment haben, und bedürfen viel Personen zur Ordinatio, zu Unterweisung der Ordinanden, zur Visitatio, zun Gerichten, zu rathen, zu schreiben, zu Bothschaften, zu den Synodis und Concilien; wie zu sehen, daß Athanasius, Basilius, Ambrosius, Augustinus viel zu thuen gehabt, ihre und frembde Kirchen bei rechter Lehr wider allerlei Ketzer zu behalten. Zu dieser ihrer Abeit haben sie viel Personen brauchen und schicken müssen rc. So nu die jetzige Form der Episcopat zerrissen würde, wollte eine Barbarei folgen und eine Verwüstung, der niemand kein Ende sehen könnt; denn die weltliche Potestat und Fürsten sind beladen mit andern Sachen, und wenig sind, die der Kirchen achten, oder der Lehr nachdenken *).

Antwort: Wir sehen nicht gerne Unordnung, und wündschen von Herzen, daß die Bischofe und ihre Mitregirende Personen ihr bischoflich Ampt thuen wollten, und erbiethen uns auf diesen Fall zu Gehorsam, nämlich, so sie Verfolgung christlicher Lehr nachlassen, und sind nicht Tyrannen oder Mörder unser armen Priester, sondern fahen an zu pflanzen reine Lehre des Evangelii, und christliche Reichung der Sacrament, und helfen solches handhaben. Ist doch die Spaltung dieser Zeit erstlich von den Bischofen verursacht, die uns verbannet, und unsere Priester ermordet haben, die ihnen nicht Arges gethan, sondern für sie in der Kirchen nützlich und seliglich gearbeitet, und haben ohne Zweifel vielen Menschen zur Seligkeit gedienet. Und so die Bischofe fortfahren mit Verfolgung christlicher Lehr, wie sie bis anher gethan, so können wir Priester und Lehrer keine Einigkeit mit ihnen machen. Was unsre Fürsten und Oberkeiten thuen wollen, mögen sie selb bedenken. Wir aber, die wir jetzund im Ministerio Evangelii sind, werden mit den Verfolgern keine Einigkeit machen, und wollens Gotte befehlen, der der gerechte Richter ist, und zugesagt hat, das Ministerium Evangelii zu handhaben, welchen Theil, und wie er uns erhalten will; wie die Apostoli von Gott haben warten müssen, wie er sie und die Kirch für und für erhalten wolle. Denn wie zuvor gesagt, wir wissen wohl, daß das Ministerium Evangelii nicht auf menschlichen Willen und Macht gebauet ist, sondern unser Heiland Christus will es wunderbarlich erhalten, wie in Osea geschrieben stehet: ich will ihnen helfen, aber nicht mit Bogen und Schwert, sondern durch den Herrn ihren Gott rc. Und ist in Summa zu christlicher Concordia und Einigkeit kein ander Weg, denn allein dieser, daß die Bischofe rechte Lehr und christlichen Brauch der Sacrament pflanzen, und daß wir alsdann ihnen als Kirchenprälaten unterthan seien, welches wir uns zu thuen erbiethen.

---

*) Haec omnia sunt obiectiones adversariorum, quae recitare incoeperant verbis: Darüber spricht man weiter.

Mehr und höher können wir uns mit gutem Gewissen und ohne Verletzung göttlicher Ehre nicht erbiethen und thuen.

Aus diesem unsern Erbiethen ist auch öffentlich, daß wir und alle unsre Kirchen genugsam entschuldiget sind, so man uns auflegt, wir richten Ungehorsam und Spaltungen an. Darauf ist dieses unsre Antwort, daß wir uns zu Gehorsam erbiethen, so man uns nicht zu Verleugnung göttlicher Wahrheit dringen will. Und so sie fürgeben, die Sachen bedürfen noch Erkenntniß, so sollten sie uns auch nicht vor einer rechten christlichen Cognition verdammen und verfolgen. Viel aber unter ihnen selb wissen, daß unsre Lahr in dem Verstand, wie sie durch uns nu oft auf den Reichstagen und sonst bekannt und erkläret ist, und sine calumnia zu verstehen, recht und christlich ist.

Weiter, so nu die Bischoffe christliche Lehr pflanzen wollten, und also Einigkeit würde, welche furthin der Christenheit nützlich dienen wollten, die sollten auch ihre nöthige Aempter bestellen. Und wiewohl etliche die Reformation der Bischoffe auf die alten Canones richten, so ist doch zwischen nöthigen und von Gott gebothenen Werken, welche die Zeit und Veränderung der Königreich nicht ändern sollt, und zwischen menschlichen Ordnungen, die sich mit der Zeit und Königreichen für und für verändern, Unterschied zu merken; wie alle Verständigen wissen, daß Göttlich und ewig Recht ein ander Ding ist denn menschliche vergängliche Ordnung von mittlen Dingen. Als, wenn der Rath zu Sparta, die jetzund noch stehet, die alten Gesetz Lycurgi wiederum aufrichten wollt, daß man alle Acker in gemein bauen müsse, und die Früchte nach eines jeden Hausvaters Nothdurft austheilen. Das wäre ein unnöthig Ding und brächte viel Zerrüttung. Daß aber ein Rath zu Sparta göttliche Geboth halte, strafe die Mörder rc., dieses ist von nöthen.

Also in dieser Reformation weiß man, daß alle Regirung bedürfen Güter und Unterhaltung vieler Personen. Sollen nu Bischöffe seyn, die auf andre ein Aufsehen haben, so müssen sie Güter haben. Und ist wohl wahr, daß weltliche Regirung, und Ueberfluß der Güter, der geistlichen Regirung und den Studiis Verhinderung bringet, und ist vor dieser jetzigen Zeit von vielen geklaget, daß Prälaten der Kirchen mit weltlicher Regirung und Gütern zu viel zu thuen haben; gleichwohl weil die Regiment und Güter nu also geordnet sind, und gottfürchtige Bischöffe konnten sie recht brauchen: so lassen wir diese Ordnung, wie sie ist, und wollen, daß gleichwohl auch diese Bischoffstift, Herrschaften und Landschaften zu rechter heilsamer Lehr und Erkenntniß Christi gebracht würden, und daß nicht das heidnische Wesen, so jetzt in Stiften ist, also bliebe, wie es leider vor Augen, daß die Thumbherrn gemeiniglich nichts wissen von christlicher Lehr, sind freche unzüchtige Leut, und über das verachten sie das Ministerium Evangelii ganz, welches ihr fürnehmst Werk seyn sollt. Denn erstlich*) sind die Stift sehr züchtige ehrliche Versammlungen der heiligsten und gelehrtesten Männer auf Erden gewesen, sampt ihren Schülern. Also haben Johannes der Evangelist, und hernach Polycarpus, und viel andere, sehr schöne Versammlungen der heiligsten und gelehrtesten Männer um sich gehabt, und wäre nichts schöneres auf Erden zu sehen, denn solche Collegia. Wie aber dagegen jetzund die Kapitel eine Gestalt haben, das wollt ein jeder selbs betrachten. Nu sind gleichwohl viel in Kapiteln, die nicht Epicurei sind, sondern fürchten Gottes Gericht. Diesen wollten wir auch gerne zur Seligkeit dienen, und, so viel Gott Gnad verleihen wollt, diese jetzige Bistumb zu Besserung bringen. Denn diese letzte Zeit der Welt wird nicht mehr aus den Thumbkapiteln Eliae oder Elisaei Schul machen; doch so sie wollten, könnten sie dennoch der Kirchen nützlich dienen mit Erhaltung nöthiger Aempter und der Güter, dazu man auch Leut bedarf. Arm seyn ist nicht Heiligkeit; reich seyn ist auch nicht Sünd; weltliche Herrschaft haben ist nicht Sünd, obgleich schwer ist, zugleich weltliche und geistliche Regirung zu tragen. Doch könnte ein gottfürchtiger Bischof sich recht darein schicken; wie David, Ezechias, Constantinus, Theodosius, und jetzund viel weltliche Herrn zugleich ihrer weltlichen Regirung warten, und dennoch ein ziemlich Aufsehen auf die Kirchen haben.

St. Paulus hat nichts mit den Kaiserlichen Sachen zu thuen gehabt, hat allein seines Ampts gewartet; aber St. Ambrosius hat neben seinem Ampt auch zwischen dem Kaiser Valentiniano dem andern, und Maximo ein Händler seyn müssen, wie auch jetzund ein frommer Pfarher viel Sachen zwischen seinen Nachbarn hören und vertragen muß. Und St. Bernhardus war Händler zwischen dem Kaiser Cunrado und dem Kaiser Lothario. Solches ist nicht unrecht. Und man mache Canones wie strenge man wolle, wenn die Personen nicht gottfürchtig sind, und das Ministerium verachten, so ist der Kirchen durch die Canones nichts geholfen. Dagegen so die Personen gottfürchtig sind, und gern zu Erhaltung des rechten Ministerii dienen wollen,

*) i. e. Anfangs.

und die Kirchen nicht für einen Saustall halten, so können sie im jetzigen Stand der Fürstenthumb und Güter recht thuen, und der Kirchen nach ihrer Maß dienen.

Derhalben stehet diese unsre Reformation nicht auf Menschengebothen, sondern allein auf den nöthigsten göttlichen Gebothen.

Erstlich ist bei ihnen selb bekannt, daß Gott den Bischofen für allen Dingen gebothen, das Predigampt durch sich selb oder andere recht zu bestellen, und rechte christliche Ceremonien zu halten. Darum sollen die Bischofe gottfürchtige gelahrte Männer in ihre Stift und Herrschaften verordnen, die recht lehren. Dazu können sie wohl Präbenden finden, so der Wille gut und christlich ist, und sollen die Mißbräuch in Ceremonien abschaffen.

Zum andern, wissen sie auch, daß Gottes Geboth ist, daß sie die Ordination mit rechtem Ernst, nämlich mit gebührlichem Examen und Unterweisung halten sollen. Es wissen die Bischofe selb wohl, daß die Ordination vor Alters für das einige, besondre und eigene Werk der Bischof gehalten worden, ohne Zweifel nicht ohne Ursach, nicht allein zu Erhöhung des Stands, sondern viel mehr darum, daß größer Fleiß geschehe mit dem Examen und mit der Unterweisung, daß untüchtige Personen nicht zugelassen würden, sondern allein tüchtige, wie St. Paulus spricht 1 Timoth. 5.: du sollt niemand bald die Händ auflegen 2c. Und so das Examen und die Unterweisung recht gehalten wird, hilft solchs zu Verstand und Einträchtigkeit in der Lehr.

Zum dritten ist dieses auch Gottes Geboth, acht haben für und für auf die Pfarher und Prädicanten, daß sie recht lehren und regirn. Dazu fürnämlich die Visitatio vor Alters gehalten, und jetzund hoch von nöthen ist, nämlich daß die Bischofe etliche gottfürchtige, gelarte Männer haben vom Kapitel oder sonst, die im Land oder Diocesi zu gelegner Zeit die Kirchen besuchen, und die geringen Prädicanten abermal verhören und unterweisen, dergleichen auch sich erkunden, was das Volk verstehet und lernet; item, Erkundung halten von des Pfarhers und der Leute gutem und bösen Leben. Denn diese zwei Werk sind die hohen göttlichen Werk des allerhohesten Stands in allen Creaturen, rechte Lehr von Gott und gute Sitten erhalten, welches die fürnehmsten Werk des bischoflichen Stands seyn sollen, nicht Glocken täufen, und Fladen weihen 2c.

Wiewohl nu die Bischoffe die Ceremonien der Ordination halten, so gut sie es halten, so ist doch öffentlich, daß kein recht Examen, keine rechte Unterweisung da geschieht, und machen die Welt voll ungelahrter, leichtfertiger, gottloser Priester, darum Gott die Welt mit grausamen Kriegen und allerlei Plagen strafet.

Weiter ist es öffentlich, daß ganz keine Visitation gehalten wird, ohne was etliche neulich fürgenommen haben, zu Unterdrückung des Evangelii.

Zum vierten ist Gottes Geboth, daß die Kirchengericht gehalten werden, wie Christus Matth. 18. gelehret, und Paulus 1 Timoth. 5. nämlich, daß falsche Lehr und die Laster mit dem Bann gestraft, und rechte Lehr und gute Zucht erhalten werde. Denn die weltliche Oberkeit achtet der Lehr wenig, und erzeigt keinen Ernst wider öffentliche Unzucht und Ehebruch. Wie aber bis anher diese Gericht gehalten, und wie der Bann mißbraucht sey, ist am Tag. Denn daß sie Unzucht nicht gestraft haben, beweiset ihr Leben, und wird hernach von diesen Gerichten und dem Bann weiter zu sagen.

Zum fünften, so ist bei vielen hohe Nothdurft Synodos zu halten, und ist nicht eine geringe Weisheit, merken, wenn sie zu halten und wie sie zu guberniren seyn. Denn es ist auch nicht gut, daß man harte stolze Köpf, oder practicirische Leut, die factiones und Meuterei machen können, oft auf den Mark führe. Gleichwohl fordert die Nothdurft, bei weilen Synodos zu halten, von der Lehr oder von andern nöthigen Sachen nützliche Unterrede zu haben, wie die Apostoli Synodos gehalten.

Zum sechsten sollen die Bischofe als Aufseher auf die Lehr besondern guten Fleiß thuen, daß die Universitäten und Particular-Schulen recht bestellet und versorget werden. Denn die Universitäten sind nu, wie vor Zeiten die ersten Kapitel und Collegia, custodes doctrinae, die christliche Lehr bewahren sollen, und sollen Zeugen seyn, woher die Lehr kommet, die sie den Kirchen austheilet *). Und wäre hoch von nöthen, daß geistliche und weltliche Oberkeit ihnen die Studia und Zucht der Jugend besser ließen befohlen seyn, daß das junge Volk nicht so wild aufwüchse, sondern hätte in ernster Zucht, die sie zu christlichen Uebungen gewöhnet. Zu diesen Werken allen gehören gottfürchtige gelehrte Männer, die man wohl haben möcht, so man diesen Fleiß thäte, daß zu den Prälaturen und Präbenden solche Männer, die man brauchen könnte, gewählt würden. Denn wie viel gelehrter Leut jetzund auf den Stiften zu finden, das siehet man wohl, und besonder sind wenig, die einen gründlichen Verstand haben in christlicher Lehr; und so man ehrliche Männer haben wollt, müßte der

*) austheilen scribendum erat.

Ehestand den Canonicis und Stiften frei gelassen werden.

Ueber dieses alles, so ein christliche heilsame Reformation ins Werk gebracht würde, ist zum höhesten von nöthen, daß die bischofliche Wahl furthin also gehalten würde, daß solche Bischofe erwählet würden, die man nicht allein zur weltlichen Regirung geschickt achtet, sondern auch, die einen ziemlichen Verstand christlicher Lehr hätten, und die Kirchenregirung nicht verachten, sondern erkenneten die rechten bischoflichen Aempter, und hätten einen guten Willen dazu.

Wiewohl aber die alten Canones von der Wahl viel geordnet, welche Personen und Stände in der Wahl Stimmen haben sollen, so achten doch wir, daß die Wahl bei den Kapiteln, so sie christliche Lehr annehmen würden, zu lassen, und was weiter die Fürsten daran Gerechtigkeit haben, daß solchs unverändert bleibe. Denn daß man die Wahl auf die alte Weise bringen wolle, nämlich daß das Volk oder die Fürnehmsten aller Stände ihre Stimme geben sollten, das hat vor Zeiten viel Zerrüttung gemacht, würde jetzund auch Unruge gebähren. [Es] Sind auch die Kapitel durch diesen gelinden Weg, so ihnen alle ihre Hoheiten, Dignität, Güter, Administration und Herrlichkeiten unverruckt bleiben, zu einer christlichen Reformation, die allein auf Gottes Geboth gegründet, nicht zu bewegen, wie wohl zu achten. Denn der größer*) Theil sind verstockte Leut wie Pharao und die Heiden, sind Epicurei voll Trutz und Unzucht. So wird man sie viel weniger zur Reformation bewegen, so man sie wiederum unter die alten Canones bringen, und ihnen ihre Hoheiten und Herrlichkeiten nehmen wollte rc. Wollen sie denn Verfolger des heiligen Evangelii bleiben, wie sie bis anher gewesen und noch sind, so müssen wir Gott lassen Richter seyn, und sind diese Handlungen vergeblich. Denn wir sollen das heilige Evangelium nicht verläugnen, und das Ministerium Evangelii nicht fallen lassen, und sollen Schutz und Hülf von unserm Heiland Christo hoffen und warten.

Von Kirchengerichten.

Gott hat weltlicher Oberkeit, die das Schwert führet, Befehl gethan, äußerliche ehrliche Zucht nach Gottes Gebothen zu schützen und zu erhalten, und mit leiblichem Zwang alle, so wider äußerliche Zucht und wider gemeinen Frieden handeln, zu strafen, und weiß männiglich, was in diese Gericht zu ziehen. Weiter hat Gott auch ein Gericht geordnet in der Kirchen, und dieweil dasselbige ein Weg seyn soll zur Buße, so tödtet es den Menschen nicht mit dem Schwert, sondern strafet mit Gottes Wort, und Sonderung oder Auswerfung aus der Kirchen. Und nach dem Evangelio ist dieses Gerichts Werk, allein unrechte Lehr und öffentliche Sünde zu strafen. Darüber sind nu die Ehesachen in diese Kirchengericht auch gezogen, welches nicht übel bedacht ist. Denn es fallen oft Fragen für, da der Richter den Gewissen rathen muß, welches die weltlichen Gericht nicht achten. Daß aber nu viel hundert Jahr allerlei Schuldsachen in diese Gericht gezogen sind, item, daß die Päpst die Kaiser in Bann gethan, ihre Macht in Italia und Neapolis zu erhöhen, und daß der Bann und Kirchengericht nicht gebraucht wird, Unzucht, Ehebruch, Ungehorsam der Jugend gegen den Aeltern, Verachtung christlicher Lehr und Sacrament zu strafen, diese Mißbräuch sollen furthin abgeschafft werden. Und ist hohe Nothdurft, die Kirchengericht mit Ernst zu bestellen und zu handhaben.

Und erstlich wissen alle Verständigen, daß Ehesachen ein groß Stuck menschlichen Lebens sind, und so viel und mancherlei fürfallen, daß sie einen eignen Gerichtsstuhl bedürfen. Nu kann nicht ein jeder Pfarrer so viel Verstands haben, solche Sachen zu urtheilen; denn es sind oft so verwickelte Sachen, daß auch viel Verständige und Gelahrten schwerlich bei sich schließen können. Darum ist noth, daß an etlichen bequemen fürnehmen Orten, welche die Leut ohne große Zehrung erreichen können, in Bistumben und Landen gewisse Gericht und Consistoria geordnet werden, welche die Ehesachen christlich richten nach dem Evangelio und denen ehrlichen Gesetzen, die in der Christenheit von gottfürchtigen und verständigen Christen von der Apostel Zeit an für ehrlich und gottgefällig geachtet sind, daß nicht heidnische und türkische Unzucht einreiße. Item daß die Pfarhern eines jeden Orts denselbigen Richtern die öffentlichen Aergerniß in ihren Pfarren anzeigen, darauf das Consistorium die Angegebenen citiren, und die Sach verhören, und die Schuldigen strafen soll. Als nämlich in diesen Fällen, welcher weltliche Oberkeit nicht achten will: so einer falsche Lehr fürgibt; so einer christliche Religion oder die Sacrament verachtet; so jemand in einem Jahr nicht beichtet und nicht communicirt; item, so jemand an dem Pfarher oder andern Kirchendienern Gewalt und Frevel übet; item, so jemand ein unzüchtig Weib bei sich hält; item, so jemand des Ehebruchs also berüchtigt wird, daß starke Vermuthung wider ihn sind. Item, die Wucherer, item junge Leut, so öffentlichen Trutz gegen ihren Aeltern oder andern,

---

*) Non größte, ut editum est.

welchen sie befohlen, üben, und ihre verbothene Spiel und Sauferei nicht lassen wollen.

Und sollen diese Richter Befehl haben, sententiam excommunicationis zu sprechen, und soll das Urtheil in der Pfarr, da der Thäter ist, öffentlich verkündigt, oder angeschlagen werden, und sollen die Leut vermahnet werden, nach der Lehr Pauli, daß sie ihn nicht zur Tauf und dergleichen christlichen Gesellschaften ziehen wollen. Und wäre noth, daß weltliche Oberkeit nach Gelegenheit der Sachen die Verächter des Bannes in ihre Straf auch nähme. Denn die weltliche Oberkeit ist schuldig, der Kirchen zu helfen zu Erhaltung christlicher Zucht, wie Röm. 13. geschrieben stehet: die weltliche Oberkeit soll gute Werk ehren und die Bösen strafen, und Esaiä 49. stehet, die Könige werden der Kirchen Nährer seyn, das ist, sie sollen den Predigern Hülf erzeigen mit Schutz und Verordnung der Unterhaltung und Fürderung des Evangelii. Doch sollen in alle Weg die Sachen vorhin gehört und mit ordentlicher Weise geurtheilt werden, zu welcher Verhör nicht allein die Priester zu ziehen, sondern auch gottfürchtige gelehrte Personen aus den weltlichen Ständen als fürnehme Gliedmaß der Kirchen. Denn da unser Heiland Christus spricht: saget es der Kirchen, und thuet mit diesen Worten Befehl, daß die Kirch der hohest Richter seyn soll, [so] folget, daß nicht allein ein Stand, nämlich die Bischofe, sondern auch andere gottfürchtige Gelahrte aus allen Ständen als Richter zu setzen sind, und voces decisivas haben sollen, wie auch noch in Concilio zu Epheso zu finden, da Priester und Diaconi voces decisivas gehabt.

Von den Schulen.

Das ist ganz öffentlich, daß zu Erhaltung christlicher Lehr und Regiment die Schulen nöthig sind, und wäre sehr nützlich, daß christliche verständige Bischofe auf die Schulen ein besonder Aufsehen hätten von wegen vieler Stucke. Erstlich, daß die christliche Lehr von den Theologen rein und einträchtiglich gelehrt würde. Zum andern, daß die erste Jugend zu den Künsten und Sprachen aufgezogen würde, welche zur Erklärung christlicher Lehr nöthig sind.

Zum dritten, daß christliche Zucht in Universitäten aufgericht werde, daß das junge Volk nicht in dem freien unordentlichen Wesen lebe, wie jetzund leider in Universitäten zu sehen, daß sie leben wie müßige muthwillige Landsknecht, und wird die Jugend nicht allein nicht zu geistlichen Uebungen gehalten, sondern achten auch weltlicher Tugend wenig. So denn solche freche Leut ernach in die Regiment kommen, die ohne geistliche Uebungen, ohne Gottes Anrufung und Gebeth, und ohne gute Sitten erzogen, was kann da Gutes folgen?

Von leiblicher Unterhaltung.

Dieweil Gott will, daß seine Kirche in diesem Leben und auf dieser Erden für und für seyn und bleiben soll, wiewohl er selbs Lehrer erweckt, und die Gläubigen wunderbarlich schützet und erhält; so gibt er doch dieser seiner Kirchen Herberg, daß etliche Könige, Fürsten, Städte den Kirchen Raum geben, obgleich viel andre Könige, Fürsten und Städte die Kirchen verfolgen. Welche nu gottfürchtige Regenten sind, die sollen ihnen die Kirche lassen befohlen seyn also, daß sie vor allen Dingen auf Erden das Ministerium Evangelii ehren, und den Seelsorgern Unterhaltung verordnen, und der Lehr Fürderung thun sollen, wie solches in Esaia geschrieben: die Könige sollen deine Nährer seyn. Es ist aber allezeit in dieser bösen Welt also gangen, daß die Herrschaften nicht lang der Kirchen gute Herberg geben. Als, da Joseph in Egypto war, hatte die Kirch eine Zeit lang ziemlichen äußerlichen Frieden. Darnach kam der grausam Pharao, der verfolget sie, daß sie ein andere Herberg suchen mußte. Also hernach oft. Darum folgen auch Strafen und Veränderungen in Reichen. Damit aber bei den Nachkommen für und für das Ministerium Evangelii, rechte Lehr, öffentliche Versammlungen in Kirchen erhalten werden, ist von nöthen, daß die weltlichen Potestat ihren treuen Dienst der Kirchen beweisen.

Von Clostern.

Oeffentlich ist, daß die Gelübden unrecht und Bande vieler Sünden sind, als Unzucht und falscher Gottesdienst, und gehört dieser Artikel in die Lehr, daß man die Closterpersonen unterrichte, daß diese erdichte Gelübden nichtig und von Gott verworfen sind. Darum auch die Potestaten zulassen sollten, daß diejenige, so sich aus den Clostern zu thuen bedacht, solches unverhindert thuen möchten. Wollten nu die Potestaten etliche Closter zu Zucht der Jugend als Schulen, ohne Gelübde erhalten, das stünde bei ihnen 2c.

Finis.

Martinus Luther D.
Iohannes Bugenhagen, Pomer D.
Caspar Creutziger D.
Georgius Maior D.
Philippus MelanthoN.

B.

Versio latina a Melanthone facta.

Vera et salutaris (Reformatio seu)[1]) gubernatio Ecclesiae Christi praecipue in his quinque[2]) membris consistit:

Primum, in vera et pura doctrina, quam Deus Ecclesiae suae patefecit, tradidit, et doceri mandavit.

Secundo, in legitimo usu Sacramentorum.

Tertio, in conservatione ministerii Evangelici, et obedientiae erga pastores Ecclesiarum, sicut Deus vult et postulat conservari ministerium Evangelii, et servat ipse sua potentia et praesentia.

Quarto, in conservatione honestae et piae disciplinae retinendae per iudicia Ecclesiastica, seu iurisdictionem Ecclesiasticam.

Quinto, in conservandis studiis necessariae doctrinae et scholis.

Sexto, Ad haec opus est defensione corporali et facultatibus, ad personas, quae sunt in officiis necessariis, alendas.

De primo articulo, scilicet de vera doctrina.

Deus condidit genus humanum praecipue ad hoc summum opus, et ad hunc finem, ut ipsum agnoscat, invocet, et in tota aeternitate celebret. Quare et ante lapsum Adae, et postea, certis et manifestis testimoniis se hominibus patefecit, et peculiarem doctrinam et verbum tradidit, ad quod alligavit suam Ecclesiam, ita ut illi certo sint Ecclesia et populus Dei, qui verbum et doctrinam ab ipso traditam docent, discunt, amplectuntur, et profitentur. Nec ulli alii sunt Ecclesia et populus Dei, qui verbum illud aut non habent aut persequuntur.

Ac post lapsum Adae, singulari promissione sic[3]) edita, se patefecit Deus: promisit se missurum filium suum, et per hunc, et propter hunc, daturum remissionem peccatorum, et abolito peccato, et abolita morte, redditurum iustitiam et vitam aeternam. Et hunc filium suum Iesum Christum, certis et manifestis testimoniis postea misit et exhibuit, fuitque Ecclesia Dei semper extructa super filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum et super hoc ipsum verbum, quod per filium revelatum est, sicut scriptum est, 1 Cor. 3. *Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id*[4]), *quod positum est, quod est Iesus Christus.* Et Ephes. 2. *Estis concives sanctorum, et domestici Dei, aedificati super fundamentum Apostolorum* †*et prophetarum*", *existente lapide angulari Iesu Christo, in quo totum aedificium coagmentatum crescit, ut sit sanctum templum per dominum, per quem et vos una aedificati estis, ut sitis habitatio Dei per Spiritum sanctum.*

Ex his et similibus multis testimoniis congruentibus, manifestum est, solum eum coetum esse Ecclesiam et populum Dei, qui doctrinam de Deo traditam per Prophetas, Christum, et Apostolos, docent, discunt, amplectuntur, et profitentur.

Et primum ac summum mandatum Dei est, hanc doctrinam et filium Dei audire, et ei assentiri, et doctrinam retinere incorruptam, sicut aeternus pater de coelo clamans, inquit: *Hic est filius meus dilectus, quo delector, hunc audite.* Et sicut Psalm. 2. scriptum est. *Osculamini filium*, †id est amplectimini" *vera fide et laetitia cordis audite eum, et assentimini eius doctrina.*

Qui igitur filium Dei Iesum Christum nolunt audire, sed Evangelium contemnunt, aut negant, aut persequuntur integrum, aut articulos aliquos Evangelii, hi non possunt esse Ecclesia et populus Dei. Haec manifesta sunt.

Primum igitur et ante omnia necesse est in Ecclesia Dei integre et pure doceri et propagari Evangelium, sicut Deus saepe praecepit, et Christus ipse dixit Iohan. 14. *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.*

Sit igitur in reformatione Christiana prima haec cura, ut Evangelii doctrina pura et incorrupta in Ecclesiis et in scholis proponatur, servetur, et propagetur, sicut et primae et vetustae Synodi praecipue propter doctrinam convocatae sunt: ut Synodus quae describitur Act. 15. et

1) Uncis inclusa adscripsit in margine Franciscus Burch., quare ea etiam Pez. non habet.

2) Pez. *sex*, ex emendatione, sed Melanthon sextum caput tantum pro consectario habuit.

3) *sic* excidit apud Pez.

4) *praeter id*] Pez. *nisi*.

Concilium Nicaenum condidit pium et salutare symbolum, ad retinendam puram Evangelii doctrinam de filio Dei. Etsi autem in Synodis recentium temporum, et huius ultimae senectae mundi saepe tentatae sunt reformationes, tamen in eis exigua mentio facta est doctrinae necessariae, cum manifestum sit multos abusus irrepsisse, quibus Evangelii lux obscurata fuit.

Postquam autem defensores quidam abusuum ante annos fere triginta occasionem praebuerunt taxandi errores, clementer Deus in hac opinionum collatione restituit Evangelii lucem [5]) in omnibus articulis, necessariis ad salutem aeternam, de quibus exhibuimus Caesareae Mai. confessionem Augustae anno 1530. In qua confessione doctrinae Deo iuvante, perseverabimus, sicut illa dextre et sine depravatione intelligenda est, et in Ecclesiis nostris intelligitur. Non enim dubitamus illam doctrinam nostrarum Ecclesiarum certo esse [6]) unicam, aeternam, consentientem doctrinam verae et catholicae Ecclesiae Christi, traditam per Prophetas, Christum et Apostolos, et congruentem cum symbolis, Apostolico et Nicaeno, et veteribus piis Synodis, et sententia veteris et purioris Ecclesiae.

Quare et necessarium esse ducimus, ad gloriae Dei illustrationem, ad veram invocationem, ad salutem plurimorum hominum, ad excitandam et confirmandam veram fidem, et veram invocationem in posteris, ut sententia doctrinae sonans in Ecclesiis nostris, comprehensa in confessione nostra et Catechismis, concorditer in omnibus Ecclesiis populo tradatur et propagetur, videlicet de omnibus articulis, sicut in symbolo Apostolico et Nicaeno comprehensi et recitati sunt, et sicut illi ipsi articuli in veteribus piis Synodis, Nicaena, Constantinopolitana, Ephesina, et Chalcedonensi, recte et necessaria enarratione illustrati sunt.

Et ad intelligendos articulos symbolorum de Christo et de immensis beneficiis, quae Ecclesiae propter Christum dantur, necessaria est et reliquorum articulorum vera cognitio, qui recensentur in confessione, de peccato originis, de gratia, de fide, de bonis operibus, et de Sacramentis. Videlicet, quod certissima [7]) veritas sit, omnes homines ex virili semine conceptos, nascentes adferre secum peccatum originis, ac propterea omnes homines, qui non adferuntur ad Christum, et non regenerantur per baptismum [8]), damnatos esse, ac manere reos irae Dei aeternae.

Item. Infantes baptizandos esse, et eorum baptismum placere Deo, et efficacem esse, ac recipi eos in gratiam, donari Spiritu S. et fieri haeredes vitae aeternae per baptismum.

Item. Peccatum originis esse carentiam iustitiae originalis, quae debebat inesse. Et haec carentia est reatus, et depravatio virium hominis, scilicet mentis, voluntatis et cordis, quod [9]) voluntas aversa est a Deo, et in voluntate et corde est prava inclinatio adversus legem Dei, propter quae mala, videlicet propter reatum et aversionem illam a Deo, ac depravationem virium, homo damnatus est, nisi liberetur per regenerationem.

Haec sententia sine ulla dubitatione semper fuit catholicae Ecclesiae Dei, Prophetarum, Apostolorum et scriptorum Ecclesiasticorum consentiens doctrina, de tristi et deplorando vulnere, quod humana natura accepit in lapsu Adae.

Quod vero aliqui labefactare nostram sententiam in hoc articulo audacter conantur, male faciunt, ac manifestae veritati contradicunt, et confirmant tenebras in multorum mentibus, ne agnoscant quid sit peccatum, nec discant quid sit gratia et fides. Nam ex illa aversione a Deo, oriuntur haec ingentia mala in humanis mentibus, dubitatio de voluntate Dei, securitas carnalis, neglectio Dei, esse sine metu et sine dilectione Dei, magis confidere praesidiis praesentibus quae cernuntur, quam confidere Deo. Fatendum est autem, haec ingentia mala vere esse peccata. Et repugnandum est his morbis animorum, quod fieri non potest, obscurata vera doctrina de peccato originis.

Sequitur deinde articulus de gratia, et de remissione peccatorum, videlicet consequi homines remissionem peccatorum, gratiam, et Spiritum S. seu reconciliari, reputari iustos et fieri haeredes vitae aeternae, non propter merita propriorum [10]) operum, sed propter mediatorem Christum, fide in ipsum.

5) *lucem*] Pez. *doctrinam.*

6) *certo esse*] Sic scripsit Mel., sed Burchardus verba: *de quibus exhibuimus* etc., lineola notavit, et eorum loco adscripsit: *de quibus exhibita est Caes. Maiestati confessio doctrinae Augustae anno* 1530., *quam non dubitamus certo esse.*

7) *certissima*] Pez. *christiana.*

8) *baptismum*] Pez. *Spiritum sanctum.*

9) *quod*] Pez. *Nam in mente est caligo de Deo*; *et.*

10) *propriorum*] Pez. *bonorum.*

Hic articulus Dei beneficio in Ecclesiis nostris copiose declaratus est. Nec vero dubium est, oportere in Ecclesia universa extare et proponi hunc articulum, sicut apud nos [11]) docetur et declaratur. Nam haec una est de remissione peccatorum et reconciliatione, vera, aeterna, et immota Dei sententia, ut Act. 10. scribitur: *Huic omnes Prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.*

Ac nisi huius articuli doctrina servetur pura et sincera, magni et Ethnici errores sequuntur. Corda hominum manent in assidua dubitatione, velut apud Ethnicos, nec firmam consolationem habent, sed fugiunt Deum, nec recte invocant. Postea mirari disciplinam et suam iustitiam incipiunt, †hanc amplificant" et fingunt eam placare iram Dei, et mereri remissionem peccatorum: Et quia tamen manent in dubitatione, cumulant modos disciplinae, excogitant vota monachatus et multos ritus. His opinionibus et hac hypocrisi magis magisque obscuratur doctrina de beneficiis Christi, et de fide statuente gratis donari remissionem peccatorum, et in cordibus inchoante pacem et vitam aeternam, de qua dicitur: *Iustus fide sua vivet.*

Denique hic articulus, ut in nostris Ecclesiis docetur et intelligitur, est praecipua vox Evangelii, quam mutare non licet ulli creaturae in coelo aut in terra. Sed est Dei aeternum, immotum, et immutabile decretum, qui immensa misericordia per filium hoc modo peccatum abolere vult, et nobis restituere vitam aeternam, agnitione et fide †filii" huius mediatoris.

Deinde sequitur doctrina de bonis operibus. Quod cum fide in Christum accipitur remissio peccatorum, simul mittit Deus Spiritum sanctum in corda credentium, et accendit in eis novam lucem, et vitam, timorem Dei, dilectionem, bonum propositum, iuxta omnia praecepta Dei. Et severe mandat Deus, ut in bonis operibus vivamus, et bonam conscientiam habeamus, ac donatam reconciliationem et gratiam retineamus, et non effundamus.

Cumque vera doctrina de bonis operibus in toto orbe terrarum horribiliter contaminata et depravata sit, et adhuc in multis regionibus impure et corrupte tradatur, valde postulat Ecclesiae universae necessitas, ut vera doctrina concorditer et de hoc loco tradatur, videlicet quae opera Deus postulet, quomodo nostra obedientia placeat Deo, cum tamen in hac vita in tanta nostra infirmitate adhuc maneant peccata in omnibus hominibus: Item de discrimine peccatorum.

De his tantis rebus recte et fideliter illustrata est doctrina in Ecclesiis nostris, quam quidem non iudicamus scholasticas argutias [12]) esse, et otiosas cavillationes verborum, ut multi homines profani loquuntur. Quare nos mutare non possumus. Si quis autem putat esse ludos scholasticos, ac vera mutari, et falsa ornata fucis recipi posse, hic sciat, etiamsi nunc securus non metuit iudicium Dei, tamen tandem poenas testificaturas esse, Evangelium esse fabulosum.

Ex his articulis alii sequuntur, qui de legitimo et salutari usu Sacramentorum loquuntur.

De Baptismo.

Constanter et severe retinendus †et defendendus" est baptismus infantum, et ad excitandam in circumstante coetu invocationem Domini, utile esset in singulis locis, lingua intellecta populo pronunciari preces, fidei professionem [13]), et verba baptismi, nec opus est aut plures; aut longiores ceremonias addi, quam nunc in usu sunt.

Confirmatio.

Valde necesse est in omnibus Ecclesiis tradi certis diebus Catechismum, ut pueri assuefiant ad verum et nativum intellectum omnium articulorum et partium doctrinae Christianae. Ad hanc consuetudinem sanciendam prodesset ritus confirmationis, cum videlicet exacta pueritia iam firmior aetas seu adolescentia accederet, palam in Ecclesia audienda esset integra doctrinae confessio, et cum interrogatus promitteret constantiam in hac ipsa sententia recitata et in huius ecclesiae suae confessione, manus Pastoris ei imponendae essent, et publica precatione petenda mentis et cordis in hoc confitente confirmatio et gubernatio [14]). Haec

11) *apud nos*] Burchardus in margine: *a nobis.*

12) *argutias*] Pez. *disputationes.*

13) *professionem*] Pez. *promissionem.*

14) *cum videlicet exacta* etc.] Pro his Pezelius: „*Sic quidem, ut pueri ac puellae palam in Ecclesia sonarent integram doctrinae confessionem. Postea vero interrogati singuli promitterent constantiam in hac ipsa sententia, et communi verae Ecclesiae confessione. Ac tum a Pastore manus eis*

ceremonia non esset inane spectaculum, ut nunc Episcoporum ritus sed profutura esset ad retinendam doctrinae puritatem et propagationem sententiae Ecclesiasticae ad concordiam et disciplinam.

Ordinatio.

Etsi postea de ordinatione rursus dicendum est in ea parte, in qua de servando [15]) ministerio Evangelii dicetur: tamen hic necessariam admonitionem breviter inserendam esse duximus. Magna res est et necessaria Ecclesiae, cura recte exercendae ordinationis. Etsi enim Deus propria sua potentia et gubernatione ministerium Evangelicum servat, et excitat ipse pastores et Doctores, et facit idoneos, ut Ephes. 4. scriptum est: tamen et tota Ecclesia, et maxime praecipua membra Ecclesiae etiam suum studium et operam ad hanc rem conferre debent, ut praeparentur multi ad munus docendi, et ut instituti ac certis locis a doctis examinatoribus explorati admittantur ad ministerium, aut reiiciantur.

Hic labor mandatus fuit olim Episcopis. Sed plurimi diu iam magnam saevitiam exercent imo recte docentes, et non solum dioeceses suas non curant, sed ne suarum quidem ditionum Ecclesiis pastores praeficiunt, et pene Ethnicas vastitates efficiunt. Ideo necesse est deliberari, quomodo universae Ecclesiae consulendum sit.

Etsi Episcopis autoritas ordinationis tribuenda est, necesse est ut suam mentem de doctrina declarent. Nam si erunt et manebunt Evangelii hostes, nec volent ullos ad ordinationem admittere, sine obligatione ad impiam doctrinam, et ad delendam veritatem, non poterit ab eis ordinatio peti. Sed si veram doctrinam, amplecti et tueri vellent, et idoneis hominibus examen commendare, praeclare de Ecclesia mereri possent. Plurimum enim refert ordinationem recte instaurari.

Et [16]) si gubernatores vere considerarent ingentia beneficia Dei, quae per ministerium Evangelicum dantur: quod videlicet Deus hac voce et non aliter sibi colligit aeternam Ecclesiam, et nobis miseris hominibus mandavit vocare homines, qui didicerunt doctrinam Christi, per quorum functionem in docendo et administratione Sacramentorum vere est efficax, et facit nos haeredes vitae aeternae, maiore diligentia curarent, ut ordinatio rectius administraretur, et non pareret hic gradus sanctissimus hominibus prorsus ignaris Evangelii, aut hostibus, aut Epicuraeis. Populus etiam de ministerii †Evangelici" dignitate, et de ordinatione docendus est, ut hoc ingens beneficium Dei intelligere discat (quod Deus certo per hos vocatos, et hanc functionem efficax est) et ipsum ministerium †magis" amet, et maiore cura servare studeat: sicut singuli suo loco debent ornare, et tueri hoc ministerium recte docentium, sicut saepe scriptum est †et Christus inquit": *Qui vos spernit, me spernit.*

Noti sunt autem manifesti abusus, quibus ordinatio multis iam seculis polluitur. Valet persuasio, sacerdotes ordinari propter [17]) sacrificium, non docendi Evangelii caussa. Et haec opinio auxit numerum sacrificulorum: Quia putant homines, cumulare haec sacrificia, praecipuum cultum Dei esse. Quare ii, qui ordinationi praefuerunt, admiserunt indoctos sine discrimine, cum soli illi fuissent admittendi, qui mediocriter docere populum de vera doctrina possent.

Iam si concordia constituenda est, et Episcopis commendanda ordinationis autoritas, necesse est prius doctrinae consensum esse, ut dictum est. Deinde et mandata ordinationis dentur de docendo Evangelio, et administratione Sacramentorum, non de aliis operibus, ut sacrificent pro vivis et mortuis. Nec onerandae erunt conscientiae impia lege coelibatus, quae omnibus temporibus caussa fuit multorum tristissimorum scelerum, et perpetui exitii multis hominibus. Et in universo sacerdotum ordine lex illa peperit Ethnicam obscoenitatem et profanitatem. Quorum peccatorum contagio se polluunt omnes, qui hanc legem de coelibatu defendunt et stabiliunt.

De Poenitentia et de Confessione.

Manifestissimum est, doctrinam monachorum de poenitentia adeo fuisse obscuram et plenam perplexitatis, labyrinthorum et errorum, ut non solum a populo, sed ne ab ipsis quidem scriptoribus integre percepta sit. Proposuerunt con-

imponerentur, et publica precatione peteretur mentis et cordis confirmatio et gubernatio in his confitentibus." — (Cod. Guelph. sequitur autographon, ut etiam in aliis locis.)

15) *servando*] Pez. *fovendo.*

16) *Et*] Pez. *Ac.*

17) *propter*] Pez. *propter missae.*

tritionem sine vera agnitione peccatorum et irae Dei, et sine veris terroribus. Et hanc finxerunt mereri remissionem peccatorum, si sit sufficiens, † sed neminem scire, quando sit sufficiens".

Perniciosus et hic error fuit, quod † gravia" interiora peccata removerunt ex conspectu, et negarunt esse peccata, ut dubitationes, securitatem, diffidentiam, et alias pravas inclinationes. Econtra vero pueriliter finxerunt peccata ex traditionibus humanis.

Deinde de enumeratione, de satisfactionibus, et indulgentiis errores eorum pene manibus palpari possunt.

Postremo silentium prorsus est apud eos, de fide seu fiducia in Christum accipiente remissionem peccatorum, imo iubent dubitare.

Propter hos errores reipsa doctrina eorum de poenitentia Ethnica † quaedam sapientia" est, quae conscientias relinquit in dubitatione de remissione peccatorum, aut docet acquiescere in satisfactionibus, sicut Alcoranus tradidit canones, qui gradus delictorum, quibus operibus compensandi sint [18].

Constat autem doctrinam de vera poenitentia, de agnitione peccatorum, et irae Dei, de vera contritione, et veris terroribus, qui existunt in mente agnoscente peccata, de fide in Christum accipiente remissionem, et de nova obedientia, et vera emendatione vitae et morum, praecipuum esse caput doctrinae Christianae, quod maxime opus est sincere et incorrupte tradi.

Ac intelligunt omnes pii se vero pectore Deo gratias agere debere, pro immenso beneficio, quod rursus accendit lucem huius doctrinae, depulsa caligine et reiectis erroribus, ut sciant iam pii vera peccatorum discrimina, et ubi vera consolatio petenda sit, ac norunt hos esse praecipuos cultus Dei, expavescere conspectu nostrae infirmitatis et irae Dei, et tamen confugere ad mediatorem Christum, et statuere propter ipsum donatam esse remissionem peccatorum, et hac fide in Christo acquiescere, sicut scriptum est: *Iustificati fide pacem habemus.*

Hanc lucem doctrinae, si quis non magnifacit, procul abest a Christi agnitione, et habet animum occupatum profanis aut philosophicis imaginationibus.

Cum autem omnes prudentes sciant hunc ipsum articulum in nostris Ecclesiis fideliter et pure proponi et explicari, et necessitas universae Ecclesiae postulet, ut puritas huius articuli optima fide conservetur, nec possumus nec volumus admittere corruptelas [19]) huius articuli.

Quanquam autem artifices quidam, qui novis fucis pingunt et excusant veteres abusus, quaerunt nostrae explicationis [20]) cavillationes: Tamen omnes prudentes norunt omnium partium doctrinam [21]) in hoc articulo apud nos veram, incorruptam, piam, et salutarem esse.

Confessionem vero et ipsi in usu pio retinere studemus, ut in ea populus erudiatur et fides rudium [22]) exploretur, et mentes perterrefactae consolationem audiant, ac maneat intellectus Evangelii, et testimonium publicum, quod Evangelium vere annunciet remissionem peccatorum multis publice, et privatim singulis petentibus et credentibus. Et si salutaris reformatio institueretur, praecipue opus esset hunc totum articulum de poenitentia, et doctrinam de confessione, de privata absolutione, et de fide ita proponi, tum in Catechismis, tum alias in concionibus doceri et conservari, sicut a nobis saepe, vere, et copiose explicatus est.

De excommunicatione vero et de poena sequente excommunicationem infra in capite de iudiciis Ecclesiasticis dicetur. Nunc enim de pio usu Sacramentorum adhuc dicimus.

De Coena Domini.

Postquam Deus initio per Adam, et deinde per Abel instituit ceremonias: statim Cain et eius imitatores hypocritae depravarunt eas, et varias corruptelas affinxerunt. Ita in populo Israël ceremonias a Deo ordinatas transtulerunt hypocritae ad abusus, et novae excogitatae sunt, ut cultus Baal, et excelsorum. Nec ratio humana iudicat esse peccata, ceremonias a Deo institutas transferre ad alios usus praeter institutionem, aut excogitare novos cultus. Imo sentit hos ritus eximia opera esse, grata Deo, iram eius placantia, ut cum Israëlitae in omnibus montibus extruerent sacella, existimabant se augere bona opera, et sa-

---

18) *sicut Alcoranus* etc.] Burchardus lineola notavit quasi praetermittenda.

19) Pez. *nec possunt nec debent admitti corruptelae.*

20) Pez. *contra nostram explicationem.*

21) Pez. *poenitentia doctrinam.*

22) *rudium*] Pez. *hominum.*

lutaria exercitia, et praecipuos cultus Dei, sicut apud Ethnicos † sapientissimos" in Graecia omnes vicus in urbibus, omnes viae in campis plenae erant sacellorum.

Haec tristia peccata et hanc deërrationem a vera invocatione intelligent homines in postremo iudicio, et post hanc vitam. Nunc vero firmissime tenenda regula erat: *Non discedendum esse a verbo Dei, et ab institutione divina, nec coenam Domini vertendam esse in alia opera, quam ut a Christo instituta est, et sicut de observatione prima testatur usus Apostolorum et prima ac purioris Ecclesiae: videlicet ut populus conveniat.*

Vult enim Deus publicos et honestos esse congressus Ecclesiae, ut vox Evangelii sit publica, et palam audiatur coram omnibus creaturis, et ut filius Dei palam innotescat, celebretur, et invocetur, ut multae sententiae docent: *In conveniendo populos et Reges in unum, ut serviant Domino.*

In hoc congressu publico ad docendos homines, et excitandam invocationem, lectiones aliquae ex divinis libris recitandae aut canendae sunt, qui mos semper in Ecclesia Dei fuit.

Est et concio addenda, sicut Christus praecepit, in ritu coenae Dominicae dici de sua passione, resurrectione, et aeternis beneficiis, quae Deus propter filium Ecclesiae tribuit [23]): *Quotiescunque hoc facietis, mortem Domini annunciate.* Suntque in eo congressu homines hortandi, ut coniungant invocationem, sicut Christus singularem promissionem addidit precationi communi Ecclesiae. Urget enim nos, ut illos publicos coetus et congressus veneremur, iuvemus, tueamur, et accedamus, ac afficiamur cura communis salutis.

Ideo ibi precatio facienda est pro Ecclesiastica et politica gubernatione, de pace, et de frugibus, et singuli pericula animae et corporis ibi Deo commendent. Hic et coena Domini administretur, ita ut presbyter post precationes magna reverentia ac pia attentione recitet verba Christi, intelligens quid agat, ac deinde distribuat corpus et sanguinem [24]) Domini manducantibus, sibi et aliis, admissis ad communionem, et prius exploratis ac absolutis, nec perseverantibus in manifesta turpitudine.

Quos et ipsos intelligere oportet quale sit hoc magnum munus divinum, videlicet quod hic sumantur corpus et sanguis Christi, et usu Eucharistiae fides excitetur et confirmetur. Cum enim Christus hac sua institutione exhibeat nobis suum corpus et suum sanguinem, adiungit nos sibi tanquam membra, remittit peccata nostra propter suam mortem, non propter hanc nostram obedientiam, vult nos exaudire et gubernare, et facit nos haeredes vitae aeternae. Simul autem et gratiae agantur Christo in usu huius Sacramenti, pro ipsius passione, resurrectione, et omnibus beneficiis.

Tertio [25]) agnoscamus in hoc foedere etiam omnes amplectentes Evangelium unius Christi membra esse. Quare dilectionem erga omnes illos propter Christum veris officiis praestemus.

Haec est vetus et pura forma coenae Domini, communionis et missae [26]), sicut a Christo instituta, et ab Apostolis et proximis Apostolorum temporibus servata est. Hunc ipsum morem magna reverentia retinemus et tuemur in Ecclesiis nostris.

Valde autem postulat Ecclesiae necessitas, ut omnes Christiani, ac praecipue gubernatores hanc a Christo institutam communionem, et coenae Dominicae celebrationem adiuvent, et considerent horrendos abusus, qui contra institutionem errore recepti late vagantur.

Primum manifestum est, et negari non potest, maximam partem sacrificulorum in Europa propter ventrem, et petere sacerdotii honorem et missas celebrare, qui ne curant quidem ullam doctrinam, nec intelligunt quid agant, et ad quid hoc opus institutum sit, et ceremoniam imitantur † sicut pueri." Multi etiam polluti sunt manifestis peccatis, in quibus perseverant.

Tales graviter peccant et nomen Dei polluunt, contra † secundum" praeceptum [27]). Et contra hoc dictum Pauli ad Cor. *Qui manducat indigne †panem hunc aut bibit poculum Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini.*

---

23) Pez. *tribuit, et Paulus inquit.*

24) *corpus et sang.*] Pez. *eucharistiam seu sacramentum corporis et sanguinis.*

25) *Tertio*] Pez. *praeterea.*

26) *communionis et missae*] Pez. *quam communionem vocant.*

27) Pez. addit: *non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.*

Item qui manducat et bibit indigne", *iudicium sibi manducat et bibit.*

Haec peccata merentur aeternas poenas, et in hac vita causa sunt magnarum calamitatum publicarum, bellorum, et vastitatum. Ac ad officium omnium gubernatorum in Ecclesia, Episcoporum et Principum pertinet, hanc manifestam profanitatem Sacramenti, quantum fieri potest, prohibere. Haec est manifestissima veritas.

Secundo, missa hoc falso praeconio ornatur, et ex hac persuasione, missae privatae cumulatae sunt, videlicet quod sacrificulus offerat filium Dei, et hoc sacrificio mereatur † vivis" remissionem peccatorum [28]) et mortuis liberationem ex purgatorio, ex opere operato, etiam sine bono motu utentis.

Manifestum est autem, coenam Domini non institutam pro mortuis esse, quia textus aperte praecipit recordationem mortis Christi, quod ad mortuos accommodari non potest. Certum et hoc est, viventes non accipere remissionem peccatorum vel propter opus sacrificuli, vel propter aliud quodcunque opus humanum, sed tantum propter Christum, propria fide iuxta salutarem doctrinam de fide, ut scriptum est: *Iustus fide sua vivet.*

Est autem publica persuasio maximae partis hominum, missam mereri facienti et aliis remissionem peccatorum et vitam aeternam.

Et haeret haec in mentibus praecipuorum, adeo ut putent, si sint assidui spectatores missae, se habituros gratiam Dei, successus, et magnam felicitatem, etiam cum perseverant in aliis manifestis sceleribus.

Et concurrunt multae caussae, propter quas potentes valde dimicant de tuendis missae abusibus, quarum prima est: Multi potentes et sapientes gubernatores dicunt omnes mutationes vitandas esse, praecipue autem hanc: Quia missa videatur nervus esse religionis.

Hi dicunt, populum fore profanum, non venturum in templa, non veneraturum ullas ceremonias, si usitata consuetudo legendi missas mutaretur. Deinde multum valent hae caussae, consuetudo, lucra [29]), excellentia ordinis sacrificulorum. Ideo satis scimus, reformationem communionis et missae valde difficilem esse.

Cum autem errores, de quibus dictum est, et abusus adeo crassi et manifesti sint: Valde necesse est, tales profanationes Sacramenti non dissimulari. Et hoc consilium solum tutum est, ut prima et vetus consuetudo communionis † et missae" rursus instauretur, et omittantur venales et privatae missae. Sed diebus dominicis et in aliis feriis et aliis diebus, cum petent aliqui communionem, honeste celebretur communio, in qua presbyter aliquibus exploratis et absolutis, ut dictum est, distribuat corpus et sanguinem [30]) Domini.

Praeterea et de hac re dici necesse est. Cum iam populus certo sciat coenam a Christo sic institutam esse, ut detur et sumatur integrum Sacramentum non tantum a sacerdotibus, sed etiam a populo, multi sunt, quorum conscientiae valde anguntur propter usum unius partis.

Excruciantur enim dubitatione, et se facere contra mandatum Christi iudicant. Eaque de re scimus gravissimas esse querelas piorum in multis regionibus, ac nominatim in Bavaria, Austria, Iuliacensi Ducatu, Brabantia et Hollandia. Haec dubitatio impedit veram invocationem, et deterret homines ab usu Sacramenti, et utentibus adfert angustias animi, quae pariunt desperationes, ut in multis ostendit eventus.

Hoc onus conscientiarum auferre hi qui praesunt in Ecclesia Episcopi et Principes debent. Quare valde necesse est restitui usum veterem integri Sacramenti.

Tales sunt angustiae conscientiae etiam in sacerdotibus multarum regionum [31]). Multi sciunt se peccare, quod propter consuetudinem, aut asperitatem dominorum coacti privatas et funebres missas legunt, et tamen [32]) adversari dominis, † qui" nolunt omitti [33]) hos ritus non audent. His conscientiis mederi oportuit Episcopos et Principes, iuxta hanc piam regulam et Ecclesiae necessariam, quae docet: *nullam ordinationem humanam in Ecclesia retinendam aut stabiliendam esse*, *quae polluens conscientiam impedit invocationem Dei*, *aut observationem alicuius mandati divini*, sicut Paulus inquit: *Datam esse*

---

28) Pez. addit: *vivis et mortuis*, *vivis liberationem a peccatis.*

29) *lucra*] Pez. *longa.*

30) Pez. *sacramentum corporis et sanguinis.*

31) *multarum regionum*] Pez. *multis.*

32) Pez. *Et tamen quia.*

33) *omitti*] Pez. *omittere.*

potestatem ad aedificationem, non ad destructionem. Et Matth. 15. *Christus Pharisaeos obiurgat, quia humana traditio comprobabat opera pugnantia cum mandato divino.*

O Iesu Christe fili Dei vivi, qui sedes ad dextram aeterni patris, te oro, ut serves tibi Ecclesiam et des ei dona tua, flecte animos summorum gubernatorum, ut cura harum maximarum rerum afficiantur, ut cultus idolorum et profanationes divini nominis, ac Sacramenti emendentur, et pii luctantes cum dubitatione, liberati vera consolatione, erigantur, et vera Dei agnitio et invocatio, veri cultus Dei, et vera ac salutaria officia pietatis instaurentur.

Nec tanta est obscuritas, aut subtilitas harum controversiarum, ut a mediocriter doctis, timentibus Deum, et amantibus veritatem non possint diiudicari. Imo perspicua est veritas, et facilis intellectu iis, qui non privatos affectus, odia, superbiam, avaritiam, studium calumniandi, sed timorem Dei et studium cognoscendae veritatis ad eas adferunt.

Praeterea luce meridiana clarius est, saevitiam, quae exercetur propter usum integri Sacramenti, sicut eam quae propter reliquos veros articulos exercetur, ingens peccatum esse, et irritare iram Dei, et caussam esse magnarum publicarum calamitatum, ut Christus Matth. 23. dicit: *Super hostes veritatis, qui saevitiam exercent, venturum esse sanguinem omnium sanctorum, qui interfecti sunt inde usque ab Abel ad Zachariam.*

Itaque gubernatores, qui Deum timent, ac fugere societatem iniustae saevitiae cupiunt, nec volunt stabilire errores et profanationem divini nominis: hi certe debent piam reformationem in his articulis et aliis adiuvare, ac nominatim ut Ecclesiae recte de Sacramento corporis et sanguinis Christi erudiantur, quid ibi exhibeatur, et ad quem fructum haec sumtio instituta sit, et quomodo prosit, et ut in usu coenae Domini luceat verus intellectus Sacramenti, et fides, et adsit reverentia, quae decet in Ecclesia, ne Sacramentum obiiciatur porcis, ut proh dolor tristissima exempla conspiciuntur in orbe terrarum, in illa ingenti multitudine indoctorum et impiorum sacrificulorum et monachorum, qui tantum ventris caussa legunt missas. Item apud *Anabaptistas*, et alios qui de Sacramentis profanas opiniones habent, et dicunt ibi tantum panem et vinum exhiberi, et Sacramenta tantum esse signa professionis coram hominibus, et foederis inter homines: nec esse testimonia promissionum et gratiae Dei erga nos, atque ita delent doctrinam de exercitio fidei erga Deum in usu Sacramentorum.

Constat etiam ex historiis Ecclesiae veteris, circiter trecentos annos post Apostolos nondum fuisse consuetudinem celebrandi privatas missas. Sed postea ex inscitia et superstitione paulatim receptae sunt. Deinde sine modo cumulavit eas avaritia.

Prodesset etiam, si Deus daret concordiam, ut simul mediocris similitudo in ceremoniis additis coenae Domini et missae[34]) ordinarentur, videlicet, ut praecederet confessio et absolutio eorum, qui ad communionem accessuri essent, † ac presbyteri honeste ad aram starent", et omitterentur indecori ritus in templo, † velut ad mensam adsidentium."

De invocatione Sanctorum, qui ex hac vita excesserunt.

Addemus hic et articulum de invocatione sanctorum, qui ex hac vita excesserunt. Manifestum est enim, mundum plenum esse idolorum cultu[35]) in hac invocatione. Expresse scriptum est Deut. 6. et Matth. 4. *Dominum Deum tuum, id est, qui se tibi per verbum suum, et certa testimonia patefecit, adorabis, et illi soli servies.*

Solet autem magna multitudo hominum confugere ad sanctos, quasi dent bona corporis aut animae. Hic error manifeste est idolorum cultus.

Aliqui autem quaerunt excusationes, et variis coloribus hunc ritum pingunt et ornant. Non invocentur inquiunt sancti, ut conditores, aut effectores donorum illorum, sed ut intercessores. Hic fucus hac perspicua responsione refutatur.

In Ecclesia, seu in populo Dei, nulla invocatio docenda, instituenda, aut stabilienda est, quae in verbo Dei, nec praeceptum ullum nec exemplum habet.

Manifestum est autem in scriptis Propheticis et Apostolicis prorsus nullum praeceptum aut exemplum huius invocationis extare. Et Rom. 14. dicitur: *Quicquid non est ex fide, peccatum est.*

---

34) *ut simul mediocris similitudo in ceremoniis, additis coenae Domini et missae*] Pez. tantum: *honestae ceremoniae.*
35) Pez. *idololatricorum cultuum.*

Cum igitur nullum extet verbum Dei de hac invocatione, fit talis invocatio cum dubitatione, an hic mos Deo placeat. Quare nequaquam stabilienda est.

Praeterea solius omnipotentis naturae est, motus cordium et invocationis, ac gemitus in cordibus omnium hominum audire et iudicare. Invocans autem sanctos, qui ex hac vita discesserunt, tribuit eis hunc honorem, et hanc potentiam, quod cernant motus cordium ubique. Id reipsa est eis tribuere omnipotentiam. Est autem idolorum cultus tribuere aliis praeter Deum omnipotentiam.

Omnes igitur gubernatores, Episcopi, pastores, et Principes hunc errorem et abusum abolere debent.

Quae autem pertinacia est stabilire hanc invocationem, cum in conspectu sint abusus tanti, qui manifeste sunt cultus idolorum, et nemo ignoret nullum praeceptum aut exemplum extare in scriptis Propheticis et Apostolicis, quod doceat hanc invocationem Deo placere.

Nec vero sequitur hinc, ut nobis iniuste obiicitur, nos non diligere, non venerari, non honore afficere sanctos: Item, aboleri in universum festos dies, quorum praecipua fuerit celebritas. Ad haec respondemus: Deo aeterno patri et filio eius Iesu Christo et Spiritui sancto, tanquam essentiae omnipotenti tribuenda est invocatio, sed sanctis alii honores competunt. Ac potest eruditus et pius concionator ex eorum historiis populo multa recitare, quae de maximis rebus, erudiunt mentes, et confirmant fidem.

Primum quod in ipsorum historia extent testimonia illustria de summo Dei beneficio, quod videlicet †Deus se humano generi patefecit, quod ipsis videlicet" Prophetis et Apostolis tradiderit suum Evangelium, et addiderit certa testimonia, et per hos collegerit sibi Ecclesiam. Haec summa beneficia Dei considerare et celebrare oportebat, et pro eis gratias agere, quoties sanctorum historiae recitantur aut cogitantur.

Secundo. Tota gubernatio Ecclesiae in historiis sanctorum mente reputanda est, et Deo gratiae agendae, quod subinde restituit vocem Evangelii, et alios atque alios[36]) vocat et confirmat.

Tertio. Insignia exempla gratiae Dei in eis conspiciuntur, sicut Deus remittit peccata Aaroni, Davidi, Petro, Paulo, et omnibus aliis: Ita certo vult et nobis omnibus peccata remittere † fide petentibus".

Quarto. Sicut sanctos suos castigavit, et cruci subiecit, et tamen sustentavit sua consolatione, et rursus mirandis liberationibus ornavit: Ita discamus, nos quoque gubernandos esse, obediamus in cruce, ac petamus et expectemus auxilium et liberationem, sicut scriptum est: *Subditus esto Deo, et ora eum*[37]).

Quinto. Laudandi sunt et ipsi sancti, quod diligentiam adhibuerunt, ne effunderent Dei dona, sed mores suos recte gubernarunt, studiose didicerunt doctrinam coelestem, exercitia studiorum, meditationum et precationum habuerunt: Quas eorum virtutes nobis imitandas proponamus. De his locis dicendum erit, quoties de sanctorum honoribus quaeritur, quorum locorum consideratio gignit in animis veram dilectionem, reverentiam erga sanctos, tum in coelis viventes, tum nobiscum adhuc in hac vita degentes, occupatos gubernatione Ecclesiae et Reipub.

Quod pulcrius spectaculum potest esse homini sano, quam mente contemplari tales viros, quales fuerunt Ioseph, David, et alii. Primum enim Deus in illorum consideratione agnoscitur, qui se per illos certis testimoniis patefecit. Deinde in horum rebus gestis discimus, quomodo Deus colligat sibi Ecclesiam et quomodo eam gubernet. Tertio iuvat ipsorum excellentes virtutes contueri et admirari. Haec consideratio absentium movet animos ad quaerenda exempla inter viventes, qui in simili gubernatione et vocatione versantur, et collatio accendit benevolentiam et reverentiam erga eos.

De Coniugio.

Hoc loco et de coniugio dicemus, quia usitatum est fieri mentionem eius inter Sacramenta. Nec dissensio[38]) est ulla, quid sit coniugium, sicut et manifestum est de his tribus vitae gradibus, de coniugio, de dignitate ordinis Ecclesiastici, et de dignitate politicae gubernationis in Ecclesiis nostris singulari Dei beneficio doctrinam praeclare illustratam et repurgatam esse, quae antea in traditionibus Pontificum et deliramentis monachorum valde obscurata et contaminata fuerat.

---

36) *alios atque alios*] Pez. *aliquos mirabiliter.*

37) Pez. addit: „et ipse faciet."

38) *dissensio*] Pez. *defensio.*

Sed hac de re nunc controversia est, quibus personis concedendum sit coniugium? Sitne concedendum presbyteris et illis personis, quae fuerunt obligatae votis monasticis? Hic dicimus necessariam esse partem reformationis, tollere impia vincula, quae prohibent coniugium. Concedendum est coniugium presbyteris et personis, quae fuerunt obligatae votis monasticis, et abolenda est prohibitio coniugii, quae et caussa fuit ingentium peccatorum, et innumerabiles animas in Epicuraeos furores, in desperationem et aeternum exitium impulit, sicut Paulus hanc prohibitionem vocat doctrinam daemoniorum. Sunt in conspectu flagitia et damna ab illa prohibitione orta, totus luxus sacerdotum, vagae libidines, Epicuraea profanitas, desperationes, aeternum exitium animarum, publicae poenae, quae libidines comitantur: Quorum malorum omnes rei sunt, qui initio autores legum de coelibatu, et comprobatores fuerunt, et nunc rei sunt praesentium et futurorum peccatorum, qui eas leges iam tuentur.

Ac profecto triste spectaculum est, quod haec impia lex defenditur parricidiis piorum et bene meritorum sacerdotum, sicut nominari possunt multi honesti, pii, et docti sacerdotes, qui propter coniugium, non propter alias caussas interfecti sunt. Ostendit autem et haec ipsa saevitia autorem legis de coelibatu diabolum esse, qui cum sit homicida, munit et defendit iniustam legem tanta crudelitate.

Germania habet iam amplius quam decem millia sacerdotum maritorum, qui habent tot honestas coniuges et multo plures liberos. In hoc tanto numero multi sunt, qui Deum recte invocant, recte serviunt in ministerio, sunt electi ad aeternam salutem, et mansuri sunt in aeternum membra Christi. In tales autem saevitiam exercere aut arma stringere, horrendum peccatum esset. Deinde et publica Ecclesiae necessitas consideranda est. Nisi enim abrogatur lex [39]), deerunt Ecclesiis pastores et concionatores, quia nunc homines honesti, timentes Deum, et abhorrentes a libidinibus hanc ipsam ob caussam Ecclesiasticos gradus petere nolunt, quia conscientias suas hoc vinculo, et his peccatis, quae legem de coelibatu sequuntur, onerare nolunt. Sicut constat aliquos nobilissimos Principes, Comites, et multos natos in familiis equestribus honestiss. reliquisse ampla sacerdotia collegiorum summorum, impurum coelibatum fugientes. Et fiunt similia a multis praestantibus ingeniis in plebe, quae magno usui et ornamento Ecclesiae esse poterant. Postremo valde dolendum est, summos gubernatores malle habere magna agmina coelibum sacerdotum, levium, indoctorum, pollutorum variis libidinib. quam sacerdotes maritos honestos, Deum timentes, castos, bona conscientia Deum invocantes, eruditos.

Quae vero praeterea necessaria sunt ad retinendam coniugii honestatem, commendentur iudiciis Ecclesiasticis, ubi illa recte constituta sunt, et recte constituentur.

Hactenus dictum est de doctrina Ecclesiae, et de Sacramentis, quas res primum et praecipue in Ecclesiae gubernatione constitutas esse, propagari et conservari oportet. Cumque nulli creaturae, nullis angelis aeternum et immutabile decretum voluntatis divinae, quam in Evangelio patefecit, ac in doctrina et in Sacramentis proposuit mutare liceat, servemus id nos quoque immotum et incorruptum, nec ex humana sapientia aliquid contra Evangelium, aut incerta praeter Evangelium statuamus.

Diabolus primus autor tentationis in paradiso ita decepit primos parentes, postea horribiles furores accendit in Ethnicis, decepit Israëlitas, et populum Ecclesiae post Apostolos, ut cum e conspectu amovisset eis verbum Dei, et offudisset alias speculationes, secuti sunt varii errores. Ita sapientissimi Ethnicorum, Aegyptii, Chaldaei, Syriaci, Graeci, Romani, audacter finxerunt idola, et cultus accommodatos ad sua imperia, et hos voluerunt suorum imperiorum nervos esse.

Sic non ludat Ecclesia Dei, non attemperet doctrinam et cultus ad commoditatem imperiorum, sed retineat puritatem verbi Dei et unam consentientem et perpetuam doctrinam traditam per Prophetas et Apostolos: sicut Galat. 1. scriptum est: *Si angelus Dei de coelo aliud Evangelium docebit, praeter id quod docui, anathema sit.* Omnibus hominibus mandatum est, ut hanc veram doctrinam unicam de Deo et aeternam discant, confiteantur et tueantur, sicut aeternus pater clamat de filio: *Hunc audite.* Item Matth. 10. *Qui me confitebitur coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo coelesti.* Nunc sequitur tertia pars operis de ministerio Evangelii, in qua parte et de personis ac de Episcopis dicetur.

39) Pez. *lex de coelibatu.*

De ministerio Evangelico et regimine Episcoporum.

Sicut viri politici antecellentes sapientia constituerunt regna, gradibus personarum, modo electionis, et nervo ordinariae successionis, praefinitione certorum locorum et collegiorum, legibus, iudiciis, executione, praesidiis, opibus, defensione, (et alii in constituendo felices fuerunt, ac durabiles politias constituerunt, ut Cyrus, Augustus; alii fuerunt infelices, nec retinere statum, cuius fuerunt autores, potuerunt, ut Pisistratus, Cleomenes, et alii, nam etiam in his rebus opus est Dei auxilio et gubernatione.) Ita multo magis in Ecclesia magna cura et studio multi sapientes conati sunt, eam, ad imitationem regni constituere, ordinarunt gradus personarum, electionem, successionem ordinariam, dioeceses, opes, praesidia. Sed in hac ipsa gubernatione eventus fuerunt dissimilimi. Nam postquam status hic diligenter ordinatus et munitus est, saepe Episcopi et gubernatores ipsi everterunt Ecclesias, sicut palam cernitur, Episcopos et eorum aulas multis seculis prorsus neglexisse studia doctrinae coelestis et vocationem suam.

In veteri testamento Deus quoque dioecesin alligatam personis, loco, ordinariae successioni instituit, quae duravit annis amplius mille. Et tamen haec ipsa dioecesis, multos impios habuit Pontifices, et hostes verae doctrinae, ut Menelaum, Iasonem, Alcimum, et alios innumerabiles.

Ante Aaronem Ecclesia Dei diutius [40]) duobus millibus annorum fuit, etiamsi non erat talis dioecesis alligata loco et personis et ordinariae successioni. Et postea in politia Iudaica saepe Prophetae et doctores a Deo excitati sunt, quos audire necesse erat, etiamsi damnabantur ab impiis Pontificibus.

Necesse est igitur discernere ab illa politia Episcoporum alligata locis, personis † successioni ordinariae, imperiis, legibus humanis", ipsum ministerium Evangelicum, quod Deus instituit, et magna misericordia subinde instaurat, et perpetuo servat Ecclesiae suae, quod non alligatum est certis locis, personis, et humanis legibus, sed Evangelio. Paulus ad Ephes. 4. inquit: *Christum sedere ad dextram patris, et Ecclesiae suae dona dare, Prophetas, Apostolos, pastores et doctores.* Et diserte addit caussam, cur Christus sua potentia servet ministerium et excitet doctores, videlicet, ut vera, consentiens, unica doctrina, perpetua in Ecclesia maneat, sicut inde ab Adam usque ad haec tempora mansit verbum Dei, † et pura sententia in vera ecclesia", et ne Ecclesia abducatur a verbo Dei, et impellatur in varios errores, ut Ethnici quotidie novos furores excogitabant.

Hic Paulus plane affirmat, verum ministerium Evangelii in Ecclesia singulari potentia, et beneficio Christi retineri, videlicet, hoc modo ut subinde exuscitet, gubernet, et defendat doctores, qui Evangelium recte proponant, ut cum obscuratum et contaminatum est, rursus illustret et sit efficax per vocem Evangelii et administrationem Sacramentorum, colligat sibi Ecclesiam aeternam, det Spiritum sanctum. Sic Christus ipse suum librum et suam scholam servat; sicut Esa. 51. scriptum est: *Posui verba mea in ore tuo et umbra manus meae protexi te, ut plantes coelos.* Et saepe repetita est haec promissio ad consolandos omnes recte invocantes Christum, ut sciamus Deum sua potentia servaturum esse suam Ecclesiam, Evangelium, et ministerium Evangelii.

Nam si fundamentum esset Ecclesiae humana diligentia, et humana constantia, et Evangelicum ministerium ab humana potentia penderet, cito deleretur cum ipsis imperiis, † ubi sonaret vox evangelii", sicut religiones aliarum gentium cum ipsis imperiis funditus deletae sunt. Sed Deus in illo capite Esaiae inquit, se ministerium Evangelii propter seipsum et servandam notitiam nominis sui servaturum esse et non permissurum ut deleatur.

Sic et Psalmo secundo inquit: *Praedicabo de praecepto, Dominus dixit ad me, filius meus es tu.* Hanc vocem Christus per sese et suos ministros perpetuo sonabit nec opprimi sinet.

Haec primum dicta sunt de ministerio Evangelico, ut omnes intelligant nos confiteri, sicut haec est aeterna et immota veritas, ministerium Evangelii et Sacramentorum necessarium esse, † et ecclesiam ad hoc alligatam esse", nec esse [41]) populum Dei aut electos usquam nisi in coetu vocatorum, ubi sonat vox Evangelii et administrantur Sacramenta.

Secundo et hoc ingens beneficium Dei agnoscendum est, et Deo nominatim pro hoc tanto

40) *diutius*] Pez. *divinitus.*

41) *nec esse*] Pez. *neque.*

munere gratiae agendae sunt, quod Deus Ecclesiae mandavit, ut ipsa ministros eligat ad docendum Evangelium, et ad Sacramenta exhibenda, et per illos ipsos humana voce electos, vult esse efficax, et in hoc ipso munere multos excitat Spiritu sancto, et ornat peculiaribus donis ad Ecclesiam instaurandam, sicut Paulus Tito praecepit, ut presbyteros in civitatibus collocet. Et fit mentio ordinationis ac impositionis manuum ad Timotheum. Mos etiam Ecclesiae qui multis seculis duravit notus est, quod honesti et pii homines omnium ordinum convocati nominarunt et elegerunt Episcopos.

Tertio, verum est fungentibus ministerio Evangelico, si recte doceant et Sacramenta administrent iuxta institutionem, sive vocentur Episcopi, sive pastores, mandato divino obedientiam deberi in omnibus, quae praecipit aut vetat Evangelium, et contumaciam puniri aeternis poenis, iuxta illud: *Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit.* Praeterea debetur illis recte fungentibus ministerio Evangelico obedientia in iudiciis Ecclesiasticis, ad quae et Ecclesia adhibenda est. Ad haec iudicia venire vocatum, et convictum obtemperare †sententiae" necesse est.

Postremo loco ordinationes rerum sunt, quae vocantur adiaphorae, ut temporum, lectionum, et similium rerum, quae tamen sine impiis opinionibus a gubernantibus Ecclesiam instituuntur boni ordinis caussa pro loci conditione. In his populus debet obedientiam eatenus, ne cum scandalo illas ordinationes violet, ne fiant dissipationes non necessariae. Et in summa ministerio Evangelico, per quod Deum efficacem esse certissimum est, et per quod Deus nobis adest, omnes homines vero pectore et vera reverentia se subiicere debent, et praecipuus Dei cultus est, adiuvare hanc ministerii conservationem omni officii genere suppeditando victum, et defendendo pro cuiusque loco, pro quibus officiis Deus ingentia praemia pollicitus est. Sicut scriptum est: *Qui uni ex minimis discipulorum meorum propter doctrinam, vel potum aquae dabit, Amen dico vobis, habebit mercedem suam.*

Haec in genere dicta sint de ministerio Evangelico, id est, de omnibus, in sua vocatione recte docentibus Evangelium, et recte administrantibus Sacramenta.

Postea vero quaeritur. An inter istos ministros ordinem et gradus esse necesse sit? Non omnes dona similia habent: non omnes idonei sunt ad diiudicandas obscuras controversias doctrinae: non omnes possunt constituere iudicia. Et cum in hac imbecillitate humana necessaria sit inspectio aliqua prudentiorum, et necessaria sint iudicia, oportet esse certa loca, certas personas, ad quas negotia referantur. Haec loca cum personis et opibus ita instructa esse oporteat, ut quantum humana diligentia provideri potest, †ut" spes sit potentias[42]) illas multis seculis mansuras esse: Ideo volunt Episcopos esse, tanquam gradum supra reliquos presbyteros.

Omnis autem gubernatio ministros et sumtus requirit. Quare et Episcopis opus est aliqua frequentia doctorum hominum ad ordinationem recte exercendam, ad examina, ad institutionem ordinandorum, ad visitationem, ad iudicia, ad consilia, ad scribendum, ad legationes, ad Synodos, seu concilia, sicut Athanasii, Basilii, Ambrosii, et similium gubernationes plenae fuerunt occupationum, et multas Ecclesias complexae sunt, ut multae gentes adversus haereticos munirentur, et in Synodo aliqua frequentia doctorum esset. Ad haec negotia multis collegiis et ministris opus fuit.

Iam si praesens politia Episcoporum dissiparetur, secutura esset barbaries et infinita vastitas, quia Reges et Principes, qui mundana imperia tenent, occupati sunt aliis negotiis, et pauci Ecclesias curant †et pauciores doctrinam norunt aut inquirunt." Ideo censent necessario praesentem politiam Episcoporum retinendam esse.

Responsio. Nec nobis placent dissipationes politiarum, aut gubernationum. Et valde optamus, ut Episcopi et collegae gubernationis Ecclesiasticae vere faciant suae vocationis officia, et in eo casu offerimus obedientiam nostram, videlicet si desinant esse hostes verae doctrinae, quam profitemur, nec erunt tyranni, et parricidae piorum et calamitosorum sacerdotum nostrorum, et incipient puram doctrinam, quam docemus, in Ecclesiis suis propagare, et recipient legitimum et pium usum Sacramentorum, et hanc emendationem tueri volent.

Haec ipsa tanta distractio Ecclesiarum, initio ab Episcoporum asperitate orta est, qui fulmina anathematum adversus nos emiserunt et sacerdotes nostros homines, innocentes, doctos, pios,

42) *potentias*] Pez. *politias.*

interfecerunt, cum Episcoporum dignitatem non violassent, imo pro eis labores ministerii sustinuissent, ac fuissent ministri pii et salutares, ut multi eorum voce ad Deum conversi, facti sint haeredes vitae aeternae.

Si vero Episcopi, ut hactenus, ita deinceps hostilia facient contra doctrinam, quam profitemur, nulla poterit inter illos et nostros sacerdotes et doctores fieri concordia. Quid vero Principes, et politici gubernatores civitatum facturi sint, ipsorum deliberationi relinquimus. Nos quidem qui iam ministerio Evangelii fungimur, non possumus cum iis, qui manere volunt Evangelii hostes, concordiam facere, exitum autem Deo, qui est iustus iudex, et promisit se sua praesentia ministerium Evangelii defensurum esse, commendabimus, utram partem, et quomodo nos protecturus sit, sicut Apostolos necesse fuit Deo commendare Ecclesiae sui temporis defensionem. Nam ut prius dictum est, scimus ministerium Evangelicum non ab humanis voluntatibus, aut praesidiis pendere, sed servari a Domino nostro Iesu Christo, ut apud Hoseam dicitur: *Salvabo eos in Domino Deo suo, et non salvabo eos in arcu et gladio.*

Denique ad piam concordiam nulla via est alia, nisi haec: ut Episcopi veram doctrinam et legitimum usum Sacramentorum amplectantur et nos ipsis tanquam Ecclesiae gubernatoribus obediamus; ad quod nos offerimus. Plus largiri sine magno peccato aut sine contumelia Dei non possumus. Ex hac significatione nostrae voluntatis deferentis in hoc casu obedientiam, manifestum est, nos satis excusatos cum nobis obiicitur: Nos contumaciae et schismatibus caussam praebere. Ad id haec responsio est. Nos offerre obedientiam, si non postulent a nobis, ut veritatem Evangelii abiiciamus et damnemus.

Hic si obiiciunt: expectandam esse a nobis cognitionem controversiarum, vicissim opponimus: damnari nos iniuste ante cognitionem, et iniuste crudelitatem exerceri rebus nondum diiudicatis vero Ecclesiae iudicio.

Praeterea multi ex ipsis sciunt doctrinam nostrarum Ecclesiarum, sicut in Ecclesiis nostris proponitur, et sicut eam iam saepe in Comitiis confessi sumus et declaravimus, et dextre ac non calumniose intellectam veram et sinceram catholicae Dei Ecclesiae sententiam esse. Quodsi Episcopi veram doctrinam Ecclesiarum nostrarum amplecti et propagare vellent, et fieret concordia, si qui deinceps utiliter Ecclesiae Dei servituri essent, hos oporteret etiam perficere, ut necessariae functiones per suos recte administrarentur. Et quanquam aliqui reformationem Episcoporum instituunt ad veterum canonum severitatem, tamen discrimen est inter mandata divina, quae sunt aeterna, nec propter imperiorum mutationes delenda sunt, et mandata humana, quae temporibus et cum imperiis mutantur, sicut omnes eruditi sciunt divinas et aeternas leges longe differre ab humanis senescentibus et intereuntibus legibus: Ut si Senatus Spartanus nunc Lycurgi leges restituere vellet, ut agri communiter colerentur, et fruges pro cuiusque patrisfamilias necessitate dividerentur.

Haec novitas non necessaria † et magnos tumultus paritura" esset; illud tamen nunc quoque Spartae necessarium est, ut mandata Dei serventur, ut prohibeantur, et puniantur iniustae caedes, adulteria, etc.

Ita in hac reformatione, cum manifestum sit in omni gubernatione opus esse multis personis, et has sine victu et sine stipendiis vivere non posse, necesse erit etiam Episcopos, qui faciunt necessarios sumtus in gubernatione, habere facultates aliquas. Quanquam autem gubernatio imperiorum et immodicae opes impediunt administrationem Ecclesiarum et literarum studia, et multi pii et prudentes ante haec secula non temere quaesti sunt, Episcopos nimium occupatos esse profanis negotiis imperiorum et opum suarum cura: Tamen postquam nunc talis est politia et opum ordinatio, et Episcopi prudentes et timentes Deum recte uti suis facultatibus possent, nos illam opum et ditionum possessionem non turbamus. Illud autem agimus, ut illi ipsi Episcopi et collegia, et populi illarum ditionum ad veram Christi agnitionem et veram invocationem Dei adducantur, ut mores collegiorum, qui sunt similes nunc Ethnicis, emendentur, ut constat Canonicos plaerosque ignaros esse doctrinae Christi, Ethnica profanitate contemnentes religionem, deditos obscoenis voluptatibus. Cumque praecipua et propria cura esse collegiorum deberet, docere Evangelium et in suis dioecesibus propagare, manifestum est, omnium maxime ab eis negligi et superbissime contemni munus docendi. Initio collegia fuerunt honestissimi coetus sanctissimorum et eruditissimorum hominum toto orbe terrarum docentium

et discentium. Ita Iohannes Evangelista et deinde Polycarpus et alii multi pulcerrimos coetus hominum eruditione et virtute praestantium, docentium et auditorum secum habuerunt. Nec pulcrius ullum toto orbe terrarum spectaculum esset, quam videre talem Senatum et talem scholam. Nunc vero, si haec recentia collegia ad illam veterem imaginem conferantur, quanta erit dissimilitudo?

Sed quia non omnes in collegiis sunt Epicuraei, sed aliqui saniores iudicium Dei metuunt, his servire nostra moderatione ad salutem et quantum Deus concedet, manente hac politia revocare eos ad vocationum officia cupimus. Nam haec postrema mundi aetas, non tam felix est, ut ex collegiis Canonicorum rursum Eliae et Elisaei scholae fieri possint. Et tamen si vellent Episcopi et Canonici, servire Ecclesiae Dei utiliter possent, in tuendis quibusdam necessariis officiis, ad quae etiam opus est viris bonis et prudentibus.

Nec egestas pietas est, nec opulentia peccatum. †Tenere imperia non est peccatum", etsi difficile est simul sustinere Ecclesiae et imperiorum gubernationem, tamen Episcopus timens Deum curam utriusque oneris recte distribuere posset, sicut David, Ezechias, Constantinus, Theodosius, et nunc multi Principes, etsi politicis[43]) negotiis occupati sunt: tamen interim et Ecclesias inspiciunt, et earum negotia mediocriter gubernant.

Paulus Apostolus prorsus non attigit ulla negotia Imperatorum suae aetatis. At Ambrosius etsi erat Episcopus: tamen legationes obiit pacis faciendae caussa inter Valentinianum et Maximum, sicut et nunc unius Ecclesiae in oppido aliquo pastor prudens et studiosus fovendae suorum concordiae, lites aliquas civium privato consilio dirimit, et Bernhardus pacis autor fuit inter Lotharium Imperatorem, et Cunradum Imperatorem, Talia officia, si modus et ordo mediocriter serventur, non reprehendimus.

Postremo etiamsi canones severissimi condantur, tamen si personae sunt sine timore Dei, et non ex animo venerantur ministerium Evangelii, illae canonum otiosae paginae non profuturae sunt Ecclesiis. Econtra vero si in personis erit timor Dei, et voluntas iuvandae Ecclesiae, et solicitudo de doctrina et de ministerii Evangelici conservatione, poterunt etiam in hac politia pro modo suarum virium aut suae industriae Ecclesiis utiliter servire.

Ideo hanc nostram reformationem ad leges divinas, quae ut sunt aeternae, ita semper ab omnibus hominibus colendae erant, instituimus, non ad regulas humano consilio excogitatas, quibus dominantur tempora.

Primum fateri ipsi coguntur, Deum ante omnia praecepisse Episcopis, ut doceant Evangelium per seipsos aut certe per alios doceri curent, et recte exerceant administrationem Sacramentorum. Ideo Episcopi viros honestos et idoneos ad docendum Evangelium suis collegiis et ditionum suarum Ecclesiis praeficere debent. Ad hanc rem facile invenirent stipendia ex sacerdotiis, si adsit voluntas et verum studium iuvandae Ecclesiae. Debent et abusus in ceremoniis tollere.

Secundo sciunt et hoc mandatum Dei esse, ut ordinationem presbyterorum recte administrari curent, videlicet ita ut fiat seria morum et doctrinae exploratio, et rudiores et dociles erudiantur. Sciunt Episcopi ipsi hanc veterem esse de ordinatione opinionem, proprium videlicet Episcoporum officium seu opus esse hanc ipsam comprobationem presbyterorum, quae fit impositione manuum. Non existiment autem tantum ideo solis Episcopis hoc opus attributum esse, ut fastigium altius agnosceretur, sed multo magis, ut Episcopi praesentes in examine doctrinam diligentius inquirere possent, et caverent, ne admitterentur ad hunc gradum, qui prorsus non possent docere, aut quorum mores alienaturi essent voluntates hominum a ministerio Evangelico, sicut Paulus Timotheo praecipit; ne cui cito manus imponat. Et cum in examine adhibetur diligentia, ut unum quoddam certum et consentiens doctrinae genus proponatur, et rudiores qui erudiendi sunt, ad id assuefiunt, haec exempla, plurimum conducunt ad Ecclesiarum concordiam.

Cumque petetur ab Episcopis ordinatio, maneat tamen suum ius patronis vocandi idoneos, eosque praesentandi, ut vocant. Retinent et iure divino patroni omnes hanc inspectionem, ne sinant corrumpi doctrinam iuxta illud: *Cavete a Pseudoprophetis.* Admoneant igitur concionatores, qui falsa proponunt, et pertinaces removeant a ministerio et sui facti caussas apud Episcopos exponant.

---

43) *politicis*] Pez. *publicis.*

Tertio Episcopis praecipit Deus ut sint inspectores doctrinae in omnibus Ecclesiis, quibus praesunt, et curent ut pastores inferiores recte doceant, sicut Christus Petro praecipit: *Et tu conversus confirma fratres tuos.* Ad hanc rem olim visitationes fiebant, quibus et nunc valde opus esset. Itaque in collegiis Canonicorum esse aliquos honestos et doctos Canonicos oportebat, qui certis temporibus per totam dioecesin Ecclesias adirent, et pastores indoctiores audirent concionantes, et de aliqua doctrinae parte admonerent. Horum officium sit etiam aliquos audire in populo, ut quid intelligat et discat populus animadverti possit. Explorent etiam famam de moribus pastorum et auditorum. Nam haec duo opera sunt praecipua, et vere divina opera eius functionis, quae inter omnium creaturarum functiones summa et maxima est, retinere lucem verae doctrinae de Deo, et bonos mores, quarum duarum rerum maximarum tuendarum cura Episcopis praecipue mandata est, non consecrare campanas et parietes.

Etsi autem Episcopi nunc utcunque retinent ceremoniam ordinationis, tamen manifestum est explorationem doctrinae et morum, et institutionem imperitiorum omitti. Ideo plenus est orbis terrarum indoctis, levibus, impiis sacrificulis: Et hanc religionis profanationem Deus punit magnis publicis calamitatibus, bellis, confusionibus, et ruinis regnorum. Manifestum et hoc est non fieri visitationes Ecclesiarum, praeterquam quod recens aliqui Episcopi, ut veram doctrinam opprimerent, ad aliqua loca suarum dioecesium accesserunt.

Quarto, Deus praecipit exerceri iudicia Ecclesiastica, ut Matth. 18. scriptum est, et 1 Timoth. 5. videlicet ut ex Ecclesia eiiciantur, qui falsa docent, et rei sunt manifestorum criminum, qui mores non emendant, et ut lux verae doctrinae et boni mores retineantur. Haec iudicia a Deo praecipi manifestum est, et fuisse in Ecclesia semper ab initio mundi, nihil dubium est, quae eo quidem diligentius exercenda erant, quia Magistratus profani non curant doctrinam. Deinde in disciplina negligentes sunt, non puniunt vulgares scortationes, aut adulteria: Deploranda est autem et haec calamitas Ecclesiae, quod haec iudicia prorsus ab Episcopis negliguntur et excommunicatio ad caussas proprias fori profani indigne et impie translata est. Mores enim Canonicorum et aliorum sacerdotum testantur vagas libidines non punitas esse. Ac de iudiciis et excommunicatione mox prolixius dicemus.

Quinto, saepe etiam necesse est Synodos autoritate aliqua in una dioecesi aut pluribus convocari. Nec exigua sapientia est prospicere quando prosit convocare coetus, et quomodo tanta ingeniorum et voluntatum varietas gubernanda, † moderanda" et ad concordiam flectenda sit. Non enim prodest multos superbis, turbulentis, veteratoriis, factiosis ingeniis praeditos saepe convocare. Et tamen interdum dissidia doctrinae, aut aliorum communium morborum emendationes postulant multos convocari, et aliqua communi deliberatione quaeri remedia, sicut Apostoli Synodos salutares habuerunt.

Sexto, cum Episcopi debeant esse inspectores doctrinae, inter praecipuas curas, et hanc esse oportuit, perficere ut scholae superiores et inferiores recte regantur. Nam Academiae sunt nunc, ut olim prima collegia Canonicorum, doctrinae custodes, testes et propagatrices, quas intelligere doctrinam Ecclesiae integram, et nosse universam antiquitatem, certamina et iudicia Ecclesiae oportet, et scire unde doctrinam acceperint, et testimonia verae sententiae ad posteritatem transmittere, sicut Irenaeus allegat testimonia Ecclesiarum Graecarum et Latinarum. Ac valde postulat publica necessitas, ut omnes gubernatores Ecclesiastici et politici, maiore diligentia et sedulitate, excitent et foveant studia literarum, et disciplinam in scholis severius astringant. Nimia [44]) est enim horum temporum libertas, in qua multi efferantur, et negligunt exercitia religionis, precationes et lectiones sacras. Hanc feritatem si adulti ad Rempub. adferent, erunt pestes generis humani, quia sine vera invocatione Dei vivunt, negligunt Ecclesias, fiunt Epicuraei, ut nunc passim, proh dolor, tales Cyclopes multi sunt in aulis et civitatibus.

Revocetur ergo adolescentia ad modestiam, assuefiat exemplis et honestis exercitiis ad agnitionem et timorem Dei, et merae salutares circumdentur libertati. Verum ad haec Episcoporum opera omnia opus est in qualibet dioecesi aliquot honestis et doctis viris et Deum timentibus, quales haberi possent, si accederet haec diligentia,

---

44) *Nimia*] Pez. *Nota.*

ut ad sacerdotia collegiorum eligerentur tales viri, quorum industria usui esse posset. Nunc enim quam multi sint in collegiis Canonicorum recte eruditi, res ipsa ostendit. Ac praecipue pauci sunt, qui doctrinam Ecclesiae recte intelligant et ament. Sed ut honesti viri sint in collegiis Canonicorum, abolenda est impia lex de coelibatu, et concedendum est his honestum et pium coniugium.

Postremo si Deus autor piae et salutaris concordiae faveret initiis reformationis, et emendatio pia procederet, deinde in electione Episcoporum rationem haberi oporteret, non tantum politicae gubernationis, sed etiam Ecclesiasticae. Quaerendus esset non tantum diligens quaestor aut vir politicus, sed etiam mediocriter sciens doctrinam Ecclesiae et non superbe fastidiens ministerium Evangelicum, deliberationes de doctrina, et de piis ceremoniis et defensionem pastorum, sed praecipue Episcopi officia intelligens et amans.

Etsi autem veteres canones multa ordinarunt de electione, quibus personis, et quorum graduum hominibus concedendum sit ius suffragandi, tamen nobis hoc tutissimum videtur, ut sit electio penes summa collegia, ut hactenus, postquam amplexa essent puram Evangelii doctrinam: Et si quid iuris quocunque loco Principes habent, ut id maneat eis integrum.

Nam si revocanda esset vetus consuetudo, ut populus seu praecipui viri omnium graduum suffragarentur: ille mos et olim magnos tumultus excitavit in Asia, in Graecia, et in Italia, et nunc in hac natione horridiore, maiora certamina pariturus esset. Et si collegia hoc lenissimo consilio, quo non labefactatur fastigium aut dignitas cuiusquam, non diripiuntur opes, non impeditur administratio, ad reformationem iure divino praeceptam, non poterunt flecti, ut existimamus, quia maior pars habet cum inscitia et impietate coniunctam pertinaciam, ut Pharao, et Iudaei, et multi sunt palam Epicuraei, qui mentis iudicium amiserunt propter libidines et ferocem Dei contemtum: Quanto minus flectentur ad reformationem praescriptam, in veteribus canonibus, quae imperia eriperet et diminueret opes?

Si autem Episcopi et Canonici manere hostes Evangelii, et parricidae recte docentium volent, sicut fuerunt hactenus, commendabimus Deo iudicium et hae compositiones frustra tentantur. Non enim abiicere confessionem verae necessariae et salutaris doctrinae a Deo traditae, et sanguine filii Dei obsignatae, nec deserere ministerium Evangelicum licet, et Ecclesiarum nostrarum Iesu Christo, qui sedet ad dextram aeterni patris, ubi sibi Ecclesiam voce Evangelii sui colligat, expectare debemus.

De iudiciis Ecclesiasticis.

Deus potestati gerenti gladium mandavit, ut externam honestam disciplinam iuxta omnia mandata Dei tueatur ac retineat, et corporalibus poenis omnes, qui violant externam disciplinam, puniat, et omnes mediocriter periti forensium negotiorum sciunt, quae caussae ad hoc forum vere pertineant. Praeter hoc forum constituit Deus aliud iudicium in Ecclesia, quod cum via esse debeat ad poenitentiam, non interficit hominem vi corporali, sed punit verbo Dei, scilicet aut separatione, aut eiectione ex Ecclesia: postea vero huic foro Ecclesiastico, etiam controversiae de matrimoniis commendatae sunt, quod bono consilio factum videtur. Saepe enim incidunt controversiae, in quibus conscientiis partium consuli debet, cuius rei in foro profano non ita habetur ratio. Sed quod multis seculis alia profana negotia, ut lites de pecunia, forum Ecclesiasticum ad se traxit, et quod Pontifices fulmen excommunicationis torserunt in Imperatores, ad imperii amplificationem in Italia, ad retinendum regnum Neapolitanum, et quod excommunicatio non exercetur ad puniendas vagas libidines, adulteria, contumaciam iuventutis contumeliosae adversus parentes, Epicuraeum contemtum Christianae doctrinae, et Sacramentorum, hi abusus deinceps tollendi sunt. Utinam gubernatores considerarent, quam necesse sit recte constitui et defendi iudicia Ecclesiastia, quae si non constituentur, sequentur multo tristiores morum, disciplinae, et doctrinae confusiones.

Ac primum sciunt omnes negotia coniugii magnam partem esse vitae humanae, et incidere tam multas et varias controversias, ut ad cognitionem negotiorum coniugalium opus sit peculiari iudicio, seu peculiari decuria iudicum. Nec fieri potest, ut singuli pastores in Ecclesiis tantum eruditionis et iudicii habeant, ut has controversias recte diiudicare possint. Saepe enim adeo obscurae et intricatae caussae sunt, ut etiam doctis et peritis difficile sit pronunciare. Ideo necesse est in certis locis opportunis † praecipuis", ad quae accedere homines sine magnis sumptibus possunt, in

dioecesibus Consistoria constituere, quae cognoscant et diiudicent controversias matrimoniales, Christianis sententiis iuxta verbum Dei, Evangelium, et illas honestas leges, quae in Ecclesia Christi a piis et prudentibus Christianis inde usque ab Apostolis tanquam honestae et Deo placentes iudicatae sunt, ne Ethnicae et Turcicae confusiones libidinum existant. Item pastores cuiuslibet loci mandent reis criminum, ut se emendent. Si non fit emendatio, indicent eos Consistorio, quod citet reos, et audito negotio puniat sontes, ac nominatim hae caussae ad hoc forum deferantur, quas profana potestas negligit.

Si quis falsum dogma spargit.

Si quis contumeliose loquitur de religione Christiana, aut de Sacramentis.

Si quis toto anno nec absolutionem petit, nec accedit ad coenam Domini.

Si quis contumelia afficit pastorem Ecclesiae, aut alios Evangelii ministros.

Si quis apud se palam scortum aut concubinam alit.

Si de adulterio adversus aliquem aut aliquam fama verisimilis fertur.

Si quis quaestum facit usuris.

Si iuvenes contumaces contra parentes aut alios, quibus commendati sunt, dedunt se helluationibus et inhonestos ludos exercent.

Haec Consistoria habent potestatem ferendae sententiae excommunicationis. Et sententia mittatur ad Ecclesiam eius loci, ubi excommunicati domicilium est, et ibi aut recitetur sententia in concione, aut scripta affigatur ad templi ianuam: Populus vero iuxta regulam Pauli doceatur, ne adhibeat excommunicatos [45]) ad societatem officiorum Ecclesiasticorum. Est autem contemtor excommunicationis pro facti atrocitate, et a potestate gladium gerente coërcendus. Nam potestas politica Ecclesiam in tuenda pia disciplina iuvare debet, ut Rom. 13. scriptum est: *Potestas sit terrori pro malo operi et honore adficiat recte facientes* [46]). Et Esaiae 48. *Reges erunt nutritores Ecclesiae*, id est, *foveant et protegant ministros Evangelii et augeant reverentiam Evangelii in populo.*

Sed praecedat in omnibus caussis vera et pia cognitio, ac sint iudices non soli sacerdotes, sed

45) *adhibeat excommunicatos*] Pez. *adhibeatur talis.*

46) Pez. *terrori malo operi te honori bono.*

etiam alii honesti et docti viri Deum timentes, ac idonei ad iudicandum, tanquam honesta membra Ecclesiae etiam ex laicis. Cum enim Christus inquit: *Dic Ecclesiae*, et his verbis mandat, ut summum iudicium sit penes Ecclesiam, docet non tantum unam partem Ecclesiae scilicet Episcopos, sed etiam ex reliquis gradibus populi eligendos esse iudices idoneos, qui sint membra Ecclesiae, homines honesti, docti, Deum timentes. Et vult hos quoque habere voces decisivas, sicut hodie extat liber actorum concilii Ephesii, in quo apparet etiam presbyteros et diaconos habuisse voces decisivas.

De Scholis.

Manifestissimum [47]) est necessarias esse literas et scholas literarum ad conservationem et propagationem doctrinae Evangelii [48]) †et ad totam gubernationem." Nam doctrina christiana [49]) non est Philosophia seu notitia indita nascentibus, sicut aut numerorum notitia, aut legis naturae, sed est mirandum decretum Dei aeterni patris, filii, et Spiritus sancti, de filio mediatore, et de remissione peccatorum ac restitutione vitae aeternae, quod decretum ex sinu aeterni patris prolatum filius patefecit. Idque Deus voluit mandari literis, per Prophetas et Apostolos et horum scripta legi ac audiri mandavit. Quare etiamsi aliae gentes et religiones carere literis possent, tamen Ecclesia Dei carere literis, linguarum cognitione et eruditione non potest. Ac valde opus esset pios, eruditos, peritos et prudentes Episcopos inspicere scholas et maxime haec studia regere.

Primum Theologica: Necesse est enim aliquos magna autoritate praeditos praeesse, qui curent, ne doctrinae Ecclesiasticae puritas corrumpatur a petulantibus et pravis ingeniis. Retinenda est et doctrinae concordia, et voluntatum coniunctio, quia saepe ex privatis odiis oriuntur dogmatum dissidia. Sint etiam delecti censores eruditi et graves, qui iudicent, quae scripta liceat edi, quae non sint edenda.

Secundo. Iuventutis studia, quae ad eas artes et linguas assuefacienda est, quae necessariae sunt ad explicationem scriptorum Propheticorum et Apostolicorum.

47) Pez. *Manifestum.*

48) *Evangelii*] Pez. *Ecclesiasticae.*

49) *christiana*] Pez. *ecclesiastica.*

Tertio. Gubernandae sunt et disputationes, non solum Theologicae, sed etiam iuveniles. Nam assuefacti ad sophisticam, aut ad defensionem absurdarum opinionum, cum postea adferunt eam consuetudinem ad graviores res, ludunt simili modo. Discat igitur iuventus in scholis, non solum admirari celeritatem ingeniorum, sed multo magis amare veritatem, et hanc propter Deum in qualibet materia reverenter tueri.

Quarto. Disciplina †christiana" instauranda est, ut adolescentia assuefacta ad modestiam, et ad agnitionem et timorem Dei, adferat has virtutes postea ad gubernationem, tum Ecclesiae, tum Reipub. Quales enim futuri sunt Episcopi, aut pastores, aut Senatores, qui in scholis vixerunt grassatorum more, nec didicerunt doctrinam Evangelii, nec se ad invocationem Dei piis exercitiis assuefecerunt. Multum enim refert, quales mores homo a teneris assumat, et multo firmior est malarum rerum consuetudo, quam bonarum, quia natura sequax est, cum invitatur ad vitia. Quaerenda sunt igitur consilia disciplinae instaurandae.

Quinto. In multis urbibus magnis Germaniae, ubi collegia Canonicorum et monasteria locupletia et multa sunt, nulli reditus Ecclesiastici attributi sunt scholis. Quare nec †doctores" idonei conduci possunt nec ali pauperes scholastici. Certum est autem primos reditus collegiis donatos esse, praecipue propter has duas caussas, propter ministerium Evangelii, et ad iuvanda studia doctrinae. Ideo iustissimum est, nunc quoque ad has duas res maxime necessarias aliquid ex tantis opibus collegiorum transferre. Hanc voluntatem esse Christi et Ecclesiae Dei non dubium est. Nam Christus inquit: *Qui dederit vel potum aquae uni ex minimis meorum propter doctrinam, habebit mercedem suam.* Vult igitur doctores et discipulos inopes bonae spei ali et iuvari. Et cum omnes dicant reditus Ecclesiasticos esse bona Ecclesiae, si ipsa Ecclesia domina harum rerum interrogetur, an velit pastores pios et doctos cum coniugibus et liberis fame contabescere, aut scholas deseri, et deleri studia literarum, interim vero tanta agmina ignavorum et indoctorum saginari, quid putamus responsuram esse? Primum certe diceret, filiis suis opitulandum esse, et vere filii Ecclesiae sunt †pii" pastores et †pii" scholastici. Commonefaciet etiam Episcopos, collegia, et potestates de voce Christi, quam sonabit in extremo iudicio: *Esurii et non cibastis me.* Quare ut literae serventur iuxta mandatum Dei et propter Ecclesiae necessitatem, aliquorum paucorum saltem collegiorum, aut monasteriorum reditus ad scholas transferantur.

De victu et defensione ministrorum Evangelii.

Vult Deus in terris etiam in hac vita semper Ecclesiae reliquias esse, ut in aliqua parte generis humani luceat ipsius et Christi notitia, et Christus haereditatem habeat ex genere humano. Quanquam autem excitat et ministros ipse et servat sua praesentia, tamen hoc modo utitur: dat hospitia, aliquas politias, Regum et Principum imperia et civitates, ubi aliquantisper sint Ecclesiae, et studia colantur, etiamsi alii[50]) Reges et Principes sunt inimici Ecclesiae. Itaque Reges, Principes et[51]) gubernatores, qui Deum et Dominum nostrum Iesum Christum vere invocant, et diligunt. Sciant[52]) politias debere hospitia esse Ecclesiarum, sicut scriptum est: *Aperite portas Principes vestras.* Ideo suaviter foveant Ecclesiam †Dei," et[53]) ante omnia honore afficiant et servare studeant ministerium Evangelii, et curent ut pastores Ecclesiarum habeant victum et adiuvent pro sua vocatione propagationem Evangelii, sicut in Esaia praecipitur: *Reges erunt nutritores, et Reginae nutrices.* Quaelibet potestas, quaelibet Respub. exemplum sibi propositum esse ducat in vidua Sareptana. Et ut illa quamvis difficili tempore excipit et pavit Eliam, ita nunc similia officia deberi ministerio Evangelii sciamus.

Sed in his furoribus hominum non diuturna fuerunt hospitia Ecclesiae in iisdem locis, ut donec Ioseph vixit, mediocris tranquillitas Ecclesiae erat in Aegypto: Post annos 140 a morte Ioseph egressa est ex Aegypto et aliud hospitium quaesivit. Cyrus et Artaxerxes defenderunt Iudaeam: postea Ochus crudeliter eam afflixit. Ideo secutae sunt poenae, et mutatio regni Persici, sicut saepe alias †Deus" punivit iniustam asperitatem, quae in sacerdotes Evangelium docentes et alios pios grassata est. Sciant igitur potestates sibi a Deo

50) Pez. *alii multi.*

51) *sunt inimici* etc.] Pez. *persequuntur Ecclesiam: Tamen sunt aliqui pii.*

52) *Sciant*] Pez. *Hi sciunt.*

53) Pez. addit: *tales monendi sunt*, *ut.*

praeceptum esse, ut foveant Ecclesias, non sinant deleri ministerium Evangelii et doctrinam, curent victum pastoribus Ecclesiarum, perficiant, ut Evangelium ad posteritatem propagetur, et ut semper possint publici et honesti congressus esse, in quibus publice sonet vox Evangelii, et fiat invocatio vera[54]), et Sacramentorum distributio. Harum rerum conservatio summus finis sit universae politicae gubernationis.

De monasteriis.

Manifestum est, vota monastica[55]) vinculum esse multorum peccatorum, falsorum cultuum, et immundi coelibatus. Hic autem articulus[56]) inter doctrinae articulos a nobis numeratur, et copiose et saepe declaratus et confirmatus est. Erunt igitur personae, quae in monasteriis sunt, docendae, haec usitata vota improbari a Deo, quae obligant ad falsos cultus, et ad immundiciem. Ideo et potestates concedere debent, ut si quae personae monasticae pie et honeste in alio vitae genere extra monasteria vivere mallent, tuto id facere possint, sicut et synodus Chalcedonensis permisit Episcopis, ut vota remitterent. Caeterum si potestates vellent aliqua monasteria ad educationem et institutionem piam adolescentiae tanquam scholas conservare, de ea re non litigamus.

Finis.
Deo laus et Gloria.

Martinus Luther D.
Iohannes Bugenhagen, Pomer D.
Caspar Cruciger D.
Georgius Maior D.
Philippus MelanthoN.[57])

No. 3116. 14. Ian.

Iudicium Theolog. Witteberg.

† Ex cod. Galli I. p. 75. — Videtur hoc iudicium a Melanthone conscriptum; certe non est Lutheri. Loquuntur autem Theologi de accusatione Pontificis Romani et eius sacerdotum, quam instituti volebant Argentoratenses secundum scriptum Buceri. Simul hoc iudicium missum est cum Reformatione Viteberg. ad Principem Electorem, ut etiam docet epistola theologor. d. 14. Ian. — Librum Argentoratensem, ut cognoscitur ex epistola Electoris ad Pontan. d. 16. Ian., miserat Landgravius Hassiae, illumque Vitebergenses iam d. 3. Ian. acceperant, (vid. ep. d. 4. Ian. ad Camerar. et responsum Pontani d. 20. Ianuar.), quare Seckendorf. III. p. 536. errat, quod scribit, librum Argent. demum d. 20. Ian. ab Electore missum esse.

Der Herren Theologen zu Wittenberg Bedenken: ob eine Klage aufm Reichstag wider den Papst von diesen Ständen, wie bedacht, anzustellen.

In der Reformation, so uns zugestellt ist, wird für gut angesehen, daß die Stände, so die reine Lehre des Evangelii bekennen, in diesem Reichstage zusammentreten, und eine gemeine Klage wider den Papst und wider die Bischöffe vor Kais. Maj. und vor den Reichsständen anstellen sollen, und sich erbiethen, zu beweisen, daß diese Papst und Bischöffe nicht ordentliche Kirchengewalt seyn können, sondern sind aus göttlichen und menschlichen Rechten als untüchtige Gliedmaß der christlichen Kirchen zu halten, darum man auf eine General-Reformatio arbeiten, und Kais. Maj. vermahnen soll.*)

Wiewohl wir aber achten, daß dieses guter Meinung bedacht sey, so hören wir doch numehr, daß Kais. Maj. und Frankreich, beide mit ihrer Handschrift, gewilliget, das Concilium zu Trent zu fördern, und dazu zu helfen; und sind die Reden also, daß derhalben Kais. Maj. auf diesem Reichstage nichts von der Religion handeln wolle, sondern wolle diese Sachen ganz und unverrückt auf das Concilium stellen. Was dasselbige schließen wird, das wolle er samt Frankreich exequiren.

Wo nu dem also, achten wir, es sey vergeblich, diese Klage anzustellen, und um eine gemeine Reformation zu bitten; denn es würde uns doch Kais. M. kurz abweisen, daß er diese Sachen dem Concilio befohlen habe, und würde uns nicht hören wollen. Und so dieses also wäre, daß K. M. auf das Concilium warten wollt, achten wir, dasselbige wäre uns nützlicher; denn das Concilium kann nicht kurz zusammenkommen oder procediren oder schließen; und ob es gleich kurz schließen würde, so hätte doch ein solch kurz frevel Concilium

---

54) *vera*] Pez. *una*.

55) *vota monastica*] Pez. *vitam monasticam*.

56) *articulus*] Pez. *articulus*, *quod vita monastica non sit cultus Dei*, *nec sit status perfectior aliis vitae generibus*.

57) Pezel. *Finis Deo laus* etc. non habet. Nomina Maioris et Melanthonis in autographo Crucigeri manu scripta sunt.

*) Haec accusatio primaria res est in scripto Buceri, de cuius argumento et forma satis copiose egit Seckendorfius l. l. p. 540. Habetur Buceri scriptum amplissimum, quod „Reformationem Buceri sive Argentoratensem" appellare potes, in cod. Goth. 452. missa fuerat a Philippo Landgravio ad Pontanum, qui eam legendam dederat Melanthoni. Vid. ep. Pontani ad Landgrav. in Neudeckeri Urkunden aus der Reformationszeit p. 703.

keine Autorität, und würde ein Spott seyn vor allen Verständigen im ganzen Europa.

Darüber ist nicht Zweifel, das Concilium wird viel öffentlicher christlicher Artikel verdammen, als: daß wir Vergebung der Sünde allein durch Glauben haben an Jesum Christum; item von der Beicht, Satisfaction, Indulgenz, von der Meß, von Klostergelübden, von der verstorbenen Heiligen Anrufung; wird also mit öffentlichen Unwahrheit sich selb zu nichten machen. Und so dieses geschiehet, ists ein öffentlich Zeichen göttliches Zorns über sie, daß sie verblendt sind, und daß ihre Straf vor der Thür ist.

Und dieweil die Bischofe von keiner Besserung hören wollen, so wäre uns am liebsten, das Concilium führe also fort, und würden alsdann vielmehr gutherziger Leut, so noch auf das Concilium warten, öffentlich zu uns treten, und wäre des Papsts und der Bischöffe Unsinnigkeit noch öffentlicher. Denn wir werden auch nicht selbs schweigen. Und ist diese Lehre aus Gott, wie wir nicht zweifeln, und ist dieses unser Ministerium das wahrhaftige ministerium Evangelii: so gehöret es zu dem Spruch, Esaiä 51.: ich habe mein Wort rc. Darum obgleich die hohen Potentaten schrecklich von der Execution dräuen, so ist sie doch in Gottes Händen.

Zum Andern, im Fall aber, daß K. Maj. vorhat, auf diesem Reichstag von der Religion zu handeln, so sagt man, er habe ein Buch stellen lassen, welches auch dem Herzog in Baiern zugeschickt seyn soll, das wolle er vorlegen, und schließen via edicti, daß mans halten soll. So man nu auf eine Reformatio bei ihm ansuchet, und er uns dieses Buch vorlieset oder vorträgt, das wir doch ohne Zweifel anfechten würden, so scheineten unsre Handlungen widerwärtig. Wir bäthen um eine Reformation, und würden doch dieselbige vielleicht in vielen fürnehmen nöthigen Sachen anfechten.

Zum Dritten, im Fall aber, daß Kais. Maj. kein eigen Buch vorleget, so ist doch kein Zweifel, er wird in keine Reformation willigen, die den Hispaniern entgegen sey, die ihm nicht zulassen werden, etwas wider des Papsts Willen und ihre Gewohnheit expresse anzunehmen; und so wir denn ansuchen, und hernach in seine Mittel nicht willigen wollten, würde es auch als eine Widerwärtigkeit scheinen. Darum können wir nicht achten, daß es nützlich sey, darauf stracks zu arbeiten, daß er eine gemeine Reformation vornehmen wolle, sondern so das Evangelium selb also fortginge, wie bisher, und ein äußerlicher Friede diesen Ständen erlangt werden könnte, wäre nützlicher.

Dagegen spricht man aber: unser Stand ist eine große Unordnung; die Prediger werden verachtet; das Volk ist ungehorsam und wird heidnisch; die Prediger haben keine Aufseher, zanken wider sich rc.

Antwort: Wenn die Reformation aus diesem Grunde gesucht wird, daß unsre Herrn und Oberkeiten selb begehren ihrer eigen Kirchen Lehr und Stand in merklichen Stücken zu ändern, oder nu die Last dieser Sachen nicht länger tragen wollen, oder gedenken, die Nachkommen werden doch nicht darob halten, item, man auch das zerrissen Wesen in Deutschland wiederum flicken und eine Gleichheit machen: davon darf man uns nicht Raths fragen. Wir wollten auch, daß Deutschland recht herzlich einträchtig wäre, und einen beständigen guten Frieden und Recht hätte. Daß wir aber darum die christliche Lehre ändern sollen, und wiederum mancherlei Abgötterei und Unzucht willigen und bestätigen, das können wir für unsre Person nicht thun, die Herren machen gleich was sie wollen.

Zum Vierten, so steht in selbigem Buch, das uns zugestellet ist, diese Stände sollen zusammentreten. Daran, achten wir, werde auch bei vielen, die unsre Lehre predigen lassen, Mangel seyn; die werden mit dieser Klag wider die Bischoffe nichts zu thun haben wollen.

Zum Fünften, daß wir auch die Sachen davon sollen anfahen, sie seyen nicht Bischof und ordinaria potestas: dieses kann nicht ausgeführt werden, es muß zuvor erkläret seyn, daß ihre Lehre unrecht und unsre Lehre recht sey, und müßte als im Principalartikel von der Lehre vorhin geschlossen werden. Denn sie werden leichtlich antworten: sie seyen ordentlich erwählet, wir sind [seyen] neue Lehrer von der Kirchen verdammt. Also fiel diese Klage wieder um, und müßte doch zuvor von der Lehre geschlossen werden. Ob wir nu leiden mögen, daß der Kaiser, und welche er dazu ziehen wollt, in der Lehre Richter seyn, das stehet zu bedenken.

Zum Sechsten, so ist noch bei den Unsern nicht geschlossen, worauf endlich eine Reformation stehen soll. Denn etlichen ist nicht genug, daß rechte Lehr und rechter Gottesdienst angerichtet werden, sondern wollen auch, daß die Kirchengüter anders geordnet werden, und neben den jetzigen Bischofen andre als Suffraganien in bischöflichem Namen gesetzt werden. Etlicher Bedenken sind gelinder, daß Bisthum und ihre Fürstenthum, Dignität, Stift rc. in ihren Gütern und Herrlichkeit bleiben, doch daß sie rechte Lehr und rechte Gottesdienst anneh-

men, und ihre Aemter mit tüchtigen Personen bestellen, und selb als Bischoff das oberste Aufsehen darauf haben.

Zum Siebenten, aus diesem allen folget, daß wir nicht für nützlich achten, daß man solche Klage anzustellen im Reichstage vornehme, und den Kaiser zu gemeiner Reformation treibe.

Zum Achten, gleichwohl dieweil sich der Kaiser etwas auf dem Tage zu Speyer erbothen, ist zu bedenken, nach Gelegenheit der Zeit, wie er zu erinnern, daß er diese große Sache, christliche Lehr und rechte Gottesdienst belangend, nicht allein auf den Papst, Cardinal, Bischof und ihren Anhang im Concilio stellen wolle, sondern wolle als ein christlicher löblicher Kaiser die Sache dahin arbeiten, daß unser Theil nothdürftiglich gehöret werde, wie S. K. M. ein frei christlich Concilium vertrostet.

Und wäre vielleicht nützlich, daß man S. K. M. dieses erinnert, daß viel Artikel in unsrer Lehr sind, die ganz öffentlich göttliche Wahrheit sind, als de iustificatione, und viel mehr, die bei allen Verständigen in ganz Europa für recht gehalten sind und ganzen Christenheit nöthig. Nu würde das Concilium ohne Zweifel dieselbigen Artikel verdammen, welches zu verhüten bitten wir Ihre K. M., sie wollte zu Rettung christlicher Ehre einen rechten christlichen Proceß lassen halten, darinne wir nothdürftiglich verhöret würden, und unpartheiische Richter gesetzt würden. Es wäre ja erschrecklich, sollten so viel Herrschaften und Land ungehört, oder durch einen ungleichen partheiischen Proceß verdammt und hernach verfolgt werden. Dafür wollten wir Kais. Maj. in Unterthänigkeit gebethen haben.

Dieses zu suchen, zu erinnern und zu bitten, ist unsers Erachtens christlich, ehrlich, unverweislich und den vorigen Vertröstungen vom Concilio gemäß. Unser Heiland Christus wolle seine Kirch, welche das heil. Evangelium liebet, und recht zu lehren Fleiß thut, gnädiglich regiren, erhalten und schützen, wie er Esaiä 64. gesprochen: ich will euch auch in euerm schwachen Alter tragen.

Ew. Churf. G.

unterthänige

Martinus Luther D.
Joh. Bugenhagen Pomer D.
Caspar Creutziger D.
Philippus Melanthon.

No. 3117. (eod. t.)

Supplicatio ad Caesarem.

† Ex apographo passim mendose in cod. Galli I. p. 78. — Melanthonem hoc scriptum conscripsisse, dubio caret, et intelligitur ex epistola Pontani ad Pr. Electorem d. 24. April. Est vero declaratio, cum qua a Duce Sax. Electore et Evangelicis scriptum de emendandis sacris in Comitiis Wormatiensibus Caesari tradi posset, cuiusmodi scriptum (Notel vocatur) Elector ab Melanthone latine conscribi voluerat. Simul cum responso theologorum Hassiac. ad Electorem missum est, ut ex epistola Electoris ad Pontanum d. 16. Ian. intelligitur, simul cum reformatione Witebergense. Melanthon autem illud iam antea composuerat, si, ut verisimile est, hoc idem ad Carolum scriptum in Epist. ad Camerar. d. 25. Dec. 1544. „*Expostulationem* ad Caesarem" nominavit.

Schrift, wie Kais. Maj. der Reformation halben auf dem Reichstage zu Worms von den protestirenden Ständen anzulangen sey, anno 1545.

Invictissime Imperator Auguste, domine clementissime. Cum in conventu Spirensi proximo Caesarea vestra Maiestas deliberationem gravissimam de defensione christiani orbis adversus crudelissimum et haereditarium hostem, Tyrannum Turcicum, et de reprimendo rege Francorum proponeret, simul clementissime iussit de pace inter Germanos firma et durabili et iudicio Camerae aequo et non partiali deliberari, et ad haec constituenda Caes. Mai. V. paterna pietate, optimo imperatore digna, suam aequitatem non defuturam esse significavit.

Etsi autem nos coniuncti protestatione gravibus et honestis causis movebamur, quas Caes. Mai. Vestra coram Spirae*) reverenter exposuimus, ne auxilia promitteremus, nisi prius nobis pax certa et durabilis, et constitutio aequa iudicii promissa esset, tamen C. M. V. petenti obedienter morem gessimus, et deliberationem de auxiliis adiuvimus, quia C. M. V. clementer responderat, etiam caeteros articulos postea simul concludendos esse.

Ut autem dissidia doctrinae de religione et ex illis ortae statuum simultates et discordiae tollerentur, et pax firmior constitui et maiores calamitates prohiberi possent: C. M. V. in decreto conventus Spirensis ad tranquillitatem et salutem Germanicae nationis clementer constituit, ut in hoc praesenti conventu Wormatiensi de religione deliberationes habeantur, ac annexit, se interea

*) In Comitiis anni superioris.

curaturum, ut per viros doctos, conscientiam integram habentes, concordiae et pacis amantes, reformatio Ecclesiarum conscribatur, nec nos excludendos existimavit, quo minus audiremur. Sed si etiam per nos deliberatio talis exhiberetur, voluit omnibus statibus illa consilia proponi, et amanter et christiana pietate quaeri conciliationem Ecclesiis salutarem, donec in generali libero et christiano Concilio vel nationali Synodo integra conciliatio perficeretur.

Itaque, ut intelligat C. M. V., nos iuxta illud Spirense decretum inclinatos esse ad piam et christianam conciliationem, exhibemus Caes. M. V. cum debita reverentia quorundam docentium in Ecclesiis nostris et aliorum virorum honestorum, bonam conscientiam habentium et pacem amantium deliberationem de pia conciliatione, quae ad gloriam Dei et salutem omnium profutura videtur, et de qua neutra pars merito queri possit, et cum debita reverentia oramus, ut Caes. M. V. propter gloriam Dei et salutem universae Ecclesiae et praesertim Germanicae nationis det inspiciendum et expendendum[2]) viris doctis, non partialibus, cupientibus communi saluti Ecclesiae consulere; quo ex scripto haud dubie intelliget C. M. V., nos nihil quaerere aut spectare, nisi ut gloria Dei vere celebretur et Evangelii veritas luceat, et saluti animarum nostrarum et multarum gentium, et firmae tranquillitati patriae nostrae huius Germanicae nationis consulatur.

Nec nobis displicet, proponi hanc nostram deliberationem, bono studio, fideliter et bona conscientia scriptam, caeteris imperii statibus, qui a nobis dissentiunt, ut cum candore et sine calumnia expendent. Et, si quam formam constituendarum ecclesiarum ipsi composuissent, ut in recessu Spirensi decretum est, nobis quoque eam ostendi[3]) petimus, ut amanter de summa rei conferre iuxta illud Spirense decretum, et concordiam constituere possimus.

Verum, clementissime Imperator, non possumus hoc praeterire, quod intelligimus, status, qui a nobis dissentiunt, hoc prae se ferre, se hanc institutam a C. M. V. conciliationem non admissuros esse propterea, quod *Paulus tertius*, Pontifex Romanus, iterum indixerit concilium Tridenti conventurum, et advocavit Episcopos et Praelatos et alios, quibus cura est, ut privilegio in conciliis generalibus residendi et sententias dicendi potestas est[4]). Circumfertur etiam in Imperio exemplum scripti Pontificii, ad C. M. V. missi tempore Gallici expeditionis[5]), quod iniuste sugillat, C. M. V., labefactare conatur, ex quo de voluntate eius, instructa arte et fraude coniectura fieri potest, quod ad christianam et liberam synodum et ad christianam conciliationem controversiarum, congruentem Evangelio, inclinatus sit, denique quale concilium celebraturus sit, videlicet, ut Synodus, quantum in ipso est, si ei et ipsi adhaerentibus promitteretur a Caesare, permittere quae moliantur, non ad normam Evangelii sed ad suam voluntatem congrueret[6]), nec libera et aequa sed prorsus partialis esset, sicut antea saepe rem eo deducere conatus est, ut lucem fugiat, cum quidem et Pontifici praecipue propter auctoritatem quam sibi sumit, et singulis christianis competat, rationem fidei suae reddere, sicut nos ad id iustissimum officium reddendae rationis de doctrina ecclesiarum nostrarum modeste et pie semper obtulimus, et in aliquot conventibus id fecimus, et adhuc nos ad id faciendum coram C. M. V. ac statibus imperii reverenter offerimus, delectis iudicibus, Deum timentibus, aequis, non partialibus, de confessione nostra Augustae exhibita firmis et perspicuis testimoniis scripturae apostolicae tuenda adversus Papam et Praelatos ei adhaerentes.

Sed ex Pauli Pontificis scripto ad C. M. Vestram in Galliam misso satis adparet, eum ita gubernaturum esse concilium, ut nobis et legatis nostris absentibus, qui et confessionem nostram piam tueri, et contrariam ipsius doctrinam impiam refutari essent, iuxta mandatum Pauli: *si fuerit sedenti revelatum taceat prior*, ipse tamen cum Episcopis et Praelatis adhaerentibus, qui praecipui et infestissimi adversarii sunt, tanquam hostes verae doctrinae, simul velit tamen et adversarius et iudex esse, de vobis et de gravissimis controversiis contra omnia divina, naturalia et scripta iura, et contra communem sensum, cum quidem et Pontificia iura, quantumvis pontificiam autho-

2) *expectandum* scriptum est in cod. Gall.

3) Scriptum est: *ondi.*

4) *sit* scribendum fuisset.

5) Epistola Pontificis ad Carolum data 8. Calend. Septb. Vid. Sleidani comment. p. 451 sq.

6) Descripsi ut leguntur, sed mendosa videntur.

ritatem alioqui amplificant, tamen hoc non concedant, praesertim in controversia doctrinae, cum errore Pontificis [7]) accusatur, ut Pontifex et sui adhaerentes sint iudices.

Etsi autem hanc veram et manifestam sententiam in scripto, misso ad C. M. Vestram, eludere conatur, hoc praetextu, quasi in his nostris controversiis non sit opus nova cognitione sed tantum declaratione, qui sint res iudicatae superiorum seculorum Synodis, in quibus easdem sententias, quae continentur in confessione nostra vult videri damnatas esse: tamen haec elusio commentitia est. Sed nostra convincent eum, eos articulos doctrinae pontificiae, quos improbamus, non solum falsos esse, sed etiam discrepare a vetustis et vera auctoritate comprobatis Synodis. Et multi sunt articuli in nostra confessione nullis unquam synodis agitati. Deinde si quae recentes Synodi proferrentur adversus alios articulos, tamen non est inauditum, in aliquibus Synodis aliquos lapsus accidisse, et a posterioribus synodis emendatos. Denique quantacunque est Synodorum auctoritas, tamen longe anteferenda est hominum synodis manifesta aeterna et immota doctrina in arcano concilio aeterni patris filii et Spiritus S. immensa sapientia et misericordia decreta et per filium ex sinu aeterni patris prolata.

Cum igitur sciat C. M. V., omnes pias mentes toto orbe terrarum assiduis gemitibus optare, ut pia et salutaris concordia, sublatis erroribus in Ecclesia restituatur, ac post Deum maxima spes sit piae conciliationis, posita in Caes. M. Vestra, quam vero timore Dei moveri omnes sperant, ne velit extingui lucem veritatis, oramus, ne concedat Caes. M. V. Romano Pontifici et ipsi adhaerentibus, ut sine vera cognitione decernant, et tantum errores contumeliosos adversus Deum et iniustam potentiam stabiliant. Quod si fiat, prospicit C. M. V. pro sua excellenti sapientia inutilem synodum fore, et non profuturam ad utilitatem [8]) restituendam.

Multi etiam pii, qui hactenus desiderio et expectatione piae conciliationis studia vehementia partium moderati sunt, frustrati spe in magno dolore futuri essent. Nec opus fuisset tot conventibus, itineribus, laboribus ac deliberationibus Caes. M. Vestrae et statuum Imperii, quibus petitum et decretum est, ut generale, liberum et christianum concilium in Germania celebraretur, et de pia conciliatione ageretur, si Romano pontifici permittendum esset, ut in controversiis gravissimis, ad gloriam et ad veram invocationem Dei et ad salutem animarum pertinentibus adeo partialiter, imo iniuste, reclamante Evangelio et communi hominum sensu, procederet, sicut in scripto suo facturum se esse ostendit.

Denique si Caes. M. V. mens fuisset in conventibus et alias, ut tale concilium celebraretur, quale Romanus Pontifex et Episcopi diu iam moliti sunt, in quo nec de doctrina eorum nec de moribus iudicium fieret, nihil opus fuisset diserte ponere et toties repetere haec verba: generale, liberum et christianum concilium in Germania, quibus verbis expresse discrimen significatur inter pontificium, partiale, obnoxium et obligatum concilium, ac liberum, in quo vera cognitio institueretur.

Etsi autem Romanus Pontifex etiam haec verba sine ulla ambiguitate posita, calumniose detorquet in aliam sententiam in scripto ad C. M. V. misso, tamen nec obscuritas ulla est in verbis, et, cum opus erit, Deo iuvante ita refutabitur illa cavillatio, ut eam honesti et non partiales clare improbaturi sint. Nec urbem Tridentum, etsi vel Germania vel Italia censeri potest, locum talem videri idoneum Concilio, qualem decreta conventuum requirunt, exponemus.

Postquam igitur ex decreto C. M. V. et statuum Imperii saepe spes nobis facta est, generalis, liberae christiani concilii in Germania, et nos auxilia adversus Turcicum Tyrannum et in aliis negotiis obedienter misimus, et altera auxilia adversus Tyrannicum Spirae promissa fideliter missuros nos pollicemur; cumque nulla iusta causa sit, cur propter Pontificii partialis concilii indictionem a conscriptis conventuum recedamus: bona cum spe et cum debita reverentia Caes. M. V. oramus, ne Romano Pontifici haec absurda et iniqua, quae molitur, perficere permittat, sed ut clementer tueatur decreta in conventibus Imperii de concilio facta, et ut ea, quae nuper Spirae de concilio decreta sunt, non omittantur. Nam si Romano Pontifici concederetur, suis partialibus iniquis processibus condemnare tot status et tot regionum homines, et totam germanicam nationem externis malis implicare, et excidia et vastationes civitatum

---

7) *Pontifex* scribendum, aut *error* pro *errore.*

8) veritatem ?

et Ecclesiarum efficere, multae gentes in Europa et tota posteritas hanc iniustitiam execratura esset.

Precamur igitur dominum et salvatorem nostrum Iesum Christum, filium Dei, ut Caes. M. V. servet incolumem, et regat ad ornandam gloriam Dei et ad tuendam salutem patriae, et cum debita reverentia oramus Caes. M. V., ut tanquam clementissimus dominus et imperator nos subditos Imperatoria et paterna bonitate commendatos habeat. Datae etc.

No. 3118. 16. Ian.

Pr. Elector ad Pontanum.

† Ex actis Tabular. Vinar. Reg. H. fol. 603. — Est delinealio epistolae Ioannis Friderici, Pr. Electoris ad Gregorium Bruck. — Responsum Pontani vid. infra d. 20. Ian.

(Gregorio Bruck.)

Johanns Friedrich rc.

Unsern Gruß zuvor. Hochgelahrter, lieber Rath und Getreuer. Nächten ist uns unsrer Theologen zu Wittenberg Rathschlag und Bedenken der Religion halben zukommen. Und wiewohl solches nach der Länge stattlich ausgeführt, so bedünkt uns doch, es sey darinnen nicht gar genugsamer und nothdürftiger Fleiß gethan, wie wir denn aus des *Philippi* Schreiben, so er daneben an uns lateinisch gethan[1]), und wir haben übersetzen lassen, zum Theil auch vermerkt[2]).

Dieweil denn unser Vetter und Bruder der Landgraf das Straßburgische Bedenken[3]) zuvor überschickt, welches uns jetzo auch wieder mit kommen ist[4]), so haben wir dasselbige zu lesen angefangen, und befunden, daß es ganz weitläuftig ist, und darum unnoth geachtet, dasselbige alles zu durchlesen. Sollt aber nun gedachter unsrer Theologen Bedenken dem Landgrafen zugeschickt werden, so würde es, zuvörderst auf das Straßburgische Bedenken, auf eine andre Form unsers Ermessens müssen gerichtet werden, es wäre denn daß eine solche Ansuchung bei Kais. Majest. zu Ihrer Ankunft zu Worms von den Ständen dieses Theils; wie sie auch bedacht. Aber auf den Fall würdet ihr dieselbige Ansuchung in eine förmliche, wohlgeschickte Schrift wohl zu fassen und zu bringen wissen bis auf des Landgrafen und der andern Stände Verbesserung und Gefallen. Sollte es aber nicht gut seyn, so würde ohne Zweifel müssen erwartet werden bis vielleicht Kais. Majestät der Sache selbst würde gedenken, und daß man alsdann geschickt und gefaßt wäre, was man sich darauf nach Gelegenheit gegen Ihrer Maj. wollt vernehmen lassen.

Nachdem wir aber aus dem Straßburgischen Bedenken unter andern befunden, daß die Stände dieses Theils dem Papst und seinem Anhang vor Kais. Majestät sollten beklagen, so bedeucht uns solches seltsam seiend. Denn Ihr als ein verständiger wisset besser denn wir, da einer vor einem klagt, so wird derselbige, vor dem er geklagt, von dem Kläger für einen Richter erkannt. Sollten nun die Stände dieses Theils den Papst und seinen Haufen vor dem Kaiser verklagen, so würden sie dadurch Ihre Majestät für einen Richter erkennen. Geschehe nun solches, so ist leichtlich zu achten, was Ihre Majestät mit Rath und Förderung der Spanischen Bischöffe und Pfaffen darauf für einen Bescheid geben würde, da man aber bisher die Menschen über Gottes Wort Richter zu seyn nicht hat einräumen und bewilligen können. Denn hätte solches seyn mögen, so wäre man auf dem Reichstag zu Augsburg, oder andern sider deß [seit demselben] mit dem Widertheil längst hindurch und verglichen[5]). Darum bedeucht es uns fast seltsam und keinesweges zu thun seyn.

Daß aber unsre Augsburgische Confession auf den Fall, da es dazu gelangete, wiederum verneuet, denn darin ist dem Papst und seinem Anhang nichts verschwiegen, solches könnten wir uns nicht lassen mißfallen. Denn es wäre allein ein Bekenntniß unsers Glaubens oder Verneuerung desselben, und würde nicht geklagt, wie denn zu Augsburg auch geschehen.

Wir zeigen euch aber solchs allein zu Erinnerung gnädiger Meinung darum an, der Sachen nachzutrachten, und schicken euch das Straßburgische, deßgleichen unsrer Theologen Rathschlag hiemit zu, und ist unser gnädiges Begehren, ihr wollet unserer Theologen Rath=

---

1) Videtur esse supplicatio ad Caesarem a Mel. latine scripta. Nam Principi Electori latine non scribere solebat, sed germanice.

2) Adscripta hic sunt margini quaedam, quae vero legi minime possunt. Est manus Electoris, sed scriptura pessima.

3) Est Buceri scriptum ab Argentoratensibus Philippo Hassiae missum.

4) Videlicet simul cum reformatione Vitebergensi; nam Buceri scriptum Vitebergenses iam acceperant d. 4. Ian.

5) Etiam hic alia manu in margine quaedam addita sunt, quae vero legi non possunt. Idem et in sequentibus passim factum est. Scriptura vero est pessima, ita, ut vix de uno alterove verbo coniici possit, quid sibi velit.

schlag auch lesen, und uns alsdann euer Bedenken derwegen anzeigen. Würdet ihr auch für nothwendig achten, mit dem Philippo davon ferner zu reden, und daß derselbige vielleicht etwas stattlicher gemacht, zuvörderst da es dem Landgrafen sollt zugeschickt werden, da es dann an die Oberländischen Städte würde gelangen: so wollet solches thun.

Aber hierneben senden wir euch etliche Schriften, so uns Nächten von unsern Räthen zu Worms zukommen seind, und ist unser gnädiges Begehren, ihr wollet dieselben lesen, und darauf der Puncten halben die allhie nicht können gefertigt werden, Noteln stellen, wie sie zu beantworten, und uns zu überschicken. Wollen wir alsdann auf die übrigen Artikel auch wissen zu befehlen.

Dieweil aber Jobst vom Hain weiter anhält, daß ihm möcht von Wormbs erlaubt werden, mit ferner Anzeigung und Erbiethung, wie Ihr sehen werdet; so ist es an dem, daß er nun eine gute Zeit draussen gewest. Sollt auch seine Gegenwärtigkeit fortan nicht sonderlich noth seyn, so wären wir nicht ungeneigt, ihm zu erlauben. Aber da sichs mit der Eröffnung und Bericht ihres Bedenkens gegen die Reichsstände nicht zu lange wollte verziehen, so sollte das Sicherste seyn, er bliebe so lange vollends draussen. Doch wollen wir eures Bedenkens zu dem gewärtig seyn.

Sonst schickt gedachter Jobst vom Hain Copeien über [von] der Schrift, so der Papst an den Kaiser gethan, welche vielleicht etwas rechter und reiner wird seyn, denn die nächste, deßgleichen welcher Gestalt der Papst das Concilium zu Trient angekündigt soll haben. Solches wollet dem Philippo zustellen, daß er es fürder Doctor *Martino* auch zu lesen gebe und sehen lasse. Und, wie wir jüngst vor euerm Abreisen mit euch geredt, das Beste zu seyn, daß gedachter *Martinus* etwas für sich auf des Papsts-Schrift machte: der Meinung sind wir noch, und sonderlich weil die Ankündigung berürtes Concilii nun auch vorhanden [6]). Denn wir tragen keinen Zweifel, er werde ihm wohl recht zu thun wissen [7]). Dasselbige könnte man alsdann in Druck geben und ausgehen lassen, welches bei männiglich der deutschen Nation ein groß Ansehen würde haben. So könnt es Philippus ins Latein bringen, und auch in Druck geben, damit es unter andre Nationen auch gesprenget würde. Sollt darzu unser gnädiges Schreiben an den *Martinum* fördern und dienstlich seyn, so wollen wir daran nicht lassen erwinden [fehlen], der gnädigen Hoffnung, er werde sich mit diesem Werke zu Lobe, Preiß und Erhaltung Gottes Worts gebührlich beladen, dasselbige auch so viel möglich, doch nach seiner Gelegenheit, fördern. Daran thut Ihr uns zu gefallen, und seind euch mit Gutem geneigt. Datum Torgau Freitag nach Felix [16. Jan.] 1545.

An D. Bruck.

6) Vid. de hoc Lutheri scripto epist. ad Lauterbachium d. 13. Febr. 1545.

7) Scripsit Lutherus libellum vehementissimum: das Papstthum zu Rom vom Teufel gestiftet, qui hoc anno fere ineunte Aprili prodiit.

No. 3119. **4. Ian.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 497 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 654.).

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico suo carissimo,

S. D. Multa sunt non obscura signa, quae ostendunt spiritum hostem Christi, disciplinae et piorum studiorum, insidiari atrociter his nostris qualibuscunque coetibus, qui etiamsi multum habent *ἀκαταστασίας*, tamen sunt doctrinae custodes, quo munere nullum in terris maius est. Hinc puto et pugnas adolescentum, et gubernatorum rixas oriri. Sed nos, ut Iosua clamemus ad Deum, ut servet agmina sua, illam ipsam vocem proponentes: Deus quid nomini tuo facies? Propter gloriam tuam serva et rege nostros coetus. Et promisit nobis auxilium, ut scis, sic enim ait: Posui in ore tuo verbum meum, et umbra manus meae protegam te, ut plantes celos. Servabit igitur aliquas palaestras piorum studiorum. Hanc consolationem cum mihi saepe proponam, nunc in hoc tuo dolore scribendum ad te esse duxi, ac iam ad te excurrerem, nisi me aula retineret, cui iam misimus nostram deliberationem de Ecclesiis *), leniorem opinor, quam ut eam noster Aristarchus **) probaturus sit. *Luthero* probabatur, multo etiam apertius Pastori Ecclesiae nostrae.

Gratiam tibi habeo, quod ad nos expatiatus es, sed mallem te diutius mansisse. Litteras Macedonis de *Paumgartnero* honeste scriptas accepi-

*) Reform. Viteb.

**) Puto Amsdorfium, aut Electorem.

mus, quarum tibi exemplum mitto. Nam et tibi inscriptae sunt. Vocat etiam nos *Tubingam* dux *Wirtenbergensis*, cuius epistolam coram tibi ostendam. De Synodo *Tridentina* vidisse te Pontificis Romani κήρυγμα opinor. Bene et feliciter vale. XV. Cal. Febr.

Phil. Melanth.

No. 3120. 18. Ian.

F. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 59.

Clarissimo viro, eruditione et pietate praestanti, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothanae, amico et fratri suo cariss.

S. D. Carissime Friderice, legit D. *Lutherus* epistolam tuam, accurate scriptam, de consilio D. *Francisci*, tuumque studium magnopere probavit. Tunc autem, cum tuas literas accepimus, iam et miseramus Principi qualemcunque deliberationem pene de universa gubernatione Ecclesiae *), et intellexeramus, non futuras in conventu Principum deliberationes de Ecclesiis. Nam Synodus iterum vocatur *Tridentum* a Rom. Antistite **), qui vetat, ne *Carolus* Imperator ullas de doctrina disputationes instituat. Sed gessimus morem Principi, cui fortassis nostrum consilium nimis lene displicebit. Non revocamus Episcopos ad veteres Canones, ut aliquis *Spartam* ad veteres *Lycurgi* leges, sed tantum ad hanc aeterni Dei immutabilem vocem, qua de Filio, Domino nostro, Iesu Christo, inquit: *hunc audite.* Quem si nolunt audire, quid adtinet litigare de Canonibus? Habeant imperia et opes, sed audiant Evangelion Filii Dei, amplectantur, osculentur Filium Dei, quem cum tot iam variis contumeliis audacissime adfecerint, parum spei est, redituros ad sanitatem. Oremus totis pectoribus, ut nos regat Spiritu Sancto, et colligat sibi aeternam Ecclesiam inter nos. *Macedo* honestissime nobis promisit sua officia de *Bomgartnero.* Scholasticum vestrum mittimus iam in *Francos.* Quaeso, ut meam Epistolam inclusam mitti cures *Arnstadium.* *Henricus* ille pecuniam non misit. Bene vale. Die 18. Ianuarii.

Philippus Melanthon.

*) Reform. Viteberg.

**) In idus Martius huius anni denunciatum fuerat concilium.

No. 3121. 18. Ian.

Ioachimo Anhaltino.

Edita in Becmanni accession. historiae Anhalt. p. 125.

An Fürst Joachim zu Anhalt.

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Durchleuchter Hochgebohrner Gnädiger Fürst und Herr. Wiewol ich weiß, daß die Fürsten viel große Last jetzund tragen, so hab ich doch nicht Zweifel, E. F. G., die Christliche Lahr von Hertzen ehren und lieb haben, daraus rechte Gottes-Anrufung und Gott-gefällige Dienst zu lernen, sind geneigt frommer Christlicher Praedicanten Arbeit nach Gelegenheit zu furdern. Nu hat der wirdig Herr Johann Spangenberg, Pastor der Kirchen zu Northusen E. F. G. diese seine Auslegung in Acta Apostolorum zugeschrieben, wie E. F. G. in diesem Exemplar sehen, werden, welches Deroselben von gemeltes Herrn Spangenbergs Sohn, *Cyriaco*, mit Unterthänigkeit überreichet wird; Der Mann ist arm, und hält in der Universität zween Söhn, die mit guten Ingeniis begabet. Derhalben bitt ich, E. F. G. wollen des guten Mannes Arbeit und diese seines unterthänigen Gemüths-Anzeigung gegen E. F. G. gnädiglich annehmen, und sich gütig gegen den Jungen erzeigen, das wird Gott reichlich belohnen.

E. F. G. werden auch nunmehr wissen, daß der Papst neulich das Concilium wiederum ausgeschrieben, nämlich daß es zu Trident auf Laetare nähist künftig soll angefangen werden. Wie ernst es sey, wird man wol sehen. Es wird aber von vielen auch aus Italien geschrieben, es sey zu Verhinderung der Kaiserlichen Handlungen in der Religion fürgenommen worden. Der ewige Gott Vater Unsers Heilandes Jesu Christi wolle E. F. G. gnädiglich bewahren. Datum Sontags den 18. Tag Ianuarii.

E. F. G.

unterthänigster Diener

Philippus Melanthon.

No. 3122. (h. t.)

N. N.

† Ex apogr. in cod. Monac. 88. no. IV. 43 b.

N. N.

Legitur haec epist. media inter alias ad Ionam, in hoc cod. descriptas, et loco inscriptionis habetur: „*Alia*". Videtur igitur Ionae scripta.

Quale sopor fessis in gramine, inquit ille, tam mihi epistola tua, amanter et graviter scripta, grata est. Nam in his tantis Ecclesiae miseriis interdum mihi levationem dolorum adfert cogitatio de bonorum et doctorum virorum voluntate et studiis, quo in numero te praecipue recenseo. Spero enim, horum militiam et labores Deo curae esse, nec frangi inutili contentione hoc agmen, quod doctrinam Ecclesiae restituit. Cum igitur legens epistolam tuam et de tuis studiis multa cogitarem, magnam cepi voluptatem, tibique gratiam habeo, quod tam amanter respondisti. Legerunt autem literas tuas et alii, pater *Schurfius*, iurisconsultus, vir excellens non solum in illa forensi doctrina, sed etiam in philosophia et omnium virtutum officiis, et *Iacobus Milichius* auditor tuus, et mathematicus *Erasmus*, qui tuae virtutis praedicatione omnes magnopere delectantur. Ac *Schurfius* pater gratias tibi agit, non solum quod filium amanter complexus es, sed etiam, quod in his tuis literis sese honorifica oratione a te ornatum esse iudicat. Ut autem antea misi pagellas, quae forte nunc editae erant, ita mitto nunc Elegiam, cuius lectionem spero tibi non insuavem fore, teque oro, ut nobiscum Deum preceris, ut Ecclesiae reliquias servet, et studia literarum defendat et regat. Scis, rursus indictam esse Synodum Tridentinam *), in qua utinam institueretur verum Ecclesiae iudicium, nec quicquam malim videre quam verae Ecclesiae Senatum. Sed quid agant potentes non obscurum est. Nos igitur Ecclesiam Deo commendemus, ac interea doctrinam recte et fideliter propagemus. Quod si faciemus, Deus proteget Ecclesias nostras et has honestarum scholarum parietes.

---

*) Primum Pontifex Calend. Iun. 1542. indixerat Concilium Tridenti ad Calendas Novemb. habendum. Rursus autem indictum est (vid. Sleidan. comment. p. 455.) anno 1544., habendum in idus Mart. anno 1545. Vid. etiam ep. ad Ioach. Anhalt. de 18. Ian. 1545.

No. 3123. 20. Ian.

Pontanus ad Electorem.

† Ex autographo Pontani in Tabular. Vinar. Reg. H. fol. 603. Narravit argumentum huius epist. Seckendorfius l. l. p. 536.

Dem Durchlauchtigsten — — — Herrn Johanns Friedrichen, Herzog zu Sachsen, — — Churfürst ꝛc.

Durchlauchtigster ꝛc. — — Nachdem Ew. Chf. G. mir an nächst vergangenen Sonnabend das Straßburgische Buch sampt E. Chf. G. Theologen Bedenken auf dasselbe, auch ihre bedachte Reformation zugeschickt, und mir E. Chf. G. Schreiben derselben gnädiges Erwägen nach der Länge angezeigt, und befohlen, daß ich darauf auch ein weiter Nachdenken haben, und dasselbe E. Ch. G. alsdann unterthäniglich zu erkennen geben wollte *): so hab ich erstlich berürt Straßburgisches Buch in etlichen vornehmlichen Artikeln, in etlichen aber summatim durchlesen, und weiß nicht, wofür ich den stolzen Eingang desselben Buchs achten soll. Denn will der Butzer eitel solche Christen für Confessions- und Religionsverwandte haben, die so rein seyn, wie er vorgibt, und ihm doch und seinem Anhang weit fehlet, so werden der bisher gewesenen Confessionsverwandten nicht viel bei ihm bleiben, und sollt warlich eine Trennung damit zurichten, die zu dieser Zeit sehr unbequem und besser wäre, so es der göttliche gnädige Wille, daß deren noch mehr wären, die sich um die Defension der reinen Lehre annehmen. Denn wenn die christliche Kirche der Lehre halben einmal gefegt, so wären darnach desto leichter Wege mit den Ständen, die er für räudig hält, zu handeln. Der Mann und sein Anhang haben seltsame Gedanken. Die Bischöffe der Gegenparthei wollen sie aus ihrem Stuhl und aus der Kirche werfen eher, denn sie für falsche Lehrer erklärt [sind]. An diesem Ort wollen sie alles von sich stoßen, was gebrechlich ist; was sie nun dazwischen aus ihnen selbst machen wollen, müssen sie wissen. So ist noch befremdlicher aus dem Buche und dem Eingang zu vernehmen, daß der Meister mit seinen Helfern selbst fast zu verstehen geben, als seyen sie der Lehre halben etwas räudig, welches denn leider wahr ist. Daran soll man sich aber nach ihrem Buch nicht ärgern, sondern kleine Fehl zu gut gehen lassen, so doch ein Fehl in der Lehre leichtlich größer zu achten ist, denn Gebrechlichkeit des Wandels und Lebens. Und wäre warlich meines Er-

---

*) Vid. ep. Electoris ad Pontanum d. 16. Ian. h. a.

achtens nicht gut, daß dieß Buch vor die Confessionsstände kommen sollt, und zuvörderst ohne E. Chf. G. Theologen darauf gestelltes Bedenken, welches mir ganz wohl gefällt. Und wiewohl dieselben Theologi ihre Reformation sehr gelinde gestellt, und Doctoris Martini rumorender Geist darin nicht zu spüren: so halt ichs doch in Unterthänigkeit bei mir für ganz köstlich und gut. Wollt Gott, Philippus hätte sie auch in fein Latein gebracht, denn sie würde bei aller Welt den Ständen dieses Theils einen großen Glimpf machen, und ist nichts damit begeben, daran sonders oder viel gelegen, referirt sich darzu der Doctrin und Lehre halben auf die Augsburgische Confession, und daß man darbei gedenke zu bleiben, wie dieselbe in ihrem rechten Verstand lautet, und in diesen Kirchen gehalten und verstanden wird, auch auf vielen Reichstagen erklärt worden.

Was dann die Sacrament und die andere folgende nöthige Punkte betrifft, das ist auch aufs reineste, lieblichste und kürzeste darin ausgeführt, auch das Geschrei der Widertheil darin säuberlich abgelehnet, so sie unaufhörlich ausbreiten, als suche man ihre Ehre und Dignität und ihre Güter. Und wenn gleich Papst und Bischöffe in ihrem Concilio viel eine andre Reformation vornehmen, so werden sie doch damit wider diese vorgeschlagene Reformation nichts denn Schande, Hohn und Spott, und weitere Verachtung erlangen und davon bringen. Und wiewohl unter andern darin für gut angesehen wird, daß man den Thumkapiteln die bischöffliche Wahl sollt lassen, so ist doch alsbald daran gehängt: nämlich so sie christliche Lehre annehmen würden, welches E. Chf. G. der Thumpfaffen halb zu Naumburg gern gethan, wenn es bei den Schandpfaffen zu erhalten gewest wäre.

Ew. Chf. G. lassen des Philippi glimpflich Handeln um Kais. Majestät, auch um Erhaltung willen Glimpfs und Beifalls gehen. Ew. Chf. G. wissen, was gleichwohl die glimpfliche und reine Augsburgische Confession sampt der Apologie daselbst, auch hernach, durch die Gnade Gottes für Frucht geschafft hat. Diese gestellte Reformatio wird ob Gott will dergleichen thun, und die giftigen Pfaffen bei der Welt, auch bei Kais. Maj. selbst nur vollends zu nicht und zu Schanden machen.

So sehen E. Chf. G., daß Martinus und die andern mit ihm darin auch alle einig seyn. Wollte Gott, daß die Butzerischen aus der Affection, die sie vielleicht zu ihrem Buche werden tragen, keine Trennung, [der] Ueberantwortung derselben Reformation halben, würden machen; wiewohl noch zu bedenken seyn wird, ob sie darum nicht zu überantworten seyn wollte, und man sie nicht eher mit ihrem Buch sollt hinfahren lassen, wiewohl ich es nach Gestalt jetziger Zeit ungern sähe oder wollte.

Könnte man sich der Uebergebung der Reformation dießmals je nicht vereinigen, als doch sehr gut wäre des jetzt vorzunehmenden Concilii halben, so glaub ich doch, man werde der Meinung einig werden, Kaiserlicher Majestät, auch Churfürsten, Fürsten und Ständen vorzutragen, wie ich ein ungefährlich Argument gestellt nach E. Chf. G. Befehl, und wie denn die Herren Theologi allhier zu Wittenberg auch bedacht haben.

So hab ich auch eine ungefährliche Meinung gestellt, die E. Chf. G. an den Landgrafen, auch an Ihre Räthe zu Wormbs so viel an jedem Ort von E. Chf. G. zu thun für nütz geachtet würde, geschrieben möcht werden. Denn so der nächste Speyersche Abschied mit Fleiß angesehen wird, so kann der Kaiser aus derselben verabschiedeten Religionshandlung leicht kommen, wo man die Reichsabschied von einem freien christlichen Concilio meldend nach der Papisten Meinung wollte deuten lassen, wie der fromme Mann, der Papst, sich in seinem spitzigen Schreiben unterstanden, so er an den Kaiser in Frankreich gethan. Aber den Vortheil berürter Worte und die darauf erfolgte Hülfe, wie ich nächst im Cöllnischen Bedenken auch angezeigt, wird man keineswegs aus der Hand lassen müssen, damit sich der Kaiser desto weniger mit Fug durch gemeldten Papst auf seine Meinung und verhoffte Execution könne ziehen lassen, damit dem Papst das *Laetare Ierusalem*, als ob Gott will geschehen würde, wiederum gelegt werde.

Philippus begreift in allen seinen Schriften den Papst wie einen andern Bischoff unter den Worten, da er vom bischöflichen Gewalt und Amt und von Kirchengewalt schreibet. So erklärt er es auch in den Postillen, so er gemacht hat über die Evangelia durchs Jahr*), und mit denselben Lehren legt er beide, Papsts und Bischöffe, ungebührlichen Gewalt nieder.

Ew. Chf. G. sparen des *Martini* bis man siehet, daß das Päpstliche Concilium mit der Büberei fortgehet und fortschreitet. Alsdann will von nöthen seyn, daß er mit der Baum-Axt weidlich zuhaue**), darzu er

*) Annotatt. Phil. Mel. in Evangelia etc. Witeb. 1544. 8.

**) Quod paulo post Lutherus fecit in libro: das Papstthum zu Rom vom Teufel gestiftet.

denn durch die Gnade Gottes einen höhern Geist hat denn andere Menschen. Wenn man unter andern das könnte bei ihm erhalten, daß er förderlich auf vorberürte, des Papsts Schrift, die er an Kais. Maj. gethan, ließe ausgehen, und sonderlich wider den Punct, den er und seine Bischöffe zum Vortheil brauchen wollen, als sollten diese streitige Religions-Sachen keiner weitern Erforschung, Discussion oder Erkenntniß bedürfen, dieweil dieses Theils Lehren nichts denn hievor verdammte Ketzereien wären, darum sie keiner weitern Verdammung bedürften, sondern man sollt allein Erklärung thun, wer dieselben Lehrer und ihre Anhänger wären, und wider dieselbigen Execution thun. Denn solches würde Martinus sonderlich verlegen, und den Papst zu einem unverschämten Lügner machen können, daß es nicht wahr, daß man dieses Theils einiger verdammter Ketzereien anhängig, ohne was wider Johann Huß zu Costnitz ungöttlich und im Unrecht erkannt. Wollt er dann auch weiter dem Papst verlegen die Sprüche, so er zu Bestätigung seines Gewalts über den Kaiser in berürter Schrift in falschem, erdichteten Verstand anziehet, das wäre auch nicht ungut. Die Pfaffen dürfen sich ans Licht von den Sachen öffentlich reden zu lassen nicht wagen; darum suchen sie solche Winkel-Ränke. Wenn man sich aber dieses Theils würde erbiethen, an unverdächtigen Orten mit ihnen oder ihrem Ausschuß vorzukommen und davon zu disputiren, und schlügen es ab, und dem Papst würde berürter sein Boß auch wohl abgelehnet: so würden die Pfaffen vollends stinkend werden bei der ganzen Welt.

Schicken mir E. Chf. Gn. einen Credenzbrief an Doctor *Martinus*, so verhoff ich, er soll sich also erinnern lassen, daß er lustig werden soll. Ew. Chf. G. wolle mir mein langschwätzig Schreiben gnädiglich zu gut halten. Das bin ich um E. Chf. G. unterthäniglich zu verdienen willig. Datum Wittemberg Dinstags nach Antonii 1545.

Ew. Chf. G.

unterthäniger
gehorsamer
Gregorius Bruck
Doctor.

No. 3124. 20. Ian.

V. Theodoro.

Edita in appendice libri IV. epist. p. 4 sq. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 606.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Cariss. Vite. Ut ad Davidem inquit matrona sapiens: *erit anima domini mei custodita, ut in fasciculo viventium, apud Dominum Deum tuum*, ita speremus *Hieronymi* vitam curae esse Deo, qui etiam tandem restituet eum honestissimae coniugi et liberis. *Macedonis* epistolam vobis mitto, quae nobis quidem videtur amanter et de *Hieronymo* et de Rep. vestra scripta. Dominus noster Iesus Christus adiuvet labores eorum, qui *Hieronymo* bene volunt. Nolui Macedoni modos rei agendae praescribere, imo in literis ad amicos scripsi, eo me nihil de ratione ac modo disputasse, quod sciam, ei consilium non deesse. Nunc postquam voluntatem eius video non esse alienam, fortasse prodesset, et de modis cogitare. Quid si peteret sibi *Hieronymum* tradi? hac de re cum prudentibus delibera. Ego si meo corpore redimere *Hieronymum* possem, libenter includi me in carcerem pro eo paterer. *Leucopetreo* literas adferet is, quem ad Hypodidascali munus mittemus. De Collega, et de Venetis alias scribam. Bene vale. Die 20. Ianuarii.

Philippus Melanthon.

No. 3125. 20. Ian.

Senatui Ambergensi.

Edita in Schenkl's Chronick von Amberg p. 220., unde illam epistolis Lutheri inseruit de Wettius, T. V. p. 719. — Sed dubio caret, Melanthonem epistolam concepisse, quare eam hic dedimus.

Den Ehrbaren, Weisen und Fürnehmen Herrn Bürgermeistern und Rath zu Amberg, unsern günstigen Herrn und Freunden.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Ehrbare, Weise, günstige Herrn und Freund. Wiewohl wir aus euern Fleiß in Beruffung der Prädicanten erkennen, daß ihr selb zu Pflanzung und Erhaltung des heiligen Evangelii und rechter Erkenntnuß und Anruffung Gottes und zu Fürderung christlicher Prediger selb geneigt seyd: so haben wir doch dem Wirdigen Doctor Johann Faberio, der euch zuvor bekannt ist, diese Schrift mitgeben, ihme euch freundlich als einen gelahrten gottsforchtigen Mann, der zum Dienst des heiligen Evangelii beruffen,

zu befehlen; bitten derwegen, Ew. W. wolle ihn freundlich annehmen, und ihm Gutes erzeigen, wie ihr selb wißt, daß alle Menschen auf Erden fürnehmlich diesen Gottesdienst Gott schuldig sind, das Ministerium Evangelii mit Ehrbiethung anzunehmen, zu hören, zu lieben, helfen zu erhalten und zu schützen, ein jeder nach seinem Stand, und also auch treuen Prädicanten Gutes zu thun. Und ist der Welt Hartigkeit billig zu beklagen, daß sie nicht bedenken will, daß Gott seinen Sohn gesandt hat, und mit klarer Stimme vom Himmel gebothen, diesen sollt ihr hören, und will allein also erkannt und angeruffen werden, und allein also selig machen durch die einige Lehre von ihm gegeben, daß gleichwohl der große Hauff in der Welt das Evangelium verfolget oder verachtet. Dagegen aber wollt ihr, als die Gottforchtigen, das Evangelium unsers Heilandes Christi lieben und ehren: so wird Gott bei euch seine Wohnung haben, euch Gnad und Seligkeit geben, wird euch auch leiblich bewahren, wie unser Heiland Christus spricht: wer mich liebt, der wird mein Wort behalten, und mein Vater wird ihn lieben, und wir werden zu ihm kommen, und unser Wohnung bei ihm machen. Dieses ist ja ein reicher Trost, daß Gott seine Wohnung bei denen und in denen haben will, die sein Evangelium gern hören, lernen, helfen erhalten rc. Darumb wollet euch das heilige Evangelium und christliche Prediger treulich lassen befohlen seyn, und euch freundlich zu dienen sind wir willig. Dat. Witteberg 20. Januarii, 1545.

Martinus Lutherus D.
Philippus Melanthon.

No. 3126. 22. Ian.

C. Pannonio.

Epistol. lib. V. p. 302 sq.

Christophoro Pannonio.

S. D. Bis ad me filia mea inde usque a Baltico littore misit epist. pie et fortiter scriptas. Cohorresco toto corpore, nomen ipsum Baltici littoris quoties vel audio vel cogito *). Sed Deo aeterno, Patri Dn. nostri I. C. pericula meorum commendo, quae scio nullis humanis consiliis regi posse. Quaerendum igitur auxilium divinum. Mitto tibi et D. *Willichio* venustissima amicorum poëmata, graeca et latina, quorum lectionem eo scio vobis gratam fore, quod in his tantis tumultibus Imperiorum hoc tamen bonis levat dolorem, quod Deum videmus adhuc literarum et doctrinae reliquias servare. De Synodo Tridentina, quae rursus indicta est, et de Conventu in urbe Vangionum silentium est. Tu de meis si quid rescieris, significa. Salutem tibi *Stigelius*, qui haec scribenti assidebat. Die 22. Ianuarii.

Philippus Melanthon.

No. 3127. 24. Ian.

Catharinae Spalatini viduae.

Edita a *Koelero* epist. 7. p. 42.

Der Ehrbaren und tugendsamen Frauen Catharina, des Ehrwürdigen Herrn Spalatin nachgelassener Wittfrauen, meiner günstigen guten Freundin.

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Ehrbare tugendsame Frau. So es Gottes gnädiger Wille gewesen wäre, daß Euer lieber Herr, Georgius Spalatinus, der ehrliche gottfürchtige Mann und Liebhaber aller Tugend, noch viele Jahre in guter Gesundheit hätte leben sollen, das wäre mir und vielen andern eine große Freude gewesen; auch wäre es den Kirchen mehr nützlich gewesen, welchen er treulich gedienet hat, und hat vielen Leuten Gutes gethan; derhalben ich auch warlich zu seiner Schwachheit ein großes Mitleiden empfahn und auch gehabt. Wann denn aber der ewige Gott ihn nunmehr aus dieser Schwachheit in ewige Freude genommen [1]), sollen wir auch zufrieden seyn, und Gottes Willen betrachten. Ich habe nicht Zweifel, er ist jetzund bei den heiligen Engeln, Propheten und Aposteln schon, und höret und siehet den Heiland Christum, und fraget die Propheten und Apostel von ihrer Lehre, die er allezeit hie geliebt hat.

Von Eurer Bitte, das Einkommen belangend, ist dieses mein Rath, daß ihr förderlich unserm gnädigsten Herrn den Tod eures lieben Herrn anzeigen lasset,

---

*) Fortasse propter vaticinium, quod commemoravimus Vol. I. p. CXLV.

1) Obiit Spalatinus Altenburgi d. 16. Ian. 1545. aetatis suae anno 63.

und dabei seine Churf. Gnad. bittet, die Bücher besichtigen zu lassen, daß Seine Churf. Gn. zu sich nehmen, was sie ihr Chf. Gn. für bequem achten [2]). Dieses wird euch zu Gutem gereichen. Dabei wollet denn auch suppliciren, daß S. Chf. Gnad. euch noch eine bestimmte Zeit etwas vom Einkommen genießen lassen. Es hat sich auch der ehrwürdige Herr Doctor Martinus gütiglich erbothen, das beste dazu zu reden bei dem Herrn Doctor Brucken, und wo ich euch dienen und Gutes erzeigen könnte, bin ich dasselbige zu thun willig, und will der christlichen Schrift Eures lieben Herrn, jetzund anher gesandt, gedenken. Der ewige Gott bewahr und tröste euch und eure liebe tugendsame Töchter. Die epitaphia auf den Grabstein will ich euch senden. Datum Wittenberg am Tag Timothei.

Philippus Melanthon
manu propria.

No. 3128. 25. Ian.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 498. (ed. Lond. IV, 655.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Faustissimo die, quo memoria Conversionis Pauli apostoli celebratur, hanc ad te epistolam scripsi, quo multa de instaurationibus Ecclesiae et de litteris cogitans, et gratias agebam Deo, quod toties doctrinae lucem rursus accendit, et gaudebam etiamnum reliquos esse docentium et discentium coetus, exiguos quidem et palantes, sed tamen aliquos, qui tueri doctrinae possessionem student, qua in re egregiam operam tu quoque navas, qui et operas scholasticas facis, et pulcerrimis monumentis non solum studia aliorum excitas, sed etiam Ecclesiam Dei ornas. Verius enim ornamentum est Ecclesiae Dei, carmen tuum, quod iam nobis misisti, quam illae magnae templorum moles, quas in ripa Rheni et Francia tua ingentib. sumtibus extructas saepe vidisti. Etsi autem decebat Principum liberalitate excitari nunc et iuvari haec studia, tamen quia id non fit, memineris hanc vocem, *ὁ κόπος ὑμῶν ἐστὶ κενὸς ἐν κυρίῳ.* Mihi cum viveret *Spalatinus*, praeter eum nemo gratias agebat vel pro libellis missis, vel navata opera. Ita nec tibi multos arbitror ostendere gratitudinis significationem. Ego tamen et Ecclesiae et meo nomine tibi gratias ago, et quod scripsisti has gravissimas conciones, et quod exempla nobis misisti. Et propter haec munera Ecclesia Dei *δέξεταί σε εἰς τὰς αἰωνίους σκηνὰς,* ut scriptum esse meministi. Valde autem te oro, ut Typographo dicas, ut huc puerum cum exemplis quadringentis aut quingentis mittat, quae vendi statim posse arbitror. Significabo enim me mox interpretaturum esse, et ero hortator scholasticis ut emant. *Mauricio* etiam, qui nunc abest, mandabo ut emat acervum Francofordium afferendum.

Gratiam vobis habeo, quod me amanter vocastis ad renunciationem testimonii publici de aliquot vestris auditoribus, qui nunc scholastico honore ornantur. Valde delector illis eruditorum congressib. et ipsis scholarum ritibus etsi despectis a Centauris et Midis, et tuo conspectu ac sermonibus tuis nihil est mihi dulcius. *ἀλλ᾽ οὐ σχολὴ δούλοις.* Pindarus ait tandem a Iove Titanas poenis liberatos esse: Mihi autem crescunt labores, ut nihil dicam *δύσφημον.* Retineor tutelae negociis et expectatione iudicii *κακηγορίας ἢ παραπρεσβείας τοῦ μελχιάρου.*

Cygneam proficisci cupio, amo enim consulem, et propter summum ipsius candorem, et quia de schola litteraria optime meretur, et propter philosophiam in odio est. Nisi igitur aulicis compedibus retinebor, expatiabor. Te optabam una ire, quod utrique vestram familiaritatem statuebam voluptati fore. Sed nihil oneris tibi imponam recusanti. Bene vale, die Conversionis Pauli Apostoli. Salutem opto Ecclesiae tuae domesticae universae. *Francus* tuus scholae Mansfeldianae praeficitur, sed Francum alium habeo facundum hominem, idoneum ad Ecclesiasticum munus.

Phil. Melanth.

---

2) „Libros intelligit et diplomata e tabulariis publicis Spalatino, conscribendae historiae Saxonicae causa, exhibita, quae magni momenti fuisse docent literae Ioannis Friderici Principis Electoris, mense Decb. 1544., quum morbo iam laboraret Spalatinus, Torgavia Altenburgum ad coniugem eius scriptae. Ex quibus, quae circa finem leguntur verba, hic repetam: so gereicht uns auch zu Gefallen, daß Eures Herrn Bücher und Händel dermaßen verschlossen, daß niemand darüber gehen kann, Und begehren gnädiglich, Ihr wollet sie hinfort bis zu seiner Gesundheit dermaßen verwahrt enthalten, dann wir ihm viel geheimer Sachen vertrauet, die wir nicht einem Jeden gern erfahren und wissen lassen wollten." (Nota *Koeleri.*)

No. 3129. (fere d. 26. Ian.)

Studiosis.

Scripta publ. Witteb. I. p. 107 b.

(Studiosis.)

Amamus *Phocylidis* carmen, et lectu dignum est. Sed multo pluris faciendum est D. *Ioachimi Camerarii* carmen *), quo et Decalogum et summam Evangelii elegantissime complexus est. Id carmen enarrare decrevi post paucos dies. Cumque nunc exempla aliquot allata sint, hortor Scholasticos, ut emant. Scio bonis et studiosis ita iucundam fore et suavem huius poëmatis lectionem, ut etiam autori gratiam habituri sint, quod scripsit, et meum consilium de enarratione probaturi sint. Talia scripta ornamento sunt Ecclesiae eruditos invitant.

No. 3130. 31. Ian.

V. Theodoro.

Edita in Appendice epistol. libri IV. p. 5. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 607.

D. Vito Theodoro docendi Evangel. in Ecclesia Norib.

S. D. Et tua et Reipub. causa valde doleo, manum tuam, cuius operae prosunt Ecclesiae et multis amicis, morbo tum impediri, tum cruciari. Ac Deum oro, ut et te, et organa studiorum servet Ecclesiae suae. Non mortui laudabunt te, Domine, quare pios et salutares doctores serva et guberna. Magistrum *Erasmum Floccum*, civem vestrum, ac συμφιλόσοφον nostrum, virum honestum et eruditum, tibi commendo, teque oro, ut iis, apud quos autoritatem tuae commendationis profuturam ei arbitraris, hortator sis, ut eum amanter complectantur. Non dubito, bonos et cordatos viros modestiam eius, ubi eam nosse coeperint, probaturos esse. De Repub. literaria bene meretur, quod non ipsius tantum causa scribo, sed eo etiam, ut vestri agnoscant consilium de studiis mathematum in urbe vestra institutis, prodesse multis gentibus. Huius enim ingenium patria primum ad mathemata assuefecit. Novi nihil habemus, nisi *Regem Gallicum* scribere Ecclesiae reformationem, tanquam παρασκευὴν Concilii, et ad illam suam commentationem neminem adhibere, nisi duas mulieres, quae sunt ei alioqui familiarissimae. Hoc pene mihi simile videtur Antonii deliberationibus, qui Cleopatram de bello consulebat. Bene vale. Pridie Cal. Febr.

Philippus Melanthon.

Scripsit mihi Medicus Macedonis, dixisse principem, se missurum esse ad *Rosebergium* legatum, qui illi acceptissimus sit, ut de *Hieronymo* agat *).

No. 3131. (fortasse hoc mense.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 503. (ed. Lond. IV. ep. 659.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Virtus sua quemque maxime prudentib. commendat. Quare cum hic *Leo Vratislaviensis*, auditor noster, ut ex eius carmine intelliges, litteras ad te flagitaret, addidi scriptum ipsius, ut ingenii specimen videres. Mihi natura ad litteras virtutem idonea, imo et generosa videtur. Et excultus est doctrina. Quare ut eum complectare te oro, praesertim cum te magnopere veneretur ac suspiciat, et tuae benevolentiae cupidissimum esse, versus ostendunt.

Heri ab *Hedione* viro candidissimo hanc accepi brevem Epistolam, in qua etsi quaedam sunt, ut in his rumoribus multa sparguntur ἀνεμώλια, misi tamen. Nam alia σπουδαῖα coram agemus. Aliquid interea a te quoque litterarum expecto. Bene et feliciter vale, cum honestiss. coniuge et dulcissimis liberis.

Philippus Melanth.

---

*) Vid. epist. ad Camer. d. d. 25. Ian. h. a. Sunt: „Capita christianae doctrinae commemorata ad pueros." Vid. Mylii chronol. libr. Mel. ad ann. 1545., qui etiam dicit, Melanthonem exorsum esse enarrationem huius libri d. 7. Febr. et eam finivisse d. 9. Maii.

*) Haec verba, *scripsit* etc. pagellae peculiari inscripta sunt, quae num ad hanc, an potius ad epist. d. 17. Febr. 1545. pertineat, definiri nunc vix potest.

No. 3132. 2. Febr.

Ioanni Friderico, Elect.

Epist. lib. III. p. 73. (edit. Lond. III. ep. 33.).

Gratiarum actio ad Iohannem Fridericum Ducem Saxoniae Electorem praescripta a Philippo Melanthone Studiosis Hamburgensibus.

S. D. Illustrissime Princeps, Domine Clementissime, Principio reverenter precamur, ut C. T. has nostras literas declarandae gratitudinis nostrae causa scriptas, clementer accipiat. Postquam enim conterraneum nostrum N. primum Academiae restitui, deinde placato fratre vulnerati, etiam metu mortis liberari C. T. clementer voluit; Etsi talibus beneficiis nulla Oratio par inveniri potest: Tamen existimavimus ad officium nostrum pertinere, ut aliquam gratae mentis significationem ostenderemus.

Scimus nos antea plurimum C. T. debere, quod in hac Academia, quae tua virtute et liberalitate defenditur et fovetur, optimarum artium et Evangelii doctrinam, qua nihil homini melius aut utilius contingere potest, discimus. Quo tempore et vidimus C. T. prae caeteris Principibus virtutes omnes colere, maximeque iustitiam rectricem humanae societatis amare, et bonitate lenire. Propter quae decora C. T. semper studiose venerati sumus, et praedicari etiam a multis sapientissimis viris ubique scimus. Sed in hac calamitate conterranei nostri praecipue cognovimus iustitiam tuam misericordia temperatam, qua de tuo iure clementer aliquid remisisti, ac poenam mitigari passus es, et adolescenti misero vitam reddidisti. Qua in re etiam parentes ipsius senes, qui dolore animi et luctu perituri fuissent, servati et plane ex morte revocati sunt. Cum autem caeteris beneficiis omnibus, multum nos obligatos C. T. fateamur, nunc magis obligati sumus, pro hoc peculiari beneficio. Itaque summa reverentia C. T. gratias agimus, et nostro, et conterranei nostri, et parentum ipsius nomine, quod misero, qui tristi casu in hanc calamitatem incidit, parci voluisti. Quod si ullo unquam tempore declarare gratitudinem nostram poterimus, pollicemur nos vicissim quaevis pericula, tua causa libenter adituros esse. Praedicabimus etiam civitati *Hamburgensi*, in qua plerique nati sumus, hanc Tuam Clementiam, quae eo etiam erga T. C. erit officiosior, cum audiet civium suorum intercessioni te clementer adsensisse.

Hanc testificationem gratae voluntatis nostrae clementer accipiat C. T. nec simulato, sed vero et ardenti pectore scriptam esse statuat.

Postremo Deum aeternum Patrem Domini nostri *Iesu Christi* precamur, et semper precabimur ardentibus votis, ut C. T. servet incolumem ac florentem, et defendat adversus omnes hostes, et faciat, ut gubernatio tua foelix sit, et C. T. et tuis, et universae Ecclesiae Dei. Quae et in hac vita, et postea in tota aeternitate C. T. inter iustos, et salutares Principes, *Danielem*, *Iosaphat*, *Ezechiam*, *Iosiam*, et similes, coram Deo, et universis electis celebratura est. Quae vera gloria longe anteferenda est famae, quam *Alexander*, aut *Iulius* reliquerunt. Bene et foeliciter valeat C. T. Witebergae. 2. Februarii. Anno 1545.

No. 3133. (h. t.)

Philippi Landgr. iudicium.

In cod. Goth. 647., ubi autographa reformationis Viteberg., germanicum et latinum, habentur, etiam hoc scriptum legitur p. 84. sed manu scribae descriptum, cuius scriptura in Actis Tabul. Vinar. saepissime conspicitur. Ex hoc apographo illud edidit Cyprianus in den nützlichen Urkunden zur Reformationsgesch. Vol. II. p. 479. (ex quo illud hausit Walch. in Opp. Luth. XVII. p. 1457.). Unum praeterea apographon invenitur in cod. Galli I. p. 80b. Dedimus illud ex utroque codice, et notavimus menda apud Cyprianum. — Quo iure Cyprianus hoc scriptum inscripserit: „der Hessischen Theologen Bedenken über die Wittenbergische Reformation", non video. In apographo Gothano tantum haec sunt inscripta: „Erklärung in der Reformacion." In cod. Galli inscriptum est: „der Herren Theologen Erklärung etlicher Artikel halben, die in der Reformation zum Theil ein wenig gerührt, zum Theil gar übergangen sind." — Sed ex epistola Theologornm Hassiac. ad Landgravium de eadem re, intelligitur, hoc scripto contineri, quae Landgravius monuerat et desideraverat in Reformatione Vitebergensium. Responsum Vitebergensium ad haec monita vid. infra exeunte Martio.

(Monita Philippi Landgr. ad Reform. Viteb. spectantia.)

Wiewohl in der Wittembergischen Theologen Bedenken, so zur Reformation gestellet, alle Ding ziemlich erkläret ist, sonderlich aber der Bischoffe halben[1]), daß sollichs[2])

1) Cypr. halber.

2) Cypr. selbigs.

sollen Leute[3]) von reiner christlichen[4]) Lehr seyn, denn der höchste Knote an rechtschaffenen Bischoffen und Urtheilern in geistlichen Sachen gelegen ist. Noch dennoch[5]) so kann[6]), wie man saget, eine überflüssige Versicherung nicht schaden. Folget derwegen hernacher[7]), in welchen Punkten des Rathschlags, so die Wittembergischen Theologen zu einer christlichen Reformation gestellet, wir etwas Bedenken haben.

Der Taufe halben,

Stehen diese Wort, daß alle Menschen, so nicht zu Christo gebracht, und durch die Taufe neu geboren werden, in[8]) ewigen Zorn Gottes und verdammt seyn rc.

Da seind[9]) wir mit einig[10]), daß die Tauf ein nothwendigs Ding den Jungen und Alten zur Selikeit[11]), und daß ein jeder, so die veracht, darum des Gerichts erwarten muß, doch unbegeben der göttlichen[12]) Macht und Gewalts in nachfolgendem Fall. Nämlich, wann[13]) ein Kind von christlichen[14]) Aeltern in Mutterleib oder sonst nach der Geburt so zeitlich[15]) stürbe, daß es nicht möcht zur Taufe bracht werden, so haben wir dieß Bedenken bei uns, daß dieselbigen Kindelein darum nicht verdammet[16]) seyn; wie dann Pomeranus und Lutherus selbst[17]) über den 29. Psalmen im Druck anno 42. ausgangen, (welches Erklärung diesem Artikel vom Taufen[18]) um vieler Irrthum willen muß angehänget werden), solchs auch geschrieben und öffentlich in Druck haben lassen ausgehen.

Belangende[19]) die *Ministeria* der Kirchen.

Daß die Bischoffe dieselbige sollen ihres Gefallens in unsern und andern Landen zu bestellen haben, solchs ist wohl zu bedenken. Doch wann[20]) sie die reine Lehre annehmen, so wär's so viel minder beschwerlich, so fern, daß die weltlichen Oberkeiten mit Aufsehens haben mögen, daß sie, die Bischoffe, dießfalls nicht könnten handeln, wie hiebevor im Papstthum beschehen ist.

Der Geistlichen Gericht halben[21]) in Ehesachen

Müßte in allewege die Versehung[22]) seyn, daß in solchem Consistorio säßen fromme Leut, die auf Gott sehen, und nach dem göttlichen Wort und Evangelio zu allen Sachen Bescheid geben. Denn daß die Geistlichen allein, welche[23]) dermaßen nicht geschaffen und gethan wären, sollten solchen[24]) Gewalt haben, das wäre aus trefflichen[25]) Ursachen und Bewegniß[26]) zum höchsten bedenklich, und müßte[27]) derwegen derselbige Punkt, welcher von solchem Consistorio saget, gesetzt werden, wie folget:

Darum ist noth, daß an etlich bequemen fürnehmen Orten, welche die Leute ohne große Zehrung erreichen können, in Bisthumen[28]) und Landen, gewisse Gericht und Consistoria geordent[29]) werden, welche die Ehesachen christlich richten nach dem Wort Gottes und Evangelio, und denen ehelichen Gesetzen, so in der Christenheit von gottfürchtigen Christen bei Zeit der Apostel und hernach für ehrlich und gottgefällig geachtet seind[30]).

No. 3134. (7. Febr.)

Theologi Hass. ad Landgrav.

† Ex apographo in cod. Galli I. p. 74. — Hoc de „reformatione Vitebergensium" iudicium theologorum Hass. Landgravius d. 8. Febr. misit ad Electorem Saxoniae, postquam illud pridie acceperat a suis Theologis. Vid. Seckendorf. hist. Luth. III. p. 537., qui argumentum huius epistolae (quam nos in Actis Vinar. non vidimus) narravit. — Responsum Witebergensium vid. infra ineunte Martio.

---

3) Cypr. Leut.
4) Cypr. christlicher.
5) Sic cod. Galli; cod. Goth. dannost, non dannest, ut Cypr. edidit.
6) Cypr. han.
7) Cod. Galli hernach.
8) Cypr. im.
9) Cypr. sein.
10) Cod. Galli mit euch.
11) Cypr. Seligkeit.
12) Cod. Galli derselbigen.
13) Cypr. wenn.
14) christlichen Cypr. praetermisit.
15) Cypr. zeitig.
16) Cypr. verdampt.
17) Cypr. selbst praetermisit.
18) Cod. Goth. Tauf.
19) Cypr. Belangend.
20) Cypr. wenn.
21) Cypr. halber.
22) Cod. Goth. Vorsehung.
23) welche excidit e cod. Goth.
24) Cypr. sollen solche.
25) Cod. Galli druckentlichen; fortasse scriptum fuit: treffenlichen.
26) Cypr. Bewegnissen.
27) Cypr. müsse.
28) Cypr. Bisthumb.
29) Cypr. geordnet.
30) Cypr. sein.

Des Landgrafen Theologen Schreiben, so sie an S. F. G. der gestellten Rathschläge und Bedenken einer christlichen Reformation halben gethan haben, anno 1545.

Gottes Gnad durch unsern Heiland Jesum Christum zuvor. Durchleuchtigster, hochgeborner Fürst, gnädiger Herr. Als von E. F. G. uns vorgelegt des Churfürsten, der Wittenbergischen Theologen und E. F. G. Rathschläge und Bedenken, die christliche Reformation, das angesetzte Concilium, der Straßburger Vorschläge von gemeiner Anklage der vermeinten Geistlichen belangende, haben wir fleißig gelesen, guter Maßen verstanden und erwogen.

Und zum ersten gefällt uns alle wohl des Churfürsten und der Wittenbergischen Theologen Bedenken, warum die gemeine Anklage der vermeinten Geistlichen, wie es die Straßburgischen vorschlagen, dießmals auf dem Reichstage zu Worms keine Statt haben oder Nutz bringen mögen. Man kann aber gemeldten Vorschlag in Vorrath behalten, ob immer ein allgemein, frei, christlich Concilium erlangt würde, alsdann denselbigen zu gebrauchen. Und ob wohl dessen Volnstreckung nicht wohl zu hoffen, daß gleichwohl für solch allgemein Concilium den Geistlichen öffentlich alle Irrthum und Mißbräuch unter Augen vorgehalten, und wie weit sie aus der Bahn, auch der ersten Kirchen Gebrauch und alten Canonibus getreten seyn, überwiesen werden.

Zum Andern wissen wir der Wittenbergischen Theologen vorgeschlagene Reformation, so da Kais. Maj. auf dem jetzigen Reichstag soll vorgetragen werden, dießmal nicht zu verbessern, zu verändern, ob jeden zuzusetzen*), weil dann schon E. F. G. etliche Artikel erklärende in Schriften an [den] Churfürsten haben gethan, lassen uns dieselbige E. F. G. Erklärung wohlgefallen, guter Zuversicht, es werden die Wittenbergischen Theologen auch nicht strafen. Und zwar achten wir diese Reformation also glimpflich gestellet seyn, daß, wo unser Widerpart sie nicht würden annehmen, wir ihnen nicht weiter wissen zu weichen, nachzugeben, noch zu rathen, müssen sie dem Gerichte, und uns dem Willen, Gnaden und Zucht des allmächtigen Gottes befehlen, desselbigen lassen gewalten. Begehren aber dabeineben, daß, wo es seyn kann, ehegedachte vorgeschlagne Reformation, nach geschehener Kais. Maj. Verantwortung, sie wäre vom Gegenpart angenommen oder nicht, auch nach genugsamer Uebersehung und Verbesserung durch den Druck publicirt, und jederman mitgetheilt möge werden. Denn Wahrheit und gute Sache scheuet kein Licht.

Zum Dritten, was beneben obgemeldter Reformation des angesetzten Tridentischen Concilii halben an die Kais. Maj. zu gelangen vom Churfürsten vorgeschlagen, gefället uns über die Maßen wohl; begehren, daß solchs aufs förderlichste und stattlichste geschehen möge.

Zum Vierten, wiewohl wir zusamt den Wittenbergischen Theologen und andern gutherzigen göttlichs Worts Liebhabern vor allen Dingen auf Gott, und Christum, den Herrn und Heiland, (der sein Wort und Kirche wohl weiß und kann wider alle Pforten der Höllen erhalten, schützen und schirmen), uns getrösten und verlassen: so hoffen aber wir doch auch und zweifeln nicht, E. F. G. und andre christliche Oberkeiten, welche der Herr für Instrument und Werkzeuge hierzu erwählet, begnadet und bis anher gebraucht, werden sich mit gutem Willen, Hülf und Beistand, wo es die christliche Ehre, Ihr eigen Seelen Heil und Seligkeit, und der Kirchen Auferbauung fordert, hinfort auch hiezu lassen brauchen. Dazu wir beneben unsern Amtpflichten auch mit unserm emsigen Gebeth und Anhalten zum Gebeth bei unsern Gemeinden, viel göttliche Gnade und Beistand E. F. G. und andern christlichen Oberkeiten zu erlangen, kein Anhalten und Fleiß an uns wollen erwinden lassen. Bittende ganz unterthäniglich, E. F. G. wollen ihr das reine göttliche Wort, die christliche Gemeinde, uns unwürdigen und alle andre Diener im Wort lassen in Gott befohlen seyn.

E. F. G.

ganz unterthänige Diener
Adam Fulda.
Justus Hiberinus.
Dionysius Meland.
Johannes Kummech.
Balthasar Raidus.
Joannes Kutzenberg.
Ioannes Lennigus.

*) Sic distincte scriptum est.

No. 3135. 7. Febr.

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 482. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 609.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Utinam possem mittere literas votis vestris respondentes. Sed actiones *Macedonis* iam

vobis notae sunt, et narrationem nobis missam, fratri exhiberi volo, ac mihi significari quid censeat agendum esse deinceps. Rogavi *Macedonem*, ut ipse, qui melius prospicere potest in re tali quid conducat, vias et rationes liberandi *Hieronymi* quaerat. Sed illum, ut arbitror, multa impediunt, quae non volo recensere. Confugio igitur ad illam nostram usitatam consolationem, *Pater et mater dereliquerunt me*, *Dominus autem suscepit me.* Respondi de quaestione nobis proposita, sumque miratus audaciam eorum, qui Magistratuum errata excusant praetextu exempli Mosaici. Si ludet hoc modo posteritas, quid futurum est? Sed Deum oro, ut regat docentium mentes, et ut Esaiae verbis utar, *σφραγίσῃ τὸν νόμον ἐν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ.*

Mitto tibi enarrationem Quinti Ethicorum veram et non insuavem, cuius lectionem interdum voluptati tibi esse optarim. *Carolum* Imperatorem existimant venturum esse ad conventum in urbe *Vangionum* inchoatum. Nollem pecuniam mihi missam esse ab honestissima coniuge *Hieronymi*, et te decuit non accipere. Bene vale. die 7. Februarii *).

Philipp. Melanthon.

No. 3136. 10. Febr.

I. Weinlaubio.

Ex autogr. Mel. in cod. Seidleri Dresd. ep. 22. edita in Wegscheideri Progr. II. ep. 11.

Clarissimo viro doctrina, virtute et prudentia praestanti Domino I o h a n n i W e i n l a w, Cancellario Illustrissimi Principis Marchionis Electoris et amico suo.

S. D. Clarissime vir, scio non temere interpellandos esse eos, qui rempubl. gubernant, et Vos magnam molem negotiorum sustinere non ignoro. Sed spero mihi veniam dari, causas scholasticas commendanti. Nam et hae ad rempubl. pertinent. Sacerdos est in *Soltwedel*, *Ioachimus Plank*, qui sacerdotium suum resignare cupit filio suae sororis *Ruperto Krunge* Soltwedelensi, docto homini et facundo, qui triennio praefuit scholae Soltwedelensi. Et narrat, suae familiae aliquid iuris in eius sacerdotii collatione fuisse. Sed de iure nihil disputo. Hoc adfirmo, *Rupertum* propter ingenii vim, eruditionem et gravitatem morum dignum esse, qui Vestra auctoritate iuvetur, ac poterit usui esse aliquanto post in functione ecclesiastica. Oro igitur, ut perficiatis, ut Illustrissimi Principis Marchionis Electoris etc. benignitate concedatur seni sacerdoti, avunculo huius *Ruperti*, ut huic iuveni resignet sacerdotium et adsentiatur Illustrissimus Princeps, ut hic *Rupertus* hoc sacerdotium teneat. Scriberem prolixius, nisi parcerem occupationibus Vestris. Et cum Vos ipsi *Rupertum* videbitis, propter ingenium eius libenter eum adiuvabitis. Bene valete. Die X. Febr. 1545.

Philippus Melanthon.

*) Alia manus *Februarii* delevit, et adscripsit: „*Martii anno* 1545", ut etiam Camerarius edidit.

No. 3137. 13. Febr.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 115.

Dm. A n t o n i o L a u t e r b a c h, Past. Eccl. Pirnens.

S. D. Nec ego ullam rem aliam ardentius opto, quam ut vere invocetur Deus et celebretur dominus noster Iesus Christus et doctrina Evangelii pura late propagetur, et servetur ad omnem posteritatem, quod ut fiat felicius, etiam opto, ut Deus principum ac doctorum mentes regat. Ex animo laetor, Ducem *Mauritium* tam illustre specimen praebere pii, iusti et moderati principis. Magno praesidio futurum spero et Germaniae et Ecclesiae Dei, quare Deum precemur, ut eum servet et perpetuo gubernet.

De conventu in urbe *Vangionum* et de Synodo Tridentina nunc silentium est. *Lutherus* adornat scriptum, quo refutat Epistolam Pontificiam ad Carolum missam *). Bene vale et rescribe. Die 13. Februarii.

P. M.

Salutem opto Dn̄o *Albino.*

*) Epistolam Pontificis ad Carolum vid. in Opp. Luth. ed. Walch. XVII. p. 1269. Cui opposuit Lutherus scriptum: Das Papstthum zu Rom vom Teufel gestiftet (ann. 1545.). Princeps Elector optaverat, ut Lutherus aliquid eius generis scriberet; vid. ep. Elect. d. 16. Ian. et Pontani d. 20. Ian.

No. 3138. 13. Febr.

I. Giganti.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Clarissimo viro, egregia eruditione et virtute praestanti, M. Ioanni Giganti, gubernanti studia literarum et pietatis in monte Mariano [oppido Misniae Marienberg], amico suo.

S. D. Doctissime et carissime *Gigas*. Pro tuo carmine eleganti, suavi et erudito[1]) vicissim mitto *Stigelii* elegiam de eclipsi proxime conspecta[2]), quam scio te libenter lecturum esse. Nunc qui meum hymnum, quem nuper Pastori postulanti de angelis[3]) utcunque cecini[4]), laudas agnosco candorem tuum summum et benevolentiam erga me tuam. Scis[5]) me vel adolescentum causa utcunque interdum versiculos scribere, vel dum sedeo in curru, ut abducam animum a cogitatione malarum rerum, et, ut Horatius inquit, ut minuantur atrae carmine curae. Scio venam meam aridam et horridam esse, et me fatum meum ad alia studia traxit, quae utinam gubernet et adiuvet Deus. Bene vale. 13. Febr., quo ante annos 1714 ingenti praelio Maccabeus vicit Nicanorem[6]), ducem impium et superbum. Ut igitur Deus tunc Ecclesiam et pia studia mirabiliter defendit, ita eum oremus, ut nunc eam tueatur. Iudico etiam te maius operae precium facturum et plus profuturum Ecclesiae, si manseris in monte Mariano, quam si in solitudinem Portensem migraris.

Philippus Melanthon.

---

1) Legitur poëma in Stigelii carminibus Vol. II. p. 384. ita inscriptum: „in nuptias Iohannis Giganti, *poetae* et theologi."

2) Legitur in Stigelii poëmatibus Vol. II. p. 548. carmen inscriptum: Eclipsis Lunae anno 1545.

3) Hoc carmen *de angelis* editum est in Melanthonis Epigramm. p. 43., et ibidem prodiisse dicitur anno 1543., ut etiam habet Mylius in chronologia librorum Melanthonis ad ann. 1543. Sed in eo Mylius, ut in multis, erravit. Ex hac ipsa epistola, quae scripta est anno 1545., verosimile est, hymnum de angelis editum esse anno 1544.

4) *cecini* scripsi pro *censui*, quod est in apogr.

5) *Scis* scripsi pro *scio.*

6) Est igitur scripta epistola anno 1545. Vide quae dicimus epistolam ad Menium supra d. 13. Febr. 1544. Eodem anno Gigantem migrasse in scholam Portensem docent etiam verba Melanthonis in epistola ad Camerarium, quam infra (fere d. 18. Iul.) habes.

No. 3139. 16. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 500. (ed. Lond. IV. ep. 656.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Spem mihi Diaconus Ecclesiae *Iesseae Francus* fecerat, se Comitis *Vuerthemii* Ecclesiis serviturum esse, sed ait se negocium ad coniugis consilium relaturum esse. Haec autem nata in hac vicinia abhorret a longinqua profectione. Postea hunc Turingum Magistrum *Adamum* hortatus sum, ut vobis operam suam promitteret. Nunc igitur ad vos proficiscitur, ut audiat, quem in locum, ad quod munus, qua conditione vocetur. Habet et ipse familiam, duxit enim uxorem in oppido nostro, *Scotti* filiam, modestam iuvenculam et modestis parentib. natam. Est autem eruditior illo *Franco*, diacono Ecclesiae *Iesseae*, etsi fortassis animo imbecilliore est. Sed arbitror utile esse ferocib. ingeniis Francorum praefici gubernatores placidos *καὶ φιλησύχους*. Sed permittimus vobis et ego et *Adamus* ipse, ut de tota re statuatis vestro arbitrio.

Amantius adest, quem male exercet *συκοφάντης τις* in Pomerania: quare ad te veniet tecum deliberaturus. Ego ei hortator sum ne litiget, sed vespere iam celum intuens Astream terra pulsam cogitet inter sidera translatam esse. Afferent autem et ipse et *Ketzlerus* epistolas a me uberiores, et Elegiam *Antonii* Eparchi Corcyrei, qui ante biennium ad nos graecam epistolam misit. Bene et feliciter vale, die meo Natali.

Phil. Melanth.

No. 3140. 17. Febr.

V. Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 480 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 608.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Noriberg.

S. D. *Βάρδισται μακάρων ὧραι φίλαι, ἀλλὰ ποθειναὶ ἔρχονται πάντεσσι βροτοῖσιν, ἀεί τι φέρουσαι,* inquit Theocritus. Feramus igitur moram restitutionis *Hieronymi*, nec tamen aut spem

reditus eius nec preces abiiciamus. Redde *Hieronymum* Iesu Christe fili Dei suae coniugi et liberis propter tuam gloriam, ne impii ἐμπαίζοντες dicant, te non audire vota Ecclesiae!

Quod significas tam accurate Imperiorum historias, gratiam tibi habeo. Gallicas σπονδὰς nunquam firmas esse iudicavi. Sed nos oremus Deum, ut Ecclesiarum hospitia servet, et studia literarum ac doctrinae ornemus. Quid enim possumus facere melius? Scripsi iussus deliberationem de instauratione Ecclesiarum, quam reliqui nostri Collegae probarunt, et Principes fortassis Carolo Imperatori exhibebunt. Haec lecta a Principibus placuit, cum quidem moderatissime scripta sit. Nunc volunt latine reddi ac edi. Exemplum ut habeas curabo.

Albertum Lucretium nec metuendum nec magnifaciendum esse censeo. Fugere ex urbe Roma coactus, nunc hoc novo artificio sperat se Romanae aulae studia rursus sibi conciliaturum esse, si criminationes adversus nos edat. Nec Ducibus Bavariae, sed Romanae aulae hac in re eum praecipue servire existimo. Nam mihi notae sunt eius turpissimae historiae. Ubi prodierit, opponemus ei orationem Aeschinis κατὰ Τιμάρχου, in qua scribitur eos, qui quaestum corpore fecerunt, non admittendos esse ad Magistratus aut ad dicendum in concione. Sed haec tetra non libet scribere.

Mitto tibi *Basilianam* oratiunculam [1]), ac opto eius lectionem tibi voluptati esse. Honestissime apud nos vixit *Ketzlerus* [2]), quem et natura moderatum et excultum esse doctrina comperi. Quare et tu eum complectare [3]) et amicis commendes. Bene et feliciter vale. Die 17. Februarii [4]).

No. 3141. (fere d. 20. Febr.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 502 sq. (ed. Lond. IV. ep. 658.).

1) Orationem de Basilio.
2) Text. impr. *Retzlerus*, mendose.
3) Camer. *amplect.*, mendose.
4) Alia manus adscripsit ann. 1545.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. *Ketzlerum* comperi sano ingenio praeditum esse, et mores singulari diligentia et moderatione regere, quare et diligo eum, et ei fausta omnia ex animo precor. Dedi discedenti hinc Elegiam *Antonii* Eparchi, qui ex illa vetere Alcinoi in insula Venetias migravit, exhibendam tibi. *Sigismundo* *) versus videbantur confragosi et ieiuni. Sed ego dolori et luctui autoris veniam do, tuorum tamen carminum lectione magis delector. Unus est vates Ieremias, qui his tantis miseriis Ecclesiae congruentem ἰάλεμον cecinit, quem cogito intuens horrendas Imperiorum confusiones, et hanc servitutem Graeciae, imo magnae partis orbis terrarum. Narrant Turcicum tyrannum copias iam adduxisse *Adrianopolim,* et gregem esse quinquaginta millium hominum inermium, praeter exercitum, qui voluptatibus tyranni obscenis serviunt. Nos Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oremus, ut aliqua servet Ecclesiae suae et doctrinae hospitia.

Vitus Vuinshemius magnopere te orat, ut huc venias ad *Suarcebergium* adolescentem, honoris ipsius caussa octavo die Cal. Mart. cum scholastico ritu initiabitur. Aderit frequentia hominum eruditorum, teque vere et ἀκιβδήλως diligentium. Bene vale.

Philip. Melanth.

No. 3142. 23. Febr.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 589 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Gaudeo, vos feliciter domum rediisse †), et Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, oro, ut vos servet et regat. Filii vestri, Dei beneficio, recte valent, et honeste vivunt. Me petente *Erasmus* filium *Eustachii* de *Schliebent* Berlinum duxit. Haec sola est absentiae non longae causa, quam ut boni consulatis, vos oro.

*) Geloo.
†) Ex comitiis Wormatiens.

Nam interea tamen adolescentes semper ob oculos meos versantur.

Quod filiae meae aureum ornamentum misistis, agnosco vestram erga me et meos benevolentiam, et vobis gratias ago. Sed oro, ne deinceps oneretis vos sumtibus talibus extraordinariis. Iucundior est mihi amicitia nostra, quando non onero vos talibus sumtibus.

De Republica, scio, vobis ea, quae ad Rhenum dicuntur, nota esse. Ex *Hungaria* mihi scribitur, Turcarum Tyrannum venisse Adrianopolim, ubi exercitum colligit, ducendum Viennam. Nos commendemus Deo Ecclesiam et Patriam, et in nostris officiis diligentes simus. Principes habent impetus, ut videmus, varios, et pauci consulunt communi Saluti. Mitto vobis Oratiunculam de *Basilio*, cuius lectionem, optarim, vobis voluptati esse. Bene valete. Pridie Matthiae 1545.

Philippus.

No. 3143. 24. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 501 sq. (ed. Lond. IV. ep. 657.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Etsi sio te Herodoti et Xenophontis suavitate imbutum, non appetere lectionem scriptorum horridorum, tamen misi *Polonici* regni historiam, res continentem multas praesertim recentiores cognitione dignas. Regnum mihi non infelix fuisse videtur, et defensioni Europae adversus illam barbariem Arctoam utiliter serviit, et ut initio *Othonis* III. consilio et autoritate constitutum est, ita nunc fatali periodo horum regnorum vicinorum fortassis exacta, videtur in periculi societatem cum Pannonia et Germania venturum, sed oremus Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut Ecclesias suas, et litterarum hospitia servet. Vellem scriptores illos aliquid de Henetae gentis antiquitate dicere potuisse, cuius partem esse Polonos, nihil dubium est. Sed haec aliquando coram.

Amantius properare se dicebat ad nescio quod iudicium. Ideo cum praeter spem a *Stigelio* diutius retentus esset, ad te non profectus est. Et cum audisset meum consilium *περὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν,* arbitrabatur te idem sensurum esse. Calumnia nascitur ei ex uno verbo, quod ille in Germanico scripto incaute posuit, Videlicet Equitem, cuius egit *Amantius* caussam, fuisse spoliatum bonis, ut Germani loquuntur. Hinc Sycophanta cepit *διατείνεσθαι* principem praedonem vocari. Hinc illae Tragoediae sunt: sed haec ab iis qui in foro versantur acute cogitari iudicantur. Epistolam tuam ad *Crucigerum* miratus sum, non tam quod tam prolixe excusas cur non putes inserendas vestrorum disputationes *Lutheri* operi, quam quod alia quaedam aspersisti, quae significant te *δυσχεραίνειν κακοήθειαν τινῶν.* ego aequissimo animo vel potius *ἀναισθήτως* fero insolentiam *καὶ ὕβρεις* multorum *), et dum vivam moderate faciam officium meum, et petam a Deo, ut ipse gubernet exitus, et provehat labores nostros, sicut Ecclesiae promisit, *ἵνα καρπὸν φέρητε, καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μένη.* Bene vale, die Natali Caroli Imp.

Phil. Melanth.

No. 3144. (2. Mart.)

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 504 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 660.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. Pab. amico et fratri suo cariss.

S. D. *Mattheo* [1]) communi amico nostro tuam consuetudinem gratulor, *καὶ ἀφορμὴν ἐπιτηδευμάτων* forensis doctrinae, quam profecto non negligendam censeo, nec velim e Repub. tolli. Sed optarim plures ad eam afferre naturas amantes iusticiae et pacis. Saepe enim magno cum dolore animadverti Principes, quorum reprimendae erant *φιλονεικίαι καὶ πλεονεξίαι,* eius artis sophistica incendi. Sed quid de his solis querimur? Plus

---

*) Loquitur de Luthero et Amsdorfio.

1) Matth. a Wallerod, cum quo convenerat Camerarius in itinere mense Aprili facto.

nocet vitae hominum turpissima religionum sophistica, de qua cogitans quotidie, moesticia contabesco. Utinam autem tanto animi motu a filio Dei horum ingentium malorum ἐπανόρθωσιν petere possem, quanto in hesternae lectionis historia mater Cananea filiae δαιμονιζομένῃ opem ferri petit. Facio tamen vota assidue, ac tecum haud dubie, et meo loco studui mediocriter repugnare sophisticae. In ea deliberatione, quae de Ducum Saxonicorum controversiis Macedoni imposita est, erit κεφάλαιον περὶ διδασκαλίας ἐκκλησιῶν, εἰ συμφωνοῦσαν διδασκαλίαν πάντες οἱ συγγενεῖς ἄρχοντες ἐθελήσουσι φυλάττειν ἐς ἀεί. Deus gubernet hanc deliberationem. Mitto tibi pagellas, ut sunt nostrae, moesticiam autoris se ferentes. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi servet te et honestiss. coniugem tuam, et tuos liberos dulciss. regat nostra studia.

Phil. Melanth.

No. 3145. 3. Mart.

Studiosis.

Scripta publica Acad. Witeb. T. I. p. 111. — Esse hoc Rectoris edictum a Melanthone conscriptum non solum stylus prodit, sed Melanthon etiam se professus est autorem in ep. anteced. ad Camerarium.

Rector Academiae Georgius Maior D.

Etsi nihil est infirmius et fragilius humana natura, tamen hoc decus ingens et inenarrabile agnoscendum est, quod Deus sibi aeternam Ecclesiam colligit in genere humano, et huic semper attribuit sedem aliquam doctrinae, seu scholam sonantem Evangelium et alias honestas artes Ecclesiae utiles. Si hanc Dei voluntatem consideraremus, qui nos hoc modo ad aeternam consuetudinem suam vocat: maiore studio et Ecclesiam Dei et scholarum domicilia veneraremur, ut certe fieri deberet. Sed semper diabolus odio filii Dei excitat homines impios, ut pacem, studia, disciplinam Ecclesiae et scholarum perturbet. Ita nunc nostrae politiae, quae, qualis qualis est, tamen hospitium praebet Ecclesiae Dei et studiis, ut olim viduae Sareptanae casa erat hospitium Ecclesiae Dei, insidiatur diabolus, foris latrunculos instigat ad denuncianda incendia et latrocinia, cum quidem constet, magna beneficia ad multos ex hac ditione pervenire. Nunc talis gratia redditur.

Ut autem civitas intus tranquillior sit, primum mandamus severissime, ne sint in Academia errones, qui Rectori non dederunt nomen, neve quisquam recipiat ad se hospitem ignotum, neve Scholastici bombardas habeant, ac si quem habere bombardam comperiemus, hunc notatum ignominia ex schola eiiciemus. Sunt aliqui nimis multum sibi indulgentes, et ita viventes, ut sine ulla consideratione publici status, quaecunque caeci impetus rapiunt, sequantur. Hi saepe tumultus movent, et dici tamen honesti volunt, clamitant, se nihil facere, quod laedat famam. Quae haec nova sapientia est, cum petulantia sit manifesta, tamen qualicunque praetextu tumultus excusare? Bonus civis parcere debet publicae tranquillitati, et suis eam officiis tueri, etiamsi leges non puniunt omnia delicta. Si quis in templo, ut in caupona, vociferaretur, non illum quidem leges ad supplicium raperent, sed si petulantia animadverteretur, severitate magistratus duriter castigandus esset. Parcit igitur Ecclesiae Dei, scholae, tot senum ac matronarum tranquillitati, imo oculos et iudicia Dei inter vos habitantis, piorum angelorum et omnium honestorum hominum vereamini, et hac reverentia cohibete impetus animorum, et mores diligentius regite. Nam haud dubie Deus et ornabit praemiis obedientes, et contumaces puniet. Die 3. Martii.

No. 3146. (ineunte Mart.)

Responsum Theologorum Witteb.

Ex autographo, a Crucigero scripto, cui theologi sua quisque manu subscripserunt, in cod. Goth. 647. p. 76. Ex eodem editum in Cyprians nützlichen Urkunden zur Reformationsgesch. et a Walchio operibus Lutheri insertum T. XVII. p. 1459. Apographon in cod. Galli I. p. 81. — Est responsum ad monita theologorum Hassiae, quae supra d. 7. Febr. dedimus, quaeque Pr. Elector Vitebergensibus d. 1. Martii miserat. Est igitur scriptum hoc iudicium primis Martii diebus. Landgravius, ut docent eius literae d. 16. Apr. scriptae ad Electorem, in sententia Vitebergensium acquievit quidem, sed tamen monuit, lupo oves tradi, si Episcopis ius ordinandi Pastores concedatur. Vid. Seckend. III. p. 539.

(Der Herren Theologen Erklärung etzlicher Artikel halben, die in der Reformation zum Theil ein wenig gerührt, und zum Theil ganz übergangen seind worden.) *)

Von der Christen Kinder, so vor der Tauf sterben.

Wiewohl wir auch von Herzen gerne Einigkeit der Christenheit und Frieden sehen wollten, denn es wird der Türk doch Elends allzu viel machen, und den christlichen Namen in einen engen Platz treiben: so sehen doch E. E. und F. G., daß der Gegentheil je länger je grimmiger wird, und sind dieses Jahr so viel Leut verbrannt, allein von wegen der Religion, rechte verständige gelahrte Christen, unbefleckt von der Wiedertauf, und auch daneben etliche andere, die aus Unverstand mit der Wiedertauf auch etwas verunreinigt gewesen. Gleichwohl ist die Grausamkeit so groß, und suchen die Regenten nicht, wie diesem großen erbärmlichen Jammer recht zu helfen, daß wir groß Herzleid von solchem Elend haben, und nicht hoffen, daß die Bischöffe und des Kaisers Mönche und Theologen ziemliche Mittel zu christlicher Vergleichung vorschlagen oder hören werden.

Und wiewohl der König Ferdinandus den Hungarn zugesagt, jetzund auf ihre Versammlung zu kommen, von der Christenheit Schutz zu rathschlagen: so ist er doch nicht dahin kommen; und, wiewohl er von andern Sachen wenig Befehl dahin gethan, so hat er dennoch Edicta wider das Evangelium da lassen vortragen, daß die Hungarn selbs vor solchem Anfang des Kriegs erschrecken.

Das christliche Blut wird gegen Himmel schreien, und ist zu besorgen, es werden große Strafen und Zerstörungen folgen. Denn dieses Morden und Brennen kann die Länge nicht also bestehen.

Dieser Kummer ist Ursach, daß unsre Reformatio so kalt und kurz gestellt, und ist nur entworfen auf E. E. und F. G. und der benannten weiter Bedenken und Erwägen. Und ist uns nicht entgegen, daß andre ihre Meinung auch anzeigen, und bessern was man bedenkt, das zu christlicher Einigkeit und zu Gottes Lob dienet.

Wir haben wissentlich viel großer, geschwinder Disputationes unangezogen umgangen, daß ein jeder gutherziger merken könnt, daß wir nicht Zank suchen, sondern zur Einigkeit, so fern sie immer möglich, geneigt sind; und haben uns auf das äußerst eröffnet, so daß der Gegentheil sich ganz nicht läßt merken, ob sie etwas wollen nachgeben. Und dünkt uns warlich ein groß Weichen seyn, daß wir die bischöffliche Autorität, wie gemeldt ist, so sie rechte Lehre annehmen und pflanzen wollen, zu ehren willigen, und uns zu Gehorsam erbiethen. Von der Lahr, die ein ewiger unwandelbarer Rath Gottes ist, können wir nichts vergeben.

Item, daß wir nicht anfechten wollen, daß sie weltliche Hoheiten etc. und so große Güter haben, da doch gewißlich allezeit Mißbrauch nachfolget. Dringen sie auch nicht zu Haltung der alten strengen Canonum.

Darum, so ihnen Ernst wäre, Gottes Ehre und Frieden zu fördern, hätten wir den Weg gewiesen; denn ihre Politica, Dignitäten und Güter, darum sie vornämlich stritten, würden laut dieser unsrer Form unangefochten bleiben.

Es geschehe nun was Gott will, so wollen wir uns an diese Wort des Psalmen halten, Ps. 69.: *ego vero orationem meam ad te Domine.* Und wollen Bericht thun von der Lahr, so viel uns Gott verleihet.

Von der Christen Kinder, so sterben vor der Tauf, ist derhalben in diesem Buch nichts gemeldt, wie auch viel mehr Fragen ausgelassen; denn dieses Buch redet vom gewöhnlichen und eingesatzten Ministerio, und von der Regel, und redet nichts von den Nothfällen, da man eine Dispensation neben der Regel suchen muß. Und ist recht geredt, die Tauf ist nöthig, nämlich nach Art des Ministerii, das ist, wo man sie haben mag, und daß sie nicht verachtet werde. Dieser Verstand bringet die Dispensation mit sich, daß gleichwohl der Christen Kinder, so vor der Taufe sterben, nicht verdammt werden. Doch also, daß über dieselbigen Kindlein der Name Christi angerufen und ernstlich gebethet werde*) und die Tauff nicht aus Verachtung unterlassen werde. Denn dieses ist wahr, und muß erhalten werden, daß der Juden und Türken Kinder, das ist, wo der Name Christi über die Kinder nicht wird angerufen, sondern verflucht, die gehören nicht in die Erbschaft Christi und in ewige Seligkeit. Darum hat Christus deutlich gesprochen: lasset die Kindlein zu mir kommen, denn solcher, das ist, die zu Christo gebracht werden, ist das Himmelreich.

Und diesen Verstand haben wir dem vernünftigen Leser gewiesen; doch sehr kurz. Denn in gedachtem

*) Haec alia manu adscripta sunt.

*) Verba: und ernstlich gebethet werde, Lutherus sua manu adscripsit in margine.

Buch, das wir überantwortet, stehen diese Wort (und derhalben alle Menschen, so nicht zu Christo gebracht, und durch die Tauf neu geboren werden ꝛc.) Im Wort: gebracht, haben wir denselbigen Fall, davon die Frage redet, begriffen, doch nicht ausgedruckt; denn wir dem Kaiser und andern nicht Ursach geben wollen zum Argwohn, als linderten wir der Wiedertäufer Irrthum.

Und achten wir, daß nicht nützlich noch noth sey, diese Frage in diese Schrift zu setzen, die eine gemeine Anleitung zur Vergleichung seyn soll, und nicht weitläuftige Disputationes erregen soll.

Vom andern Artikel, von Bestellung der Kirchenämter und Ordination.

Das ist nicht entgegen, daß E. C. und F. G. fleißig erwägen, wie dieser Artikel zu bessern sey. Wir bedenken selb, so die Bischöffe die Ordination bestellen sollen, es werde wenig Fleiß, Treue oder Ernst darin fürgewandt.

Dieweil aber wir etwas wollen nachgeben, so muß dennoch dasselbig einen Namen haben, und ist zu Einigkeit das allerbequemste, daß ihnen dieses Werk, das sie allezeit für das einig bischöffliche Werk gehalten, nämlich die Ordinatio, zugestellt werde.

Doch bleibet einem jeden Patron seine Gerechtigkeit mit der Präsentation, wie solches in unsrer Schrift gemeldet. Jedoch mag man es klärer im Artikel von der Ordination setzen, also oder mit dergleichen Worten: „und so den Bischöffen die Ordination zugestallt wird, soll gleichwohl einem jeden Patrono seine Gerechtigkeit bleiben, wie vor Alters zu nominiren und zu präsentiren ꝛc."

Und so Gott eine Einigkeit gäbe, und die Bischöffe wollten ihre Kirchenämter mit frommen, gelehrten Leuten bestellen: so wäre es des Kostens halb nützlich, daß sie die Ordination, Visitation und Kirchengericht hielten. Denn es gehet Jahrs ein merklichs auf solche Werk, das sonst Pfarner und Legenten nicht ertragen können. So sind die Fürsten sonst beladen, daß sie nicht gern viel auf Kirchen Nothdurft wenden.

Und so man gedenkt die Kirchen in künftig ziemlich mit Personen zu bestellen, wie Gott gebothen, und zum hohesten vonnöthen ist, so muß man die Ordinatio an jedem Ort mit einem stattlichen Examen bestellen, also, daß man die ungelahrten, da Hoffnung zu zu haben, daß sie sich unterweisen lassen, und bessern Verstand erlangen mögen, etliche Wochen aufhalte, und fleißig unterrichte. Warlich, Kirchen regieren zu Gottes Lobe, und Studia erhalten sind große schwere Last, dazu Gottes Gnad, große Fürsichtigkeit, Kosten, Personen und Arbeit gehöret. Und obgleich Menschen lang disputiren, wie sie es ordnen wollen, so gehet es doch nicht nach Menschengedanken; sondern wo Gott seine Hülfe dazu thut, und fromme Diener, Prediger und Oberkeit erweckt, da gehet es ziemlich fort. Es ist aber öffentlich, daß die Bischöffe nicht darauf gedenken, daß sie wollen recht regieren, sondern gedenken allein ihre Herrlichkeit und Pracht zu erhalten.

Vom dritten Artikel, nämlich von den Ehesachen.

Wahr ists, daß es sehr sorglich ist, die Bischöffe also wiederum auf den Richtstuhl zu setzen, und damit ihre Gewalt wiederum stärken und erhöhen. So man aber von Vergleichungen reden soll, müssen wir etwas anbiethen. Und ist unser Erbiethen nicht ein bloßer Schein, sondern dem bischöfflichen Regiment wären unsre Vorschläge sehr annehmlich, so sie sich recht bedenken wollen.

Nun geben wir ihnen die Ehegerichte, denn sie haben doch Güter dazu, und könnten sie recht bestellen, wenn sie wollten. So auch eine ziemliche Vergleichung ins Werk bracht würde, müßte dennoch die Oberkeit, als die schuldig ist, daß Zucht erhalten werde, ein Aufsehen haben, daß man die Ehegerichte christlich erhielte. Und wie in gemein zu sprechen seyn sollte, in Fällen die oft vorfallen, darin wir die päpstlichen Gesetz nicht halten, könnt man sich alsdann leichtlich vereinigen.

Und ist uns nicht entgegen, daß die Worte, wie sie in der Landgräfischen Verzeichniß gestellt sind, also ins Buch von Wort zu Wort gesetzt werden. Denn zu unsrer Form ist allein dieser Zusatz angehängt: „nach Gottes Wort". Denn unsre Form lautet also: „welche die Ehesachen christlich richten nach dem Evangelio ꝛc." In der Landgräfischen Form stehet es also: „welche die Ehesachen christlich richten nach dem Wort Gottes und dem Evangelio ꝛc." Nun wollen wir keine weitere Disputation erregen; denn dieses Wort, Evangelium, gibt selb dem Artikel gebührliche Maß.

Unser Heiland Christus wolle seine Kirch und christlicher Fürsten Regiment gnädiglich selb regieren, und erhalten; denn menschliche Kraft kann nichts beständiges und langwieriges ordnen ohne Gottes Hülf.

Was sollen wir aber viel davon reden? Es ist doch den Bischöffen und vielen andern kein Ernst, der Kirchen zu helfen. Es sind eitel Versuchungen, die sie vornehmen, das gnadenreiche Licht, das Gott aus gro=

ßer Barmherzigkeit hat scheinen lassen, zu Erkenntniß des Evangelii und rechten Gottesdienst und rechten Trost an Gott, auszulöschen.

Wir wollen aber Gott ernstlich und emsig bitten, daß er seine Ehre und Erkenntniß selb retten und schützen wolle.

Martinus LutheR D.
Iohannes Bugenhagen Pomer. D.
Caspar Creutziger D.
Georgius Maior D.
Philippus Melanthon.

No. 3147. (5. Mart.)

Praefatio.

Praefatio praemissa T. I. opp. Luther. latinor., qui prodiit Witebergae, per Iohann. Luft, 1545. fol. — Praefatio Lutheri ipsius data est d. 5. Martii 1545. Melanthonis igitur praefatio ad idem tempus referenda est.

Philippus Melanthon Lectori Christiano S. D.

Dulcissima sententia nobis a Paulo in epistola ad Ephesios capite quarto proposita est, quae et promittit mansuram esse in terris Ecclesiam Dei, et docet, quomodo eam Deus in tantis ruinis imperiorum, et adversus tam horrendos furores Diaboli, Tyrannorum, fanaticorum hominum, et aliorum impiorum, servaturus et gubernaturus sit. Ait enim, Filium Dei sedere ad dextram aeterni Patris, ac dona hominibus dare, Prophetas, Apostolos, Evangelistas, Pastores et Doctores. Et causa adscribitur, ut servetur Evangelii ministerium, nec velut pueri iactati variis doctrinarum ventis, quaslibet opiniones amplectamur, ut Ethnici subinde novos Deos comminiscebantur. Id ne accidat in Ecclesia, Deus immensa bonitate subinde excitavit doctrinae instauratores. Etsi enim una simplex et aeterna est doctrina de Dei essentia, de lege, de reconciliatione donata propter Filium, de vera invocatione: tamen homines etiam in Ecclesia saepe negligunt scripta Prophetica et Apostolica, ac deinde, ut est hominum natura caeca, aut adplaudunt furoribus Epicuraeis, aut delabuntur ad ethnicas superstitiones.

Sed ne verae doctrinae lux extinguatur, inde usque ab initio Deus subinde misit testes verae sententiae, qui doctrinam repurgarent, maximeque conspicitur Dei misericordia erga genus humanum hac ipsa in re, quod toties rursus accendit doctrinam. Estque iucundissimum videre seriem ipsam summorum Doctorum, quorum alii aliis velut in exercitu exiguis intervallis succedunt. Patrum ante diluvium series nota est. Deinde patris Nohae successerunt filii.

Sed iam pene extincta luce, cum unus Sem et eius familia retineret possessionem doctrinae, Deus vocat Abraham, ac ut repetitio promissionis insigni monumento propagaretur ad posteros, nova et mira ceremonia instituitur; huic etiam certa sedes Ecclesiae, ceu scholae domicilium promittitur. Rursus igitur accensa luce doctrinae crevit Ecclesia. Deinde post Mosen, Samuel, post hunc David, deinde Elias et Eliseus fuerunt instauratores verae sententiae: post Eliseum mox Esaias vocatus est, Esaiam vidit puer Ieremias, Ieremiam Daniel, deinde Zacharias.

Post hos fuit Baptista, deinde Christus et Apostoli, post Apostolos Polycarpus, Irenaeus, Athanasius, Augustinus, Prosper. Etsi autem postea magnae tenebrae secutae sunt, cum Romani Episcopi omisso ministerio Evangelii, umbram veteris Romani imperii somniantes, Italiae et regibus Gallicis et Germanicis dominari inciperent; tamen subinde aliqui pii Doctores extiterunt, quorum alii magis alii minus pure docuerunt, sed horum doctrina non late propagata est, vestigia comparent. Dulcis est enim imperii gloria, gratae opes, suavis illa vita Canonicorum, conferta voluptatibus. Harum rerum nervi populi inscitia, impiae leges et Idolorum cultus. Ideo facile opprimebantur rectae et verae sententiae, fuitque tempus propemodum tale, quale fuit ante Baptistam, cum dominarentur Pharisaei et Sadducaei in populo Dei, pene funditus deleta Ecclesia, ac vere exclamare possumus, ut Esaias: *nisi Deus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma et Gomorra, funditus periissemus.*

Etsi autem homines prophani rident has querelas, et ocium, ut vocant, superiorum temporum requirunt: tamen pii norunt densas tenebras fuisse, quas quidem adhuc multi et retinent et ut retineant, pugnant fraudibus et saevicia. Sed pii agnoscunt emendationem divinitus factam esse, cum Deus excitavit mentem Reverendi Domini Doctoris *Martini Lutheri*, ut irritatus impudentia *Tetzelii*, qui indulgentias venales circumtulerat, veram, puram et salutarem doctrinam de poe-

nitentia, de iusticia fidei, de discrimine Legis et Evangelii, de discrimine verorum cultuum, qui mandato Dei praecipiuntur, et humanarum traditionum, de vero usu Sacramentorum, initio monstraret. De his maximis rebus prima certamina fuerunt.

Postea et multorum aliorum articulorum explicatio salutaris secuta est. Illustrata est doctrina de peccato originis, et malo reliquo in renatis in hac vita. Taxata vanissima arrogantia Pelagiana, quam confirmat doctrina Monachorum, quae negat dubitationes de providentia, de reconciliatione, et alias pravas inclinationes et flammas multarum pessimarum cupiditatum peccata esse. Ostensum est, veram Ecclesiam non esse regnum Pontificium, sed coetum amplectentem Evangelium Christi, nec adfingentem corruptelas. Potestatem clavium non esse imperia mundi rapere, sed Evangelium docere et Sacramenta rite administrare, et recte exercere iudicia Ecclesiastica.

Damnata est multiplex prophanatio coenae Domini, et usus pius monstratus est, ut sciant Ecclesiae, quomodo ad confirmandam fidem Sacramento utendum sit. Dictum est de vero sacerdotio in Ecclesia, de discrimine veteris et novi Testamenti, de discrimine Magistratuum civilium et ministrorum Evangelii, de dignitate operum vocationis in Ecclesia, coniugio et vita civili, de impia audacia fingendi novos cultus, qualis fuit et est eorum, qui humanas traditiones mordicus retinent. Reiectus est impius et ethnicus error invocationis hominum mortuorum, et monstrata est vera invocatio aeterni Dei, facienda in fide Filii Dei. Denique omnes articuli doctrinae Ecclesiasticae detersis sordibus priorum temporum magis fulgere coeperunt.

Agamus igitur gratias Deo aeterno Patri Domini nostri Iesu Christi, quod et antea saepe, et nunc in hac tristi senecta mundi, Evangelii lucem Ecclesiae, ministerio D. *Lutheri*, reddidit, et hoc tanto beneficio grati fruamur, sicut scio plurimos homines doctos et tentationibus exercitatos in ipso agone, cum mortem adituri essent, manifesta significatione Spiritus sancti, Deo gratias egisse, quod hanc Evangelii lucem rursus patefecit. Et ego cum his toto pectore Deo pro hoc summo beneficio gratias ago, ac oro, ut pectora nostra Spiritu sancto accendat et regat, ut eum vera fide et veris officiis colamus, nec sinat extingui hanc lucem; sed ut obsignet legem in discipulis suis, quemadmodum Esaias inquit, id est, ut servet in aliquorum mentibus et pectoribus tanquam obsignatam doctrinam, ne deleatur, et donet Ecclesiae Doctores, qui hanc puritatem propagare possint.

Nec deterreor multorum iudiciis, quorum alii freti sua potentia metuentes quaestui, alii fascinati admiratione suae sapientiae, alii mercede conducti, hanc doctrinam, quam hi libri probant, et Ecclesiae nostrae amplectuntur, condemnant, et nos omnibus probris onerant. Tenemus enim regulas immotas: *fugite Idola*, et: *si quis aliud Evangelium docet vos, Anathema sit.* Nihil atrocius adversus eos, aut ad nos confirmandos efficacias dici potest. Iubet eos Spiritus sanctus aversari tanquam Anathemata, id est, reiectos et damnatos a Deo, polluentes totam rerum naturam, cumulantes orbi terrarum calamitates, ut Iudaei sibi excidium gentis et urbis accersebant.

Scio magnam esse levitatem humanarum voluntatum, imo singularis est huius ultimi temporis inconstantia. Ideo ut Israelitae taedio aerumnarum in deserto adficiebantur desiderio Aegypti, ita nunc multi retro spectant veterem statum requirentes. Verum est enim illud Thucydidis de gubernatione ἀεὶ τὸ παρὸν βάρυ. Ideo discunt excusare, lenire, pingere veteres abusus mirandis fucis et praestigiis, ut nunc Colonienses Canonici et Monachi manifesta flagitia excusant. Sed talis sycophantica execranda confusio est omnium religionum, et damnata est hac voce: *non assumes nomen Domini Dei tui vane.* Nam si ita liceret ludere, facile esset astutis fingere praetextus etiam ad ethnicas religiones excusandas. Sed absint ab Ecclesia tales praestigiae, praesertim cum non ad leves errores stabiliendos, sed ad horribilium scelerum confirmationem adhibeantur.

Manifestum est, libros Thomae, Scoti et similium prorsus mutos esse de iusticia fidei, et multos errores continere de rebus maximis in Ecclesia. Manifestum est, conciones Monachorum in templis fere ubique toto orbe terrarum aut fuisse fabulas de Purgatorio et de Sanctis, aut fuisse qualemcunque Legis doctrinam, seu disciplinae, sine voce Evangelii de Christo, aut fuisse nenias de discrimine ciborum, de feriis et aliis traditionibus humanis. Manifestum est, coenam Domini non institutam esse ad liberandos mor-

tuos, et consuetudinem totam venalium Missarum, tetram prophanationem esse. Nunc suaviter mitigant: adplicetur coena Domini pro mortuis, non ratione sacrificii, sed ratione suffragii; fiant venales Missae, sed pauciores. Manifestum est, ethnicam consuetudinem esse, qualis nunc est, invocationem mortuorum. Nunc mitigant: invocentur modestius, verba lenius intelligantur: Maria mater gratiae, tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe; sed invocentur. Sic in multis aliis moderationes quaerunt tales, quae retineant nervos impiorum cultuum. De coelibatu nihil dicere possunt, et tamen impudenter propugnant, quia commodior est ad opes administrandas.

Hac Sycophantiae praeparant Regum animos, postea adduntur declamationes, quam sit honestum tueri leges, et praesentem formam Reipub., quam periculosum sit semel admittere mutationum exemplum. Ita incenduntur Reges ad saeviciam in suos exercendam, et ad movenda bella adversus multas nationes et bene moratas civitates, quae sunt domicilia litterarum, disciplinae et Ecclesiarum, imo quae sunt ornamenta totius orbis terrarum. Haec sophismata et haec parricidia vocant ipsi Ecclesiae reformationem, quae cum certissimum sit, non esse a Deo, nam Diabolus est auctor mendaciorum, homicidiorum et libidinum, monendi et hortandi sunt omnes homines, ut societatum eorum fugiant, qui se profitentur hostes esse doctrinae, quae sonat in Ecclesiis nostris.

Magna multitudo est Epicuraeorum ubique, qui rident omnes religiones et quidem in aulis Pontificum et Regum. Hic ducitur esse gradus sapientiae praecipuus ridere religiones, et tamen gnaviter simulare studium servandae consuetudinis. In eo hominum genere hae nostrae admonitiones parum valent; sed illos alloquor, qui sentiunt, non casu natum esse hominum genus, ut pulices aut muscas, sed Dei consilio conditum esse, ad ipsius agnitionem, Et Deum vere se patefecisse humano generi, ac vere tradidisse Propheticam et Apostolicam doctrinam. Hoc qui sentiùnt, intelligunt non licere hominibus mutare aeterna Dei decreta, sed summa reverentia ea audire et amplecti debemus, et Deo gratias agere, quod et diligit, et diligere se toties adfirmat Ecclesiam suam, et dedit nobis pignus sui amoris, Filium, et addidit Evangelium, et id saepissime restituit, cum hominum negligentia et malitia aut prorsus in oblivionem venit, aut obscurari coepit.

Horum beneficiorum magnitudinem nullius creaturae eloquentia verbis aequare potest. Sed tamen cogitanda sunt piis mentibus, et declaranda aliquo modo gratitudo studio amplectendae doctrinae, et tuendi et ornandi ministerii Evangelici, et benevolentia erga ipsos Doctores, quorum laboribus, periculis, et magnis curis et doloribus doctrina restituitur.

Sed ut semper Ecclesia coetus est exiguus, ita pauci sunt, qui haec officia praestant; sed est tamen coetus aliquis, et mediocris multitudo. Haec invitata Dei erga nos amore, et morte Filii, amabit Evangelium, nec volet inflectere ad suas cupiditates, nec corruptelas affinget, ut attemperet Evangelium tanquam Lesbiam regulam, ut dicitur, ad Pontificum dominationem; sed audiet Evangelium, ut discipula, et amplectetur purum, incorruptum et non dilutum ethnicis opinionibus.

Hos Christi auditores spero libenter et huius libri disputationes lecturos esse, quae et propter temporum historiam et propter res ipsas cognoscendae sunt. Hinc enim intelligi poterit, quantae fuerint tenebrae priorum temporum, etsi hae adhuc in multis regionibus et manent et confirmantur. Deinde utile est videre, quae fuerint progressiones emendationis, et lectorem erudire et de multis magnis rebus commonefacere possunt. Et multae partes doctrinae Ecclesiasticae, quarum cognitio necessaria est omnibus, hic explicatae sunt.

Dolendum est autem tantum esse Potentum pertinaciam in opprimenda luce Evangelii, ut non solum superstitiones apud suos stabiliant, sed malint Epicuraeos furores, et varias confusiones Sectarum inter suos grassari, ut passim fieri constat, quam emendatis Ecclesiis praeficere idoneos homines, qui hanc incorruptam Evangelii vocem proponerent, quae in nostris Ecclesiis sonat.

Cum vero humanis consiliis leniri haec asperitas non possit, Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, una cum universa Ecclesia, ut ipse sibi colligat, regat et servet Ecclesiam aeternam, ac ut flectat mentes Regum et Principum, ad amplectendam et propagandam incorruptam Evangelii doctrinam, ut serviant gloriae Christi, et populi saluti vere consulant. Bene vale Christiane Lector.

No. 3148. 7. Mart.

I. Agricolae.

† Ex autographo Philippi in cod. Rhed. Vol. V. — Contuli etiam apographon in cod. Paris. D. L. 54[3].

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iohanni Agricolae Islebiensi, pie gubernanti ecclesias in Marchia, amico veteri et carissimo,

S. D. Gratiam tibi habeo, quod mihi amanter respondisti. Vere enim adfirmo, te a me sincere diligi, meque optare, ut inter nos benevolentia perpetua sit*). Arbitror etiam, reipublicae prodesse nostram coniunctionem. Certe in vita aeterna erit consuetudo dulcior, si hic amicitia[1]) inchoata non fuerit interrupta.

*Georgius***) honorifice de te apud *Lutherum*, me, et alios locutus est, teque rogo[2]), ut eum complectaris. De republica nunc quod[3]) scribam non habeo. Ego mediocri assiduitate meum officium in hoc scholastico munere, Deo iuvante, faciam, et exitus Deo commendabo. Christus pollicetur iis, qui in ipso manent, fructum eos copiosum facturos esse. Ipsum igitur oro, ut labores nostros provehat. Scribam alias[4]) copiosius. Bene vale. Die 7. Martii.[5])

Philippus Melanthon.

No. 3149. 9. Mart.

Georgio Anhaltino.

Melanth. select. Epist. 284. Mel. epist. lib. I. p. 96. (edit. Lond. lib. I. ep. 44.) — Idem in Epistolis ad Camerarium p. 510. et in Mel. libro III. epist. p. 128. (in edit. Londin. lib. III. non repetita.) — Apographa in cod. Goth. 190. p. 254., in cod. Goth. 191. p. 34 b., et in cod. Goth. 399. p. 88.

D. Georgio Principi Anhaldino

S. D. Cum hic nunciata est[1]) mors viri optimi *Georgii Helti**), subita consternatione pene exanimatus sum, ac statim postea comperi publicum esse luctum omnium honestorum nostri ordinis hominum, quod nemo non dilexerit eum propter eximiam virtutem. Meus vero dolor eo maior est, quod et amicitia inter nos fuit dulcissima, et cum mihi familiarius notus fuerit, magis intelligo, quantam eius interitu iacturam fecerit Respub. Tuo etiam luctu moveor, qui illum et propter amorem, quo eum complexus es, et propter Rempublicam desideras. Quoties iam in deliberationibus rerum magnarum sedens[2]), ac locum in quo respondere ac conferre sententiam solebat, intuens eum requires? Etsi autem dolorem tuum adeo non reprehendo, ut probem etiam et insigne specimen esse pietatis ducam: tamen praecepta eadem quae in caeteris magnis aerumnis nobis proponimus, hic cogitemus. Desiderio nos adfici nostrorum vult Deus, vult nos angi et dolere: nec illam torvitatem, seu immanitatem potius, quae nihil movetur asperis rebus seu propriis seu amicorum, probat. Ac Filius Dei saepe expavit ipse, lacrymavit et acerbissimis doloribus conflictatus est. Sed simul praecipit Deus, ut cogitatione voluntatis suae et aeternorum bonorum, quae promisit suis, quos ex hac vita evocat, moestitiam moderemur, et paulatim animos erigamus, ac illis potius haec bona gratulemur, quam nostra iactura angamur. Non sumus ii, qui homines, ut pecudes nasci et exstingui tantum, ut ferunt[3]) vices materiae, nec restare nobis aliam civitatem meliorem arbitremur: Sed, ut in Ecclesia vox Dei nos erudiit, scimus iis, qui Evangelium amplexi sunt, aeterna praemia proposita esse. Ardebat autem pectus *Georgii* amore Filii Dei Domini nostri Iesu Christi, ita ut caetera in vita omnia duceret longe inferiora. Et Evangelii propagationem studiose adiuvabat, et ad hoc decus adiungebat omnes alias virtutes, quae in membris Christi esse debent. Cumque esset in dando consilio non solum prudens et fidelis, sed etiam felix, non dubito ei

---

*) Agricola eo tempore secundum voluntatem Principis Elect. Brandenb. in gratiam cum Vitebergensibus rediit, et antinomismo valedixit.

1) *hic amicitia*] cod. Par. *hae dicitur*; mendose.

**) Buchholzer, praepos. Berolin. Is videtur Witebergae fuisse, ut colligendum est ex epist. Lutheri ad Marchionem Electorem d. 9. Martii 1545. Hoc anno filii Buchholzeri venerunt in Academiam Witebergensem. Vid. etiam ep. d. 16. Mart. infra.

2) *rogo*] cod. Paris. *oro*.

3) Cod. Paris. *quid*.

4) *alias*] cod. Par. *aliquando*.

5) Cod. Par. 4. *Maii*.

1) *esset* Cam.

*) In cod. Goth. 399. adscriptum est: obiit die Veneris post dominicam Reminiscere, id est 6. Martii 1545.

2) Cod. Goth. 190. *sedem*.

3) Cam. *feruntur*.

Deum adfuisse gubernatorem consiliorum et actionum. Nunc igitur evocatus hinc ad consuetudinem coelestium, fruitur dulcissimis colloquiis Dei, Christi, Prophetarum, Apostolorum, imo et matris tuae, et agit gratias pro omnibus beneficiis, et non modo vitam tuam, sed etiam universae Ecclesiae, quae in hac vita ingentibus periculis exercetur, salutem Deo commendat. Quare gratulemur ei hunc portum, in quo laetus acquiescit, et desiderium eius leniamus recordatione virtutum ipsius, praesertim cum brevi eum complexuri simus. Quoties de eo cogitabimus, gratias agamus Deo, quod Ecclesiae tale ornamentum dedit, et ipsum celebremus, quod Dei dona, sua diligentia bene collocavit, et morum moderatione ornavit, et virtutes eius imitemur. Hic fere [4]) cogitationibus animum meum a luctu abduco, quas recensui, quod hoc tempore, etiamsi te eadem remedia et nosse et colligere scio, tamen haec quasi commonefactio non inutilis est. Si exempla etiam quaerimus, Davidi ereptus est amicus Ionathas, et multo ereptus est atrocius. Feramus igitur et nos, amicum a nobis aliquanto citius, quam vellemus, abductum esse, praesertim cum placide in complexu amicissimorum hominum iter illud ingressus sit. Et ut David petebat a Deo, dari successorem idoneum Ionathae in Republica: ita et nos petamus, ut Deus alium in *Georgii* stationem collocet, cuius et virtus et autoritas Ecclesiae sit salutaris. Nam hac cura in hac paucitate bonorum gubernatorum valde nos adfici decet. Et Filius Dei, sedens ad dextram aeterni Patris, inter dona quae dat hominibus, etiam pollicetur se daturum bonos [5]) Pastores et Doctores. Hunc oro toto pectore, ut te servet incolumem, et accendat multorum pectora, ut feliciter serviant Ecclesiae. 9. Martii. Anno 1545.

No. 3150. 10. Mart.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 374 sq.

---

4) Peuc. *vero.*

5) *idoneos* Cam.

Marco Crodelio (gubernanti scholam Torgensem)

S. D. Saepe mihi amanter gratificaris, charissime Marce, pro quib. officiis gratiam tibi habeo, et benevolentiam veram animi ac perpetuam praestabo. Si quando re ipsa referre gratiam potero, faciam id quoque. Sic decet nos mutua benevolentia copulatos esse. Ac saepe cogitans de docentium concordia et gaudeo, et Deo gratias ago, quod praecipuarum Ecclesiarum et Scholarum gubernatores inter se et concordes et amici sunt, ac Dominum nostrum Iesum Christum oro, ut haec Ecclesiarum et Scholarum tranquillitas sit diuturna ac perpetua. Gaudeo, Illustriss. Principem tanta benignitate complecti nostrum ordinem, et Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, oro, ut Ecclesias et Politias, quae sunt Ecclesiarum hospitia, servet, det et iuvet pios ac salutares Principes, et Illustrissimi Principis nostri sacrificium accipiat, sicut Psalmus 20. dulciss. inquit *): וְעוֹלָתְךָ יְדַשְּׁנֶה Bene vale. Die X. Martii 1545.

Philippus.

No. 3151. 12. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 505 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 661.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Non me tempestates retinuerunt, quo minus *Cygneam* profectus sim. Nam has quidem praevideram, quia dies itineris incidebat in congressum Lunae et Saturni et Iovis, in extremo mensis quadrante: Sed venit huc ex aula *Puniceus* propter deliberationes de captivo scholastico, et de *Melchiaro*, quem scito molestia liberatum esse, quae eum aliquandiu exercuit, et mansurum esse nobiscum. Etsi autem multae et magnae occupationes me his diebus impedierunt, tamen *Scotto* disputationes sententias scribere cepi **). Verum

---

*) *Holocaustum tuum, incineret*, ut vertit Arias Montanus. (Nota Saub.)

**) Fortasse: „Capita proposita ad disputandum d. XI. Cap. epistolae ad Rom. ab Alexandro Alesio, Theologiae doctore ad VI. diem Martii. anno XLV. (Lips. 1546. 18 pagg.)"

hodie valetudine quoque impeditus non absolvi, mittam igitur hac septimana, ac veniam peto, si fortassis, ut dicitur, post praelium mitto auxilia. Scio ingratam esse tardam gratiam. Sed tamen caussae me non futiles moverunt, quare putarim meas sententias mittendas esse.

De concionatore *Werthemensium* Ecclesiarum scribam, cum aliquem ad vos mittam. Nunc enim cum intumuerunt flumina, nemo suscipit iter, quod differri potest.

De Rep. nihil novi habeo. Portenta multa scribere possem, sed non Physica: verum *δύσφημα* recitare nolo, ac Deum potius precor, ut ipse haec doctrinae suae hospitia regat et servet, et nos gubernet, qui quidem toties pollicetur, se non defuturum suae Ecclesiae, et suo opificio, ut in carmine tuo reddita est celestis sententia.

οὐχ αὕτως χωρεῖντε ἐᾷ, εἰκῆτε φέρεσθαι.

Hac me consolatione in multis et magnis difficultatibus sustento. *Philippum* veterem amicum nostrum, bonum virum, et litterarum ac Ecclesiae Dei amantem quaeso ut amanter excipias, qui narrabit quam avide audiatur tuum poëma. Bene vale. Primo die Veris, ut annotavit Ovidius.

Philip. Melanth.

No. 3152. 12. Mart.

C. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 283 sq.

Christophoro Pannonio (Theologo in Acad. Francoford.)

S. D. In hoc concursu occupationum, cum et ituri ad Moeni ripam flagitant literas, et scripta quaedam ad Conventum adornanda sunt, brevior sum, scripsi tamen aliquid, ut tuam assiduitatem alam. *Carolus*, Imp. etiamsi ad *πρότασιν* Conventus *) dicitur non adfuturus: tamen omnino existimatur venturus ad ipsam *ἀκμὴν* negociorum. *Granvelum* praemittit deliberaturum, non solum de Germanicis et Pannonicis negociis: sed etiam de Ecclesiis. Verum haec aliquanto post certius sciemus.

A *Sabino* et filia hodie literas accepi, te oro, ut interdum ad eos scribas. Si mihi tantum ocii esset, ut vel paulisper expatiari possem, hoc Paschate proficiscerer ad filiam, quo in itinere te quoque viserem. Sed fortassis tempus ostendet consilium. Bene vale, et rescribe. Die Gregorii.

Philippus Melanthon.

*) Coventus Wormatiensis, de quo vid. Sleidani Comment. lib. XVI. p. 439.

No. 3153. (h. t. ut videtur.)

I. Wilicho.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54[3].

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iodoco Wilicho, d. artis medicae et universae philosophiae, amico suo cariss. *)

S. D. Clarissime vir et amice carissime. Saepe decrevi ante aliquot annos ad te expatiari, et, si possem, consuetudine tua et doctissimis sermonibus menses aliquot frui, idque facere, quam primum potero, constitui. Multa sunt enim, de quibus serio tuas sententias sciscitari cupio. Quod iam amanter ad me scripsisti, gratiam tibi habeo. Acquiesco legens tuas literas. Gaudeo enim, tale ornamentum non solum coetus literati sed etiam Ecclesiae Dei reliquum esse hoc tempore, quale est eruditio tua in omni doctrinae genere, coniuncta cum agnitione vera Dei. Te igitur et diligi a me et propter eruditionis ac virtutis praestantiam vero studio coli statuas. Omnino decrevi de quibusdam philosophicis quaestionibus tecum colloqui. B. V.

Phil. Mel.

No. 3154. 14. Mart.

M. Gilberto.

† Ex apographo Bavari Vol. I. p. 967.

*) Francofurti ad Viadrum. Vid. ep. ad Pannonium d. d. 22. Ian. 1545.

Venerabili viro, egregia eruditione et virtute praedito, D. Martino Giberto Nervio, pastori Ecclesiae Libenwertensis), amico suo, Phil. Melanthon.*

S. D. Deum aeternum patrem Domini nostri I. Ch. oro, ut ministerium tuum gubernet. Diaconi mihi ingenium videtur bonum esse, quem hortatus sum, ut Ecclesiae concordiam tueatur. Feramus, mi *Giberte*, difficultates, quae nostras functiones comitantur, mediocri aequalitate animi, et expectemus a Christo auxilium. Nunc violae prodeuntes te interdum expatientem ad hortorum vestrorum sepem admoneant nostrae conditionis; conculcamur a populo cum quidem doctrinae fragrantia Ecclesiam compleamus, et vestis est purpurea referens adflictionum colorem; sed flos alius intus aureus ac luteus non marcescentem fidem significans. Faciamus nostrum officium, et oremus Deum, ut exitus gubernet, sicut promisit, eos qui in ipso manent, copiosum fructum laturos esse. De conventu in urbe Vangionum adhuc silentium. Imperator morbis retinetur in Belgico. Bene vale. 14. die Martii 1545.

No. 3155. 15. Mart.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 405 sq.

Georgio Buchholzero (praeposito Berolinensi)

S. D. Hodie cum clarissimo viro, domino *Pontano*, de negocio adfinis vestri locutus sum, ac spero nos brevi ex aula responsum clementer scriptum habituros esse: quod per peculiarem tabellarium vobis mittam. Scias in aula, in tanto occupationum concursu, aliquas moras incidere, quas boni consulere nos oportet. Sed tamen diligentia mihi ad rem perficiendam non deerit. Utinam possem vobis, et aliis piis doctoribus Ecclesiarum saepe gratificari. Incendere quidem odia aut discordias non volo. Oro autem toto pectore, ut Dominus noster Iesus Christus, filius Dei (qui aditurus mortem precatur, ut doctores Ecclesiae unum sint, sicut ipse et pater unum est) flectat mentes omnium docentium Evangelium, ad concordiam salutarem Ecclesiae. Bene valete. Idibus Martiis, Anno 1545.

Philippus Melanthon.

No. 3156. 15. Mart.

I. Agricolae.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54[3]. Alterum apogr. est ibid. 54[4].

Ioanni Agricolae

S. D. Dedi epistolam ad te *Georgio**) praeposito, quem iam rediisse istuc arbitror. Postquam hinc abiit accepimus literas, in quibus significatur[1]) initium Synodi Tridentinae differri in Octobr. Utinam quidem studerent gubernatores vere consulere paci orbis terrarum, imo Ecclesiae; sed quid agant videmus. Oro filium Dei dominum nostrum Iesum Christum, ut ipse regat Ecclesiam et obsignet[2]) suam doctrinam, sicut Esaias precatur, in nobis et auditoribus nostris ne stultis cupiditatibus effundatur. Mitto tibi pagellas simplici et amico animo, quarum lectio filio tuo fortassis non insuavis erit. Formam ordinationis descripsit *Georgius*. Te rogo ut scribas[3]) saepius. Bene vale. Idibus Martiis.

Ph. Melanthon.

No. 3157. 17. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 506 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 662.) — Apographon in cod. Goth. 212. p. 222 b.

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico suo carissimo,

S. D. Amplius sexennio familiaritas mihi cum *Georgio Helto* fuit minime *βάναυσος*. Sed multa

---

*) Vid. supra d. 14. Ian. epistolam Vitebergensium ad Pr. Electorem. — De eadem re Lutherus d. 14. Martii scribit Gilberto. *Nervium* appellat eum, quia oriundus erat ex Gallia Belgica, sive comitatu Hennegau, quare eum etiam in epist. ad Camerar. d. 13. Apr. 1544. *Gallum* appellat.

*) Georgio Buchholzero; vid. supra ep. d. 7. Mart. 1545.

1) *significatur*] apogr. pr. *precatur*.

2) *obsignet*] apogr. post. *obsignare*.

3) *scribas*] apogr. post. *rescribas*.

mecum de Rep. saepe locutus est, multa de doctrina sciscitatus, et de vera Dei invocatione, ac vere praedico me commonefactum ipsius eruditiss. sermonib. et plenis pietate, quaedam postea accuratius tractasse. Cum igitur et integritatem ipsius, et prudentiam, et totum curriculum salutare et felix noverim, magnum mihi dolorem eius interitus affert. Et quanquam mea caussa privatim doleo, amico me tali orbatum esse, cuius fides praesidio mihi esse poterat, tamen Reip. caussa magis crucior, de qua praesertim nunc in gubernatione Ecclesiarum Mysiae praeclare mereri poterat. Nec dubito te iisdem caussis moveri, quib. ego moveor, et sensus doloris tui initio acrior est, propter educationis tuae memoriam. Sed, mi Ioachime, confugiamus ad eas consolationes, quas Deus ipse patefecit humano generi. Scis quanta sit caligo in philosophia Socratica de caussis mortis et ingentium calamitatum humanarum, et de remediis earum. Sed prodiit Deus ex aeternis latebris suis, et sua voce docuit, cur haec fragilis natura tantis aerumnis subiecta sit, et testatus est, se Ecclesiae suae affuturum et opitulaturum esse. Hac nos doctrina, quae tibi nota est, sustentemus, non solum in hoc luctu, sed etiam in ceteris miseriis, quae multae et magnae sunt.

Mihi maesticiam his diebus cum alia quaedam auxerunt, tum vero inprimis commemoratio *Belgicae* crudelitatis. Interfecti sunt recens quidam *Artesiensis*, concionator Gallicae Ecclesiae, quae Argentorati exulat, vir doctus et non inquinatus labe fanatica ulla, et *Aegidius* Bruxellensis, et matrona nobilis *Daventriensis* cum duabus filiabus pudice et pie educatis. Et similes historiae aliae recitantur, quarum cogitatione, utinam principes viri moverentur[1]).

Rediit noster *Hispanus Franciscus*[2]), divinitus liberatus, sine ope ullius hominis, quem quidem ipse norit, iussi eum historiam scribere, quam tibi afferemus. Feramus igitur in tantis Publ. Ecclesiae miseriis etiam nostra onera, et agnoscamus ac deploremus caussas, et mitigationem petamus, ut saepe Prophetae clamitant: Recordare Deus, cum irasceris, misericordiae tuae, nec totam iram tuam accendas, serva Ecclesiae reliquias, nec nos abiicias inter impios: Mitiga iram tuam.

Milichius scripsit de morbo *Georgii.* Sed veri fontes solicitudinum ipsius mihi noti sunt, quos coram recitabo. Hae paulatim cordis vires absumserunt, et quod fieri solet, totum *στῆθος* languefecerunt.

Facio de mei pectoris arefactione coniecturam. Libellos a te missos accepi, pro qua editione tibi Reip nomine gratias ago.

Heri litteras a *Bucero* accepi, qui vidit editam *κατήχησιν* Graecam[3]), nam misi[4]) *Sturmio*, et nuper misi hunc recentem libellum, valde tibi gratias agit quod ad ornandam Ecclesiam studium tuum confers. Epistolam ad *Irenaeum* perlegi totam. Nihil mihi in hac vita maius tribui opto, quam ibi mihi tribuis. Etsi autem debeo tibi plurimum pro hoc tam honorifico testimonio, ac ex animo tibi gratias ago, tamen cum me quasi ad illam imaginem confero, videoque vix partem aliquam mei respondere, sane pudet me mei. Voluntas recte faciendi non defuit mihi, duces, doctores, tempora defuerunt. Qualis fuerit opinionum confusio meministi, quanta inscitia, quantae tenebrae in illis ipsis, qui ante triginta annos in gubernatione doctrinarum, tanquam ad gubernaculum sedebant. Nunc oro Deum, ut hanc quantulamcunque tenuitatem doctrinae quam monstravit nobis, provehat, et faciat, ut nostri labores sint utiles Ecclesiae. Mihi nec voluptates, nec potentiam, nec opes quaesivi.

Carolum laudari a te placet, etsi asperiorem fieri sentio. Et hic conventus eius voluntatem magis declarabit. Nam *Granvelus* iam venit *Wormatiam.* Secuturum esse dominum, ubi curatio *Ebeni* seu Guaiaci fuerit absoluta, prorsus existimo. Verum quicunque erunt exitus, nos necessaria scripsimus, non petulanter novimus Rempub. futilium questionum agitatione, ut Rhodii Minervam quaerentes, matulamne in templum ad Epulationem, quae totum diem durabat, inferre liceret, postea rursus interrogarunt, aureamne an testaceam inferre deberent. Utilia certe quaesivimus. Postremo, etsi me quoque responsurum esse significas, tamen caussa ita perorata[5]) est a te, ut sim ineptus, si quid addam: Tamen ut vel tibi morem geram, aliquid componam, cum ab aulicis operis quae me nunc deti-

1) Mst. *principes nostri monerentur.*
2) Dryander.

3) Mst. *tuam.*
4) Mst. *eam.*
5) *perornata* mst.

nent, liberatus fuero, Nam illam deliberationem de Ecclesiis exhibendam Imperatori, volunt Principes latine reddi. Scripsi et alia ad παρασκευὰς conventus pertinent.

De *Synodo Tridentina* nescio an audieris differi initium ad Octobrem. Sic ludunt summi gubernatores mentione, indictione, prorogatione Synodi ἐντρυφῶντες τῷ ἀξιώματι ἱερατικῷ καὶ ἐναλλόμενοι χριστῷ, non secus ac illi ipsi in historia Christi, qui divinare eum iubebant, a quo percussus esset.

A *Schetio* velim te *Francisco Hispano* pecuniam petere, iuxta has litteras, et dare ἀποχὴν, ut vocant: dabis autem pecuniam huic nuncio afferendam, ac scribes numerum. Bene vale, XVI. Calend. April.

Philippus Melanth.

No. 3158. 21. Mart.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 370 sq.

Marco Crodelio (gubern. schol. Torgens.)

S. D. Charissime Marce. Iterum mihi opus est tuis officiis, quare te oro, ut pro humanitate tua et pietate boni consulas, quod toties te occupatum alioqui novis negotiis onero. Sed talis est vita, necesse est, nos conferre labores. Venit huc cum *Hispano* nostro *), qui e carcere Bruxellensi evasit, viro optimo et integerrimo, alius quidam civis Bruxellensis, qui in manifesto periculo fuit, is nunc quaerit operas. Novit autem vestrum civem, qui texit tapetas, quod artificium et ipse exercet. Huius consilio uti decrevit. Quare te etiam atque etiam oro, ut hospiti propter Christum exulanti hoc praestes officii, ut monstrari domum illius artificiis ei cures. Etsi scio, vos onerari varie a talibus exulibus: tamen honestorum hominum calamitate affici nos iustum est: ut Deus nobis nostra domicilia protegat. Audio autem, integritatem huius viri laudari, nec tibi commendarem, nisi mihi Hispani nostri virtus spectata et probata esset, qui huius Belgae mores praedicat.

*) Francisco Dryandro.

Mitto tibi et epistolam scriptam a filio amici nostro *Castneri.* Non deest ingenium adolescenti *Castnero.* Sed nimis amat voluptates, onerandus est igitur aliquo labore. Nam in hoc otio nimium sibi indulget. Quaeram ei functionem Scholasticam, quamprimum erit occasio. Duos libellos tibi mitto, quorum alterum dabis Doctori *Basilio.* Bene vale. Die 21. Martii 1545.

Philippus Melanthon.

No. 3159. 22. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 512 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 664.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. *Sigismundus Gelous* noster, quod faustum et felix sit, proficiscitur in patriam, cuius discessus geminum mihi dolorem affert: Nam et avelli a me παραστάτην doleo, et ipsi in tam luctuoso patriae bello, non possum non metuere. Ad haec renovat mihi iter ipsius, memoriam *Iazygis*, honestissimi et ingeniosissimi adolescentis, quem dimisisse me saepe poenituit. Nunc opto ut *Sigismundum* servet filius Dei Dominus noster Iesus Christus, quem invocat vera pietate.

De tua valetudine vellem a *Laterensi* planius scriptum esse, sed mandata *Sigismundo* dedi, cum quo certe excurrissem, nisi aulicis compedibus retinerer. Nuncius noster et litteras tuas gravissime scriptas, et pecuniam bona fide nobis exhibuit. Pro vino misso gratias tibi ago, *Sigismundus* in hac urbe, non aliud iudicat esse λαρώτερον. Cogitabo περὶ ἀμοιβῆς. De filii vero munusculo quod interpellas, gratum mihi est. Nec alia res hactenus impediit, nisi πολυπραγμοσύναι aulicae, quibus vere, ut versus dicit, οὐδέν ἐστι κενεώτερον ἄλλο. Scio valde desiderari eum libellum *) in scholis, et mora Ideam aedificii pene delevit ex animo meo. Sed spero his feriis aliquid nobis ocii fore. Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi, servet te incolumem et tuae domesticae Ecclesiae, et universae Ecclesiae: scriptum est enim, Non mortui laudabunt

*) dialecticum.

te Domine. Et te illud canere opto: Non moriar sed vivam, et narrabo opera Domini, quem versiculum cum Wimariae aegrotarem, vidi scriptum in pariete, et omine delectatus sum. De *Moguntini* morte nihil certi audivi. Sed quicquid est, pacem a Deo petamus his regionib. ne sinat Ecclesias fieri *μυσῶν λείαν*. X. Cal. Apr.

Phil. Melanth.

No. 3160. 24. Mart.

Pagella publice affixa.

Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 159. nunc plenius editum. Pars huius scripti legitur in I. G. Olearii scrinio antiquario p. 155., cum quo fere convenit apographon in cod. Bav. I. p. 1006.

Series factorum Christi Servatoris nostri ante suam passionem, affixa publice a Philippo Melanthone. 24. *Martii* [1]).

† Anno a condito mundo 3944., qui fuit annus 42. regiminis Augusti Caesaris, natus est Christus dominus noster et salvator, quando Herodes iam annos 37 tenuerat nomen regium in populo Iudaico. 15. Calend. Aprilis mundus factus est. Anno 3975. hoc est anno 15. Tiberii Caesaris Christus ingressus est annum 30. Tunc baptizatus est a Iohanne in Iordano. Eo tempore statim coepit praedicare Evangelium suum et homines adhortari ad poenitentiam, usque in 18. annum Imperatoris Tiberii. Tunc enim a Iudaeis crucifixus est. Quare Christus passus est pro nobis anno a condito mundo 3980. seu 25. die Martii, seu 8. Calend. Aprilis, et idem dies est dies creationis Adae et conceptionis Christi, eo enim die angelus annunciavit Mariae, fore ut concipiat Iesum Christum, seu die 14. primi mensis, id est Aprilis, qui est proximus aequinoctio verno. Nam Iudaei habent mensem lunarem, id est, inchoant mensem a novilunio. Et quidem hoc factum est vesperi. Nam inchoant diem ab occasu solis [2]).

Christus anno aetatis suae 34., die Martii 14. ingressus est iter ex deserto, ubi Iohannes baptizaverat a Iordano duo miliaria ad Iericho, in quo itinere sanavit coecum [3]).

Die 15. fuit Iericho apud Zachaeum.

Die 16. iter a Iericho ad Bethaniam. Nam Iericho circiter quinque miliaria distat a Hierusalem [4]).

Die 17. excitatus Lazarus ante diem Palmarum [5]).

Die 18. fortassis mansit in Bethania [6]).

Die 19. coenat cum Lazaro in Bethania in Sabbato ante diem Palmarum. Bethania autem distabat dimidium miliare ab Hierosolyma.

Die 20. dies Palmarum.

Die 21. maledixit ficui.

Die 22. coena in Bethania in domo Simonis leprosi post diem Palmarum.

Die 23. pactio Iudae.

Die 24. dies Azymorum et coena vesperi.

Die 25. Crucifixio.

Die 26. fuit in sepulchro.

Die 27. resurrectio.

† Die [7]) 25. Martii.
- Conceptio seu incarnatio Christi.
- Crucifixio.
- Creatus et lapsus Adam.
- Ingressus Noa in arcam.
- Eductus est populus ex Aegypto.
- Immolatus est Isaac a patre Abrah.

No. 3161. 25. Mart.

Testimonium.

Ex autographo (verosimiliter scribae manu scripto) editum in Joh. Michael Sixt Reformationsgeschichte der Reichsstadt Schweinfurt. (Schweinf. 1794. 8.) p. 230. Inscriptum est:

---

1) Olearius: *D. Martino Crodelio Philippus Melanthon dedit d.* 30. *Mart.* 1545. In cod. Bav.: *Phil. Melanth. anno* 1545. 26. *Martii.*

2) Haec omnia non habent Olear. et cod. Bav.

3) Olear. sic: „Die 14. Martii Romani Christus iter ingressus est ex deserto apud Iordanem, iturus ad suscitandum Lazarum, proficiscens primum ad Iericho, quae distabat duobus nostris milliaribus a Iordane; ita primo die fecit iter trium milliarium vel circiter. In hoc itinere sanavit coecum."

4) Olearius: 16. *fecit iter. Nam Ierosolyma distabat a Iericho circiter 7 milliaria.* Cod. Bav.: *iter a Iericho; nam Hiericho paulo plus quam quatuor milliaribus distabat a Hierusalem.*

5) Olearius: 17. *fecit iter, venit in Bethaniam.*

6) Olear. et cod. Bav. praetermittunt hunc diem.

7) Diem 25. Mart. et quae illo die evenerint neque Olear. neque cod. Bav. habent.

Testimonium Wittebergensis ecclesiae Ministrorum pro *Laurentio Hunnico* ad Ecclesiae Troianae Ministerium vocato. *) 1545.

Pastor Ecclesiae Dei in oppido Saxoniae Witeberga et caeteri ministri Evangelii in eadem Ecclesia, Salutem dicunt omnibus lecturis has literas.

Non alia vox in coelo et in terra unquam ardentior audita est, quam precatio filii Dei in agone, in qua petit colligi et servari Ecclesiam, et sic regi, ut unum sit in Deo. Idem inde usque ab initio generis humani, omnibus temporibus, donec universa Ecclesia ex morte resuscitabitur, petit. Propter hanc filii precationem, cum colligat Deus Ecclesiam inter nos quoque, gratias agimus et aeterno patri, et filio eius, Domino nostro Iesu Christo, et Spiritui sancto, et gemitus nostros ad summi sacerdotis nostri, Domini Iesu Christi, precationem adiungimus, et petimus, ut semper inter nos quoque colligatur aeterna Ecclesia, quod cum fiat voce Evangelii, et non aliter, sicut scriptum est: Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti, vult Deus eligi idoneos ad docendum Evangelium. Testamur igitur hunc honestum et eruditum virum *Laurentium Hunnicum* Troianum**) vocatum esse ad ministerium Evangelii in patria Troia. Cum autem a nobis petitum sit, ut explorata eius eruditione adderemus publicum ritum ordinationis, diligenter eum audivimus, et comperimus, eum recte tenere summam doctrinae christianae, et pie et constanter amplecti puritatem Evangelii, quam et Ecclesia nostra una voce et uno spiritu cum catholica Ecclesia Christi profitetur, ac a fanaticis opinionibus damnatis iudicio catholicae Ecclesiae Christi abhorrere. Promisit etiam hic Laurentius in doctrina constantiam, et in officio fidem et diligentiam. Quare ei iuxta doctrinam Apostolicam publico et pio ritu commendatum est ministerium docendi Evangelii et administrandi sacramenta iuxta vocationem. Cum autem filius Dei, qui est λόγος aeterni patris, vere sit efficax voce ministerii, et faciat, ut ministerium sit salutare, sicut scriptum est: sedet ad dextram Patris, dona dans hominibus, Prophetas, Apostolos, Evangelistas, Pastores et Doctores. Et sicut Dominus inquit: ego sum vitis, vos palmites, sine me nihil potestis facere: oramus eum, ut adsit et huius iam ordinati ministerio, et faciat, ut sit salutare. Ipsum etiam *Laurentium* et Ecclesiam suam hortamur, ut doctrinae puritatem retineant. Vere enim ibi est Ecclesia Dei, ubi sonat vox Evangelii incorrupta, vere ibi dat Deus aeternam iusticiam et vitam, vere exaudit et gubernat invocantes ipsum, mitigat etiam aerumnas huius vitae, et in ira recordatur misericordiae suae. Quare inquit: si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quidquid volueritis petetis, et fiet vobis. Hortamur etiam eos, ut sint memores praecepti divini de coniunctione et concordia cum aliis Ecclesiis recte sentientibus tuenda, sicut scriptum est: ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστί, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ θεῷ μένει, καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ.

Datae Witebergae Anno 1545. die 25. Martii, quo ante annos 1514*) filius Dei in cruce sese

*) Melanthonem hoc testimonium scripsisse non solum argumentum docet, sed etiam id, quod suo more Suinfortiam appellat Troiam. Aliunde iam notum est, pleraque testimonia ordinis Theologorum a Melanthone conscripta esse, sed addam hic, ut id clarius intelligatur, epistolam in eodem Sixti libro p. 223. editam, quam Hieron. Rauscher anno 1544. post Iubilate ad Sutellium scripsit hanc: „In itinere et hic etiam Vitebergae omnia nobis prospere, Dei Gratia, evenere, praeterquam quod d. Philippum Vitebergae non invenimus, Vinariam enim iter fecerat. Eius absentia M. *Nicolao* valde molesta fuit, nihilo minus tamen ille cum hic diu durare non posset, aliorum sacrae Theologiae professorum examen subiit, et ibi satis apte ac erudite ad ea, quae ab verbi ministro requiri solent, respondit, ideo etiam communi suffragio iuxta Vitebergensium morem ad ministerium verbi ordinatus est. Verum suae eruditionis atque examinis testimonium in praesentia cum *Philippus* abesset, hinc auferre non potuit. Honorificum tamen ac honestum testimonium sacrae Theologiae Professores huic Magistro *Nicolao* [Nic. Mauritio, futuro diacono in Ecclesia Suinfort.] promiserunt, quam cito Deus optimus maximus d. *Philippum* incolumem reduxerit, quod ego ei allaturus sum, si salvus ad vos rediero. Quare te atque omnes pios unice rogo, ne quis sinistre interpretetur M. Nicolao, quod testimonium ordinationis secum in praesentia non adfert, ea enim sola caussa est, cuius antea feci mentionem. Bene vale. Datum Vitebergae. Anno 1544. post Iubilate."

**) Lorenz Heunisch, Suinfortensis et collaborator in Schola patria, a Senatu in annum mittebatur Witebergam, ut Theologiae studeret. Rediit in patriam urbem a. 1545., ubi ei Ecclesia Oberndorfensis commendata est. Postea fuit anno 1554. Pastor in oppido Münnerstädt. Mortuus est anno 1569.

*) Quum Christus ex Melanthonis computatione anno 34. vitae crucifixus habeatur, non intelligitur, quo modo numerus 1514 cum anno 1545. congruat. Eadem autem perturbatio numerorum in multis aliis epistolis conspicitur, ita ut prorsus inextricabilis videatur, ut iam dictum est in praemonendis (Vol. I.) p. LXXIX. Si autem numerus 1514 verus est fortasse in numero anni 1545. error est agnoscendus. Fieri enim potuit, ut editor legeret 1545. pro 1548. Sed obstat quod numerus 5507 annorum iterum, si respicimus epistolas anno 1547. d. 25. Martii a Melanthone scriptas, utique convenit anno 1545.

obtulit, et quo ante annos 5507 Adam et Heva conditi esse scribuntur.

Pastor Ecclesiae Dei in oppido Saxoniae Witeberga, et caeteri ministri Evangelii in eadem Ecclesia

Iohannes Bugenhagius pomeranus D.

1 Timoth. 4.

Attende lectioni, adhortationi et doctrinae. Ne negligas donum, quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum coetus seniorum.

(L. S.) (L. S.)

Philippus Melanthon.
Georgius Maior, D.
Sebastianus Kosthelius, M.
Lucas Hezerus, M.

No. 3162. 25. Mart.

Tarnovio.

Mel. Select. epist. p. 299. Epist. lib. I. p. 404. (edit. Lond. lib. I. ep. 117.). — Apographa in cod. Goth. 212. p. 107., in cod. Monac. 88. no. IV. p. 256., et in cod. Monac. 90. no. VII. p. 130b., in quo codice inscribitur: „*Hieronymo Neuinger*, *Pannonio.*"

Ad Tarnovium Polonum, Capitaneum Cracoviensem

S. D. Non dubito te virum consilio et virtute praestantem, et cum Reipubl. pericula intelligentem, tum vero toti orbi *Christiano* optime cupientem in hoc tristissimo *Pannoniae* incendio multa cogitare de variis calamitatum humanarum causis, de fatis, de providentia, de scelerum poenis, de Principum furoribus, quarum rerum omnium cogitatio etiam fortibus viris ingentem dolorem adfert. Cum igitur ad te de *Sigismundo Pannonio*, viro doctissimo, et honestissimo amico nostro scribendum esset, libenter aliquid praefatus essem, quod ad levandam tuam moestitiam accommodatum videretur; Sed omnia quae ab eruditis et sapientibus colliguntur, nota tibi esse scio, me vero haec una consolatio utcunque sustentat. Etsi in hac mundi senecta et delirio impendere existimo maiores regnorum confusiones, quam fuerunt antea: tamen mansura est aliqua Dei Ecclesia, et erunt politiae aliquae hospitia Ecclesiae et literarum, squalidiora fortasse, quam antea, sed erunt tamen, donec ille dies laetissimus illucescet, in quo Filius Dei universi generis humani oculis sese ostendet, et suam Ecclesiam coelesti gloria ornabit. Interim fatales circuitus [1]) rerum modeste feramus, et a Deo mitigationem calamitatum petamus. Optarim quidem suscipi a Principibus patriae defensionem, nec raro commemoro omnium aetatum exempla. Olim in hanc ipsam Pannoniam venit *Hector*, inde usque ex Asia, ut *Rheso* opem ferret; Nos nunc [2]) ex vicinia ociosi Pannonicas caedes spectamus, cum quibus tot vinculis, societate religionis, sanguinis et imperii coniuncti sumus. Sed sive praeliabuntur nostri Reges, sive cessabunt, nos tamen scimus Ecclesiam Dei mansuram esse apud eos, qui doctrinae coelestis studia colunt, ubicunque erunt. Qua spe libenter complecti te et tueri viros doctos arbitror. Valde igitur oro, ut hunc *Sigismundum* audias: Redit in patriam, ut si possit, parentes inde traducat in vicinam Poloniam, quibus hospitium in tua ditione praeberi aliquantisper petit. Postquam non defendimus Pannoniam, hoc saltem officium praestemus, hospitium ut [desertis et] [3]) palantibus concedamus. Eruditio *Sigismundi* magno ornamento poterit esse alicubi [4]) scholae ubicunque erit. Fui igitur ei hortator, ut redeat in Germaniam, ubi et parentibus et sibi nidum aliquem inveniet: Interea propter virtutem tuam et propter viciniam ad te confugiendum esse censet, tibique se commendat. Nec dubito, quin ubi audieris eum, ingenium, eruditionem et gravitatem eius valde probaturus sis. Eo igitur literas ei dedi, ut aditum ad te patefacerent, postea eum propter suam virtutem complectere. Quam sint haec iusta officia tali tempore, tu optime intelligis. Si ulla in re, certe hic decet homines meminisse communem inter se coniunctionem et communem fortunam. Thebis deletis, cum decretum esset factum, ne quis exules hospitio exciperet, Athenae tamen ad se venientibus hospitium praebuerunt, tametsi multae erant causae, cur *Alexandrum* et victorem, et irritatum formidarent. Nec vero opus est tibi vetera exempla recitare, cum virtus tua aliis praeluceat: Excepisti enim Regem *Ioannem*, cum non tantum a suis desertus esset,

---

1) Cod. Goth. 212. et codd. Monac. *cruciatus.*
2) Cod. Goth. 212. et codd. Monac. *autem.*
3) Omittit cod. Goth. 212.
4) Cod. Goth. 212. et codd. Monac. *alicui.*

sed etiam in aula regia[5]) negligeretur. Virtus est autem praecipua [6]) communibus hominum non malorum calamitatibus adfici. Sed in hanc ingressus cogitationem dolore et lacrymis impedior, ne plura adiicere possim. Exhibebit tibi *Sigismundus* paucas pagellas, in quibus versiculi sunt, quorum lectio fortassis non erit tibi ingrata. Bene et feliciter vale. Anno 1545. Die 25.[7]) Martii, quo ante annos 1512 Filius Dei reviviscens ex morte, certum testimonium nobis ostendit futurae et aeternae vitae. † Amen."

No. 3163. 27. Mart.

Petro Perenio.

Mel. Select. epist. p. 514. Epist. lib. I. p. 161. (edit. Lond. lib. I. ep. 61.). — Accuratius iterum edita a Pezelio in Mel. epistol. lib. III. p. 116. (repetita in edit. Lond. lib. III. ep. 57.). — Iterum in Ribbini memorabil. p. 64. — Apographa in cod. Goth. 191. p. 29. et in cod. Monac. 90. no. VII. p. 153., in quo codice inscribitur: „*Francisco Revay.*"

Illustri et Magnifico viro, *Petro Perenio*, *Ungaro*,

S. D. Illustris et magnifice Domine, Multorum animos hae miserabiles ruinae regnorum movent, ut dubitent an Deo curae sit Ecclesia. Sed non solum Deus monet, discernendam esse Ecclesiam suam a mundi imperiis: sed etiam inter regnorum ruinas mirandis modis eam servari. Sic servavit eam deleta Hierosolyma a Chaldeis: Sic postea servavit eam, cum post *Cyrum* interfectum rursus dominarentur Reges, inimici doctrinae propheticae.

Speremus igitur et nos, mansuram esse Ecclesiam perpetuo, etiamsi regna mutantur, et hac spe foveantur*) pii doctores ab omnibus Ecclesiae membris. Videmus Esaiam precari, ut quanquam magnae tenebrae post ipsum secuturae sint: tamen Deus seminaria aliqua servet, ne doctrina penitus extinguatur. *Obsigna*, inquit, *legem in discipulis meis*, id est**) mentes confirma, ut doctrina de hominum salute ad posteros perveniat. Hoc votum decet*) primum et praecipuum esse in omnium hominum pectoribus, maxime vero gubernatorum.

Cum autem audiam, te etiam inter classica et armorum fragorem, cum invocatione Filii Dei coniungere Evangelii studium, ut haec necesse est coniugi, scripsi ad te quanquam ignotus, ac te obtestor, ut hunc *Sigismundum* virum honestum, et non solum in lingua Latina, sed etiam doctrina Ecclesiastica praeclare eruditum complectaris. Simul autem precor, ut in tantis tumultibus Ecclesias et studia Hungaricae gentis tuis officiis foveas, ut Danielem et alios adolescentes doctrinae deditos foverunt aliqui Principes in excidio Ierosolymae, ut postea illorum virtute Ecclesia, sicut accidit, instauraretur. Non dubito enim paulo post repressa Turcica barbarie, Deum in Pannonia Ecclesias et studia doctrinae et virtutis instauraturum esse. Id ut fiat, iam curandum est, ne desint seminaria. Et quicunque erunt eventus, bonae menti magna levatio est moestitiae, tali tempore bene voluisse Ecclesiae. Et tamen adfirmo Deo iuvante hoc studium, et hos conatus iuvandae Ecclesiae utiles fore, ut Psal. inquit, *Euntes ibant*, *et flebant mittentes semina sua*, *venientes autem venient*, *portantes manipulos suos.* Labores tui Deo placebunt, etiamsi hoc luctuoso tempore fructus nondum perspicitur. Nec *Ieremias* vidit laborum suorum fructum, sed posteritas ab ipso servata vidit, et videbit ipse cum universa Ecclesia in coelis. Idem de fructu nostrorum laborum speremus. Oro autem Ducem Ecclesiae Christum, ut te protegat, regat, et iuvet. Bene et feliciter vale, Vir fortissime. An. 1545. Die 27. Martii, quo Filius Dei reviviscens ex morte, testatus est se aeterna vita, et gloria Ecclesiam ornaturum esse.

No. 3164. 28. Mart.

Senatui Vratislaviensi.

† Ex autographo Melanth. quod est in bibliotheca templi St. Bernhardini Vratislaviae; descripta nobis a S. V. *Schulzio*.

---

5) Sic cod. Goth. 212. et codd. Monac.; pro *a proximis*, ut edidit Peucerus.

6) Cod. Goth. 212. addit *homines*.

7) Cod. Goth. 212. et codd. Monac. 27. *Mart.*

*) Sic etiam cod. Goth. 191. pro *moveantur*, quod habet Peuc.

**) Pro *id est* cod. Goth. 191. *et*.

*) Cod. Goth. 191. *debet*.

Den Erbaren fürnehmen und weisen Herrn Burgermeistern und Rath der löblichen Stadt *Presla*, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Ehrbare, weise, fürnehme, günstige Herren. Ew. Herrlikeit dank ich fleißig, daß sie mir die gelesenen Brief zugeschickt, und erbiethe mich derwegen Eur löblichen Stadt Kindern und Jugend nach meinem geringen Stand deß fleißiger zu dienen. Denn wiewohl an meinen Briefen wenig gelegen, so erkenne ich doch dabei E. Herrlikeit Tugend und geneigten Willen zu mir. Ich will auch die Schrift, so an meinen gnädigen Herrn, den Churfürsten zu Sachsen und Burggraven zu Meidburg rc. hält, S. Cf. G. fürderlich zuschicken, und zweifel nicht, S. Cf. G. werden an dieser E. Herrlikeit Fleiß und Vorsichtigkeit ein gnädiges Gefallen haben. So viel aber mich belanget, so fürohin Brief, an mich haltend, zu Eur löblichen Stadt gelassen würden, so ist nicht Noth derhalben zu mir besondere Bottschaft abzufertigen, sondern Eur Herrlikeit mögen alle meine Brief selb brechen oder den Ehrwürdigen Herr Doctori Johann Hessen oder Doctori Ambrosio Moibano zu brechen befehlen. Denn meine Sachen scheuen das Licht nit, und erbiethe mich zu jeder Zeit Eur Herrlikeit so viel mir möglich zu dienen. Der ewig Gott Vater unsers Heilandes Jesu Christi bewahr Eur löbliche Stadt und Kirchen wider Turken und alle andere Anfechtungen. Datum Sonnabend vor dem Palmtag 1545.

E. Herrlikeit

williger

Philippus Melanthon.

No. 3165. 29. Mart.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 399 sq.

Georgio Buchholzero (praeposito Berolinensi)

S. D. Venerabilis domine *Georgi*. Negocium adfinis vestri agam diligenter et fideliter. Et promisit dominus doctor *Martinus* suam in ea re operam, ac aequitate et ἐπιείκειᾳ leniendam sententiam esse censet. Hactenus consulto rem distuli, quia per D. *Pontanum* agenda est: quia fuit apud legatos ducis *Mauricii*. Mittam vobis responsum Principis per proprium tabellarium. Filii vestri*) epistolam et versiculos legi, ac valde laudo ingenium. Et oro, ut Deus piorum sacerdotum liberis benedicat, et legem suam in eorum pectoribus obsignet, (ut Esaiae verbis utar) ut ipsi ad posteritatem sint custodes et propagatores verae doctrinae. *Tridenti* audio magnos exercitus esse Hispanorum et Italorum. Bene valete. Die fausto, quo filius Dei ingrediens Ierosolymam, exceptus est a populo gestante palmarum et olearum frondes: ut testaretur hunc Iesum et victorem esse, humanas aerumnas superantem, et autorem pacis. Filio scribam alias, et mittam munusculum. Anno 1545.

Philippus Melanthon.

No. 3166. (ex. Mart.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 519 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 669.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Etsi te iam arbitrabar domo profectum esse ad scholas inspiciendas, dedi tamen *Petro*[1]) epistolam, ut significarem, deliberationem de *Gripsbaldensi* munere adhuc integram esse. Si non abhorrebit a gentis victu et aëris natura, missuri eum sumus eo, ac stipendium promittitur octoginta aurei. De Rep. et sermonibus Viri clariss. praefecti urbis vestrae, quae scribis, legi magno cum dolore, etsi studio tuo delector, deque tuis litteris cum *Gephyraeo* collocutus sum[2]), cui alioqui meum iudicium de illis postulatis notum est. Facio idem quod facerem, si in saeviss. tempestate fractis remis et laceratis rudentibus, et antennis navigarem, hoc est, Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut servet et gubernet nos. Nec velim navim nostram ipse perforare. Bene et feliciter vale.

Philippus Melanth.

---

*) Nobae Buchholzeri.

1) Ketzmanno.

2) Pontano. C. W.

No. 3167. 31. Mart.

(*I. Ionae?*)

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 67.

(Verosimiliter: *Iusto Ionae.*)*)

Iacta curam tuam in Deum, et ipse te sustentabit, inquit Psalmus. Etsi igitur mediocriter considero πολιτείας καὶ ἀρχόντων μηχανήματα, tamen non sum ita ψοφοδεής, ut movear omnibus rumoribus; sed Deo ecclesiam et studia Evangelii et literarum commendo. Synodi initium aiunt differri in Octobrem, id est in calendas graecas. Conventus in urbe *Vangionum*, absente *Carolo* quid acturus sit, non video. Credo equidem ψευδιερέας multa moliri; sed, si nostri erunt concordes, monere germaniam non poterunt isti ἀλάστορες inimici nostrarum Ecclesiarum. Audio Dei beneficio mutuam esse benevolentiam inter Duces Saxoniae et conferre eos consilia de defensione communi adversus Turcicam crudelitatem. Certum est enim Turcicum tyrannum ingentes copias ducere in Pannoniam. Filius tuus Dei beneficio feliciter discit et docet. Si quid mihi otii erit a scriptionibus publicis circa pascha cum ipso et aliis quibusdam expatiabor, ut respirem aliquantulum. Vix enim hanc assiduitatem laborum ferre possum. Mitto tibi orationem veram de *Saebanico* Theologo. Vale.

*) Caret in cod. inscriptione.

No. 3168. (m. Mart.)

Iudicium Theologorum Wittebergensium.

Primum editum in Melanth. chriſtl. Bedenken p. 274., ubi inscribitur: „der Theologen zu Wittenberg Rathſchlag und Bedenken, daß die aufgerichte Einigung und Bündniß zur nothwendigen Vertheidigung dieser Lande, chriſtlich und gottgefällig ſey." Inde illud Walchius opp. Lutheri inseruit (T. XVII. p. 1472.) et hausit Hortlederus, II. 8. p. 1358. Sed non integrum est, quum omnia quae in fine de foedere cum Helvetiis non faciendo dicta sunt, Pezelius non habeat, sed iudicium desinat in verbis: „derhalben wohl zu bedenken iſt, welche Leut anzunehmen ſind, und welche nicht." Accusat ea de causa Pezelium, quasi haec in gratiam Helvetiorum praetermisisset, Seckendorfius in hist. Lutheran. lib. III. p. 576. Sed nescio quomodo non viderit, in Actis Tabularii Vinariensis, ubi autographon integrum asservatur, simul et adiectum esse apographon huius consilii, quod etiam, ut Pezelius, iisdem verbis desinit. Apographon autem manu scriptum est, quae multa alia in iisdem actis scripsit, igitur Pezelio antiquior. Utrumque iudicium, autographon et apographon, in Actis Tabular. Vinar. Registr. H. fol. 612—630. no. 196. Lit. B., quod Seckendorfius non animadvertit, diversam etiam habet inscriptionem, videlicet apographon, quod Pezelius sequutus est, in tergo inscribitur:

der Gelehrten zu Wittemberg Bedenken, daß die aufgerichte Einung chriſtlich und nütz ſey.

Autographon autem inscribitur in tergo:

der Theologen zu Wittenbergk Bedenken wegen Erſtreckung des Schmalkaldiſchen Bundes, und warum die Schweizer darein nicht zu ziehen ſeyn. 154$\frac{5}{6}$. Frankfurt.

Probabile igitur est, theologos primum consilium scripsisse, in quo de Helvetiis nihil dictum erat, sed monitos, ut etiam de foedere cum Helvetiis sententiam dicerent, idem consilium in fine extendisse. Caeterum apographon cum autographo fere ad verbum convenit.

Nunc integrum consilium ex autographo, quod manu Crucigeri exaratum videtur, cuique Cruciger et reliqui, quisque sua manu, subscripserunt, accurate descriptum, editum est. Quaedam ex hoc consilio excerpta leguntur in der Gründlichen und wahrhaftigen Hiſtoria von der Augsb. Confeſſ. (Lips. 1584. fol.) p. 337. — Nec Lutherum nec Melanthonem auctorem huius iudicii habeo, sed aut Bugenhagium aut Crucigerum. — Occasio consilii scribendi erat, quod praefecti foederis Schmalkaldici indicerant conventum d. 23. Dec. 1545. Francofordiae habendum ad continuandum foedus, quod Schmalkaldiae inierant. — Caeterum tempus quo scriptum sit hoc iudicium certo definiri non potest, sed fere mense Martio scriptum est. Vid. de eo Seckendorf. l. l.

(Iudicium Ioanni Friderico Pr. Electori factum de continuando Foedere Schmalkaldico et de non admittendis ad illud Helvetiis.)

So viel wir verſtehen, und noch zur Zeit im Werk befinden, halten wir, daß dieſe der[1]) Chur- und Fürſten und anderer Stände und Städte, ſo reine chriſtliche Lehre predigen laſſen, Verſtändniß und Einigkeit gut und Gott gefällig ſey geweſen.

Denn erſtlich iſt öffentlich, daß Gott durch dieſes Zuſammenhalten Krieg und Zerſtörung gnädiglich verhütet hat; und, wo dieſe Gegenwehr nicht aufgehalten, hätten ſich ohne Zweifel auch etliche geringe Fürſten ihren Nachbarn, Fürſten und Städten, größere[2]) Unruhe zu machen vielmal unterſtanden.

Zum Andern, ſo iſt ſehr vermuthlich, wo nicht die Herrſchaften ſelbs alſo mit chriſtlicher Freundlichkeit zuſammengehalten, daß auch größer Zerrüttung in der Lehre vorgefallen wäre. Denn[3]) wahr iſt, daß Gott den Anfang in dieſer großen Veränderung in der Welt gemacht hat, und aus großer Barmherzigkeit ſeine Lehre

1) Pez. daß dieſer Chur.

2) Pez. et apogr. tantum habent: geringe Fürſten und Stände große.

3) Pez. Dann wiewohl.

wiederum hat scheinen lassen, daß er ihm [sich][4]) in dieser letzten Zeit noch eine Kirche sammlet, und uns rechte Anrufung lehret, und zugleich die alten päpstlichen Irrthum strafet, und das Epicurisch Wesen, das in Italia eingerissen, abwendet, daß es nicht in Deutsche Land und weiter reißen sollte: so ist doch öffentlich, daß, wie alle Zeit geschehen, neben der göttlichen gnädigen Lehre der Teufel auch viel frevler Menschen erreget, als Müntzer, Schappler, Stenck, Balthasar rc.[5]), die unter dem Namen des Evangelii große Irrthum ausgebreitet, und Aufruhren und allerlei Aergerniß angerichtet haben.

Nun bleiben allezeit [6]) fürwitzige böße Ingenia, und läßt der Teufel nicht nach, er sucht, wo [7]) er Zerrüttung machen kann, und, so [8]) die Chur= und Fürsten und Städte nicht zusammen gehalten, so hätten dieselbigen frevlen Leut mehr Raum und Freiheit gehabt.

Und ist nicht Zweifel, wo diese Einigkeit zertrennet würde, das Gott gnädiglich verhüte, so würde wiederum ein grausam Ausreißen [9]) werden mit mancherlei Opinion und Secten.

Zum Dritten, so beweiset das Werk selb jetzund, daß Gott dieser Einigkeit gnädige Hülfe erzeiget; denn man weiß, daß ein Contra Bund [10]) mit großer Klugheit practicirt und gemacht ist, darin nicht geringe Fürsten gewesen, König Ferdinandus, Hertzog George, Baiern, Meintz, Brunschweig. Nun sind sie der mehrer Theil todt, und ist der frevel Mensch, der von Brunschweig [11]), der sich für einen Hauptmann aufgeworfen, gefangen, welches alles Gottes Werke sind, und stimmen mit der Regel: was nicht aus Gott ist, das stehet nicht fest, und fället bald von sich selb in Haufen; Wie auch die gemeine Regel sonst heißet: was gut ist, das hält sich zusammen, und das Böse zerstört sich selb.

Dagegen siehet man, daß diese Kirchen und Herrschaften, so das heilig Evangelium ehren, wiewohl sie großen Kosten, Arbeit und Fährlichkeit tragen, gleichwohl durch Gottes Gnaden noch stehen, und ist ihre Autorität nicht gefallen, sondern erhöhet.

4) Pez. mendose nun.
5) Pez. Müntzer und andre.
6) Pez. et apogr. allewege.
7) Pez. wie.
8) Pez. wo.
9) i. e. Durchbrechen durch die Schranken.
10) Pez. Gegenbund.
11) Dux Henricus.

Diese Ursachen bewegen uns, daß wir nicht rathen, diese Einigkeit zu zerreißen; bitten vielmehr, daß der allmächtige Gott herzliche, beständige, unzertrennliche Einigkeit in der Fürsten und Regenten Herzen geben wolle, wie unser Heiland Christus vor seinem Leiden mit großem Ernst gebethen hat, daß Gott den Lehrern und Regenten in der Kirchen wahrhaftige Einigkeit geben wollte; welches wir von Herzen auch mit Christo unserm Hohenpriester bitten und begehren.

Denn es ist kein Zweifel, sobald die jetzige Einigkeit zertrennet wird, so werden neue Secten und Opiniones mit Haufen folgen; welches christliche weise Regenten billig, so lange immer möglich, verhüten sollen. Man siehet, wie die christliche Kirch ein blöde [12]), schwach Corpus ist, das leichtlich von einander fällt, so mans nicht mit großer Weisheit, Gedult und Freundlichkeit zusammen hält.

Dieses ist wohl zu bedenken, und man darf nicht eilen zu Zertrennung, Uneinigkeit [13]), Zerstörungen. Wir haben große Furcht und Betrübniß [14]) von künftiger Zeit. Denn es wird der Teufel allzubald ein Loch suchen, die Fürsten und Herrschaften, die jetzund in ziemlicher Einigkeit sind, von einander zu reißen; man darf ihm den Weg nicht weisen.

Dieses ist nun gesagt, daß wir für christlich und nützlich halten, daß diese Chur= und Fürsten, Stände und Städte, so jetzund bei einander sind, ihre Einigkeit erhalten, wie doch alle Christen schuldig sind, zu gemeinem [i. e. gemeinsamen] Schutz der Kirchen mit einander Kosten und Arbeit zu tragen; wie geschrieben stehet 1 Johann. 3. Daran erkennet man die Liebe, wie Christus sein Leben für uns gegeben hat, also sollen auch wir unser Leben für unsre Brüder geben.

Dieses sind alle Christen zugleich schuldig, sofern sie einander Rettung thun können, und wo Bündniß zu solchem christlichen Schutz gemacht werden, damit die Hülf eine Ordnung habe, sind solche Bündniß christlich und gottgefällig. Und so andere christliche Fürsten, Stände oder Städte sehen, daß diese ihnen zu gut Kosten und Arbeit tragen, sollen sie sich billig auch zu ihnen thun, und nicht diese allein wollen arbeiten lassen.

Aber es ist nicht ungewöhnlich in der Welt, daß Andere arbeiten und sorgen, und Andere Genieß davon haben ohne Arbeit und Sorge.

12) Pez. mendose: bloß.
13) Uneinigkeit praetermisit Pez.
14) und Betr. Pez. non habet.

Es bedarf aber auch Weisheit, wie man Bündniß mache und brauche, nämlich daß die Herzen Gottes Ehre zuvörderst suchen; item, daß sie nicht Leute darein mengen, die selb Zerrüttungen und Spaltungen anrichten; item, daß man vornehmlich auf Gott vertraue. Also hat Gott Juda[15]) gestraft, daß er sich an Aegypten hänget, und, als bald Judas Macabeus den Bund mit den Römern machte, war sein Glück aus. Item, Gott strafet den Josaphat, daß er sich mit dem Achab verbunden hatte, 2 Paralip. 19. Derhalben wohl zu bedenken ist, welche Leut anzunehmen sind oder nicht.

†Und daß von[16]) den Schweitzern gefragt wird, sind allerlei weltliche Ursachen deutsche Land und die Fürstenthum belangend, darum dieses sorglich zu achten. Denn die Schweitzer haben an Saphoy [Savoyen] gelernet, die Fürstenthum an sich zu ziehen, und regieren hart in Saphoy, und so die Hoheit auf sie käme, möchten sie weiter gedenken, wie alle Völker in ungleichen Bündnissen gethan haben, daß die Stärkern ihre eigne schwache Bundsgenossen niedergedrückt haben.

Dieses lassen wir die Herren selb, die durch Gottes Gnad mit hohem Verstand begabt sind, bei sich bedenken.

Es ist aber öffentlich, daß die Zürcher Prädicanten wider unsre Kirchen schreiben, und etliche Artikel haben, die sträflich sind. Nun können wir nicht achten, so wir auf beiden Seiten mit Schriften wider einander streiten, daß die Herzen zu gleichem Schutz geneigt seyn würden.

Zum Andern, so würden sie diese Annehmung als zu Stärkung und Ausbreitung ihrer Meinung verstehen und brauchen.

Zum Dritten, so ist Schweitz ein wild ungehalten Volk, und so es gewaltig wird, wird es mehr Künheit und Frevel erzeigen, wie warlich Zwingli von vielen Sachen frevelich und heidnisch geredt. Derhalben wir uns billig vor der Schweitzer Gemeinschaft besorgen.

Zum Vierten, achten wir, die Stände, so jetzund beisammen sind, würden darob getrennt werden. Denn Dänemark und die Sächsischen Städte würden keinen Willen haben, mit Schweitz sich einzulassen. Sollt man nun diese jetzige löbliche Einigkeit, da Gott mit ist, zerreißen, und eine andere ungewisse anrichten, das wäre nicht nützlich.

Darum ist unser unterthänig Bedenken und Rath, daß Schweitz nicht in die Verständniß und Bund, so von wegen der christlichen Religion zwischen Chur- und Fürsten und andern Ständen nun lange Zeit gewesen, zu nehmen, sondern daß diese Herren, Regenten und Städte, wie bis anher, treulich und einhälliglich beisammen bleiben.

Es kann ohne große Fährlichkeit der Lehre und weltlicher Regiment nicht seyn, so man ein solch groß, ungehalten [i. e. unbändig] und wild Volk annimmt, das seinen Vortheil und seine Freiheit in allen Dingen haben will, kein gleiches Recht vor diesen Ständen leiden wollt, so sich doch in künftig allerlei zutragen möcht, daß sie weiter greifen würden, denn den Fürsten und andern Ständen leidlich seyn würde.

Wenn eine große Wog Wasser in ein Land eingerissen, so kann mans nicht leichtlich wieder zurück bringen. Also, nachdem die Hispanier einmal in Italia geführt sind, und Türken in Europa, lassen sie sich nicht wiederum zurücktreiben. So sind alte Reden: Ulm werde mitten in Schweitz liegen, welches, so es geschehen würde, würden die Fürsten hoch geschwächt werden, und viel und mancherlei Veränderung in Religion und weltlicher Regierung folgen.

Darum ist in dieser großen wichtigen Sach, daraus ewige Veränderung in den hohesten Sachen folgen möchte, nicht zu eilen.

Unser Heiland Jesus Christus wolle der christlichen Regenten Herzen zu gutem Rath leiten. Es siehet die Welt[17]) als wollten große schreckliche Trennungen folgen, wie Christus spricht: es werde ein Volk wider das andere seyn, welches weise Regenten, so lang möglich ist, mit Glauben und Gedult aufhalten sollen, wie Esaias spricht: in stille seyn und in Hofnung wird eure Stärke seyn; in silentio et spe erit fortitudo vestra. Was Gott machen will, dazu wird er dringende Ursach geben.

Es kann sich auch zutragen, daß der Kaiser von wegen Saphoy einen Krieg mit Schweitz anfahe, daß dieser Theil keinen Schein haben könnte, jenen Hülf zu thun wider einen Fürsten des Reichs.

E. Ch. F. G.

unterthänige

Martinus LutheR d.

Iohannes Bugenhagen Pommer d.

Caspar Creutziger d.

Georgius Maior. d.

Philippus Melanthon.

---

15) Pez. den Stamm Juda.

16) Omnia quae iam sequuntur usque ad finem Pezelius non dedit, nec leguntur in autographo, sed sequuntur nomina theologorum subscripta.

17) i. e. Die Welt sieht so aus, als u. s. w.

No. 3169. 2. Apr.

Ch. Goldsteinio.

† Ex apographis in cod. Goth. 191. p. 68 b. et in cod. Monac. 65. p. 42.

D. Chiliano Goldstein Ph. Mel.

Deliberationem, quam tibi describi volebas, mittam post paucos dies excusam typis aut certe manu descriptam. Nunc enim latine reddo, quam antea lingua germana composui [1]). Etsi autem *Carolus* non abhorret a moderatis consiliis, tamen aliorum furores, qui sint, videmus. Recens in *Belgico* matrona nobilis cum duabus filiabus pie et pudice educatis cremata est propter piae doctrinae confessionem, et audio eas non fuisse contaminatas malis opinionibus. Cum iunioris filiae supplicium dilatum esset, ut spectaculo frangeretur, interrogata postea, an recantatura esset, respondit, se ituram ad matrem et sororem in coelum. Ita et de ipsa sumptum est supplicium. Quas rupes, quos scopulos non moveret haec asperitas. Nec potest haec saevitia diuturna esse. Sed filium Dei, dominum nostr. I. C. oremus, ut nos regat et servet has Ecclesias et politias. B. V. Feria 5. post Palmarum ann. [2]) 1545.

Multi sunt vocati, pauci electi [3]).

Theologi multa et varia disputant de hoc dicto, sed quantum ego existimo simplicissima explicatio sumi potest ex consideratione quatuor graduum, quos Aristoteles recenset. Sunt enim auditores Evangelii quadruplices. 1) Alii amant Evangelium *φύσει*, i. e. naturaliter, id est, oderunt vincula legum et ceremoniarum, et contra amant laxationem disciplinae; quare cum existimant, Evangelii doctrinam esse rectam et compendiariam viam ad obtinendam licentiam, quae omnia onera excutit, quodam caeco studio feruntur ad amorem Evangelii. Ad hunc primum gradum collocanda [4]) est maxima pars vulgi [5]), quae doctrinae fundamenta et controversiarum fontes ignorat, ac perinde considerat cursum Evangelii, ut bos novam portam inspicit.

2) Sunt autem alii, et hi quidem magni et nobiles, qui suas de religione opiniones inflectunt more Ezeboli*) ad affectus praesentium gubernatorum. Tales nunc multi sunt in aulis, qui hanc vel illam religionem probant, non quod vere ita sentiant, [sed] quia nolunt offendere animos principum.

3) Sunt etiam alii, qui magnum studium pietatis et singulare zelus prae se ferunt, sed hoc praetextu suas cupiditates explere conantur. Ad hunc tertium gradum pertinent multi homines leves.

4) Postremus gradus continet vere electos, hoc est, quorum mens recte iudicat de praecipuis controversiis et earum fundamenta intelligit, et voluntas sic a Sp. S. confirmata est, ut non dubitent omnes res humanas amittere propter confessionem doctrinae divinitus traditae. De hac perseverantia, quae in paucos cadit, sine ulla dubitatione loquitur Christus. Non enim facit electionem particularem, sed vult discerni gradus auditorum Evangelii, eosque aestimari non quidem externa specie, qua nihil incertius et fallacius est, sed causis interioribus, scilicet mente et voluntate.

1) Haec verba in cod. Mon. non leguntur, et praetermissa videntur propterea, quod illa deliberatio ibi adscripta est, quae in cod. Goth. non habetur. Videtur loqui de Reformatione Witebergensi.

2) Diem cod. Goth. non habet.

3) Haec tantum in cod. Monac. adduntur.

4) Cod. *collanda*.

5) Cod. *vulgus*.

*) Iesabel?

No. 3170. (2. Apr)

I. Ionae.

Edita in lib. III. epist. p. 171. a Pezelio. (Edit. Lond. lib. III. ep. 97.) — Contuli Apographa in cod. Goth. 191. p. 35. et in cod. Goth. 401. p. 58 b.

Iusto Ionae.

S. D. Aiunt *Timotheum* Ducem [1]) Atticum, cui pingebant dormienti fortunam implere [2]) insulis et urbibus retia, quanquam inprimis fortunatus videretur [3]), tamen domi audientem Platonis sermones de natura et causis multarum rerum, deplorasse suam infoelicitatem, quod vitam in illiteratis occupationibus ageret, Platonem vero prae-

1) *Ducem* Pez. non habet.

2) *implere*] Pez. *inicere*.

3) *videretur*] cod. Goth. 191. *erat*.

dicasse beatum, quod sine interpellatione in cogitatione dulcissimae doctrinae viveret. Haec cum questus sit ille Atticus ignarus coelestis doctrinae, quanto magis nos queri debebamus, tanto concursu occupationum[4]), quae alienae sunt a literis, impediri nostra studia. Sed oremus Deum, ut nos regat et[5]) faciat organa *ἐλέους, οὐκ ὀργῆς.* †*Chilianus* de te et amanter et honorifice locutus est, quem ut vicissim complectare etiam atque etiam rogo"[6]). Agamus Deo gratias, quod hactenus mediocrem et dulcem concordiam harum Ecclesiarum[7]) nobis dedit, et hanc omni studio, arte, moderatione tueamur.

Recens in Belgico[8]) matrona nobilis cum duabus filiabus pudice[9]) et pie educatis cremata est propter piae doctrinae confessionem, et audio, eas non fuisse contaminatas malis opinionibus. Cumque iunioris filiae supplicium dilatum esset, ut spectaculo frangeretur, interrogata postea, an recantatura esset, respondit, se ituram ad matrem et sororem[10]) in coelum. Ita et de ipsa sumptum est supplicium. Quas rupes quos scopulos non moveret haec asperitas? Nec potest haec saevitia diuturna esse. Sed filium Dei dominum nostrum I. C. oremus, ut nos regat et servet has Ecclesias et politias. Anno 1545.

No. 3171. 3. Apr.

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 484 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 612.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Hac nocte filius Dei aditurus agonem suum pro Ecclesia precatus est, et ne lux Evangelii exstinguatur, et ut doctores sint concordes. Ad huius *ἀρχιερέως* nostri precationem dulcissimam, et vota nostra, et studia et mores adiungamus: *πάτερ ἅγιε, ἁγίασον ἡμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, καὶ ποίησον ἡμᾶς ἓν εἶναι, ἐν σοὶ καὶ υἱῷ σοῦ.* Decrevi Sylvam tibi opusculi mittere post pasca*). Nunc enim habeo operas aulicas, ac video principio libri multa te pie et plausibiliter dicere posse de vero usu Sacramentorum, ac deplorare coecitatem adversariorum et tenebras superiorum temporum. Ille Sycophanta negat usum Sacramenti prodesse ad confirmandam fidem adversus mortalia delicta, tantum putat venialia deleri, idque ex opere operato. Haec et similia refutanda sunt.

De altera quaestione, quomodo decem *κατηγορίαι* sint in coena, nolo a te multa dici, nec interrogare *τὸν διδάσκαλον* volui, *ὀργίλως γὰρ ἀκούει ἐρωτώντων καὶ οὐ σαφῶς ἀποκρίνεται.* Ego tibi respondebo per alterum nuncium, cuius mihi fides notior est. Cum Collega tuearis quoquo modo concordiam. Scripserat ad me de literis ad Eliam missis, easque mitigabat. Significavi nihil prorsus permanasse ad *Lutherum.* mihi crede non potest tranquillitas retineri, nisi feramus multa acerba ac dissimulemus multas iniurias. *Κἀγὼ πολλὰ ἀδικήματα καὶ ὕβρεις πολλάκις πρᾴως φέρων ἐσίγησα καὶ νυνὶ οὐ μέμφομαι κἂν χρήματα διὰ φίλους ἀναλίσκω* cum magno meorum detrimento. Sed quid nobis blandimur? Quantas tulit iniurias filius Dei: ut sese abiecit, ac transtulit in se nostra probra, pro nobis factus *κατάρα?* Reprimamus igitur nos, et componamus animos ad omnis generis iniurias tolerandas et condonandas publicae tranquillitati. Plura scribam per alterum nuncium. Bene vale. Die passionis filii Dei**).

Philippus Melanthon.

No. 3172. (h. t.)

A. Osiandro.

Epist. lib. VI. p. 424. — Contuli apographon, quod Melanthon sua manu fecit et Theodoro misit, in cod. Monac. I. p. 614.

Andreae Osiandro, (Norimbergae)

S. D. Nec vidit *Lutherus* Epistolae tuae exemplum ad Eliam scriptae, nec Eliae literas legit,

---

4) *tanto conc. occup.*] Pez. *eiusmodi rebus.*
5) *regat et* Pez. non habet.
6) Praetermissa a Pez.
7) *vicinarum* addunt codd.
8) Pez. *Belgio.*
9) *pudice*] ed. Lond. ex mendo: *publice.*
10) *et soror.* cod. Gotb. 191. non habet.

*) Spanh. *pascha.*
**) Alia manus adscripsit: *anno* 1545.

nec fabulae ad eum ullae permanarunt de tota re. Etsi enim ea gravitate est, ut boni consuleret, etiamsi hac praesertim in re dissentire te a suo iudicio audiret, tamen illorum *κολακείας* odi, qui omnes ad eum fabellas deferunt, quarum multas utilius erat nec natas esse, nec proferri. Si possem adamantinis vinculis pectora omnium docentium in Ecclesiis inter sese astringere, facerem id profecto summo studio: qua de re non dicam plura. † Nam si tibi viro sagacissimo nondum mea natura introspecta est", frustra de mea voluntate multa disputo. Spero tamen multos candidos homines testari, mea consilia in publicis et privatorum negotiis pleraque fuisse *συμβιβαστικά,* Deumque oro, ut me faciat *σκεῦος ἐλέους,* meque ita gubernet, ut labores mei sint salutares Ecclesiae. Et cum ceteros Evangelii ministros propter ipsam functionem veneror, tum vero te propter eruditionem eximiam semper et dilexi et colui. Huius meae voluntatis multos habeo testes, teque oro, ne secus suspiceris. Bene vale*).

No. 3173. 10. Apr.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 408.

Venerabili viro, D. Georgio Buchholzero praeposito Ecclesiae Ursinae, amico suo,

S. D. Dedi ipse domino *Pontano* vestras literas de affine: ac oravi sedulo, ut causam Principi Saxoniae commendet. Studium et diligentiam suam nobis promisit, iussitque doctorem *Lutherum* hodie principem ea de re coram alloqui. Dicebatur enim hodie huc venturus. Scito mihi negocium tuum curae futurum esse, nam et causa pia est: et ubi possum Evangelii ministris gratum facere, summa id voluptate facio.

Ex Italia mihi certo scribitur, *Carolum* Imperatorem prohibuisse Episcopis Hispanicis, ne in creatione tredecim Cardinalium, quae nuper facta est, ipsi Cardinaliciam dignitatem sibi conferri paterentur. Laudo gravitatem Imperatoris, qui non vult Episcopis iniici vincula, quibus libertas in consiliis publicis impeditur. Et hi regii tituli non augent Ecclesiae dignitatem, sed privatum fastum. Bene Vale. Die X. Aprilis, Anno 45.

Philippus Melanthon.

*) Adscripsit Mel. sua manu: *Iam Missa Osiandro.*

Nr. 3174. 14. Apr.

Christiano Regi Daniae.

Schumacher's Briefe an die Könige in Dänemark. Vol. II. p. 3. — In tergo autographi adscriptum est: ankommen Koldingen Sonnabends pt. Cantate anno 1545.

(Christiano III., regi Daniae.)

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Durchleuchtigster, großmächtigster Herr und König, gnädigster Herr. Wiewohl ich weiß, daß die Regiment mit großen und mancherlei Ausgeben, besonders zu dieser Zeit hoch beladen sind, so weiß ich doch auch, daß durch besondere Gottes Gnad, Ewr. Königl. Majestät, daneben der Kirchen und Studien nit vergessen wollen, dafür wir zu dieser Zeit billig Gott danken, daß er doch etlichen hohen Königen und Fürsten diese Gnade gibt zu Erhaltung der Christenheit, daß sie rechte und heilsame Lehr pflanzen, erhalten, und nicht so schrecklich verfolgen, wie jetzund in Brabant und Frankreich geschiehet. Nachdem aber nit Zweifel ist, Gott wird Tyrannen strafen, und dagegen gottförchtigen und gütigen Regenten Hülf und Gutes erzeigen, hoffen wir alle, so unsern Heiland Jesu Christo anrufen, er werde E. K. M. gnädiglich bewahren und regirn, bitten auch dasselbig von Herzen. Nu ist Zeiger dieser Schriften *Tigo Asmundi Lundensis*, der in E. K. M. Königreich gebohren und erzogen, in der Universität allhie zu Witteberg ein Jahr lang gewesen, und hat den ehrwürdigen Herrn, Doctor *Iohann Bugenhagen* pomeranum, Pastorn unserer Kirchen, und mich um Fürschrift an E. K. M. angesucht, die wir ihm, in Betrachtung seiner guten Geschicklichkeit und Tugenden nicht haben abschlagen wollen; denn er ist von Gott mit natürlichen Gaben ungemein wohl geziert, und studirt löblich. Darum bitt' ich neben dem ehrwürdigen Herrn Doctor und Pastor allhie, E. K. M. wolle gnädiglich diesem *Tigo* zum Studio auf etlich Jahr ein Hülf verordnen; das wird Gott ohne Zweifel = = = so wird er auch sich = = = allezeit als ein treuer und dankbarer Unterthan halten. Der

ewige Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, bewahre E. K. M. allezeit. dat. 14. Aprilis 1545.

E. K. Majestät

unterthänigster Diener

Philippus Melanchthon.

No. 3175. 16. Apr.

Philippus Landgr. ad Electorem.

Edita in: Philipp der Großmüthige Landgraf v. Hessen, von C. von Rommel, Vol. III. p. 109. — Miserat Princeps Elector responsum Wittebergensium ad monita theologorum Hassiae (supra ineunte Martio) ad Landgravium.

Philippus Landgravius Hassiae ad Ioannem Fridericum Ducem Saxon. Principem Electorem.

Unser freundlich Dienst, und was wir Liebs und Guts vermögen allzeit zuvor. Hochgeborner Fürst, freundlicher lieber Vetter und Bruder. Wir haben gestrigs Abends vier Schreiben, so uns von E. L. auf der Post zubracht worden seind samt E. L. Theologen zu Wittenberg gestelltes Bedenken[1]) auf die Artikel, so wir E. L. zugefertigt und bedacht haben[2]), daß darin Erklärung zu thun seyn sollte, deßgleichen auch die deutsche Notel der Schrift, so der Philippus ins Latein bracht und [welche] der Kais. Maj. neben der Reformation übergeben soll werden, empfangen, und ihres Inhalts nach der Läng verlesen.

Und so viel das Bedenken E. L. Theologen zu Wittenberg anlangt, seynd wir desselbigen, wann[3]) es der Ehe und der Kindertauf halben [hat], den Verstand mit einig. So seynd wir auch zufrieden, daß sie die Worte der Ehe halben, wie die von uns gestellt seynd, hinein setzen wollen.

Daß man aber den Bischoffen so viel soll einräumen, daß sie die Ordination thun sollen, und also den Wolfen die Schaafe befehlen, das ist wahrlich, wie E. L. Theologen auch anzeigen, Etwas und ein Schweres, und wir haben desselben ein großes Bedenken. Da es aber geschehen soll, so däucht uns gut, und will auch vonnöthen seyn, das man diesen Artikel hinzusetze, nämlich: so man befinden werde, daß die Bischöffe die Ordination nicht würden vornehmen nach dem rechten Verstand und Inhalt des Evangelii, und daran säumig [seyn], und wiederum Menschenlehre directe vel indirecte einführen wollen, daß dann die weltliche Oberkeit darein zu reden sollt haben. Deßgleichen haben wir auch groß Bedenken, daß man den Bischoffen die Ehesachen sollt befehlen, dieweil sie, (mit Zuchten zu schreiben) die größten Hurer seyn. Wann aber die Stände solches alles mit für gut ansehen, so wollen wirs auch zufrieden seyn.

So viel dann auch betrifft die deutsche Notel an [den] Kaiser, welche Philippus ins Latein bracht hat[4]), lassen wir uns dieselbige auch also gefallen, allein daß das Wörtlein spitzbübisch ausgelassen werde, do stehet, daß der Papst diese helle und gewisse Wort auf eine andere Meinung fälschlich und spitzbübisch ziehen will. Und wo das noch mehr stehet, dann ist es genug mit dem Wörtlein fälschlich. Deßgleichen, do er diese nachfolgende Wort, (welche uns dann nicht zuwider seyn) brauchet: deßgleichen verheißen wir die andre Hülfe wider gedachten Türken, so zu Speier gewilligt, treulich zugeschickt etc., daß man dar hinzu hätte gesetzt: doch so fern man Frieden, auch dasjenige, so zu Speier zugesagt und verabschiedet worden ist, haben möchte.

Des Bischoffs von Cölln halben mit der Appellation, daß man sich derselben anhängig mache, lassen wir uns E. L. Bedenken gefallen.

Wollen auch erwarten, was E. L. Theologen des Concilii halben stellen werden, und glauben, die Juristen sollten wohl auch etwas dazu helfen thun können.

Der Sequestration halben, wäre wohl gut, so man die Civil Possession am Land Braunschweig behalten könnt. Uns ist aber daran nit so hoch gelegen, als an dem, daß Herzog Heinrich die Sequestration mit bewillige und sich verpflichte, nichts thätlichs fürzunehmen, daß auch Kaiserliche Maj. dermaßen Versehung und Versicherung thue, daß er halten müsse, wie wir E. L. diese Meinung hiebevor zugeschrieben haben. Dann, wo solchs nicht beschieht, so ist es eben so neu als vorhin, und wir haben das Land aus den Händen gegeben, und auch davon keine Hülf nicht mehr, und müssen gleichwohl allzeit, wie bis anher, in Fahr, Kosten und Sorgen sitzen. Denn Herzog Heinrich kann zu seinem Behelf allwege fürwenden: er habe darein nicht bewilligt, darum bind es ihn auch nicht; denn was ihn angehe, was andere machen? es könne dem

---

1) Vid. supra ineunte Martio.
2) Vid. d. 7. Febr.
3) Potius: was.
4) Vid. d. 14. Ian. — Versio latina serius est facta.

Dritten nicht zum Nachtheil reichen. Und ob man sagen wollt, daß der Kaiser ihm solchs wohl würde wehren, so hat man doch auch wohl gesehen, wie er ihme bis anher gewehrt hat, und noch wehret, und wie er gehorsamet. Zudem daß man auch gesehen hat, was Herzog Heinrich auf die Suspension der Goßlarschen Acht gehorsamet hat, und daß er allwege gesagt, er hab darein nicht gewilligt, und sie sey ihm im Rücken ausbracht; darum hab sie auch keine Kraft nicht. Deßgleichen so hat man auch gesehen, was die Kaiserliche Declaration über den letzten Regensburgischen Reichsabschied vor Kraft gehabt hat, und was die andern Stände darauf gegeben, weil sie in dieselbige nicht mit bewilligt haben. So sieht man auch junder[5]) wohl, wie es mit dem letzten Speierschen Reichsabschied zugehet, des Kammergerichts halben, daß die andern Stände den Abschied, so viel denselben Artikel angehet, nicht wollen bewilligt, sondern angezeigt haben, sie haben den Abschied nicht anders angenommen, daß sie ihn müßten dulden, und daß sie aus den Wörtlein dulden nun wollen eine Cavillation machen, und aus Kraft desselbigen nicht zulassen, daß das Kammergericht, wie der Abschied mitbringt, besetzt werde. Darum würde es uns, wenn ohne Herzog Heinrichs Bewilligung die Sequestration geschähe, gleich auch also gehen, und hätte auch keine Kraft nicht. Derhalben solchs gar wohl zu bedenken seyn will; denn uns nicht gelegen ist, dermaßen des Backenstreichs allzeit zu gewarten, weil wir am nächsten vorn an gesessen seynd. Denn das Land und die Leute, die uns in Nöthen helfen könnten, aus der Hand zu lassen, und gleichwohl einen Weg wie den andern in schweren Unkosten und Besorgniß zu sitzen, ist uns nicht thunlich; denn uns am hochsten, wie E. L. zu bedenken, daran gelegen.

Wir wollen auch gleicher Gestalt, wie von E. L. beschehen ist, unsern Räthen gen Wormbs befehlen, daß sie in die Türkenhülf nicht willigen, man habe denn guten Frieden in allen Sachen, und sonderlich des Concilii und der Braunschweigschen Sache halben und Inhalts des Speyerschen Abschieds, das vollzogen und geleistet, das uns zugesagt; wie wir ihnen dasselbige denn bereits auch befohlen haben. Welchs wir E. L. also hinwieder freundlicher Meinung nicht wollten verhalten, und seynd derselben zu allen vetterlichen und bruderlichen Willen freundlich geneigt. Datum Cassel, den 16. Tag Aprilis Anno ꝛc. XXXXV.

Philipps von Gotts Gnaden Landgrave zu Hessen, Grave zu Catzenelnpogen etc.

5) jetzunder, jetzt.

Anhang.

Auch, freundlicher lieber Vetter und Bruder, mögen wir E. L. freundlich nicht verhalten, daß uns die von Zurich geschrieben, und ein Buchlin zugeschickt, auch daneben gebethen haben, daß wir dasselbige E. L. auch zuschicken wollten. Wiewohl wir nun deß allerlei Bedenkens gehabt, und mit ihrem Span[6]) nichts zu thun, haben wir dennoch nit unterlassen wollen, solch Buchlin und Copien des Schreibens E. L., wie wir denn hieneben thun, zuzuschicken, und wollten von Gott wünschen, daß sie auf beiden Seiten den Zank ließen anstehen. Denn wie uns nach unserm Verstand bedunket, so seyn sie mehr in den Worten auszusprechen wider einander, denn im rechten Verstand und Glauben. Denn Doctor Lutherus bekennet selbst, daß Christus nicht im Nachtmahl seye wie Stroh im Sack, oder localiter; also wiederum bekennen diese am 95. und 96. Blatt, daß Christus die Seinen speise im Nachtmahl; wie die Sehnn[7]) stehe wohl an einem Ort und erhitze und trockne doch die ganze Welt, also speise auch Christus nach seiner göttlichen und menschlichen Natur seine Auserwählten und Gläubigen im Nachtmahl; wie sie denn auch an vielen andern Orten in diesem Buchlin in vielen Dingen davon reden, wie Lutherus selbst.

Könnt nun E. L. durch sich selbst, Doctor Bruck, Philippus[8]), oder wer dazu dienlich wäre, was Guts ausrichten und diesen Span hinlegen, und das wieder angezundte Feuer auslöschen, da sich die Papisten so sehr darüber erfreuen, so thäten E. L. Gott dem Allmächtigen und allen, so dem Evangelio anhangen, ein groß nützlich und solch Werk, da E. L. einen ewigen Namen würden an haben, welchs wir also E. L. freundlich nicht mochten verhalten. Datum, den 16. Aprilis Anno ꝛc. 45.

No. 3176. 17. Apr.

Iudicium.

Editum in libro Io. Calvini de vitandis superstitionibus. 1550. 4. et in Mel. Consil. lat. P. I. p. 627., ubi adiuncta sunt Buceri, Petri Martyris et Io. Calvini iudicia de eadem re, quae hic praetermisimus, quippe ad Calvini opera pertinentia. — Apographa in cod. Mehn. II. p. 135. et in Miscellaneis manuscriptis Stephani Riccii, quae sunt in cod. Goth. 240. p. 7.

6) i. e. Zwist.

7) Sonne.

8) Rom. Philippum, quod mendum habeo.

Iudicium Ph. Mel. anno M.D.XLV. [cod. Mehn. anno 1548.] *scriptum de his, qui vivere coguntur inter Papistas.* [inscr. apud Pezel.] *Utrum in persecutione liceat dissimulare suam sententiam de Evangelio?* [inscriptio apud Riccium.]

Non dubium est, omnes creaturas rationales obligatas esse ad primum praeceptum, ut verum Deum, vero timore, et vera fide colant, et fugiant omnia idola † ethnica, iudaica" Mahometica, haeretica, et quarumcunque sectarum portenta, pugnantia cum verbo Dei: in quo se verus Deus patefecit, Matth. 4. *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies.* Nec tantum interior cultus necessarius est, sed etiam externa significatio, seu confessio seu professio, Matt. 10. *Qui negaverit me coram hominibus, negabo eum coram patre coelesti.* Negat autem, qui nunquam aperte confitetur, imo etiam perseverat in testimoniis contrariis verae invocationi, legit missas, aut adorat panem, aut statuas.

Quod enim quidam dicunt, se non negare, sed interrogatos dicturos esse, quod[1]) sentiant, nec opus esse sine vocatione periculum accersere: Etsi haec vera sunt, tamen interea non sunt contraria facienda verae invocationi: Ut si quis captivus ex Christianis, vivens inter Turcas, tacitus apud sese Christum invocaret, nec tamen externa professione suam fidem ostenderet, imo etiam interesset Turcicis sacris: haud dubie reus esset aeternae irae Dei. Sed ubicunque sumus sive inter Turcas, sive inter haereticos, sive inter vere pios, interdum aliqua confessio necessaria est: et certe contraria verae invocationi non sunt facienda.

Si quis igitur est sacrificulus, aut monachus, et cogitur missas celebrare, ut vocant, si intelligit se impie facere, omittat eas missas, nec agat contra conscientiam: Nec potest inveniri excusatio ulla pia, cur liceat retinere eam consuetudinem. Idem dico de laicis, ut quae norunt vere esse idolorum cultus, fugiant, iuxta illud: *Fugite idola.* Sunt autem manifesti cultus idolorum, invocatio sanctorum, qui ex hac vita discesserunt: invocatio ad certas statuas, adoratio panis in impiis missis, et in circumgestatione.

1) Ricc. *quid.*

Aliqui dissimulantes agnitam veritatem, confirmant saevitiam Regum. Hi etiam magis peccant, quam non fugientes idola. Propter has caussas, tutissimum esset discedere ex locis, ubi defenduntur cultus idolorum.

Sed dicat aliquis, non omnes posse in uno loco esse, nec posse discedere coniugem a viro, aut matrem a liberis.

Hic respondeo. † In ecclesia" Duo sunt genera: alii sunt firmi, alii infirmi. Sed sive firmus est quispiam, sive infirmus, sciat mandatum Dei esse, ut fugiat idola, et ostendat aliquam confessionem. Et cum alius alio firmior sit, alius confessionem magis, alius minus illustrem ostendet. Iohannes Apostolus firmior erat Nicodemo: quanquam uterque erat imbecillis. Pia materfamilias, habet caussam non facile discedendi a marito et a liberis: sed tamen ostendat confessionem, et fugiat idola, eaque in re proficiat, dicat quid sentiat, non accedat ad missas, absit a pompis, in quibus circumgestatur panis.

Hactenus dixi de rebus necessariis. Saepe[2]) autem Ecclesia habuit aliquas confusiones, ut Hierosolymae, tempore Zachariae, multum erat vitiosorum cultuum, et pravarum opinionum in templo: et tamen eo vera Ecclesia etiam conveniebat, ut Zacharias, Elisabeth, Maria. Tali tempore, hi qui sunt in suis Ecclesiis, aperte improbent errores, ut fecit Zacharias: Ritus autem bonos, aut adiaphoros[3]) servare possunt. Volo pios, firmos et infirmos, accedere ad baptismum infantum, in suis Ecclesiis, ubicunque sunt. Servare etiam possunt ritus adiaphoros, ut interesse lectioni Psalmorum in vespertinis precibus, et aliis honestis congressibus, etsi aliquid vitii aliquibus admixtum est, quia in eo coetu sunt adhuc aliqui electi, et sancti, ut pueri, et aliqui adulti recte sentientes, sed infirmi, qui tamen sunt membra Christi et sunt paulatim provehendi.

Sed dicat aliquis, si non accedam ad missas, ad pompas publicas, cum gestatur Sacramentum, rapiar ad supplicium?

Ad id respondeo: Regulam, quae docet quid sit faciendum[4]), notam esse, sed aliud est loqui

2) Cod. Mehn. *Semper.*

3) Ricc. *ἀδιαφόρους.*

4) Ricc. et cod. Mehn. *fieri debeat.*

de regula, aliud de facto. Regula est, ut potius discedas ex illis locis, quam venias ad supplicium: ac infirmis[5]) facilius est sustinere exilium: sed qui nec exilia, nec supplicia sustinere volunt, valde infirmi sunt. His ut aegrotis, non aliud dicere possum, nisi ut imbecillitatem agnoscant, et deplorent, et paulatim vires confirment, et aliqua subinde illustriora testimonia confessionis edant. Scio rem difficilem esse, haec exordia confessionis. Sed aut proficiendum[6]) est, aut expectandus interitus. Hic autem addo praemonitiones quatuor.

Prima, prius bene iaciantur fundamenta, doctrinam Evangelii recte cognoscamus, ne falsa pro veris amplectamur, nec augeamus nobis errores, et aliis, nec pericula propter falsas opiniones suscipiamus, sed fugiamus Anabaptistarum furores, qui multos errores[7]) circumferunt. Negant peccatum originis, improbant baptismum infantum, corrumpunt doctrinam de iustitia fidei, damnant politias, Magistratus, iudicia, distinctionem dominiorum, vera iuramenta: denique multi multis malis, et perniciosis opinionibus dementari se sinunt. Ideo simus prudentes, et circumspecti, et vero iudicio, doctrinae genus eligamus: et amplexi veras sententias, non abiiciamus.

Secunda praemonitio: Non blandiamur ipsi nobis, nec praetexatur infirmitas simulationi. Multi in aulis vocant se Nicodemos, et infirmos, cum sint praevaricatores, et similes Alcimi, cuius fit mentio in historia Machabaeorum: confirmant saevitiam potentum, sua dissimulatione. Multi etiam sophisticas mitigationes quaerunt, ut excusent cultus idolorum. Etiamsi sacrificia in missis non valent pro mortuis, inquiunt, valent tamen preces. Et possent exempla multa sophisticarum illarum excusationum recenseri, sed ita ludere praestigiis sophismatum, est tentare Deum, et impie abuti nomine Dei.

Tertia praemonitio: Priusquam periculo supplicii se homo exponat[8]), cogitet de patientia, seu constantia. Multi θρασύδηλοι[9]) initio audacter inchoant mutationes, et postea cum pericula sunt propiora, fracti animis abiiciunt doctrinam: ac multi deinde fiunt prorsus Epicuraei. Quando igitur homo tantum roboris habeat, ut possit confessionis periculum sibi accersere, non potest regulis describi, sed eventus ipse ostendet, an Spiritus sanctus confirmaverit animum. Nostrum est tamen recte docere, non blandiri infirmitati. Et quanquam aliquantisper tempori venia danda est, praesertim in *νεόφυτοις* in magnis caussis[10]) in metu publicae discordiae: tamen non sit dissimulatio[11]) perpetua. Primum decalogi praeceptum: *Non habebis Deos alienos*, omnibus rebus aliis anteferendum est.

Quarta praemonitio: Fugienti in exilium cogitandum est etiam, quid sit Ecclesia, et cui coetui velit se adiungere: quia non ita fugiendum est, ut postea vivas in solitudine, aut latebris, aut solus tuis quibusdam imaginationibus fruaris, aut fingas subinde novas opiniones, sicut multi hoc tempore vagantur Suencfeldius, Campanus, et alii innumerabiles: qui omnibus Ecclesiis maledicunt, et totum ministerium Evangelicum contemnunt, et suis quibusdam paradoxis in doctrina et moribus delectantur.

Haec exempla non imitemur: sed eligamus verum † unum" et certum doctrinae genus, et palam Ecclesiae alicui publice nos adiungamus: amemus ministerium, et conspiciatur nostra confessio in eo coetu, simul utamur Sacramentis non depravatis, coniungamus nostram invocationem cum Ecclesiae invocatione: Sicut Christus peculiari promissione commendavit nobis studium tuendae congregationis publicae, videlicet, ut servetur publicum ministerium, ut dicitur: *Ubicunque duo aut tres erunt congregati in nomine meo*, *in medio eorum sum*, *et fient eis quae petent*, etc. Vult honestam frequentiam esse publicorum congressuum, et hanc vult a singulis adiuvari. Vult enim ministerium Evangelicum conspici, et audiri, quod non fit in dissipatione. Ideo multa dicta Prophetica commendant nobis studium iuvandi publicos congressus, ut Psal. 102. *In conveniendo populos in unum*, *et Reges ut serviant Domino*, et Psal. 135. *Qui statis in domo Domini in atriis domus Dei nostri.* Et Psal. 150. *Laus eius in Ecclesia sanctorum:* Hanc senten-

5) Ricc. et cod. Mehn. *firmis.*
6) Ricc. *perficiendum*; cod. Mehn. *profitendnm.*
7) Ricc. et cod. Mehn. *multa deliramenta.*
8) Ricc. et cod. Mehn. † *prius etiam*".
9) Cod. *θρασυδειλοι.*

10) Cod. Mehn. *casibus.*
11) Cod. Mehn. *simulatio.*

tiam dextre intellectam iudico esse piam. Nec tamen antefero meam sententiam aliorum piorum, et doctorum iudiciis: et admonitus, si quid desideratur, corrigam. Die 17. Aprilis, quo Noha ante annos 3846 arcam ingressus est, quo exemplo Deus testatus est, se non deserere Ecclesiam suam, cum magnis fluctibus quassabitur.

Philippus Melanthon.

No. 3177. 24. Apr.

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 483. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 611.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Hanc Epistolam nuncio dedi priusquam *Lipsiam* irem, ac iussi ut iterum a me flagitet literas Lipsiae, ubi Sylvulam adornare tuae responsionis decrevi: minus enim interpellor, cum domo absum, et animo sum magis vacuo. Multa de Sacramentorum usu vera et *ἐπάγωγα* dici possunt, et graviter accusari inscitia orbis terrarum, quae prophanare Sacramenta poterit. In fine audacissime scribit ille Sycophanta, adorandam esse illam Mazam, ut Christum in terris versantem, petenda omnia bona ab ea ut Centurio, Cananaea et alii a Christo coram bona petebant. Haec quaeso tetra *βδελύγματα* dissimulandane sunt? quae stabiliuntur ab iis qui non explicant, quomodo defendant *τὸν ἄρτον ὑπαρκτικῶς γίνεσθαι σῶμα.* Tua tamen oratio erit moderata.

Civis quidam vester, *Hans Tastler* debet haeredibus boni viri Pastoris Ecclesiae Pratensis quem cum viveret, noras, octo aureos, mutuo datos, rogo ut orphanis eam pecuniam solvi cures. Bene vale. Die Georgii *).

†Philippus Melanthon."

No. 3178. 24. Apr.

Pontanus ad Electorem.

† Ex Pontani autographo in tabul. Vinar. Reg. H. fol. 603. Quaedam ex hac epistola leguntur in der Gründlichen und wahrhaft. Historia von der Augsb. Conf. p. 348.

Dem Durchlauchtigsten — — Herrn Johann Friedrich, Herzog zu Sachsen — — Churfürst ꝛc.

Durchlauchtigster ꝛc. — Nachdem E. Chf. G. mir auch etliche Briefe zugeschickt, so E. Chf. G. von meinem gnädigen Herrn, dem Landgrafen, zugekommen, die hab ich samt den dabei gefundenen Copien allenthalben unterthäniglich gelesen. Und dieweil ich der andern Händel halben nicht habe können in solcher (Zeit) viel mit den Herrn Theologen zusammenkommen; so hab ich den *Philippum* lassen zu mir bitten, und denselben von den Puncten, davon E. Chf. G., auch meines gnädigen Herrn des Landgrafen Schreiben, meldet, Bericht gethan, und ihn gebeten, mit Doctore *Martino* und den andern davon zu reden, welches er denn zu thun bewilligt hat, mit dem Erbiethen, daß er auf die Puncte wollte verzeichnen das Bedenken und die Resolution.

Als ist er heute Datum gegen Mittag zu mir kommen und hat mir beiverwandt [beiliegendes] Verzeichniß gebracht*), und wo E. Chf. G. gefallen wollte, dem Landgrafen eine Copie davon zuzuschicken, so wäre Sr. Fürstl. Gnade auf alle Artikel, so in S. F. G. Schreiben der Religion halben angeregt, geantwortet, daran auch der Landgraf ohne Zweifel aller derselben Puncte halben wird zufrieden seyn, er wollte sich denn der Zürcher mehr annehmen, denn ihm, als einem Augsburgischen Confessionsverwandten wohl gebühren wollte. Denn wie berürtes Verzeichniß, so mir *Philippus* gebracht, vermerkt, so ist es die Wahrheit, daß die Zürcher die Wittembergische Concordi, wie alle andere Oberländische Predicanten gethan, mit angenommen. Aber aus des Buzers Schrift ist wohl zu vermerken, daß er der Zürcher Discordi des Sacraments halben nicht für einen solchen wichtigen Artikel hält, daß darum christliche Einigkeit zerschlagen, und dieselben und ihre Kirchen nicht sollten für Brüder und für Glieder der christlichen Gemeine gehalten werden, wie man denn insonderheit aus der großen gestellten Reformation und andern mehr gemeldtes Butzers Büchern wohl vermerkt.

So hat Magister *Philippus* den Artikel von den Heiden in des Bullingers Buch auch gefunden, und was er und die andern Herrn davon halten, das werden E. Chf. G. aus vorberürter Verzeichniß auch befinden. Da er des Artikels heut gegen mir gedacht, sagt

---

*) Adscripsit alia manus: *anno* 1545.

*) Iudicium quod hanc epist. sequitur.

er: es seind grobe, stolze und störrige Leute, es ist ein böser Artikel; sagt [aber] doch, er wüßte nicht zu rathen, daß E. Chf. G., ingleichen auch Herzog Moritz gestatten sollte, solche Bücher in ihren Landen zu verkaufen lassen; geschähe es auch und würde erlaubt, so würde Doctor Martinus ein wunderlicher Mann darüber seyn. Aber von solchen Einführen und Verkaufen ist in berürtem Verzeichniß nichts gemeldet. So will ich dem *Martino* morgen einen Zeddel schreiben, als aus E. Ch. G. Befehl, daß er den Leipzischen Predicanten schreiben und sie ermahnen wollte, dafür zu seyn, daß dieselben Bücher allda nicht müßten verkauft werden. Ich glaub aber, daß deren bereit eine große Menge werden dahin geschickt seyn worden, der Meinung, daß man sie allda verstechen und verkaufen wolle, darum denselben nunmehr schwerlich wird zu begegnen seyn, es thuen es denn die Predicanten zu Leipzig, der Pfeffinger, und andere. Aber gleichwohl bedeucht mich gut seyn, so E. Ch. G. an den Landgrafen eine Copei des Verzeichnisses wollen überschicken, daß Ew. Chf. G. seiner Fürstl. Gnaden rund abschlügen, dieselben, des Bullingers, Bücher in E. Ch. G. Landen zu verkaufen oder feil zu haben lassen wissen, dieweil die Zürchische Kirche alle Wittembergische Concordi, wie der Oberländischen Städte Predicanten gethan, nicht angenommen, und also gewißlich nicht einer Meinung mit derselben Concordi oder im Glauben seindt. Sollt es auch geschehen, so würden E. Chf. G. Doctorn Martinum und alle ihre Predicanten auf sich laden, und Ursach damit gegeben werden, daß allererst der Zank zwischen denselben und den Zürchschen recht angehen würde; zudem, daß das ein öffentlicher beschwerlicher und irriger Artikel ist, da sich Bullinger unterstehet, den Zwingel zu vertheidigen, daß er auch etliche Heiden für selig achtet, die von der Verheißung des Messias und Christi nichts gewußt, vielweniger einigen Glauben auf die Verheißung ergründet. Derhalben E. Ch. G. den Landgrafen schließlich bitten sollten, daß seine Liebe solche Bücher in ihren Landen auch nicht wollt lassen verkaufen und einbringen, auch E. Ch. G. freundlichen lieben Vetter Herzog Moritzen zu Sachsen davor freundlich verwarnen, wie denn ohne Zweifel S. F. G. ohne das es nicht werden geschehen lassen, da seiner F. G. Predicanten dieselbe davor verwarnen und erinnern werden, wie nicht verbleiben wird.

Und hat mir gleichwohl meines gnädigen Herrn, des Landgrafen, Zettel wohl gefallen, daß S. F. G. schreiben, er habe mit der Zürcher Sachen nichts zu thun.

Und weil ich mich denn aus E. Chf. G. Räthe zu Worms gethanen Bericht verdünken lasse, es werde auf diesem Reichstage von der Vergleichung und Reformation wenig oder nichts gehandelt; so wird auch nicht groß vonnöthen seyn, sich um die Puncte und Worte weiter und viel zu bekümmern, darin der Landgraf in der gestellten Supplication an Kais. Maj. und der begriffenen Reformation Bedenken hat.

Dieweil aber gleichwohl nicht ungut seyn will, zuvörderst wo Kais. Maj. persönlich zu Worms ankommt, daß Ihrer Maj. die Reformation präsentirt werde, und sonderlich da Kais. Maj. die ihre würde übergeben lassen: so will nicht schaden, daß E. Chf. G. die Artikel aus des Landgrafen Schreiben anzeichnen lassen, damit S. F. G. ihre Bedenken anzeigen, und überschicken ihnen daneben eine Copei mehrberürter Verzeichniß, so mir Philippus zugestellt hat. Denn daß der Verdolmetscher des *Philippi* lateinischer Supplication *) an den Kaiser das Wort calumniose, spitzbübisch verdeutscht **), deß lachet er; denn wiewohl er daran nicht unrecht gethan, so lautet doch das lateinische Wort *calumniose* ein wenig milder; meinte, man solle es bei dem Worte gefährlich bleiben lassen. Hab derhalben für unnöthig geachtet, daß ich darin etwas sollt emendiren; denn es werden es Räthe und Botschafter auf die vorberürte Anzeigung wohl zu bedenken und zu machen wissen; Zudem: daß ich mir auch gefallen ließ, es blieb bei E. Chf. G. Theologen Bedenken mit der gestellten Reformation. Denn werden die Bischöffe die reine Lehre nicht annehmen noch zulassen, so wird man sie eben so wenig für Bischöffe erkennen als jetzt, noch sie in geistlichen und Kirchen-Sachen Richter seyn oder bleiben lassen. Denn das wird mit berürter Reformation präsupponirt und zuvorgesetzt, daß die Bischöffe, die man dafür erkennen soll, sollen der Lehre halben christliche Bischöffe seyn und werden, wie mein gnädigster Herr von Cölln, Gott Lob, geworden ist. Welche aber solche Bischöffe nicht seyn wollen, denen wird mit berürter Reformation nichts eingeräumt.

Was mein gnädiger Herr, der Landgraf, der Sequestration halben schreibt, das ist bisher E. Chf. G. Gemüth und Meinung, so weit, daß man die Sequestration ohne beständige Friedensversicherung nicht willi-

---

*) Haec non est in actis Vinariensibus, sed inveni eius apographon in cod. Galli Monacensi I. p. 78. Vide eam supra d. 14. Ian. h. a.

**) Haud dubie sunt haec verba: „etsi autem Romanus pontifex haec verba calumniose detorquet in aliam sententiam."

gen soll, auch gewest; darum werden E. Chf. G. Ihr [sich] ohne Zweifel solchs gegen Ihre F. G. nochmals auch gefallen lassen. Aber gewißlich wird er E. Chf. G. bald mit großer Beschwerung schreiben, daß man sich zu Worms zu der Restitution auf gütliche Handlung zu erbiethen vorhabe. Darauf werden ihm E. Chf. G., oder mit jetziger Ihrer Antwort, Ew. Chf. G. Ungefallen in dem auch wohl zu vermelden wissen. Und was E. Chf. G. Ihren Räthen derwegen wieder geschrieben, schick E. Chf. G. des Landgrafen Schrift hieneben unterthäniglich wiederum zusampt den Copeien, so viel ich deren empfangen, und hab solches alles Ew. Chf. G. in Unterthänigkeit nicht unangezeigt lassen wollen, und bin denselben meines geringen Vermögens zu dienen allzeit willig. Datum Wittemberg, Freitags nach Misericord. Domini 1545.

Ew. Chf. G.

unterthäniger
gehorsamer
Gregorius Bruck
Doctor.

(Inserat.)

Gnädigster Herr. In unterthänigem Vertrauen, weiß E. Chf. G. ich nicht zu bergen, daß Philippus abermals über die Maß bekümmert und betrübt [ist], und mag es bei ihm dafür halten, dieweil *Martinus* den Artikel stellen will vom Hochwürdigem Sacrament, so werde er weiter greifen, denn die Wittembergische Concordi mit den Oberländischen giebt, und auch im Grund vermag, und daß daraus eine große Zerrüttung dieser Zeit zwischen ihnen und den Oberländischen und nicht alleine zwischen den Schweitzerischen Prädicanten erfolgen werde, wie das Männlein*) gerne sehen wollt, sondern viel mehr Einigkeit und eine Gestalt der Einigkeit. Philippus brauchte sich der Wort, und flosselten ihm die Augen. Caspar meinte, Cruciger, Major und andere vermerkten seine Bekümmerniß wohl, wofür ihn die Sachen ansähen. Es ist nun der Leipzische Markt vor der Thüre. Sollt etwa abermals ein Geschrei entstehen, so wäre es je nicht gut. Ich will morgen mit D. Creutziger vertraulich reden, und doch seine Gedanken dieser Ding halben, wills Gott, morgen hören.

Was der Knebler halben für ein Ausschreiben zu thun seyn sollte, davon will E. Chf. G. ich mein unterthäniges Bedenken etwa morgen zu erkennen geben, auch alsdann mein Bedenken schreiben, was Herzog Moritz und Doctor Kommerstedt zu antworten. Das hab E. Chf. G. ich unterthäniglich auch nicht unangezeigt lassen wollen. Dat. ut s.

*) Scriptum est: menlein.

No. 3179. 24. Apr.

Iudicium.

† Ex apographo in Actis tabular. Vinar. Reg. II. p. 603. — Inveni alterum apographon in cod. Galli I. p. 77., quod inscriptum est: „Bedenken der Ordination und Zürcher Buchs halben, von M. Philippus Doctor Bruck überantwortet, anno 1545." — Vide epist. antecedentem Pontani.

Der Theologen zu Wittemberg (Melanthons) Bedenken. 1545.

(Inscriptio in tergo.)

Von der Ordinatio.

Der Artikel von der Priester Ordination hat in der lateinischen Schrift, die wir überantwortet, eben diesen Anhang und Limitation, die mein gnädigster Herr, der Landgraf, bedacht hat. Und dieweil es Handlungen zur Concordien heißen sollen, so muß ja ein Erbiethen geschehen von dieser zweier Stück einem: von der Lehr, oder von der bischöfflichen Authorität. Nun können wir in der Lehr keine Aenderung machen, und obwohl etliche meinen, man solle von demselbigen Theil, nämlich von der bischöfflichen Authorität und Gütern, stille schweigen, und nur auf Vergleichung in der Lehr arbeiten: so wird doch solches Vergleichen nicht anders vom Gegentheil verstanden, denn als von einem Abfall, als wollte man viel in der Lehre nachgeben. Und so man gleich etwas in der Lehre nachgeben würde, das doch nicht seyn kann: so bliebe dennoch die Uneinigkeit, so ihnen die Authorität oder Güter entzogen würde.

Darum ist unser Bedenken dahin gerichtet, daß man sie desto mehr zu uns bewege mit diesem milden Erbiethen der Authorität und Gütern, welches auch nach Gelegenheit des deutschen Reichs zu Frieden dienlicher wäre, und bleibt dennoch allezeit diese Conditio, daß die Bischöffe rechte Lehre pflanzen und nicht verfolgen sollen. Darum so die ordinirten Personen unrecht lehren würden, stehet es bei einer jeden Herrschaft, dieselbigen weg zu thun, wie solches im lateinischen Artikel ausgedruckt.

Von unsers gnädigsten Herrn Schrift.

Es läßt sich der Ehrwürdige Herr Doctor Martinus vernehmen, er gedenke keine lange Antwort auf das Züricher Buch zu schreiben, sondern einen Artikel wolle er stellen von der Sache an ihr selbst, und denselben wolle er lassen ausgehen mit Unterschreibung etc.

Daß auch unser gnädigster Herr von der Vergleichung, die zu Wittenberg mit der Oberländischen Städte Prädicanten vor etlichen Jahren gemacht ist, meldet, berichten wir, daß auch zur selbigen Zeit Zürich in diese Vergleichung nicht gewilliget; aber die Reichsstädte haben gewilliget, sind auch bei derselbigen Form bis anher blieben, wie Musculus, der Prediger zu Augsburg, und Frechtus, der Prediger zu Ulm sich oftmals mit predigen und schreiben also erklärt haben, daß sie bei gemeldter Form bleiben.

Von Heiden.

Von Heiden ist viel zu grob von den Züricher n geschrieben, und ist leider ein großer Unverstand, daß sie nicht bedenken, daß Gott ihm allezeit eine öffentliche Kirche berufen, da seine Verheißung von Christo öffentlich gepredigt, und daß er in derselbigen öffentlichen Kirche erhören, und Seligkeit, durch Glauben auf die Verheißung gegründet, geben will, und nicht anders. Wie Paulus spricht: die er erwählet hat, die hat er auch berufen; und welche Heiden, als Cyrus und *Centurio* und andere heilig worden sind, die haben öffentlich müssen Gliedmaß seyn der rechten Kirche.

Ich acht auch, daß andre Prädicanten zu Straßburg, Augsburg und Ulm ein groß Mißfallen an diesem groben Irrthum haben werden *).

Dieses meinen wohl etliche: Christus habe viel Heiden bekehrt, da er den Todten geprediget, davon in Petro etwas dunkel angezeigt. Aber daraus soll man nicht gewisse Lehre machen, sondern dieses soll uns gewiß seyn und bleiben, wie Paulus spricht; es ist kein anderer Namen, dadurch man selig werde, denn allein Jesus Christus, und muß in allen Menschen, so eine Lehre vernehmen können, rechte Erkenntniß und Bekenntniß Christi seyn, sonsten werden sie nicht selig.

*) Verba: Von den Heiden ist viel zu grob — — haben werden, etiam edidit auctor der Gründlichen und wahrhaft. Historia von der Augsb. Confess. p. 348.

No. 3180. 26. Apr.

Pr. Elector ad Pontanum.

† Ex actis in tabular. Vinariens. Registr. H. fol. 603. — Pauca quaedam ex hac epistola excerpta leguntur in libro: Gründliche und wahrhaftige Historia von der Augsb. Confess. (Lips. 1584. fol.) p. 315.

(Iohannes Fridericus Pr. Elect. ad Gregorium Bruck.)

Zeddel an D. Bruck.

Als ihr uns auch auf einen Zeddel geschrieben und Bericht gethan, wie die Sachen zwischen Doctore Martino und dem Philippo stehen sollen, solchs haben wir warlich nicht gerne gehört; denn daraus allerlei Schaden, Unrath und Nachtheil folgen kann. Denn wir besorgen, würde gedachtem Martino in sein vorhabend Schreiben wollen geredt werden, so würde er solches nicht leiden, sondern darüber hart bewegt werden. Fährt er nun mit dem Schreiben fort und greiffet darinnen Philippum nahmhaftig an, so ist auch zu besorgen, er werde alsdann nach seinem Kopf fahren. Sollt nun solches geschehen, welches der Allmächtige mit Gnaden wenden und verhüten wolle, so können wir leichtlich und wohl erachten, wozu es gereichen und gerathen wollte. Sind demnach gnädiglich geneigt zu Förderung und Ausbreitung Gottes Worts auch Erhaltung unsrer Universität alles das zu thun und vorwenden zu lassen, was zu gänzlicher und vollkömmlicher Abstellung dieses Mißverstandes möge dienstlich seyn. Allein wir können und mögen in der Eil darzu nicht wohl bequeme Mittel und Wege bedenken. Dieweil wir aber auch bestens erachten, daß uns Verzug hierinnen fast nachtheilig und schädlich ist, so wollen wir an uns ungern ichtwas lassen erwinden. Sehen demnach für gut an, und begehren gnädiglich, ihr wollet, als für euch, oder aus unserm Befehl, wie ihr solches das Beste und Glimpflichste zu seyn ermessen werdet, mit Doctor Martino ungefährlich, und, da es auf unsern Befehl geschehen würde, nach Vermeldung unsers gnädigen Grusses, und Ueberantwortung beigehender unsrer Credenzschrift, folgende Anzeige thun.

Wir würden glaublich berichtet, als sollt er jetzo an einem Werke seyn, ein Buch wider die Sacramentirer zu schreiben, welches wir uns ganz wohl gefallen ließen, sähen es auch gnädiglich und gerne. Aber daneben komme uns auch vor, als sollt er Magist. Philippum Melanchton etlichs angegebenen Verdachts halben in solchem Buch namhaftig anziehen wollen, wel-

ches wir, wo dem also wäre, warlich ein groß Bekümmerniß hätten, ginge uns auch mit Wehmuth zu Gemüth und Herzen, daß solches ihrer beider halben, als die der Allmächtige von wegen seines heilwärtigen [heilgewährenden] Gottesworts in dieser letzten Zeit vor andern sonderlich gegeben, erfahren sollt werden. Was auch die Widersacher, da es vor sie käme, darob für Freude und Frohlockens haben und schöpfen, desgleichen [was für] Aergerniß und böses Nachreden dem göttlichen Wort daraus erfolgen würde, solches stünde und wäre leichtlich zu ermessen. Zudem würde es auch, und da sich eine Absonderung zutrüge, zu gänzlichem Untergang und Fall unsrer Universität zu Wittenberg gereichen, die sie beide aber ohne Zweifel lieber zu erhalten helfen, auch göttlichem Wort keine Aergerniß zu verursachen, mehr geneigt.

Darum wäre unser gnädiges Begehren, er wollt solches von uns nicht anders denn gnädiglich und im Besten gemeint, vermerken, und den Philippum in seinem Buche namhaftig anzuziehen verschonen, sondern[1]) (da er Ursachen zu ihme habe, dieweil er Zweifelhaftig hielte, daß er in dem, was die Lehre vom Sacrament belange, den Zürchern oder andern anhinge), ihn zu sich zu erfordern, und allein, christlich und väterlich ermahnen; wollten wir uns gänzlich versehen, er werde sich christlich und aller Billigkeit finden und weisen lassen. Denn wir besorgten, würde er in seinem Buche namhaftig anziehen, so würde er solches schwerlich erdulten mögen, sondern sich deß unterstehen werde, deß man sich zu ihm [von ihm] nicht vermuthet; da doch mit ihm, als einem trefflichen Mann, wohl billig etwas Gedult zu haben, und christlich und freundlich zu handeln seyn wollt, (auf daß man ihn erhalten möchte. Wenn der keine Vermahnung helfen werde, dessen wir uns doch nicht versehen wollten, so könnten dann die Vorschläge zu dem und andern, so er für gut zu seyn bedächte, auch wohl kommen).[2]) Wie ihr dann auf diese oder eine andere, bequemere und glimpflichere Meinung solche Anzeige dem Doctor wohl werdet nach eueren Bedenken zu thun, und was euch zu Antwort begegnet, und worinnen es bleiben bleibet, uns durch euer Schreiben zu unsern Handen [vermelden][3]).

1) Adscripsit hic Elector sua manu quaedam in margine, sed non potui scripturam pessimam legere. Puto tamen haec scripta esse, quae signis ( ) inclusi.

2) Signis ( ) inclusa sunt scriptura pessima Electoris in margine addita. Auctor libri: gründliche und wahrhaft. Historia, qui haec verba Electoris commemoravit, ea sic legit: wenn denn keine Erinnerung helfen würde, dessen wir uns doch nicht versehen wollen, so kann darnach der Doctor zu dem und andern, so er für gut zu seyn bedacht, auch wohl kommen.

3) Finitur folium his verbis et videntur ultima verba alteri folio inscripta fuisse, quod non conservatum est.

No. 3181. 26. Apr.

Alberto, Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in epp., p. 96. ep. 26.

(An Herzog Albrecht in Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtigster hochgeborner gnädigster Fürst und Herr, E. F. G. gnädige Schriften habe ich empfangen und füge E. F. G. zu wissen, daß wir allhie herzlich gern vernehmen, wünschen auch, daß E. F. G. Universität zu Gottes Ehre aufgericht, zunehme, und also wachse, daß viel gutes vielen Landen daraus erfolge, und Gottes Ehre und rechte Anrufung Gottes weiter bekannt, und Tugend gepflanzet werde, dazu gebe der allmächtig Gott seinen Segen und seine Gnad, Amen. Es ist auch für die Herrn Doctores allhie und für mich keine Rede kommen, die jemands beschwert hätte.

Von Zeitungen ist nunmehr die Rede, daß der Römische Kaiser selb zu Worms ankommen.

Dieses aber ist gewiß, daß Pfalnzgrave Fridrich mit seiner Gemahel und etlichen Räthen am Ostertag christlich communicirt und das Sacrament nach der Insatzung Christi ganz empfangen haben, und erzeigt sich S. F. G. sie wollen ihre Kirchen und Universität in christliche Besserung bringen*).

In Niederland und Frankreich wird große Grausamkeit geübet wider fromme Leut, so das Evangelium bekennen, dazu aber vieler Widertäufer große Gotteslästerungen Ursach geben. Denn einer der sich nennet David und sagt er sey Emmanuel, das schrecklich zu hören, hat ein böß Geschmeis in Holland und Frisland gestreuet, darum ist dennoch an allen Orten auf zu sehen, daß nit solche jämmerliche Irthumen unter rechte Lahr gemenget werden.

E. F. G. befehl ich in Unterthänigkeit Christoff Alberten von Kunheim, der nu mehr ein Waise ist, denn er hat sich ehrlich in dieser Universität und an-

*) Eadem scribit Lutherus ad Ducem Borussiae d. 2. Maii. Vid. Epp. Luth. ap. de Wett. V. p. 732.

dern gehalten. Unser Heiland Jesus Christus Gottes Sohn bewahr E. F. G. allezeit gnädiglich. Datum Witeberg 26. Aprilis 1545.*)

E. F. G.

unterthäniger Diener

Philippus Melanthon.

No. 3182. 27. Apr.

Testimonium.

† E collect. epist. Pauli Eberi in cod. Goth. no. 127. in fol. p. 206. A Melanthone scriptum esse hanc commendationem, non quidem scriptum est, sed eius esse videtur, nisi egregie fallimur.

Rector Academiae Vitebergensis.

Saeculis aliquot Pannonia velut murus fuit universae Europae, ac magna virtute et felicitate suo sanguine defendit Italiam et Germaniam, et a cervicibus nostris turcica latrocinia depulit. Iustissimum est igitur, eius gentis hospites omni officio iuvare. Tanta est autem eruditio, virtus et in omni officio diligentia *Pauli Rubigalli Cremnicensis*, ut non solum propter patriam, sed etiam propter suam virtutem complectendus et ornandus sit. Ac ingenii ipsius monumenta extant in scriptis, in quibus non solum eruditionis specimen est, cum iter Byzancium describit, et veteres ac

---

*) (*Addidit Faber haec:*)
Unter dem 14ten Februar schrieb der Herzog an Melanthon, er habe erfahren, daß die vornehmsten Männer bei der Universität, Sabinus, Napagelanus und Gnaphäus bei ihm ehrenrührig angegeben wären. Er finde sich also bewogen, ein Zeugniß ihrer Unschuld an ihn zu schreiben und hoffe, er werde diesem mehr Glauben beimessen, als der übeln Nachrede der Angeber. — Folgende Stelle dieses Briefes ist für die Geschichte der Universität zu wichtig, als daß ich sie nicht ganz hersetzen sollte:

„Erstlich, soviel den Rector betrift, zeugen wir, daß er alhie einen ehrbaren und gottfürchtigen Wandel führet, auch seinem befohlnen Amte, unsers Wissens, fleißig vorsteht. Denn er, wie wir nicht anders vermerkt, mit höchstem Fleiß und seines besten Verstands, was zur göttlichen Ehr, auch Nutz und Dignität der Universität zu vermehren und zu erhalten, nichts minder was zur Unterweisung und Zucht der Jugend gehörig, fördern und fortsetzen thut. Hierüber ist durch ihn viel Zwietracht und Uneinigkeit unter den Professoren aufgehoben, damit er dann, daß er nichts liebers, dann gemeine Eintracht begehre, genugsam angezeigt. Und möchten wohl leiden, daß auch die andern mit solchem Fleiß über der Eintracht, dadurch unsers Ermessens die Universität nicht wenig zuzunehmen, hielten, dann wie wir bericht, etliche unter ihnen, darob wir wenig Gefallens, durch Ambition neue Zwietracht und Zänke erwecken, auch anders, das zur Einigkeit gerathen möcht, verhindern sollen; darob sie dann, ohne Ruhm, unsere gnädige Sanftmuth mißbrauchen."

„Ferner wissen wir anders nicht, daß berürter Doctor Stanislaus, wie einem gottfürchtigen und christlichen Theologo geziemt, lebet und führet, und ist nichts daran, das die Mißgönner in Wittenberg anspracht, als sollt er leichtfertig von seinen Präceptoribus reden, und ein Stifter der Zwietracht darum seyn, daß er Magistrum Gnaphäum und andere beschutzen und vertreten thäte. Dann wir zum mehrem mal in seinen öffentlichen Lectionibus und Disputationibus gewesen und gehöret, daß er von der ganzen löblichen Wittenbergischen Universität, nichts minder den Ehrwürdigen Achtbaren und Hochgelarten unsern besondern Lieben, Herrn Martino Luthero und Johanni Bugenhagen, beiden der heiligen göttlichen Schrift Doctoren, desgleichen eurer Person, aufs aller ehrlichst und loblichst geredt; ist auch keiner öffentlichen Zwietracht Stifter, vielweniger Anfänger, es wäre dann, daß man ihn derhalben dafür achten wollte, welches dann, unserm Bedenken nach, unbillig, daß er ettlichen Zänkischen in allen Dingen nicht beifällt."

„Daß man auch Magistrum Gnaphäum, als einen Sacramentarium angiebt, geschieht unsers Erachtens unbillig, denn er sich desselben Argwohns, darin er gesteckt, entledigt hat. Erstlich, in Gegenwart stattlicher Männer, als nehmlich des Rectors, Doctor Brismanns Thumpredigers, Doctor Stanislai, Magistri Johann Dotschels Hofpredigers, und Magistri Johann Lohmüllers unsers Raths, darnach in der Kirche mit öffentlicher Gebrauchung des Abendmahls Christi, leztlich auch mit einem leiblichen Eide, welchs Notel wir euch hierin verschlossen überschicken, welchen Eid er dem Rectori in versammeltem Concilio der Universität, da ihm das Pädagogium befohlen, gethan hat, bekennet."

„Dieweil dann dem also, so ist unser gnädigs Sinnen, ihr wollet solchem Angeben nicht leichtlich, sondern diesem unserm Bericht, statt geben, Dann ihr befinden sollt, daß ihnen unrecht geschieht, und vielmehr solche Angeber, die dergleichen von hinnen schreiben, dardurch ehrlicher Leute gut Geruchт angegriffen und die Hoheit der Universität verlezt wird, nahmhaftig machen, auf daß man andern zur Scheu, zur Notdurft mit ihnen daraus zu reden."

„Daneben uns zu Gefallen und dem Handel zum Besten, samt Herrn Martino Luthero und Joachimo Camerario alhier an die ganze Universität in meliori forma, wie ihr dann wohl zu thun werdet wissen, schreiben, durch welchs alle Professores mit Ernst zu Eintracht und Gehorsam, für das erste, Uns, folgends der gebürlichen Obrigkeit zu leisten erinnert werden, Auch daß sie hinfort unsern gnädigen Willen (wie bisher geschehen) nicht mißbrauchen, sondern die hohen Wohlthaten, die ihnen widerfahren, erkennen; Zudem, daß sie etwas fleißiger disputiren, declamiren, auch nicht also leichtlich, über die Ordnung, Feyertage, der jungen Jugend zu Nachtheil, machen wollen."

Melanthon vermeidet in seiner Antwort alles Detail und sagt nur: es sey für ihn und die Doctores in Wittenberg keine Rede gekommen, die jemand beschwert hätte.

Der Herzog erwiederte darauf unter dem 23sten Mai: „dies hören wir gerne, allein euch mögen wir in sonderm gnädigem Vertrauen nicht bergen, daß große Uneinigkeit, Spaltung und Arrogantia unter den Lectoribus ist, auch sich sonsten allerlei zugetragen, dadurch der achtbar und hochgelarte, unser besonders geliebter getreuer Ehr Stanislaus Napagelanus, der heil. Schrift Doctor ꝛc. vermuthlich eine Ursach seiner Schwachheit anfänglich geschöpft und folgends aus Schickung Gottes und andere Zufälle darüber verstorben, welches tödlicher Abgang in Wahrheit uns nicht wenig bekümmerlich gewesen und noch."

„Sehen derhalben nicht für ungerathen an, daß ihr weitläuftig und unvermerkt, nach eurer hohen von Gott verliehenen Geschicklichkeit insgemein oder an etliche Lectores, da es euch gerathen deucht, schreiben und zur Einigkeit vermahnen thätet, ob dadurch die Arrogantia etwas gestillt und zuvorsichtige Freundlichkeit nicht allein den Auditoribus, sondern auch andern Leuten zu gutem Exempel gestift werden."

„Und da es durch euer persönlich Beiseyn geschehen möcht, wär uns um so viel lieber, hoffen auch vor unser beider Absterben uns noch einander zu sehen und von allerlei vertraulich zu unterreden."

recentes historias, et urbium situs et mores recenset, sed etiam significatio est perspicua pietatis erga patriam, ad quam defendendam et cives et peregrinos adhortatur. Vixit apud nos annos amplius septem ea integritate, ut omnibus honestis viris carissimus fuerit. Haec de eo his publicis literis testamur, eumque omnibus bonis viris commendamus, ad quos aditum ei nostro testimonio patefacimus. Nam postea sua quemque virtus efficacissime commendat. Nec dubitamus, bonos et prudentes viros, ubi ingenium eius plenum candoris inspexerint, et cognoverint eruditionem et industriam, nostrum iudicium de eo probaturos esse, et benevolentiam erga ipsum studiose declaraturos. Si patriae ea felicitas esset, ut bonorum civium virtus ei prodesse posset, et ipsa vicissim ornare suorum industriam: hic *Paulus* praeclare de patria mereretur, et ipse inter suos dignitate floreret. Nunc et reipublicae christianae causa Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi precamur, ut Pannoniae tranquillitatem restituat, et ipsi Paulo optamus, ut in republica dignum industria et virtute sua locum inveniat. Legimus veteres Paeonas ab Hercule in illis locis ad Istrum collocatos industria, beneficentia, fortitudine et intellectu aliarum virtutum et literarum antecelluisse; postea etiam in iisdem locis fulsit evangelii lux, et ecclesiae fuerunt vera doctrina et pietate florentes. Huius antiquitatis decora refert adhuc aliquorum Paeoniae gentis hominum virtus, in quibus cum hunc Paulum etiam numerandum esse iudicemus, singulari eum benevolentia semper dileximus. Datae Wittebergae anno a natali Christi 1545. die vicesima septima Aprilis, quo ante annos 3848*) Noha ex arca egressus restituit in terris ecclesiam; quo exemplo Deus testatus est, se servaturum suam ecclesiam etiam ruentibus mundi imperiis. Quare ut nunc quoque tegat ecclesiam suam in Pannonia toto pectore ipsum precamur.

No. 3183. 28. Apr.

A. Kegelio.

Ex apographo in cod. Paris D. L. 54³. et in Pezel. consil. I. p. 646 sq., qui epist. ad ann. 1545. refert.

*) In aliis epist. habetur annus 3846. Videtur is, qui apographon fecit numerum ex suo arbitrio mutasse, quod saepius factum est.

Egregia eruditione et virtute praedito, Magistro Andreae Kegelio, amico suo.

Tres quaestiones in historia tua continentur. An mulier propter celatum partum fuerit punienda, et an adhuc sit punienda, item, an inquisitio de morte infantis instituenda sit adversus matrem; item, quid de coniugio contracto[1]) iam[2]) sentiendum sit.

Ad primam respondeo. Optarim punitam esse mulierem ante desponsationem propter celatum partum; nunc poena tardior[3]) inter coniuges[4]) adferret offensiones maiores[5]). Et si est sanabile ingenium mulieris et nunc modeste vivit ac poenitentiae significationes ostendet, parci malim.

Ad secundam. Nolim inquisitionem fieri de morte infantis.

Ad tertiam. Etsi honestius fuerat[6]) differri desponsationem, de qua scribis, tamen postquam facta est, non rescindatur. Iam enim coniunctio horum, de quibus scribis, legitimum coniugium est[7]). Habes meum iudicium de tuis quaestionibus. Etsi autem disciplinam optarim severius regi, tamen in tanta confusione temporum quaedam errata, quae mutare non possumus, prudenter tegamus. Mihi hi versiculi saepe in mentem veniunt:

Curando quaedam fieri peiora videmus
Vulnera, quae melius non tetigisse fuit.

Bene vale. Die 28. Aprilis[8]).

No. 3184. 1. Maii. (Lipsiae.)

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 485 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 615.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Reddet tibi hanc epistolam Magister *Bartholomaeus Wagner* natus in urbe Prussiae

1) Cod. Paris. *compacto.*
2) *iam* Pez. non habet.
3) *tardior* abest a cod. Paris.
4) Cod. Paris. *coniugem.*
5) *maiores*] cod. Paris. *marito.*
6) Cod. Paris. *fuerit.*
7) *Iam enim — — est* Pez. non habet.
8) Cod. Paris. 26. Aprilis.

Regiomonte, honesto loco. Dedi autem ei consilium metuenti oculorum caliginem, ut ad vestros Medicos et *χειρουργοὺς* proficiscatur, et eorum utatur consilio. Modestus homo est inter ignotos timidior, quare te oro, ut eum Medico, Doctori *Magebuchio* commendes, aut etiam alicui oculorum Medico. Habet aliquid viatici, sed curabo mitti amplius si diutius apud vos erit.

Institui hic in mercatu sylvam tuae responsionis. Res utiles et pias admixtis[1]) affectibus idoneis tractare cupio. Nolo nos certare calumniis et conviciis cum impudentissimis[2]) Sycophantis. Heri legi decretum Academiae *Lovaniensis* plenum impietatis, quod et autoritate *Caroli* Imperatoris munitum est*). Crescit, ut vides, multiplex rabies; Ideo simus cautiores et modestiores. Deum oremus, ut nos gubernet. Bene vale. Cal. Maii. Lipsiae**).

Philippus Melanthon.

No. 3185. 2. Maii.

G. Scarabaeo.

† Ex autographo Melanth. in biblioth. *Μεγαλαρχόντος* Badens. mihi descripta a Clariss. *Moltero.*

Venerabili viro et egregia doctrina praedito D. Georgio Scarabaeo, docenti Evangelium in ecclesia Hannoverana, amico suo,

S. D. Quod tam verecunde ad me scribis, etsi in ea re modestia tua et morum civilitas apparet, tamen te rogo, mecum ut attica lege agas, *ἄνευ προοιμίων.* Certe illis immodicis laudibus, quas in me utraque manu congeris, non delector. Et essem arrogantissimus, si eas agnoscerem. Quare ita ad me, ut ad studiorum socium scribes. Reliqua pars epistolae de tua erga me benevolentiae deque studiis D. *Urbani* fuit mihi iucundissima. Apud nos novi nihil est, Dei beneficio. *Romae* dicitur papa denunciasse profectionem ad synodum, cum magno comitatu atque apparatu suscipiendam. Sed hanc ipsam denunciationem deinde post breve tempus revocavit. Quare aut differri initia synodi diu, aut nullam plane futuram esse arbitrantur. Hoc mihi significatum est ex Noriberga ab Hominibus dignissimis fide. Quare et D. *Urbano* significabis. Confessio et Apologia recudentur, sed me non solum occupationes impediunt, quo minus opus multo ante processerit, sed etiam certorum sycophantarum calumniae, qui meum iudicium in quibusdam materiis reprehendunt. Dicor nimium laudare bona opera. Utinam satis laudarem! Sed de hac re scribam alias ad te. Non satis, nos vexari ab hostibus foris; domi etiam habemus intestina dissidia, et dissidemus non civiliter, sed mirifica acerbitate animorum. Ego tamen, Deo dante, meam moderationem mordicus tenebo, nec sinam, eam mihi excuti. Et ad iudicia bonorum ac prudentum provoco, quo in munere et te pono, et in quodam scripto, ubi nominavi iudices, posui D. *Urbanum.* Si quid erro, libenter moneri me a bonis et prudentibus patiar. Sed quo delabor? Sic est; ubi dolet, ibi manum habeo. Methodum instituendi studii theologici rectius a Domino *Urbano* coram disces. Meum iudicium, qui loci, quo ordine distribuendi, qua in explicando diligentia utendum sit, exposui in libello locorum communium. Ad hos locos cogito referenda esse, quae legimus in sacris literis. Bene vale, et me ama. Postridie Calend. Maii.

Philippus Melanthon.

No. 3186. 6. Maii.

Senatui Norimberg.

Epistola Melanthon ad Senatum Norimbergensem, d. d. 6. Maii 1545., his verbis incipiens: „Ew. Weisheit bitt ich ganz fleissig rc." legitur in Tomo V. Collect. Hummelii, pag. 1. Est hic Tomus V. Collect. Hummel. haud dubie in Bibliotheca Regia Monacensi, sed non potuit inveniri. Cognovi autem epistolam ex indice epistolarum illius collectionis, a Veesenmeyero accepto.

No. 3187. 7. Maii.

W. Musculo.

Ex autographo in bibliotheca Bernensi edita in I. R. Sinneri catal. codd. mst. Biblioth. Bernensis, Tom. III. (Bernae 1772. 8.) p. 260. (Foerstemann.)

---

1) Spanh. mendose: *admixtas.*

2) Spanh. mendose: *imprudentissimis.*

*) Vid. de hoc decreto Sleidan. p. 459.

**) Alia manus adscripsit: anno 1545.

Clariss. Viro Eruditione et virtute praestanti Wolfgango Musculo, Episcopo Ecclesiae Augustanae, pio et fideli amico suo carissimo.

S. D. Deum eternum Patrem Domini Iesu Christi oro, ut servet hunc *Henzelium*[1]) civem vestrum, quem spero magno usui et ornamento patriae futurum esse. Meministi Psalmi: *Beatus vir, qui pharetram talibus telis instruxit. Felix civitas in qua homines ingeniis bonis praediti, et litteris ac virtute instructi et Deum timentes provehuntur ad gubernacula.* Talem autem esse iam *Henzelium* adfirmo, ac te rogo, ut eum amanter amplectaris, praesertim tum te quoque valde diligat. Ecclesiam in ripa Danubii a te pie constitutam esse gaudeo. Tigurinos doleo et immoderate respondisse, et miscuisse absurdam opinionem de Ethnicis[2]). Non est Ecclesia Dei in ea coetu, ubi prorsus nulla promissionis de Christo notitia est, nulla vox Evangelii, nullum ministerium. Miror cur cumulare odia velint. A te literas et flagito et exspecto. Dum. Geryonea[3]) amice salutabis meis verbis. Mitto vobis paucas pagellas, nihil enim habebam recentius. Bene et feliciter vale. 7. Maii.[4]) (1545.)

Philippus Melanthon.

No. 3188. 7. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 514 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 665.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camerario Pabergensi, amico suo cariss.

S. D. Tandem igitur certum est venisse Tridentum duos legatos Pontificios, et *Caroli* Imperatoris legatum, qui oratione in consessu nondum frequente habita, ostendit Imperatorem *Carolum* secuturum esse Synodi sententiam, eamque defensurum. Huius orationem et Regis *Ferdinandi* legatus subsecutus est. Etsi initia aliquid magni pollicentur, tamen nondum puto quicquam serio agere *τοὺς ἀρχιερέας*. Nec tamen animus meus prorsus cura liber est. Verum memini hanc vocem, nuper a te quoque mihi recitatam, Iacta curam tuam in Deum. Et ex tuis litteris, et ex amicorum narratione intelligo honestam et placidam fuisse catastrophen vestrarum contentionum, in qua hoc mihi videtur non contemnendum esse, quod Principis voluntas conspicitur, erga Academiam egregia.

De *Dassio* optimo viro faciam accurate quod petis, vellem eum Bavaricam illam conditionem a me ipsi delatam, non aspernatum esse. Nam ille noster *Ascanius*, etsi est vir bonus, tamen amicorum caussa non pugnat. Meministi autem illud Alcei, ut fertur, *ἀδμήτου λόγον, ὦ ἑταῖρε μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει. τῶν δειλῶν δ᾽ ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις.*

Petro et litteras tuas reddidi, et detuli *Egranae* scholae gubernationem, etsi optarim esse excitatiorem. *Boiemum*, de quo scribis, iudico bonum et doctum virum esse, sed ad disputationes scholasticas non arbitror assuefactum. Gravitas in eo est, *gentis*[1]) propria et pene tristior.

Cultros *Laterensi* mittendos delegi, ut in eo genere, optimos. Sed mittam per alium nuncium. Nunc enim scribere non vacat. Ocii nobis, ut vides, nihil concedunt tempora.

De *Fuchsio* valde probo consilium vestrum. *οἶσθα δὲ χολὴν τοῦ νῦν ἀριστεύοντος ἐν ἰατροῖς ὑμετέροις*[2]). Eius metu timidius probo sententiam eorum, qui Fuchsium acrem virum accersunt. Sed tibi uterque notior est, quam mihi. De litteris *Fuchsii* affirmo bona fide, me nunc ab eo ex his nundinis nihil litterarum accepisse, ac suspicor illas de quibus scribit, interceptas esse ab illo ipso audacissimo homine, de quo locuti sumus, cum istic essem. Bene vale, VIII. Idus Maii.

Philip. Melanth.

---

1) *Henzelium* i. e. Ioh. Bapt. *Henzel.* Vid. epist. d. d. 5. Septbr. 1555. (Foerstemann.)

2) Vid. supra epp. d. 24. Apr. scriptas.

3) *Geryonca* i. e. Gereon *Seyler*, Dr. med. Augustae Vindel. Vid. Lutheri epist. (ed. de Wett.) T. IV. p. 612, 613. 641. (Foerstemann.)

4) Diem et mensem non habet Sinnerus p. 261., quanquam ipse p. 260. scribit: „*data* 7. *Maii* 1545. — Melanchton, dum hanc scribebat Epistolam, degebat Wittenbergae, anno nempe 1545. *quamvis non subscripserit nisi diem et mensem.*" — Foerstemann.).

1) Bohemiae.

2) Auerbachii. C. W

No. 3189. 14. Maii.

G. Buchholzer.

Manlii farrag. 409 sq.

Georgio Buchholtzero, praeposito Ecclesiae Ursinae,

S. D. Hodie spero allaturum mihi nuncium, quem misi *Torgam*, literas de negocio adfinis tui: certe illustrissimus Princeps clementer respondit. sed in tantis occupationibus scribae tardius mittunt literas. Mihi tamen rem curae esse scito. De synodo *Tridentina* fortassis audistis. Misit Romanus Pontifex aliquot Episcopos Tridentum, qui usitatis ceremoniis Synodum inchoarunt. Adfuerunt ibi et adhuc adsunt legati Imperatoris et Regis *Ferdinandi*, qui publicis orationibus ostenderunt, suos dominos agnoscere hanc synodum tanquam legitime congregatam: et promiserunt defensionem. Haec sunt initia: Reliquam historiam postea audiemus.

De plagiariis, qui ex carcere effugerunt *), nihil habeo quod scribam. Sed oro Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, autorem politici ordinis in societati humani generis, ut Germaniae det pacem: ac politias, quae sunt hospitia Ecclesiae Dei, custodiat. Bene vale: Die, quo filius Dei triumphans, spectante Ecclesia ascendit in coelum: ac ostendit, qualem gloriam aeternam Ecclesia habitura esset. Hac nos spe consolemur. Bene vale. Anno 45.

Philippus Melanthon.

No. 3190. 22. Maii.

Eidem.

Manlii farrag. p. 247 sq.

Venerabili viro, eximia eruditione et pietate praedito, domino Georgio Buchholtzer, praeposito Ecclesiae Berlinensis, amico suo,

S. D. Fui his diebus *Torgae* in aula, ubi diligenter inquisivi de negocio adfinis tui. Narrarunt igitur mihi, scriptum esse ad praefectum, et exemplum epistolae Principis protulerunt, quod iussi tibi describi. sed non sciebant, an literae Principis pervenerint ad praefectum. Quare me iusserunt exemplum ad praefectum mittere: qui si non accepit literas Principis, ut est nunciorum magna negligentia, polliciti sunt se rursus petituros a Principe obsignationem. Cras igitur mittam nuncium praefectum *Sliebensem*. Res mihi curae erit, ut perficiatur, Deo iuvante. Nam mihi probabilis causa videtur, leniendae severitatis in hac re. Consulendum est animarum saluti, quod scio etiam Principem libenter facere. Reverendus D. Doctor *Martinus* iussit amanter tibi salutem optare suo nomine. Bene vale. Die 22. Maii. Anno 45.

*) Loquitur de Alchemistis, qui Marchionem Electorem deceperant et aufugerant, inter quos etiam frater Francisci Burchhardi Vicecancellarii. Vid. ep. Lutheri ad Amsdorfium d. d. 2 Maii h. a. (de Wett. V. p. 734.).

No. 3191. (fere d. 22. Maii.)

I. Menio.

† Ex autographo Melanth. mihi misso a Clariss. *Mayerhoff*, Berolinensi.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti D. Iusto Menio Pastori Ecclesiae Isennacensis amico suo carissimo

S. D. Cum primum ex aula domum reversus essem, multaque dura meo tristi cum corde putarem, ut versu poetae veteris utar, in rebus maioribus quam erat bellum Punicum, accepi literas tuas dulcissimas, pro quibus missis gratias tibi ago. Acquievi enim aliquantulum legens consolationem tuam. Humanis praesidiis nudari nos passim video. Sed hac me voce dei aeterni sustento, qui inquit: Ego etiam senescentem Ecclesiam gestabo. Vidimus multo ante *Lovaniensem* decretum, et optarim opponi aliquam brevem et graviter scriptam Responsionem *). Adornarem ipse aliquid, sed me multa impediunt, quae non libet recensere. Donec possum, moderate has nostras literulas tradam adolescentibus, et de doctrina disseram studiose, et assiduis votis commendabo deo salutem Ecclesiae, petamque ut labores nostri sint foelices et salutares. Quid aliud facere possim in tanta distractione omnium ordi-

*) Vid. ep. ad Menium d. 9. Sept. 1545.

num atque hominum non video, Nec velim augere et inflammare dissidia. Ex Pannonia hodie literas accepi, homines Pannonios, qui populationes Turcicas armis foeliciter prohibuerunt, a Regis *Ferdinandi* praefectis ad supplicium Turcis deditos esse, tanquam induciarum violatores. Ita miseri propter virtutem a suis proditi sunt. O Iesu Christe fili dei vivi crucifixe pro nobis et resuscitate, serva Ecclesiae tuae reliquias. Filium tuum*) diligo vere ut meum, et vellem eum sepius mihi exhibere scripta. Bene vale.

Philippus Melanthon.

No. 3192. (h. t.)

Io. Stigelio.

Epp. ad Stigel. ed. a Danz. ep. XV., cod. Goth. 188. ep. 78.

Clarissimo viro, D. Ioanni Stigelio, poetae, et a Musis ipsis, et a Carolo, Laureato, amico suo charissimo, S. D.

Aliquanto ineptius est inter se colaphis certare homines natu grandes, et quidem in Bibliotheca, quam senes in Comoediis convivia agitare cum bellissimis mulierculis. Ego, quis sit ille *Nicolaus*, de quo scribis, prorsus ignoro. Doleo *Simonem*, hominem probum, contumelia affici. Sed nec audivi *Nicolaum*, nec audiam. Ero potius obiurgator, et studebo rem totam obruere silentio. Hodie quaeso, ut mecum coenare velis. Nam nuntius Gothanus, quem tu vocasti, mihi promisit. Bibit ut Macedo duas χόας. Et *Ioachimus Camerarius* mihi misit Poemata, Graeca et Latina, quibus additum est tuum carmen ad *Philippum Camerarium*. Quaeso, ut ad meam coenam venias, quam scis esse Philosophicam, nec tamen ingratam Poetis, siquidem et Poeticum est, bonis sermonibus et vino suavi delectari. Bene vale, *Μουσῶν καὶ Χαρίτων μύστα.*

Philippus Melanthon.

No. 3193. (h. t.)

Auditoribus.

Scripta publ. Witteb. I. 125 b.

(Auditoribus.)

Propter Scholasticos, qui priores libros Ethicorum non audiverunt, decrevi sexto libro relicto redire ad primum. Nec dubium est, priores libros, qui de fine bonorum, et de causis, et de distributione virtutum disserunt, utiliores esse. Eruditi vident, hoc genus doctrinae magnum usum habere in multis artibus. Theologicas, forenses et Oratorias materias maiore dexteritate et perspicuitate tractabunt, qui haec elementa recte et ordine didicerunt. Et haec ipsa cultura acuit iudicia, et de multis magnis rebus in vita Studiosos commonefacit. Utile est autem ipsos fontes *Aristotelis* nosse. Ideo Studiosi emant exemplaria libri *Ethicorum* et adiungant enarrationem recens editam, qua collata ad textum lectores et sententiam Aristotelis facilius percipient, et de plerisque materiis dexterius iudicabunt. (An. 1545.)

No. 3194. 1. Iun.

Georgio Anhaltino.

Epistola nuncupatoria a Melanthone Vito Theodoro Norinbergensi praescripta, ut intelligitur ex ep. Melanthonis ad Vitum Theod. d. d. 5. Iunii h. a., ex qua etiam perspicitur, epistolam non d. 1. Iun., ut editum est, sed serius scriptam esse. Praemissa est libello: „In Hoseam Prophetam Reverendi D. Martini Lutheri, Doctoris Theologiae enarratio, ab ipso et in publicis praelectionibus tradita et postea recognita, collecta per Vitum Theodorum Norinbergensem." 1545. — Recusus est libellus in opp. Lutheri latinis Witeberg. T. IV. p. 266 b., unde hic epistolam descripsimus.

Reverendissimo et illustrissimo Principi, Georgio, Coadiutori Mersburgensi etc. Principi in Anhalt et Ascania, Vitus Theodorus Noribergensis S. D.

In tanta vitae humanae confusione et tam variis imperiorum ruinis dubitant homines ignari verae doctrinae de deo, casune an divino aliquo consilio politiae seu regna constituta sint, Deinde an sit aliqua Ecclesia dei, hoc est, sitne aliqua pars generis humani deo placens et electa ad aeternam Dei consuetudinem? Nam si qua talis pars est, cur non habet domicilium aliquod certum, cur in omnibus regnis magnae sunt confusiones, cur illud imperium, quod sedes est Ecclesiae dei, non est stabile et perpetuum?

Posteris Abrahae divinitus promissa erat sedes, Ideo quam certae sunt vices diei et noctis,

---

*) Eusebium Menium. Vid. ep. d. 9. Spt. 1545.

quam certum est iter solis, tam certo existimabant decem tribus Israel, se in possessione patriae mansuras esse. Erat enim edita promissio, et certissimis testimoniis a Deo obsignata. Hae tamen ut Troiani, ut Heneti, ut Paeonii veteres et aliae innumerabiles gentes magna ex parte tunc deletae sunt, cum nondum venisset promissus Liberator, et reliquiis dissipatis coloni in earum possessionem ex aliis gentibus deducti sunt. Quae pars orbis terrarum fuit cultior Asia et Graecia? Haec diu praecipua domicilia fuerunt non solum literarum et civilis disciplinae, sed etiam Ecclesiarum. Nunc Asiam et Graeciam magna ex parte tenet gens peregrina et immanis Turcica, deletis et urbibus et Ecclesiis. Et impendent vastationes similes in reliqua Europa.

Haec excidia si quis ignarus doctrinae coelestis adspiciat, miretur, quid intersit inter Ecclesiam dei et inter caeteras gentes, ac secum ipse querat, cum ruinae similes sint omnium regnorum, sitne pars aliqua humani generis deo placens, et quae regatur et servetur divinitus, ac ubi sit, et quae sit? His cogitationibus multos nunc quoque exerceri credibile est, cum quasi fatali incendio multa vicina regna iam conflagrare videmus. Ne autem propter hanc excidiorum similitudinem homines existiment casu omnia ferri, ac nullam partem generis humani esse aeternam dei Ecclesiam, inde usque ab initio deus erudit auditores suos voce Prophetarum de discrimine regnorum et verae Ecclesiae. Patefecit se Deus illustribus testimoniis, et ostendit, quomodo agnosci et invocari velit. Testatur, se irasci peccato, et non solum comminationes tradidit, sed etiam quotidie tristissima exempla omnium hominum oculis proponit, bella, vastationes, neces, et calamitates infinitas. Rursus etiam edidit promissiones de colligenda et servanda Ecclesia perpetua. Delet igitur gentes et mutat imperia propter furores impiorum, qui emendari nolunt; et excerpit tamen in his ipsis eversionibus imperiorum Ecclesiam, quam sua manu tegit, et alias alibi collocat, et quae sit docet, nempe quo Evangelium vere amplectitur et recte sonat.

Nec vero fieri potest, quin ruinis regnorum quassatae Ecclesiae etiam duriter adfligantur, ut hic ipse Hoseas inquit: dolores parturientis venient ei. Quanto nunc in dolore et luctu multi sunt spectantes Graeciae servitutem! Fiunt angustiores et squalidiores Ecclesiae. Nec nos sine ingenti dolore dissidia Germanica spectamus, in quibus ad caetera mala et hoc accedit, ut, dum adversarii verae doctrinae multorum voluntates alienant, etiam minus ornari vera Ecclesia, et nervi disciplinae minus adstringi possunt, a paucioribus pia studia coluntur, multi ἐπιχαιρέκακοι licentiam infinitam concedunt impudentissimis sycophantis et scurris cumulandi blasphemias adversus Deum, Denique in omnibus dissensionibus civilibus semper concurrunt multi graves morbi. Vere igitur et Respub. et bonae mentes sustinent dolores similes parturientium. Quare ne frangamur desperatione propter regnorum ruinas et dissidiorum aerumnas, saepe repetit deus promissionem de servanda Ecclesia, ut apud Esaiam inquit: hoc foedus meum cum eis, dicit dominus, spiritus meus qui est in te, et verba mea quae posui in ore tuo, non recedent ab ore tuo, nec ab ore seminis tui, usque in sempiternum. Hac nos dulcissima consolatione sustentemus, et speremus, mansuram esse Ecclesiam dei non solum inter regnorum ruinas, sed etiamsi fractus illabatur orbis. Et hac spe literas et doctrinam a deo traditam tueamur ac propagemus, quae ipsa ubicunque recte sonat, ibi vere Ecclesiam dei esse sciamus, et veram invocationem et alia pia officia exerceamus. Et quanquam deerunt praesidia humana, tamen a Deo aeterno patre domini nostri Iesu Christi, qui se editis tot promissionibus patefecit, defensionem petamus et expectemus.

Ut autem de his maximis rebus, de discrimine imperiorum et Ecclesiae dei, de causis, cur Deus imperia et totas gentes deleat, de modo servandae Ecclesiae, de discrimine verae Ecclesiae et coetus pontificii, qui sibi propter regnum arrogat nomen Ecclesiae, de vera Dei invocatione, de veris cultibus, de ira dei et reconciliatione, de aeternis poenis et praemiis nos recte erudiamus, legi Prophetarum et Apostolorum scripta deus praecipit. Ac dulcissime dictum est in Psalmo: in Ecclesiis benedicite Domino, de fontibus Israel. Deducimur ad fontes Israel, id est, ad Prophetas et Apostolos, Ex his haurire iubemur veram de deo doctrinam, Ab his discendum est, quis sit vere deus, et quomodo invocandus sit, quae sit vera dei Ecclesia, et quomodo regatur et servetur. Amemus igitur hos fontes Israel, eisque fruamur, nec permittamus ignavi, ut obiectae ab impiis moles obstruant eos, aut iniectum coenum corrumpat eos, hoc est, perficiamus, ut extent

Prophetae incontaminati, nitidi, recte enarrati. Etsi autem Prophetae de rebus necessariis consentientem doctrinam proponunt, et legendi sunt omnes, tamen huic tempori Hoseas imaginem proponit valde congruentem. Utrumque enim pingit, regnorum interitum et Ecclesiastica dissidia, et causas commemorat, Interim tamen docet, et quae sit Ecclesia dei, et quomodo servanda sit, et qui sint veri cultus dei.

His praemonitionibus et consolationibus certe hoc tempore valde opus est, cum et vastationes magnae regnorum sunt in conspectu, et quaerendum sit, an illi sint Ecclesia dei, qui cum hunc titulum sibi arrogent, tamen Evangelium manifeste oppugnant, et palam stabiliunt idolorum cultus, et insuper addunt parricidia hominum innocentum, quos tantum propter verae doctrinae confessionem interficiunt. Hi audiant fulmen divinae vocis in huius prophetae concionibus: quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi, et quia oblita es legis dei tui, obliviscar filiorum tuorum et ego. Denunciatur poena omnium tristissima doctoribus, qui abiecta lege dei audacter suas quasdam opiniones de deo, et sua numina fingunt, ut finxerunt Thebani Bacchum, Attici Cererem, Delphi Phoebum, Phryges Cybelen, Aegyptii bovem Apin, denique nullus finis fuit aut est aut erit fingendi corruptelas verae invocationis dei, donec filius Dei palam se ostendet universo humano generi resuscitatis mortuis. Ut autem Deus voce et ministerio Hoseae tunc taxabat sacrificulorum furores, nec Hoseas iniuste faciebat, quod a gubernatoribus et ordinaria potestate, ut nunc loquuntur homines, dissentiebat, Ita hoc tempore cum voce Evangelii taxantur falsa numina et pravae invocationes, veram, iustam, et necessariam habemus causam dissentiendi ab iis, qui cum regnant in Ecclesia, tamen decreta sanguine scribunt, et saevitiam alienam ab Ecclesia exercent, ut errores et idola defendant. Cum igitur hunc prophetam legimus, cum ipsius nos exemplo, tum caeterorum prophetarum constantia consolemur, nec frangamur adversariorum arrogantia, qui vociferantur, sediciosos esse et faces discordiarum pios doctores, qui ministerii Evangelici autoritate taxant errores. Non agimus nostram causam, sed divinae vocis ministri sumus, seu, ut Baptista inquit, sumus vox clamitans in deserto, parate viam Domini. Credere deo et veritati homines, iustum est. Quare causa discordiae reprehendenda pertinacia est inimicorum Evangelii, et sine culpa sunt recte docentes.

Ut autem sermo Prophetae intelligi possit, et in tanta brevitate varietas rerum magis conspiciatur, edidi enarrationem Reverendi D. Martini *Lutheri*, Patris et praeceptoris mei, vera pietate colendi, primum in publica praelectione traditam, et à viris doctis, Casparo *Crucigero* et Georgio *Rorario*, ac a me collectam, quae postquam a me ordine scripta est, tota ab Autore ipso recognita est. Quare sciant lectores, hunc commentarium *γνήσιον* Reverendi D. Martini Lutheri opus esse, quod quidem non dubito eruditis et piis omnibus gratissimum fore. Multae sunt enim in hoc Propheta conciones breves et truncatae, multae figurae ac phrases prorsus alienae a latino et nostro sermone. Et loci multi sunt, qui res continent de invocatione Dei, de consolatione piorum non intellectas nisi peritis mentibus. Ideo opus est interprete erudito et dextro. Ac subinde accendit deus donum interpretationis in Ecclesia, ut rursus legi et intelligi prophetica et apostolica scripta possint. Cum autem res ipsa loquatur, dexteritatem eximiam esse D. *Lutheri* in enarrando, et luceat in eo donum interpretationis, quo multos articulos doctrinae Evangelii antea pene extinctos renovavit, et Prophetarum ac Apostolorum conciones nobis patefecit, diligenter eius enarrationes colligendas et ad posteritatem transmittendas esse statuo. Non contemnamus donum dei, nec existimemus homines arrogantes, qui hoc donum contemnunt, quamlibet ingeniosos, statim tales interpretes fore. Insulsitas est, attribuere potestatem interpretandi Pontificibus propter locum ac titulum, cum manifeste dicat Paulus: *ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ, μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι* etc. Donum dei est, quod Spiritus sanctus in piis mentibus, quae tamen studia colunt, accendit. Sed homines politici, ut si de legum humanarum interpretatione loquerentur, somniant, potestatem esse certo titulo alligatam, interpretari dicta coelestia, eamque prorsus sic exercent, ut in proverbio dicitur: clave ligna secant, securi autem fores aperiunt. Excerpunt dicta, et adfingunt interpretationes ad stabiliendas falsas opiniones: ita securim proferunt ad fores aperiendas. Deinde cum enarranda est pars aliqua doctrinae fidei, nihil dexterius explicant, quam si clave ligna findere conentur. Nec tantum Pontificum arrogantia taxetur, sed etiam caeteri stulti-

ciam suam agnoscant, qui contempta luce divinitus monstrata ex sese gignunt interpretationes, quales multorum sunt veterum et recentium interpretationes.

In hoc Propheta inter conciones omnium maxime memorabiles et haec est in capite undecimo, ubi deus et irasci se peccatis horribiliter ostendit, et tristes poenas minatur. Rursus autem hanc ingentem iram leniri immensa bonitate dicit, et promittit, se mitigaturum esse poenas. Hac consolatione cum nobis omnibus opus sit, verba huius loci familiarissime omnibus nota esse oportet. Mihi quidem saepe moesticiam vel ex privatis vel ex publicis miseriis ortam lenierunt. Num, inquit, delebo Ephraim, sicut delevi oppida Sodomis vicina? Non faciam, inquit, furorem irae meae, quia deus ego sum et non homo, In medio tui sanctus. Non intrabo civitatem. Priora membra sic satis perspicua sunt, cum verba recte redduntur, etsi latinus interpres ne hoc quidem praestitit. Sed de postremo membro: non intrabo civitatem, quid dicet ille interpres, qui non adfert ad enarrandum mentem piam, versatam in lectione prophetica, excitatam dono coelesti, ut Prophetarum sensus familiarius notos habeat, sed propter Episcopi titulum se putat adflatum esse numine, aut si est privatus, licentiam se putat ludendi, ut Grammatici ludunt allegoriis Homericis. Lector rudis videt haec sine interprete erudito non intelligi. Si igitur enarrationes conferet, agnoscet dexterrimam esse eam, quae in hoc commentario traditur, videlicet Deum servaturum esse gentis reliquias; sed tamen deleta regia civitate, id est, sublato regno, dissipata et in servitutem redacta plebe, ut nunc sub Turcis et aliis tyrannis sunt Ecclesiae oppressae tristi servitute. Iam cum verba enarrata sint, totam sententiam animo repete, et cogita quam multas et magnas res contineat. Et, si veteribus aut domesticis exemplis non moveris, Pannoniam vicinam intuere. Vere irascitur Deus et meis et tuis et omnium peccatis, ac deliberat, an nos funditus deleturus sit, ut merentur nostra peccata. Hic clamat Ecclesia: Domine, ne in furore tuo arguas nos. Item: in ira tua misericordiae tuae recorderis. Ne igitur in terris noticia Dei prorsus extinguatur, vincit misericordia, recipiuntur reliquiae et mitigantur poenae. Sed interim urbes evertuntur, flos civium interficitur, disciplina, studia literarum, iudicia et multa ornamenta civilia abolentur. Ita nos singuli in calamitatibus nostris agnoscamus iram dei, et mitigationem petamus, quae cum fiet, tamen haerebunt aliquae poenae tanquam monitrices, ne obliviscamur lapsum nostrorum et bonitatis divinae. Sensit Adam mitigatam esse poenam, cum receptus est, nec mox oppressus aeterna morte, sed quanto in luctu fuit propter amissa priora decora et propter calamitates, quae secutae sunt plurimae, cum in posteris contemptum dei, parricidia et alios furores cerneret?

Haec de memorabili dicto huius Prophetae eo recitavi, ut rudiores sciant, et opus esse commentario ad illustranda obscura et brevia dicta, et lucubrationes eorum, in quibus donum interpretationis lucet, ament et ad posteros transmitti curent. Hi thesauri magis prosunt Ecclesiae dei, quam aurea, argentea et gemmata vasa. Atque utinam veteres Episcopi delectum habuissent enarrationum et erudita scripta posteritati servari curassent, sicut multi politici gubernatores legibus latis servarunt meliora scripta, Solon et Pisistratus Homerum, Lycurgus Atticus orator Sophoclem et Euripidem, deinde alii alia.

Quare hanc ad te praefationem, Reverendissime Domine, scripsi, ut, cum nunc Ecclesiam gubernes, et studia literarum ames, sis hortator principibus viris, ut studia foveant, et bonis libris posteritatem instrui curent, ac diligenter caveant, ne futilia, falsa et contraria scripta Pastores legant. Ea res omnibus aetatibus dissipationes Ecclesiarum peperit. Amplectantur autores, quorum probata est fides, et qui res necessarias vere et plane uno spiritu et una voce tradunt, et eosdem saepe multumque legant. Verissimum est enim vetus illud dictum, infingendum animis omnium studiosorum, quod Epicteto tribuunt: *εἰδέναι χρὴ ὅτι οὐ ῥάδιον δόγμα παραγενέσθαι ἀνθρώπῳ, εἰ μὴ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τὰ αὐτὰ καὶ λέγη τις καὶ ἀκούη καὶ ἅμα χρῶτο πρὸς τὸν βίον.* Scio autem, te quoque in lectione talium Enarrationum in primis acquiescere, et hac meditatione invocationem dei accendere, Eamque ob causam mihi hortator fuit *Georgius Heltus* Forchemius et edendi hanc lucubrationem et ad te mittendi. Fruaris igitur hoc munere, et lectioni pias preces misceto. Sicut hic ipse Propheta orat, ut inter tantas imperiorum ruinas et hominum furores, Ecclesiae Dei, ministerium Evangelii, li-

terae et disciplina serventur. Bene vale. Calendis Iunii, Anno M.D.XLV.

No. 3195. 1. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 515 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 666.).

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico suo carissimo,

S. D. Hortator fui huic adolescenti nato non procul a mea patria, ut febris depellendae caussae expatiaretur. Et animi oblectationem profuturam ei ad valetudinem iudicabam, Nec vero oblectationem maiorem ullam scio, quam audire eruditorum sermones. Iussi igitur, ut Academiam vestram videret, et te audiret. Facio quod solent vulgo aegroti, remedia quibus se quisque iuvari sentit, putat aliis etiam profutura, quanquam dissimiles sint caussae morborum, et genera alia. Sed sive ineptus sum, sive consilium meum proderit, te rogo, ut *Sciuro* mandes, ut hospitium adolescenti alicubi monstret. Conspectu tuo et oratione excitatus convalescet. Utinam mihi, nunc praesertim, liceret eodem uti remedio. Sed me fatalis aliqua *ἀνάγκη*, quam toties reprehendo, tanquam Promethea ad Caucasum alligavit. Et tamen hunc solvit Iupiter.

Heri respondi *Italis**) de Theologica quaestione, quam *Vitus* misit proxima hyeme. Multum est Platonicarum *θεωριῶν* in Italica Theologia. Nec parvi negocii est, traducere mentes ab illa *κομπολογία* ad res veras et simplicem explicationem. Sed haec alias. Adolescens de quo scribo, orbatus utroque parente, nunc alitur a *Gemmingensi* Equite, quem nosti. Ingenio bono est et litteris bene excultus. Bene vale. Cal. Iunii.

Philippus Melanth.

No. 3196. 1. Iun. (h. a. ut videtur.)

L. a Klitzing.

Ex mst. Iuterboc. transscripta in cod. Goth. 188. ep. 49., olim iam edita in Unsch. Nachr. 1712. p. 1084.

*) Periit haec epistola. Lutheri responsum d. d. 12. Nov. 1544. vid. apud de Wett. T. V. p. 696.

Dem EhrenVesten und Gestrengen Liebhold von Klitzing, Häuptmann zu Juterbock und Dahma, Fürstlichen Rath. Meinem gunstigen Herrn.

Gottes Gnade, durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heyland, und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Ehrenvester, gestrenger Hr. Hauptmann, Euer Ehrenv. alß ein Erfahrner und Verständiger in der Regierung, siehet, wie leider wenig sind, die große Sorge tragen, daß reine Christliche Lehre zu Gottes Ehre, zu Seligkeit der Menschen, zu guter Zucht und zum Frieden, gepflanzet und erhalten werde. Nun hat E. Ehrenv. in diesem hohen und nöthigen Werke mehr Fleiß, denn viel andere gethan, hat auch vielen Christlichen Praedicanten Hülffe und gutes erzeiget, welches ohne Zweiffel Gott gefällig, so ist sonderlich in diesen Zerstreuungen nützlich, daß man dennoch etliche Persohnen und Kirchen zusammen hält, damit nicht größer Spaltungen einreißen und in Summa dieses alte Sprichwort ist eine Göttliche, hohe, nützliche Lehre: Bonum est congregativum sui, daß alle gute Herzen gern helfen fromme Leute zusammen zu halten. Darum E. Ehrenv. löblich und Christlich thut, daß sie gerne um Erhaltung eines Christlichen Häuffleins arbeitet. Nun habe ich von dem Ehrwürdigen Herrn D. *Iustus Ionas*, Superattendenten zu Halla vernommen, daß sich E. Ehrenv. sehr günstiglich gegen ihn erboten. Und wiewohl ich nicht zweiffele, E. Ehrenv. sey ihm geneigt, gute Förderung zu thun, ohne meine Vorbitte, so bitte ich dennoch neben ihm, E. Ehrenv. wolle ihr diesen alten ehrlichen Mann und Christlichen Praedicanten günstiglich laßen befohlen seyn, denn er warlich viel nützlicher Arbeit in Pflanzung Christlicher Lehre gethan, und ist Christlich und den Kirchen nützlich, daß man diese alte, ehrliche, verständige, erfahrene Männer zusammen halte. Denn zu besorgen, es werden andere junge, freche Leute hernach Zerrüttung anrichten, besonders so die hohen Regenten nicht Fleiß thun werden, Christliche Praedicanten zusammen zu halten. Gott wolle gnädiglich ihm [sich] eine Kirche in diesen Landen erhalten, und E. Ehrenv. bewahren.

Wittenberg 1. Junii.

Ew. Ehren-vesten williger

Philippus Melanthon.

No. 3197. 5. Iun.

V. Theodoro.

Epistol. lib. VI. p. 486 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 616.

D. Vito Theodoro docenti Evangel. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Audio adversarium tuum Parthorum more tecum praeliatum esse, dicitur emisso telo fugisse. Nos tamen fugientem sequemur, nec tarditate offendaris. *κιχάνει γὰρ καὶ βραδὺς ὠκὺν.* Nunc Praefationem in Hoseam adornamus, in quo edendo egregiam te operam navasse iudicamus omnes. Et mihi curae erit, ut Praefatio aliquid sensuum *καὶ ἠθῶν* habeat. Deinde stylum rursus in illum fugitivum Bavarum stringemus. *Osiandri* luctu, (nam et filiam ei mortuam esse audiebamus) *Lutherum* et caeteros profecto in animo adfici vidi. Ideo ei subito scripsimus, et optarim vobis omnibus leniri domesticos dolores, cum † ipsum" ministerium Evangelicum satis curarum et agonum per sese adferat.

Utinam ad liberandum *Hieronymum* prosit, quod Eques Francicus a vestris captus est, ac si quid putatis apud *Macedonem* rursus agendum, significa. Non accepi volumen caelestis doctrinae typis vestris excusum, quod misisse te mihi narras, quare si cui tradidisti, admoneas ut exhibeat nobis. Ingrati est dissimulare munus acceptum. Hoc igitur scripsi, ne me ingratitudine tacere putares. Bene vale. Nonis Iunii *).

Philippus Melanthon.

*) Alia manus adscripsit: anno 1545.

No. 3198. 7. Iun.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 376 sq.

Marco Crodelio (gubernanti schol. Torgens.)

S. D. Charissime D. *Marce.* Etsi pium est, in conferendis stipendiis, pauperum rationem haberi, tamen et deligenda sunt ingenia. Ideo fortassis Senatui vestro indicabitur in aula, ut *Piscatori* adolescenti dent successorem. Oro igitur te, ut hunc tuum discipulum *Nathanaëlem*, si idoneum iudicabis, Senatui commendes. Tibi notior est, quam mihi. Sed audivi loquentem, et vidi eius scripta, ac probo orationem, certe longe antecellit ingenio et eruditione Piscatori illi, cui stipendium hoc semestre datum est. Bene et feliciter vale. Die 7. Iunii. 1545.

Philippus Melanthon.

No. 3199. 8. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 518 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 668.).

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Paberg. amico suo cariss. καὶ ἀδελφῷ γνησίῳ.

S. D. Etsi is quem tamdiu infestum habes *) *καὶ μισοῦντά σε δωρεάν,* illis ipsis rupibus in quibus natus est, durior est, tamen eum aliquanto post, non modo vis fati, sed etiam Deus Iudex franget. Tu interea, ut David sapienter vitabat Saulis furores, caveas, ne sorbere sanguinem tuum possit. Et dulcissima consuetudine coniugis honestissime ac liberorum, et suavitate doctrinae lenias tuos dolores. Ac nunc quidem gratias ago Deo aeterno patri domini nostri Iesu Christi, quod te et in itinere texit, et reduxit incolumem, et servavit familiam, eumque oro toto pectore, ut nos omnes regat, et has Ecclesias, in quibus cum sint doctrinae domicilia, se quoque commoraturum esse, confirmavit, tueatur.

Decrevi ad te in feriis proximis excurrere. Nam operas aulicas, quas ante iter tuum institueram, absolvi. Scriptum curabo ut habeas.

Nunc mitto Psalmos aliquot a *Flaminio* latinis versibus molliusculis redditos, quos si probabis, dabis Typographo.

Existimo te in hoc itinere intuentem neglectionem Ecclesiarum et doctrinae, non minorem ex publicis malis dolorem, quam ex privatis cepisse. Principes occupati privatis affectibus mederi Ecclesiae non student: nos oremus, ut confirmet Deus quod operatus est in nobis propter templum sanctum suum. Sermonibus de colloquio Theologorum non valde moveor, quia nec

*) Episcop. Bamberg.

quaeritur veritas illis fucosis actionibus, nec consulitur paci. Bene et feliciter vale. Die Solsticii.

Phil. Melanth.

No. 3200. 15. Iun.

N. N.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3]. — Est epistola a Melanthone praescripta discipulo.

Reverendo viro N. N.

Reverendissime Domine et patrue carissime. Toto pectore tibi gratias ago pro tua paterna erga me pietate, et annitor omni studio, ut mea diligentia in discendo et aliis honestis officiis tuae voluntati respondeat, ac, Deo dante, perficiam, ut non fallam expectationem de me tuam.

Multa hic nova feruntur. Certum est Turcicos latrones, qui sunt Budae, populatos esse Styriam, et multos captivos abductos et 2000 Equitum trucidata esse. *Sadoletus* Cardinalis duo oppida et aliquot pagos non procul ab Avinione iuravit (?) *) incendi et trucidari puberes et impuberes propterea quod Ecclesiae in ea regione constitutae fuerant ad formam Bernensis Ecclesiae, quae dicitur sentire cum nostris Ecclesiis. Praefecti Turcici concedunt in Ungaria populo, ut vocent Pastores Ecclesiarum suo iudicio, et multi vocantur, qui pure docent Evangelium. Ac praefecti securitatem ipsis promittunt. In urbe *Corona* docti viri etiam typographicam officinam instruxerunt, et nunc excudunt graece scriptum Catechismum, ut puram Evangelii doctrinam in vicinas gentes, quae graeca lingua utuntur, propagare possint. Bene vale. Die Viti 1545.

Praescr. Philippo.

No. 3201. 24. Iun.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Magistro Mattheo Collino in Academia Pragensi.

S. D. Clarissime *Colline.* Hanc epistolam scripsi die Baptistae, collegae nostri, qui instauravit Evangelii lucem, cum filius Dei se palam terris ac generi humano ostenderet. Cogitabam igitur pericula nostri ordinis, illos summos viros mente intuens, ac me fama de discessu *Caroli* quinti Imperatoris ex conventu, qui fuit in urbe Vangionum, ut haec attentius cogitarem, moverat. Postulavit Carolus imperator, ut nostri promitterent, se permissuros cognitionem Synodo Tridentinae, ac ostendit, se curaturum, ut res iudicarentur per homines delectos, non per Romanum Pontificem. Nostri his promissis non ausi sunt fidere. Discessit igitur Imp. Carolus, et conventus καταστροφὴν habet, ut audio, incertam. Sed Deum oremus, ut Ecclesiam sibi colligat, servet et regat.

Hunc *Iohannem* tibi commendo. Comperi enim bono ingenio praeditum esse, et feliciter didicisse eum res honestas. Ipse statim intelliges, quare eum complectere. Foveamus nostrum gregem, hoc est homines bonis ingeniis praeditos et excultos literis ac circumferentes doctrinam filii Dei ac celebrantes, ut Baptista celebrabat, nec frangamur animis, etiamsi pericula proponantur. Servabit enim Deus Ecclesiam suam. Bene et feliciter vale. 1545.

No. 3202. 24. Iun.

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 190. (edit. Lond. lib. II. ep. 180.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime Princeps, Scio C. V. suo gravissimo iudicio favere laboribus edentium bona scripta. Ideo brevius scribendum esse censui. Nullus autem Propheta tam obscuris et praeposteris enarrationibus contaminatus fuit ante haec tempora, ut Hoseas. Quare merito gratulandum est Ecclesiae Dei, quod nunc Dei beneficio, erudita et sincera interpretatio editur. Hanc collegit *Vitus Noribergensis* magno labore, et Celsitudini Vestrae dedicari voluit *), fuitque ei hortator vir

---

*) *iuravit?* Fortasse: *iussit.*

*) „In Hoseam prophetam D. Martini Lutheri enarratio ab ipso in publicis lectionibus tradita et postea recognita, col-

optimus Magister *Georgius Heltus.* Exhibet igitur vobis hic honestus et doctus vir Magister *Hieronymus Noribergensis* eam lucubrationem, quam quidem D. *Lutherus* diligenter recognovit, et aliquot locis de novo scriptis auxit. Etsi autem scio iam Celsitudinem Vestram magnis sumptibus onerari: tamen oro ut Celsitudo Vestra alat studium tam utile colligentis eruditissima scripta. Debebant summi Reges et Principes liberalitatem suam in his laboribus iuvandis declarare. Sed pauci voluntatem Dei curant, ut *Origenem* nemo Regum, sed civis locuples *Ambrosius* iuvabat. Vobis autem haec studia iuvantibus reddet Deus praemia, idque piis votis petemus a Deo. Qui talia scribunt negligunt rem familiarem, et faciunt sumptus, ac memini iudicium Celsitudinis Vestrae, quae viginta Ioachimicis antea similem lucubrationem dignam duxit. Oro etiam ut mea causa, munificentiam suam simili benignitate nunc erga *Vitum* C. V. declaret. Bene valeat C. V. Dei Iohannis Baptistae, Collegae nostri.

No. 3203. 24. Iun.

G. Mohro.

Edita ex cod. Bav. I. p. 446. in Schlegelii vita Langeri p. 222. et in Danzii epistolis ad Medler. ep. 47. Apographa contulimus in cod. Goth. 148. fin., ubi ex autographo descripta est, cod. Goth. 168 p. 194., cod. Guelph. in fol. no. 11. 10. p. 223b., cod. Palat. 435. p. 22. et cod. Monac. 88. no. IV. p. 305. — Sequuti sumus cod. Bav. et cod. Goth. 148., quorum scriptores erunt exemplum epistolae quod Melanthon describi curavit et Medlero misit, ut videmus ex epist. d. 2. Iul. Auctor vero cod. Goth. 148. notavit, exemplo quod descripsit, manu Melanthonis inscripta fuisse haec verba: „*Epistola Academiae ad Georgium Morum exhibenda Doctori Nicolao Medlero.*" — Quid rei fuerit, intelligitur ex hac, et ex epistolis d. 1. Iul., d. 2. Iulii et d. 2. Aug. scriptis. Coll. ep. Lutheri ad Amsdorfium d. 16. Nov. h. a. (de Wette V. p. 768.)

Venerabili viro, Eruditione et virtute praestanti, Dom. Georgio Mohr, docenti Evang. in Ecclesia Naoburgensi, amico nostro[1]),

S. D. Cum Epistola tua in Consessu nostro legeretur, magno cum dolore tot senum gravissimorum virorum et aliorum omnium audita est. Vere enim dolemus, passim in teneris Ecclesiis non necessarias discordias oriri, quae non solum populi voluntates distrahunt et ab Evangelio alienant, sed etiam ipsam lucem Evangelii, immensa Dei bonitate redditam nobis, paulatim extinguent[2]), ut antea saepe accidit. His tantis periculis moveri nos et alios, qui aliquam gubernationis partem sustinent, iustissimum est. Deinde tu nobis[3]) reprehendendus videbaris, cum[4]) nondum scias, an hic secus de te locutus sit Doctor *Nicolaus Medlerus*, ac petis a nobis, ut eius sermonem[5]) significemus, tamen, quasi responsum sit, magna cum acerbitate[6]) insectaris. Itaque valde mirati sumus, te tantum ex tuis suspicionibus Collegam tuum condemnare. Ut autem scias, non fuisse causam, cur apud nos tanta orationis violentia adversus eum uterēris, vere tibi significamus, Doctorem Nicolaum *Medlerum* hic non solum nihil contra te dixisse, sed etiam amanter de te locutum esse. Id affirmant reverendi Viri, D. Doctor Martinus *Lutherus*, D. Doctor Iohannes *Bugenhagius*, Pomeranus, Pastor Ecclesiae nostrae, et caeteri, cum quibus nos quidem familiarissime loqui *Medlerum* arbitramur, Doctor Caspar *Cruciger*, et Magister *Georgius Rorarius.* Cum igitur tua oratio tota ex inani suspicione nata sit, apud nos, qui et tibi et *Medlero* bene volumus, causam moderatius agere debebas. Cum autem fontes discordiae nesciamus, et cognitionem integram reverendissimo D. Episcopo Naoburgensi relinquendam esse censeamus, plura de re[7]) dicere nolumus[8]). Utrique vero, tibi et *Medlero*, hortatores sumus et erimus, ut, propter Deum et Ecclesiae salutem, ex animis vestris suspiciones omnes et simultates eiiciatis, iniurias, si quae inciderunt, obliviscamini, et restituta inter vos concordia, eandem Evangelii doctrinam una voce et uno Spiritu sancto sonetis, et universam ecclesiam coniungere, non in factiones distrahere studeatis. Qua in re primum haec voluntatis inductio neces-

---

lecta per Vitum Theodorum Noribergensem." — Witteb. 1545. 8. Vid. Walch. in opp. Luth. T. VI. p. 17.

1) Hanc inscript. servavit cod. Mon. et Palat. Reliqui: Georgio Mohro, ministro Eccl. Naumb.

2) Cod. Guelph. et Palat. *extinguunt.*

3) Cod. Goth. 168. *nihil* pro *nobis*; cod. Guelph., cod. Palat. et cod. Mon. *nobis nonnihil.*

4) Cod. Mon. *qui cum.*

5) Cod. Goth. 168. et cod. Pal. addunt: *tibi.*

6) Cod. Guelph., cod. Palat. et cod. Mon. *orationis acerbitate.*

7) *re*, recte cod. Bav., cod. Pal. et cod. Goth. 148. Neque video quomodo Schleg. et Danz. *ea* pro *re* edere potuerint. Cod. Mon. *de ea.*

8) Cod. Mon. et Pal. *noluimus.*

saria est, ut communi tranquillitati servire velitis. Quod si facere decreveritis, ut debetis, ars etiam adhibenda est, ne occasiones rixarum captetis, sed quadam aequitate alter alterius dicta et facta boni consulat [9]). Nam si vel calumniose, vel summo iure de singulis dictis aut factis contendere coeperitis, quotidie novi inter vos tumultus exorirentur [10]). Quare vos propter Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, et propter Ecclesiae et vestram salutem oramus, ut et silentio dissidium vestrum obruatis, et deinceps tueri concordiam moderatione animorum studeatis. Fortassis aliquae pugnaces naturae gloriosum sibi ducunt, semper bella ciere; at sapientissimorum hominum doctrina in reipublicae gubernatione semper fuit hortatrix, ut cives omnes ament et alant [11]) omni officio concordiam. Qua de re plurima [12]) recitari ex omni antiquitate possent. Sed nos vocem Filii Dei audiamus, qui ante agonem suum et Apostolis ipsis praecepit concordiae studium, et a Patre aeterno petivit, ut mentes docentium mutua benevolentia et aeterno foedere copulet, Pater, inquiens, serva eos, ut sint unum, sicut nos unum sumus. Moveamur et praecepto divino toties repetito, et precatione effusa ex ardentissimo pectore filii Dei. Nec aut [13]) aemulatione, aut [14]) cupiditate vindictae impelli nos ad turbandam communem tranquillitatem sinamus, imo etiam iustum dolorem vincamus, et obliti iniuriarum pacem publicam tueamur. Quod ut vos faciatis, vos quoque exempla cum veterum, Iacobi, Davidis, et aliorum multorum optimorum virorum, tum vero huius aetatis multa hortentur. Quam multa enim sapientes Principes, publicae pacis causa, nunc tolerant? quorum vos et dolorem [15]) considerare, et animorum moderationem imitari decet. Quid agitis? Quid alienius ab Ecclesiae Doctoribus esse decet, quam coecis affectibus animos, tanquam navim ventis permittere? Si impellit ambitio, conferamus nos ad imaginem Filii Dei. Quid indignius est, quam nos certare de gloria, cum Filius Dei ita exuerit suam gloriam, ut reus esse voluerit tuae nostrae et omnium turpitudinis, perinde ac si ipse sese contaminasset his ipsis flagitiis, quibus homines maxime [16]) deformatos [17]) sese intelligunt. Iacet Filius Dei prostratus coram aeterno Patre, sudans sanguinem ac derivans in se iram, fatetur, se reum esse nostrarum turpitudinum, et videtur inquinatior omnibus hominibus: interea nos ardemus cupiditate gloriae; antecellere volumus, non virtute, sed stultis populi iudiciis; videri volumus docti, iusti, et semidei. Agnoscamus hanc stultitiam, et nos emendemus, ac abiiciamus [18]) nos ipsi, et aequis animis contemptum feramus, quia re vera sumus longe minores nostra de nobis opinione. Hanc modestiam etiamsi induemus [19]), tamen nondum adeo nos abiiciemus, ut se abiecit Filius Dei. Pudeat nos arrogantiae nostrae, cum videmus Filium Dei usque adeo se abiecisse. At obiicitis: Ministerii dignitatem defendendam esse. Immo cum uterque sit Evangelii Minister, parcendum etiam est Ministerii [20]) dignitati. Deinde scimus [21]), hos honestos titulos saepe privatis affectibus praetexi. Cum autem habeatis Episcopum, virum intelligentem [22]), et amantem Evangelii, huic permittite, ut iudicet, ubi Ministerii dignitas periclitetur. Postremo etiam pio Principi, et nobis parcite, quorum et dolorem et curam [23]) augetis, quas circumferimus assiduas. Nam, lecta tua epistola, non tantum cogitatione praesentium malorum excruciabamur, sed etiam futurorum. Quid enim futurum est ad posteros, si propter leves causas tam atrocia certamina inter Collegas orientur? Quantae erunt dissipationes? [24]). Et odia [25]) factionum incitant animos ad quaerendas diversas opiniones? Ita saepe accensa sunt haereses. Haec mala, ut avertat Deus, ardentibus votis precamur, et omnes honesti gliscentia eorum semina omni studio opprimere debent. Haec ad te ut scriberemus, quadam officii

9) Cod. Goth. 168. *consulatis.*
10) Lang. et Danz. mendose: *exorientur.*
11) Schleg. et Danz. mendose: *colant.*
12) Cod. Goth. 168. et cod. Guelph. *plura.*
13) Schleg. et Danz. mendose: *autem.*
14) Schleg. mendose: *et.*
15) Cod. Goth. 168. et cod. Guelph. *dolores.*

16) Cod. Mon. *maximos.*
17) Schleg. et Danz. mendose: *deformatos.*
18) Cod. Guelph. *subiiciamus.*
19) Schleg. et Danz. mendose: *induimus.*
20) Schleg. mendose: *Evangelii.*
21) Cod. Goth. 168. *sciamus hoc.*
22) Schleg. mendose: *diligentem.*
23) Cod. Guelph. et cod. Goth. 168. *curas.*
24) Schleg. et Danz. mendose: *disputationes.*
25) Danz. mendose: *si odia*; cod. Goth. 148. et cod. Guelph. *Et odio.*

ratione moti sumus. Et exemplum epistolae nostrae Doctori *Medlero* mittemus, quem ipsum etiam non solum hortabimur, ad deponendam hanc simultatem, sed etiam obtestabimur, ut quadam diligentia, digna gravi viro, caveat, ne irritasse quenquam videatur. Tuam epistolam ei non ostendemus, ne accendatur verborum contumeliis, et a te petimus, ut deinceps ad nos scripturus, praesertim de Collega divini Ministerii, omittas forensium et scurrilium verborum ineptias, ac de rebus ipsis verecunde et graviter dicas. Postremo rursus Deum aeternum, Patrem Domini nostri I. C. oramus, ut Ecclesiam sibi aeternam in his regionibus colligat, regat et servet, et scandala ac furores Diaboli reprimat! Bene vale. Die Iohannis Baptistae. Anno 1545.

Rector, Magistri et Doctores Academiae Wittebergensis.

No. 3204. 24. Iun.

M. Carlstadio.

† Ex autographo Melanth., quod est in biblioth. Pl. R. *Baehrii*, qui eam mihi descripsit.

Eruditione et virtute praestanti Magistro Michaeli Carolostadio in Academia Grifswaldensi, amico suo,

S. D. Carissime Michael. Defatigatus eram scribendis literis, ideo brevitatis veniam dato. Tuo amore erga me delector, ac gratiam tibi habeo, quod et tua et academiae studia mihi significasti. Perge ornare et academiam illam et Ecclesiam tua diligentia in docendo. Collegam tibi mittemus doctum virum, qui diu *Ioachimo Camerario* familiaris fuit, et erudiit honestorum hominum liberos *Camerario* commendatos. Nosse te hominem arbitror. *Noribergensis* est, cognomine *Sciurus* *); olim etiam in academia nostra versatus est. Haec indicato iis, qui apud vos praesunt. De theologo etiam scribet D. *Pastor* Ecclesiae nostrae. Salutem opto d. honor. (?) *Hieronymo*, adfini meo, et caeteris amicis. Bene vale. Die Baptistae collegae nostri.

Philippus Melanthon.

*) De Sciuro (Eichhorn) mittendo Gryphiswaldiam vid. epist. ad Camerar. d. d. 2. Iul. 1545. Sciurum denique in Pomeraniam non profectum esse, sed Sigismundum Schoerckelium, intelligitur ex epist. ad Camerar. d. d. 1. Septb. 1548. Sciurus potius commendatus est a Melanthone et Camerario Alberto, Duci Prussiae, et anno 1546. abiit Regiomontum. Vid. Mel. ep. ad Albertum Ducem d. 6. Iul. 1546.

No. 3205. 25. Iun.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 372 sq.

Marco Crodelio (gubernanti scholam Torgensem)

S. D. Charissime *Marce.* Hic honestus senex est Pastor Ecclesiae *Lucavianae*, et a Reverendo Dn. Doct. *Martino Luthero* commendatus est Illustrissimo Principi, ut succederet in locum *Augustini Coldicensis* *). Sed alius quidam *Rochlitianus* petivit Choldítianae Ecclesiae gubernationem. Cum autem Illustriss. Princeps nondum significaverit, utri commendet Choldítianam Ecclesiam, Rochlitiano illi, an vero huic seni, proficiscitur hic senex ad aulam, ut exploret, quid decretum sit. Oro te, ut eum deducas ad d. Doct. *Tetleben*, et, si adhuc res integra est, commendes eum aulae. Est enim vir honestus et moderatus, et diu praefuit Ecclesiae *Cervestensi* cum laude. Nunc senex in Patria quietiorem et tranquilliorem locum quaerit. Mitto tibi et Dn. Doctori *Matthaeo* poëmata precationum. Bene vale. Postridie Baptistae, Collegae nostri, 1545.

Philippus Melanthon.

*) Augustin. Hymel, Pastor Colditiensis, qui in locum Spalatini Altenburgum successerat.

No. 3206. 28. Iun.

G. Rinckio.

† Ex apographo Bavari Vol. I. p. 860. et cod. Goth. 402. p. 316 b.

Clarissimo viro, virtute et sapientia praestanti, Guil. Rinck, patrono suo colendo P. Melan.

S. D. Deum aeternum patrem D. n. I. C. conditorem generis humani, et auctorem pulcherrimae societatis hominum et coniugii, oro, ut adsit filiae

vestrae dulcissimae nuptiis, ut eam regat ac conservet, ut in coniugio tranquillo et felici celebret et invocet Deum, et ei membra Ecclesiae educet. Amen. Haec mea vota semper erunt apud vestras (?)*), sed de me ipso polliceri certo non possum, an nuptiali pompae adesse possim. Retineor enim reipublicae nostrae negotiis. Valete feliciter. Dat. Witebergae 28. Iun. anno 1545.

No. 3207. (m. Iun.)

I. Menio.

† Ex autographo Melanthonis, mihi misso a Clariss. *Mayerhoff*, Berolinensi.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti D. Iusto Menio Pastori Ecclesiae Isennacensis amico suo cariss.

S. D. Carissime d. *Iuste.* Sepe de meis miseriis cogitans, repeto omnium aetatum historias et exempla. Quantum dolorem primis parentibus attulit furor Cain, Davidi Absalonis, Cyro Cambysis, Artaxerxi Ochi? Agnoscamus igitur nos homines esse, mersos in peccatum et varias calamitates, et petamus auxilium a filio dei domino nostro Iesu Christo. De filio tuo adhuc bene spero. Sed si est vere Martia natura, non acerrime repugnemus. Itaque genesin mihi mitti volo. Moveor nota quam in facie habet; sed si est iuvenilis cupiditas, omnino frenanda est. Et adhuc frenum iniiciendum esse censeo. *Eusebius* amat literas et foeliciter discit. Si *Iustini* genesis vere Martia est, aliquid consilii reperiemus, nec festinandum censeo**). Mitto tibi odas, quarum lectionem spero tibi non insuavem fore. Bene vale.

Philippus Melanthon.

No. 3208. (mense Iun.)

Tarnovio.

Mel. Select. epist. p. 302. Epistol. lib. I. p. 407. (edit. Lond. lib. I. ep. 118.).

*) Fortasse excidit: *nuptias.*

**) Vid. de genesi filiorum Menii, Eusebii et Iustini, epistola Melanthonis ad Menium data d. 9. Septb. 1545., ex qua intelligitur, hanc epistolam fere mense Iunio 1545. scriptam esse.

Tarnovio Polono

S. D. *Sigismundus Pannonius* scribit mihi se amanter a te exceptum esse, tuaque suavitate molestiam tam longi itineris levatam esse. Etsi autem scio te virtutis et Reipublicae causa bonos et doctos viros complecti: tamen et nos gratitudinem ostendere decet. Quare tibi gratias ago, et de *Sigismundi* gravitate polliceor, studium eius nec tibi nec Reipublicae defuturum esse. Nunc aliam ad te causam adfero. Civis Posnaniensis *Petrus Politock* litigat, cum nescio quo, et in iudicio Posnaniensi vicit, quare etsi me non facio iudicem, tamen moveor iudicii Posnaniensis sententia, ut existimem eum iustam causam defendere. Nunc vero res iterum in aula cognoscetur. Hic te magnopere rogo, ut et pro tua iustitia et nostra amicitia perficias, ut hic *Petrus* non gratia aut potentia superetur. Cephalus Lysiae pater civis Atticus locuples inprimis gloriatus est, se nunquam vocatum esse in iudicia. Illum liberalitas fortasse periculis liberavit, me vel imbecillitas animi, vel inertia a foro deterret. Nec litigo nec admisceo me forensibus causis, sed tamen ut de hoc negotio ad te scribam, magna et gravis causa est. *Petrus* ille *Politock* affinis est viri clarissimi D. *Gregorii Pontani* Iurisconsulti, cuius est in his regionibus praecipua autoritas, quod scire te arbitror, sed si vim ingenii, sapientiam, eloquentiam, integritatem eius nosses, valde eum diligeres, et similem antiquis illis laudatissimis viris diceres, Laeliis aut Aristidae. Tuo etiam ingenio, quod multorum sermone celebrari audit, favet. Hic cum petat, in causa iusta non deseri suum affinem, etiam atque etiam oro, ut cum propter causam, tum vero propter *Pontanum* et nostram petitionem aequiorem te huic *Petro* praebeas. Et sive his iudiciis adhiberis, sive non adhiberis, studium tuum nobis declarato. Bene et feliciter vale. Mense Iunio, Anno 1545.

No. 3209. (m. Iun.)

Auditoribus.

Scripta publ. Witteb. I. p. 129. Item in Epigramm. Melanthon. p. 125.

Philippus Melanthon (ann. 1545.)

(Auditoribus.)

Pindarum quisquis volet explicare,
Ille ceratis ope Dedalaea
Nititur pennis vitreo daturus
Nomina ponto.
Forsan his verbis aliquis monebit,
Ut relinquamus tenebras vetusti
Vatis, ad Dircen sua qui sonabat
Carmina fontem.
Multa sunt quamvis satis involuta
Delphicae sortes veluti fuerunt,
Sunt tamen rursus quoque planiora
Plurima membra.
Quae canunt Regum memoranda facta,
Literis nullis aliis relata,
Et regunt mores hominum sequaces
Laude bonorum.
Cum duces Graeci petiere Colchos,
Phasidos ripis legerent ut aurum,
Narrat Alciden agitasse remos
Lege coactum.
Sic docet summis etiam Deorum
Filiis, legum patienda vincla.
Legibus vires et opes superbas
Cedere iustum est.
Bella Titanum recitans nefanda,
Arma qui contra superos tulerunt,
Impios fato simile perire
Praemonet omnes.
Ergo virtutis sapientiaeque
Musa doctrinam qui tradit isto
Pindari scripto, iuvenes modesti, hunc
Noscite vatem.

No. 3210. (1. Iul.)

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 487 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 617.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Iustissimum est, labores utilia scribentium ornari praemiis. Nam et illae ipsae operae scribentibus sumptuosae sunt, et abducunt eos a cura rei familiaris. Ideo optarim et tibi et aliis in hoc genere bene merentibus de republ. honestas mercedes dari, ac iudico te editione Hoseae bene meritum esse, tibique gratiam habeo. Sed Potentes nihilo plus curant hos nostros labores quam Lazarum ulceribus, et sanie squalentem opulentus intuens iacentem ad fores. Catelli tamen sunt officiosi erga Lazarum, quo in numero est *Anhaltinus*, a quo plus expressissem, nisi scirem multōs talia munera ab eo petere. Quare boni consules, quod misit.

Conciones tuas de Agone filii Dei nondum legi, sed legam diligenter. meus minister, qui avide legit talia scripta, valde eas probat.

De republ. etsi multa audimus, tamen quia vos certiora habetis, nunc nihil scribam. Dominus noster Iesus Christus restituat nobis *Hieronymum Bomgartnerum.* Turcicum tyrannum aiunt hac aestate non venturum esse in Pannonias. Librum doctrinae caelestiś intellexeram ἅγια βιβλία, veteris et novi Testamenti, ut apud vos eduntur. Nam de eo libro scripseras. Bene vale. Die laetissimi congressus Mariae et Elisabethae, et Synodi melioris Tridentina *).

Philippus Melanthon.

No. 3211. 1. Iul.

Cruciger ad Medlerum.

Ex apographo in codice Bavari I. p. 454 sq. edita a Schlegelio in vita Langeri p. 227 sq. et a Danzio in Epist. Mel. ad Medlerum ep. 49. Apographon etiam habetur in cod. Goth. 148.

D. Nicolao Medlero, Pastori Ecclesiae Numburgensis.

S. D. Illustrissimus Princeps Elector mandavit mihi, ut cognitioni eius negotii, quod tibi cum *Moro* est apud reverentiss. Dm. Episcopum Naoburgensem, intersim. Cui sane mallem adhibitum esse alium magis idoneum, qui et doctrinae et industriae et auctoritatis plus adferre posset ad dirimendam hanc, quaecunque inter vos est, controversiam, quod etiam tum significavi, cum apud quendam, ut ais, amicum forte ioco dicerem, te fortasse aliquo mei studio id egisse, ut mihi hoc onus imponeretur. Sed quia mihi parendum est

---

*) Alia manus adscripsit: *Cal. Iul. anno* 1545.; ut etiam didit Spanhem.

optimi principis mandato, quem satis apparet, summa cura hoc agere, ut etiam in ista ecclesia consensus in puritate doctrinae Evangelii et voluntatum concordia constet, et scandalis obviam eatur: ego, si nihil aliud possim, certe votis et precibus, sicut omnes debemus, optimam eius voluntatem adiuvabo, ut Deus, pater domini nostri Iesu Christi, servet doctores ecclesiae suae in veritate sua, ut sint unum, sicut ipse filius Dei apud aeternum patrem precatur, et vos etiam regat Spiritu suo, ut inter vos constet christiana concordia; quam ob rem etiam vestrum studium requiritur, ut uterque privatis offensionibus velit anteferre ecclesiae salutem et tranquillitatem. Etsi de tua quidem moderatione, quam etiam literae tuae ostendunt, nihil dubito, sed quia habes adversarium vehementioris ingenii, et, ut apparet, satis pugnacem, eo magis etiam occasiones non necessariarum contentionum vitabis.

Quid ad nos scripserit *Morus* ex responsione Academiae nostrae a domino *Philippo* gravissime scripta*) intelliges, quam haud dubie multo plus te iuvabit legere, quam illius nimis calidum et impotens scriptum, quod nobis nunc non erat ad manum. Et nihil expediebat abs te legi. Accusat te, quod apud nos male de ipso locutus sis, cum eius rei nullum neque argumentum neque testimonium habeat, sed tantum ex suis suspicionibus ratiocinatur, et a nobis postulat, ut ei significemus, quid de ipso locutus sis. Sed habet in responso tuae innocentiae testimonium, quod, si quid mentis aut frontis in ipso est, compescet, aut certe aliquantum sedabit eius impetus. Bene vale, Witebergae, 1. Iulii 1545.

Caspar Cruciger, D.

*) De eadem re in cod. Goth. 148. legitur epistola Schoerckelii ad Medlerum (a Danzio in epist. ad Medler. ep. 51. edita) haec:

D. Nicolao Medlero, Pastori et Superattendenti Naoburgensi.

S. D. Literis Excellentiae tuae, clarissime domine Doctor, reddidi domino *Crucigero*, ac de *Mori* scripto exemplum praestantiae tuae mitti petii. Id quibus de causis impetrari non potuerit, Tua Excellentia cum ex responso Academiae ad Morum, cuius vobis exemplum mittitur, tum ex domini *Philippi* literis intelliget. Nam eas una cum epistola Academiae mihi dominus *Philippus* legendas exhibuit. Epistolam etiam affinis mei, *Henrici*, legit M. *Georgius*, D. *Crucigerus*, et dominus *Philippus*. Nam ei dom. *Crucigerus* exhibuit legendam. *Morus*, quantum intelligo, valde offendit animos praeceptorum, et praecipue dom. *Philippi*, illo suo scripto, quodcunque tandem fuit. De quo inter alia haec verba ad me dicebat dom. Philippus: er hat einen unflätigen Brief geschrieben, hebt an, und damnirt auf den Doctor Medler; begehrt darnach, wir sollen ihm schreiben, was Doct. Medler hie von ihm gesagt habe. Et eadem fere fuerunt verba M. Georgii *Rorarii*. Epistolam Academiae ad Morum iam ante destinaverant ad vos mittere praeceptores, et heri me, an tabellarium aliquem ad vos haberem, allocutus est D. Doctor *Melchior Fendius* ex iussu Dom. *Philippi*. Quare opportune hunc nuncium huc misit tua Eccellentia. Precor autem Deum aeternum patrem domini nostri I. C., ut concordiam et tranquillitatem suae ecclesiae donare velit, ut eo facilius et melius puritas et consensus doctrinae coelestis conservetur. Amen. Bene feliciter valeat tua Excellentia. Wittebergae, Visitationis Mariae, 2. Iulii anno 1545.

T. Excellentiae deditus discipulus
Sigismundus Schoerckel.

No. 3212. 2. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 520 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 670.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Imo vero illam nostram *Gemmam*[1]), quam tu latine saxam vocas, satis felicem esse iudico, sed ipsum sibi deesse nollem. Nunc ἀφορμὴ est egregia, qua ei honeste consuli possit in loco vobis vicino, in oppido *Grimma* expetitur scholae gubernator. Nullum est in hac tota Mysiae ora, in quo malim vivere. Et loci salubritatem praecipuam esse pronunciavit olim *Pistorius*. Eo igitur potius mittatur *Gemma*, quam ad Gryphas[2]), quo *Sciurum* omnino vult mitti noster ποιμὴν[3]). Veniet igitur ad te litteris nostris ornatus, quamprimum mihi eam laudationem componere licebit[4]). De Rep. multa habemus, quae malim coram narrare. Et spes mihi omnes a filio Dei domino nostro Iesu Christo pendent.

Friderico Staphylo epistolam dedi, et ut familiaritas et amicitia inter vos alatur, et ut mihi aliquid a te litterarum afferat. Bene et feliciter vale, die letissimi congressus Mariae et Elisabethae, ac primae Synodi temporum Novi testamenti, longe anteferendae conventui Tridentino.

Philippus Melanth.

1) Ketzmannum.
2) Gryphiswaldiam.
3) ποιμὴν, i. e. Bugenhagius.
4) Vid. ep. d. 18. Iul. ad Senat. Grimm.

No. 3213. 2. Iul.

I. Ionae.

Epist. lib. III. p. 170. (edit. Lond. lib. III. ep. 96.). — Apographa in cod. Goth. 191. p. 30. et in cod. Goth. 401. p. 58.

Iusto Ionae.

S. D. Opinor me tibi viro sapienti et perspicaci totum esse perspectum, cum annos iam XX in maximarum rerum deliberationibus †una" versati simus, ac fortasse plures modios salis una absumpserimus. Nec amo occultationes, nec puto laudem esse sapientiae amicos fallere. Quare me quidem tibi semper simplicissime aperui. Imo †evolvi" totum pectus, et omnia domestica et publica apud te deponere solitus sum*). Cum igitur me noris, causas silentii alias non quaerito praeter eas, quae impediunt officia amicissimorum: aut occupationes, aut moestitiam aliquam. Sumus homines et Graecus versus mihi in ore est: *ἀρ' ἐστὶ συγγενὲς ἡ λύπη καὶ βίος.* Deo iuvante constantiam amicitiae in hac vita praestabo, speroque futurum, ut ea in aeterna consuetudine dulcius fruamur. Nam mihi breve curriculum restat ad mortem. Diu nihil scripsi, et quia nemo flagitavit literas, et quia te Repub. nihil habebam *ἀξίολογον*, ac ne nunc quidem habeo, etsi saepe ex urbe *Vangionum* literas accipio. Rixae sunt de iudicio Camerae, †ut" de arbore *Marcolphi* utrinque; Etsi ego quidem de his consiliis non iudico, tamen scio adversarios verae doctrinae tantum de luce Evangelii extinguenda, et interficiendis omnibus cogitare, qui non ostendunt se esse hostes verae doctrinae. †Horum malitia etiam alios fecit duriores." Sed Deo haec curae erunt. Bene vale. Die dulcissimi congressus Mariae et Elizab. et aliorum Piorum, qui nos de nostris etiam colloquiis admonent. Anno 1545.

*) Cod. Goth. 401. *soleo.*

No. 3214. 2. Iul.

N. Medlero.

Primum edita a Manlio p. 272.; iterum a Pezel. epp. III. ep. 88. et in Schamelii Numburg. literat. Vol. I. p. 23. Apographa in cod. Bav. I. p. 454, ex quo illam dedit Danz. in Epist. ad Medlerum ep. 50., cod. Lang. p. 3b. et cod. Goth. 148.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Nicolao Medlero, pastori ecclesiae Dei in oppido Naoburgo, amico suo.

S. D. Clarissime Domine Doctor, et amice carissime. Etsi scio, tibi non deesse consilium, tamen pro nostra amicitia scribendum †tibi" esse duxi de contentione inter te et *Morum*[1]) orta. Non novi fontes negotii; naturam Mori novi. Ideo tibi consulo, prorsus ut nihil scribas contra eum. Si res cognoscetur praesente *Crucigero* moderate dicas, quae necesse est dici. Caeterum cum illo homine nihil contendas. Nostram epistolam ad Morum tibi mitto, etiam de Rectoris sententia. Sed Mori epistolam noluimus cuiquam ostendere, quae quidem magis ipsi Moro nocere posset apud prudentes, quam tibi. Scis, me non rudem tironem esse in hac milicia tolerandarum iniuriarum, nec me poenitet multorum dissimulasse et obruisse silentio insulsissimas calumnias. Et omnibus amicis idem do consilium, quia Deus profert tandem vera, et defendit eos, qui propter publicam utilitatem privatae iracundiae frenos iniiciunt. Bene vale et rescribe. Datae die laetissimi congressus Mariae et Elisabeth, anno 1545[2]).

1) Suppressit Pezelius in tota epistola nomen *Mori*, quod vero legitur et in Manlio et in codicibus. In hoc codice Bavari adiectum est folium, quod etiam descriptum legitur in cod. Goth. 148., haec habens:

„Ex literis M. Sigismundi *Schoerckel* ad M. Henricum *Fabrum* de *Moro.*"

„Iudicium Dom. *Philippi* de Aethiope*) perscripsi co„piose ad *Streitpergerum.* Tribuebat in melancholiam non „minus furiosam et adustam, et quae non minus sit me„tuenda, si irritetur, quam Doctoris Iacobelti**). Et thra„sonicam superbiam ac iactantiam comitari tales naturas re„gulariter. Omnis enim melancholicus, inquit, regulariter „superbus est, et quo irregularior est melancholia, eo ma„gis est irregulariter superbus. Quare silentio et patientia „vincendum esse suasit. Futurum enim esse, ut ipse sese „sua pudefaceret et confunderet amentia. In literis quas „*Streitpergero* mitto, nihil est, quod occultum esse ve„lim. Quare exhibebit tibi eas non invitus, ut spero, le„gendas, si petes, idque adscripsissem, si venisset in men„tem antequam obsignarentur. Deum precor, ut ab illo „monstro vos et ecclesiam liberet." —

2) Manl. 1547. mendose.

*) i. e. Moro.

**) Iac. Schenckii?

No. 3215. 3. Iul.

F. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 23.

Clarissimo viro, eruditione et pietate praestanti, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothanae, amico et fratri suo carissimo.

S. D. Acquiescunt animi pii praecipue in lectione utilium Scriptorum et precatione, quae quidem et lectione accenditur. Ideo libenter tibi novas et eruditas lucubrationes mitto. Nunc igitur editam enarrationem *Hoseae* dedi *Scribae Waltershusano*, ut tibi exhibeat. Significabis ergo, an acceperis. In distributione stipendiorum duo sunt *Gothani* nominati, quibus iam suae pensiones numeratae sunt. Nam *Bopii* pecunia penes me est, quod ei velim indicari. Plures in Catalogo non erant scripti. De *Adamo N.*, respondit Princeps, placere sibi, ut detur ei a *Wangenhemio* stipendium. Non igitur huic *Adamo* ex aula missum est. Ac prodesset, te curare, ut *Quaestor* vester nomine *Wangenhemii* ei penderet. Bene vale. Vidua *Mantelii* misera etiam adhuc sollicita exspectat pecuniam. Qua in re si quid agi potest, quaeso annitere. Iterum vale. 3. Iulii. Philippus Melanthon.

No. 3216. 8. Iul.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 620 sq.

Michaeli Meienburgio (consuli Northus.)

S. D. Dei beneficio filii recte valent, et discunt. Reversi huc narrabant, vos *Wormatiam* redituros, quod moleste ferebam. Quod enim in illa confusione consiliorum agetis? *Carolus* Imperator aegre fert, nostros nolle Synodi iudicio permittere Ecclesiasticas controversias, et propter hanc offensionem seu indignationem dicitur, nec de caeteris rebus nunc quicquam agere.

Periti rerum Pannonicarum aiunt Turcicum Tyrannum hoc anno non venturum esse in Pannoniam: sed tamen inducias nullas adhuc esse. Nam subinde aliquas arces praefecti Turcici occupant. In *Helvetiis* audio magnas et periculosas discordias esse. Dominus noster Iesus Christus regat et servet Ecclesias et Politias nostras et nos. Bene valete. 8. Iulii.

Philippus.

No. 3217. 10. Iul.

I. Ionae.

Epistol. lib. V. p. 106. — Apogr. in cod. Guelph. no. 11. 10.

Iusto Ionae.

S. D. Dei beneficio adhuc quidem *εἰρηνικὰ* nunciantur ex urbe *Vangionum*. *Carolus* Imperator de pertexendo colloquio Eruditorum, quod in priorib. conventibus institutum est, deliberat: et in eo consilio permansurum se esse ostendit[1]), etiamsi Pontificia factio adversetur. Legi, quae declarata[2]) et publice exhibita sunt, et tibi descripta misissem, nisi statim aulae remittenda fuissent. Rursus igitur D. *Chilianus* nobiscum ad colloquium proficiscetur[3]), et librum *Wormatiae* adornatum ad excipiendas nostras disputationes secum feret, ut nunc non Eccium *κρώζοντα* — — *) audiat, sed argutias Theologorum Lovaniensium **) redigat in Commentarium. Recentiora non habuimus, et hanc narrationem vobis non ingratam esse spero. Filio hodie misit *Winglerus*, vir doctus et honestus, gubernator Scholae Wratislaviensis, adolescentem filio erudiendum. Bene vale. Die natali filiae meae Magdalenae.

No. 3218. 14. Iul.

I. Lango.

Epist. lib. VI. p. 418 sq. — Apographon in cod. Goth. 399. p. 170 b. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 340.

---

1) Cod. Guelph. *se contendit.*

2) Cod. Guelph. *deliberata.*

3) Cod. Guelph. *proficiscitur.*

*) Hic quaedam desunt. Cod. Guelph. habet in apographo mihi misso: *κρατaντα εἰς κρακα νεγστον*, quae prorsus mendosa sunt. Puto: *κρώζοντα εἰς κρακα* (vid. epist. Lutheri ad Ionam d. 2. Apr. 1530. et epist. Mel. ad Lutherum de Eckio, d. 4. Maii 1530.) *μέγιστον.*

**) Vid. epist. ad Theod. d. 1. Maii h. a.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iohanni Langio, Doct. Theologiae, Episcopo Ecclesiae Erfordensis pio et fideli, amico suo cariss.

S. D. Legi sententias de clandestinis desponsationibus, quas huc misisti, et iudico, vere, pie et erudite scriptas esse, tibique adsentior. Statim autem lectas exhibui Reverendo Domino *Luthero*, qui cum legisset epistolam tuam ad me scriptam, adfirmabat se tibi responsurum esse *), ac nuncio dixi, quo tempore flagitare literas debeat, qui si forte nunc non adferet, ego tamen his diebus flagitabo.

Heri ex Venetiis accepi litteras, quae narrant Turcicum tyrannum hoc anno in Pannonias non venturum esse, et simul ad faciendas inducias solvisse Venetiis Legatos Pontificios, *Caroli* Imp., Regis Ferdinandi, Regis Gallici, de conditionibus cum Turcis acturos. Deus regat et servet Ecclesiam filii sui Domini nostri Iesu Christi. Bene vale.

De adolescentibus omnino mihi curae erit, ut sicut petis *Iesaias* apud praeceptorem habitet, eaque de re heri collocuti sumus. Habet praeceptorem Naoburgensem, doctum et honestum virum. Iterum vale. Die 14. Iulii.

Philippus Melanthon.

No. 3219. (14. Iul.)

N. N.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³. — Est epistola a Melanthone praescripta discipulo.

Ad patrem.

S. Accepi tunicam a te huc missam. Pro hoc tuo munere tibi gratias ago, et cum sciam, te praecipue hanc gratiam a me reposcere, ut mores honeste regam, et literis ac artibus laude dignis proficiam: enitar, ut in utraque re meam diligentiam approbes. Longam vestem et propter te et propter honestum exemplum in diebus festis et celebrioribus pompis induam. Aetas longius recedens a pueritia me de multis rebus commonefacit, et quotidie, quo plura disco, eo magis agnosco et deploro meam inscitiam. Ita cum audirem iam Iurisconsultum disserentem de discrimine iuris naturalis et gentium, valde dolebam, me non didicisse fontes, ex quibus Iurisconsulti illa hauserunt, scilicet dialecticen et physicam, quae ostendunt partes officia animae. Sed deinceps ero in dialecticis diligentior.

Nova hic multa feruntur. Legati Papae, Imperatoris Caroli, regis Gallici et Ferdinandi, omnes in vestitu simili longis tunicis purpureis induti etc. *) Nunquam dicunt splendidiorem legationem visam esse. Haec petitura est pacem a Turcis, vel inducias, ut sit otium Pontifici bellum movendi adversus Ecclesias nostras. Sed Deum oro, ut dissipet consilia gentium, quae bella movent. Vale feliciter.

Φ. praescr.

*) Vid. ep. Lutheri ad Langum d. d. 14. Iul. (de Wett. T. V. p. 747.).

No. 3220. 15. Iul.

Alberto, Duci Pruss.

Edita a Fabro in epist. p. 102 sqq. ep. 27.

(An Herzog Albrecht in Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtigster hochgeborner gnädigster Fürst und Herr, E. F. G. sende ich des Herrn Johann Lasky Buch **) wiederum bey Zei=

*) Ea de re Lutherus (apud de Wett. T. V. p. 742.) ad Ionam de 1. Iulii 1545. haec: „Audisse te puto, nam haec vera sunt, solvisse e Venetiis 21. Iunii legationem Caesaris, Galli, Papae, Ferdinandi splendidam et pretiosis muneribus suffarcinatam ad Turcam pro petenda pace: et quod honorificentissimum et memoria aeterna dignum est, ne a Turca fastidiantur, mutatis vestibus patriae suae, quisque Turcicis, i. e. longioribus, ornantur." Sed Lutheri ep. non d. 1. Iulii data esse potest, sed d. 14. vel 15. Iulii, ut intelligitur ex epistola Melanthonis d. 14. Iulii h. a. ad Langum. Neque si legati d. 21. Iunii iter ingressi sunt, d. 1. Iulii nuncius de illa profectione Witebergam perferri potuit.

**) Das Buch des Iohannes a Lasko, betitelt: Epitome doctrinae ecclesiarum Phrisiae orientalis, war vom Herzoge an Melanthon mit dem Bemerken überschickt: Er achte dasselbe zwar nicht viel Nutz, wolle sich aber kein Urtheil darüber anmaßen, sondern bitte, Melanthon möge dasselbe mit Luther durchsehen und sein Gutachten mittheilen, was sich Sträfliches darin finde. In einer Nachschrift sagt der Herzog noch: „Ihr wollet uns in alleweg dasselbe Buch wiederum zufertigen, und um allerley bedenklicher Ursachen willen in den Druck nicht bringen lassen." Es befindet sich in zwei Exemplaren, (nämlich ein Original und eine Copie) nebst den von Rapagelan, Joh. Dotschel, Melanthon rc. darüber abgegebenen Gutachten, im geheimen Archiv, und scheint nach der Absicht des Herzogs nicht zur Publicität gekommen zu seyn. — (Faber.)

gern dieser Schriften Chiliano Grunbach von Heilpronn, meiner Schwester Sohn, welches ich also bei mir behalten, daß es auch in der andern Herrn Doctoren Händ alhie nicht kommen, damit keine Rede und ärgerlich Geschrei daraus erfolget, von Herrn Johann Lasky und andern, wie ohne Zweifel geschehen wäre, so mehr Leut dieses Buch gesehen hätten. Und nachdem ich in guter Freundschaft mit gemeldtem Herrn Johann Lasky lange Zeit gewesen, habe ich ihm und einem genannt Doctor Albertus Hardenberg der sein guter Freund ist, und selb Mißfallen hat an diesem Buch, geschrieben, und ihn vermahnet dieses Buch nicht an das Licht kommen zu lassen, wie ich oft verhütet, daß solche Bücher nit unter die Leut kommen sind. Es hat gedachter Herr Johann Lasky wider Menon den Anabaptisten löblich geschrieben, dasselbig Buch hab ich dem Herrn Doctori Martino Luthero zugestellt, derhalben daß es nit ärgerlich geschrieben ist. E. F. G. sehen, daß viel Spaltungen und Zerrüttungen sind und daß alle Vernünftigen groß und klein Fleiß thun sollen, Einigkeit dieses Theils, da rechte wahrhaftige Lahr ist, zu erhalten, und nicht größere Risse unter uns selbs machen. So sind etlich Artikel in Herrn Johann Lasky Buch, die nicht recht sind, die er ohne Zweifel selb mit der Zeit ändern wird. Darum bitt ich E. F. G. wollen dieses Buch nit weiter kommen lassen. Ich höre, er sey jetzund zu Heidelberg, wiewol ich nichts gewiß davon weiß. So es aber also ist, findet er da einen frommen gelarten Predicanten, Henricum, der unser Kirchen Lahr rein folget, und hat da nicht Widertäuffer. Darum hoff ich, er werde Einträchtigkeit mit dem Predicanten halten.

Vom Kaiser und den Reichshändeln haben ohne Zweifel E. F. G. sonst Bericht. Diese Zeit ist der Reichstag zu Worms noch nicht zu End kommen, der Kaiser ist ungeduldig, daß die Stände so reine Lahr des Evangelii predigen lassen, nicht willigen, daß das Concilium Richter seyn soll, und trägt sich sonst viel Gezänk zu. Ich will mich aber an diesen Trost halten, was aus Gott ist, das wird gnädiglich bleiben und will meine Arbeit durch Gottes Gnad treulich thun und dabei Gott anrufen.

Der wolgelart Magister Erasmus Reinhold Mathematicus, der warlich nützlich arbeitet zu Pflanzung dieser Künsten, hat von E. F. G. jetzund auf Petri und Pauli funfzig Floren empfangen, derwegen ich neben ihm E. F. G. unterthäniglich danke, Er wird sich auch mit seiner Arbeit dankbar erzeigen.

Der ewige Gott Vater unsers Heilands Jesu Christi wolle E. F. G. allezeit gnädiglich regiren und bewaren, zu Trost vieler Christen und zu Erhaltung rechter Erkenntniß und Anrufung Gottes und guter Zucht. Datum Witeberg 15. July 1545.

E. F. G.

unterthäniger Diener

Philippus Melanthon.

No. 3221. (15. Iul.)

Iudicium.

† Ex iis, quae Faber ad epist. antecedentem annotaverat, intellexeram, Melanthonem simul iudicium suum de Io. Lascii epitome doctrinae ecclesiarum Phrisiae orientalis Alberto Duci scripsisse. Rogatus igitur a me S. V. *Olshausen*, ut mihi illud describeret, id fieri curavit, quum ipse abesset, per Cl. *Voigt*, Historiarum in Acad. Regiom. Doctorem publicum. — Caeterum eadem, quae hic Alberto Duci, scripsit iam anno 1543. Melanthon ad Ioh. a Lasco in epistola, quae periit, cuius autem responsum habes d. 2. Nov. 1543.

De libro Lascii.

Etsi obscure loquitur liber de discrimine peccati venialis et mortalis, tamen hoc vult, electorum lapsus etiam contra conscientiam non esse mortalia peccata, nec eos propter tales lapsus amittere spiritum sanctum, ut Davidem non sentit propter adulterium et necem Uriae amisisse spiritum sanctum. Sed haec imaginatio falsa est: ut Adam in suo lapsu vere excussit gubernantem spiritum sanctum, sic Aharon, sic David et omnes interrumpentes conscientiam excutiunt spiritum sanctum, sicut de Aharon clare dicitur et deus voluit eum conterere.

Nec docendum est, tales labentes contra conscientiam, tunc adhuc iustos esse et habere spiritum sanctum. Imo, si non rursus converterentur, manerent in aeterna damnatione.

Quod etiam contendit, in talibus lapsibus non inesse contemptum et odium dei, nescit, quod dicit. In vero dolore et luctu cordis fugientis iram dei sentimus, qualis antea fuerit contemptus, et quam horribiliter fremat cor in poena et difficulter vincat odium, sed homines securi haec non intelligunt.

De Baptismo.

Sic loquitur quasi omnium gentium infantes sint sine peccato et salventur. At Paulus inquit,

quos elegit, hos et vocavit. Nulla fingenda est ecclesia dei, nisi in coetu vocatorum, id est, ubi sonat vox Evangelii et ubi inseruntur homines ecclesiae per sacramenta et invocatur super eos nomen veri dei, aeterni patris et filii eius Iesu Christi crucifixi et resuscitati et spiritus sancti.

Deus vult esse efficax per ministerium Evangelii et vult ita sicut se patefecit invocari et non aliter.

Nec recte dicitur, infantibus non remitti peccatum per ministerium Baptismi. Haec manifesta errata ideo annotavi, ut clare intelligi possit, prohibendam esse editionem huius libri et arbitror autorem, si cum amicis fidelibus et pie exercitatis in doctrina ecclesiae dei, ipsum emendaturum esse errata, quae taxavi.

De coena domini etiam dissentit ab ecclesiis nostris, et quamquam satis constat inter pios et doctos manducationem non mereri remissionem peccatorum nec adferre remissionem peccatorum ex opere operato, tamen non docendum est manducationem tantum esse signum mutuae dilectionis aut professionis Christianae. Sed revera est ministerium remissionis peccatorum, in quo per sacramentum commonefacti credere et statuere debemus vere nobis remitti peccata propter filium dei pro nobis crucifixum et nunc regnantem ac sanctificantem ecclesiam dei.

Philippus Melanchthon.

No. 3222. 15. Iul.

I. Rothio.

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 80 b. Legitur apographon etiam in cod. Monacensi 90. no. VII. p. 87 b., ubi inscribitur: *Iohanni Radt, Bambergensi, docenti literas in oppido Mansfeld, amico suo.*

Iohanni Roth, Bambergensi.

Haesit hic aliquamdiu adolescens Bambergensis *) *Christophorus*, cuius mihi natura perliberalis visa est. Cum igitur propter inopiam manere hic diutius non posset, nec ego aliam rationem consulendi ei invenirem ullam, decurri ad hoc consilium; fui auctor, ut ad te proficisceretur, ut in ludo tuo ei aliquis locus attribueretur, aut tua aut conterranei D. *Martini* diligentia ab amicis aliquid viatici impenderetur; qua in re scio fidem et officium Dm. *Martini* tibi non defuturam esse. Suscipe igitur hanc curam. Nam cum potentes negligant coetum scholasticum magna ex parte, nobis ipsis curae sit, Deo iuvante, nostrum gregem fovere. *Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ*, inquit Theocritus. Si hic sensus tuendi communis generis minutis insectis inest, quando magis nobis inesse debet? B. V. die 15. Iulii anno 1545.

*) Cod. Goth. 191.: Hamburgensis.

No. 3223. 17. Iul.

R. Bordingo.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54 [3].

D. Iacobo Bordingo doctori artis medicinae.

S. D. Exurge Domine Deus, et exaltetur manus tua; ne obliviscaris pauperum tuorum in finem. Hac voce pro vobis quoque precor, ut Deus mitiget servitutis vestrae asperitatem, ut integra conscientia laeti invocare Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi possitis et ei gratias agere. Nam donec in tali estis carcere, quae possunt dari consilia contra violentiam? Scripsi aliquid eo argumento, quod *Franciscus Hispanus* ait, se ad amicos in Belgicum misisse; sed etiamsi id legeritis, occurrent, ut fit, multa[1]) particularia, de quibus respondere per literas, quae deinde velut decreta *καὶ ψηφίσματα* circumferuntur, periculosum est. Consilia do firmis duriora *καὶ ἀκριβέστερα*, tyronibus et imbellibus leviora, qui provehendi sunt non deterrendi, ut Paulus iubet *τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προςλαμβάνεσθαι, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν*. Hanc fere rationem in his consiliis sequor. Quod vero tu de tali pastore disputas, qui recte docere possit, si servet missas [2]) ritu, non arbitror tyrannos vestros tolerare quempiam, qui vel aperte taxat mortuorum invocationem, vel aboleat cantilenas impias. Frustra igitur quaestionem proponi arbitror. Ideo pronunciandum non putavi. Significare mihi poteritis, an illud meum scriptum a *Francisco Hispano* missum istuc videritis. Doctore vestro moveor, et mederi animis aegris cu-

1) *multa* scribendum putavi pro *nulla*, quod mendum est.
2) Apogr. *misses*, quod pro mendo habeo.

perem, si possem. Sed nec excusare εἰδωλομανίας volo, nec eos, qui iam gustum habent pietatis et proficere student, qui tamen adhuc sunt infirmiores, deterrere. Simul illud cogito, cavendum esse, ne nostris laxationibus confirmare hypocritas dicam[3]), ut qui quaerunt praetextus qualescunque defugiendae confessionis. Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei, oro toto pectore, ut vos et nos regat et confirmet spiritu suo sancto, quem promisit se nobis daturum esse παράκλητον, sicut inquit: non relinquam vos orphanos. Hic παράκλητος et consilium vobis monstrabit et augebit robur. Bene valete. Die 17. Iulii, 1545.

No. 3224. 18. Iul.

N. Medlero.

Ex apographo in cod. Bav. I. p. 1070. edita a Danz. ep. 54. Nunc ex eod. cod. descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Heri apud me fuerunt legati Senatus Brunsvicensis, duo Consules et Secretarius, graves viri, ac petiverunt, ut ad ducem Saxoniae Electorem scriberemus, nobis non displicere, te praefici ecclesiae Brunsvicensi. Id scripsit D. *Lutherus* *) et mavult, te *Brunsvigae* regere ecclesiam frequentem, quam mitti in solitudinem in Marchiam **), ubi quo studio nostros complectantur illi ipsi ***), qui olim apud nos vixerunt, fortassis non ignoras. Arbitror, ad te venturos ipsos legatos intra biduum. Hinc enim recta ad principem profecti sunt. Optarim, te tandem plane statuere, idque tua gravitate dignum erit, et gratum esset legatis, quorum eximiam gravitatem esse iudico. Adferunt ad te quoque scriptam epistolam communi nomine Collegii nostri. Bene vale. die 18. Iulii 1545.

P. Melanthon.

---

3) *dicar?*

*) Hanc Lutheri epist. non habet de Wett.

**) Lichtenbergam.

***) Agricola.

No. 3225. 18. Iul.

Senatui Grimmensi.

Edita in: Gottlob Sigism. Ermel's Altem und Neuen von der churfürst. Sächs. Stadt Grimma, T. I. p. 29. (Denuo ex autographo descripta a *Lunzio.*)

Den Erbarn, Weisen und Fürnehmen Herrn Burgermeistern und Radt der Stadt Grimm, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Erbare, Weise, Fürnehme günstige Herrn. Der würdig Herr Pastor Euer Kirchen hat mir angezeigt, daß auf nähist künftig Michaelis der Schulmeister, so jetzund euer Jugend regirt, sich an andre Ort begeben werde, und hat daneben begehrt, ein andre tüchtig Person zur Schulregirung anzuzeigen. Derhalben hab ich mit Rath anderer Gelehrten allhie bedacht, Zeigern dieser Schrift Magistrum *Petrum Ketzman* *) von Noriberg Ew. W. zu senden, welcher sich erbothen, so er euch gefällig, und so er vernehmen werde, was sein Arbeit und Besoldung seyn sollt, den Dienst anzunehmen. Er ist uns allhie lange Zeit bekannt gewesen, denn er erstlich allhie studirt bei dreien Jahren; darnach ist er bei dreien Jahren bei dem hochgelehrten Herrn *Ioachimo Camerario* gewesen, und alsdenn wiederum anher kommen, und ist allhie Magister worden, ist sittig, still, und ernst, und ist in diesen Sprachen und Künsten, darin man die Jugend unterweisen soll, wohlgelart. So erbeut er sich, Fleiß zu thun und seines Amts treulich zu warten. Dazu hat er ein ziemlich Uebung in Musica, hoffe derhalben, er werde ein nützlicher Diener seyn in diesem und dergleichen Aemtern. Bitt derwegen, Ew. W. wolle ihr gemeldten Magistrum Petrum günstiglich lassen befohlen seyn. Ich hab nichts mit ihm beschlossen, wie mir auch nicht gebühret, sondern stelle solchs zu E. W., und bin E. W. zu dienen willig. Datum Witteberg die 18. Iulii 1545.

E. W.

williger

Philippus Melanthon.

---

*) Lunzius scripserat *Kerzmann*, sed margini adscripsit *Ketzman*, quam nominis emendationem ex autographo haud dubie hausit.

No. 3226. (h. t.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 521 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 671.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pab. amico suo cariss.

S. D. Inter decora oppidi *Grimmae* hoc quoque narratur, natum ibi esse ducem *Albertum*, cuius similem principem si nunc Germania haberet, non solum ornamentum sed *ἕρκος καὶ ἔρεισμα*, ut Poëtae Duces magnos nominant, haberemus. Ac celebravit Dux *Albertus* hoc proverbium: sibi quia Grimmae natus esset, prolixiore somno opus esse, quia pueri Grimmenses sint somniculosiores ceteris. Arbitror igitur naturae *Petri* hunc locum non male congruere. Sed extra iocum. Oro Deum ut gubernet et hoc consilium, et ipsam *Petri* administrationem, cum ludo praefectus fuerit. Scripsi ad senatum et ad pastorem Ecclesiae, et in litteris ad senatum scriptis, dixi tibi quoque familiarem fuisse. Vellem te epistolam ei ad pastorem dare, quem scio virum bonum et non morosum esse, ac iudicaturum tuas sibi litteras ornamento esse apud suos.

Tandem rediit *Staphylus* ac epistolam tuam reddidit, in qua tuam de *Sciuro* seu dubitationem seu *ἐποχὴν* mirabar. Colloqui igitur necesse erit. Iam etiam vobis deliberandum erit quem *Giganti* successorem daturi sitis. Bene vale et rescribe. Volui monumentum *Helti* tuis versib. Graecis praesertim ornari. Quare tabula ad sepulcrum suspensa est, quae continet tuos versus hac editos forma, quam hae pagellae ostendunt, quas mitto.

Phil. Melanth.

No. 3227. 20. Iul.

S. Mulnero.

† Ex apogr. codicis MSS. Bibl. Palatinae Viennens. Theolog. No. DCCCCVIII. Folio 267.

Honestissimo viro et egregia prudentia praedito D. Sebastiano Mulner Senatori Mansfeldensi, amico suo.

S. D. Honestissime Domine *Sebastiane*, et amice Charissime. Aliquoties et filios vestros et eorum contubernales interrogavi in praelectionibus meis; ibi ita erudite responderunt, ut intelligam eos primis literarum exordiis, Grammaticae, Dialecticae et doctrinae Christianae bene excultos esse. Nunc vero et filium vestrum *Georgium* ad me vocavi, ac de ordine praelectionum sciscitatus sum. Publice tantum has tres audiunt, Dialecticam, Graecam Grammaticam et Ethicen. Domi difficiliorem repetunt et exercent Stylum. Iussi autem et mihi exhiberi scripta, ut de forma orationis eorum iudicem, et meam eis sententiam exponam. Hic ordo studiorum adhuc quidem mihi placet. Nec iudico eos nimium onerari. Servantur etiam idonea somni tempora. Quare nunc nihil mutandum esse censeo, sed ero inspector deinceps quoque, et si quid iudicabo mutandum esse, meam ipsis sententiam exponam. Non opinor nobis displicere quod Graecam Grammaticam discunt. Nam sine ea lingua nec latina recte percipi potest. Oro autem Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut filios vestros servet incolumes et regat. Bene valete. Die 20. Iulii anno 1545.

Philippus Melan.

No. 3228. (fere d. 24. Iul.)

N. Amsdorfio.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 116b. — Discipulo a Melanthone praescripta est.

(N. N.) ad Amsdorfium.

S. D. Reverendissime domine et patrone charissime. Etsi maxime cupiebam reverendum Dominum D. *Lutherum* ad te proficiscentem comitari, nihil enim video libentius, quam nos una syncerissimo corde de rebus maximis colloquentes, tamen sine dato tuo non libentius hinc expatior, mansi potius. Hanc vero epistolam dedi D. *Crucigero* *), ut meam tibi assiduitatem in scribendo ad te declararem. Cum enim te ut parentem vera pietate colendum esse sciam, et te vero pectore diligam, semper voluntati tuae morem gerere cupio.

Nova autem, quae hic feruntur, cognosces ex his tuis hospitibus, quibus respublica melius

---

*) Proficiscenti ad Amsdorfium in causa Medleri cum Moro. Ergo scripta est ep. exeunte Iulio. Vid. epist. Crucigeri d. 2. Aug.

nota est quam aliis multis. Dicunt in conventu in urbe Vangionum deliberationes propositas esse de colloquio theologico iterum instituendo, ut adhuc conciliatio doctrinae tentetur. Haec ad te ex aula Saxoniae Electoris scribi copiosius arbitror. Ego tamen quia omnia digna relatu tibi significari cupio, etiam recensui, ac Deum oro, ut det placidum exitum etiam huic conventui Wormatiensi, de quo Papistae atrocia minantur. Dux Bavariae *Wilhelmus* virum equestris ordinis capitali supplicio affecit propterea quod die ieiunii comedit carnes. Propter hanc asperitatem sciamus Deum nobis adfuturum esse. Bene vale patrone charissime. Wittemb. anno 1545.

No. 3229. 26. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 522 sq. (ed. Lond. lib. IV. p. 672.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Meministi te videre in urbe Raucarorum Basilea *Iohannem a Laski* natum in familia nobilissima gentis Sarmaticae, qui nunc in *Frisiis* mediocriter gubernat Ecclesias. Is ad me epistolam misit, quam ut legas oro, et deinde aut praefecto arcis vestrae *Carolovicio*, aut Cancellario Dresdensi negotium commendes. Non dubito, si quid pecuniae, aut ornamentorum reliquum fuit, interfecto illo Sarmata, mandatum esse publice, ut omnia custodiantur et patri adolescentis remittantur. Quoquomodo res se habet, honestum est vera significare. Nec dubito Mysos, quos scis ab Homero dici iustissimos hominum, iusta responsuros esse. Scripseram ad eum de dogmatibus quibusdam, quae ad me dux Prussiae misit. De his nunc se noluisse scribere ait: δοκεῖ μοι οὐ μόνον τολμηρὸς, ἀλλὰ καὶ αὐθαδέστερος εἶναι. Sed omnino haec aetas misera est. Hortator multis et fui et sum ad tuendam qualemcunque concordiam Ecclesiarum, quae profiteri puriorem doctrinam ceperunt. Sed adiutores paucos habeo.

Sabinus ex Prussia quaestiones misit, quas a nobis primum explicari voluit. Sed mittam ad te ipsum Prutenicum nuncium post biduum, cum mea sententia de iis quaestionibus. τοὺς νομοφύλακας non consulam. Quid dicant, et quid velint, ac optent, iam olim scimus, et *Sabinum* cum eis rixari nollem.

Tuas litteras expecto de *Petro*, et de aliis rebus, imo vero colloqui tecum magnopere cupio.

Plautinas Comoedias hodie vidi a te editas, et Dionem *Amantii* nomine editum. Gratiam tibi habeo, quod studia litterarum et accendis et iuvas assiduis laboribus. Nam has operas a nobis intelligi ac praedicari decet. De aliis recte dicis, οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ. Scire cupio an per Lipsiam iter fecerint *Lutherus* et σταυροφόρος*), qui ad Episcopum ναοπυργαῖον profecti sunt. Bene vale. VII. Cal. Augusti Tabellarius *Frisius* litteras habet peculiares ad *Carolovicium*, et alteras ad Cancellarium scriptas.

Philip. Melanth.

No. 3230. (h. t.)

N. Medlero.

† Ex autographo in tabular. Eccles. Evang. Argentorat. mihi descripta a Cl. *Strobelio.*

(Fragmentum epistolae Melanthonis, haud dubie Nicolao Medlero scriptae.)

— — — hanc meam sententiam perscribi ad illustrissimum ducem Saxoniae Electorem voluerunt, quam tibi quoque indicendam esse duximus. Movemur necessitate ecclesiae *Brunswicensis*, et talia sunt tempora, ut valde opus sit talium civitatum concordiam tueri. Nam reges et principes, qui lucem Evangelii extinctam cupiunt, cum alia multa atrocia nunc minitentur, tum vero praecipue in civitatibus factionum studia accendere conabuntur. Quare pium, gravem et prudentem gubernatorem Ecclesiae in illa honestissima republica esse optamus. Anteferes igitur hunc locum Naoburgensi Civitati et aulicae functioni. Etsi enim misericordia illustrissimae — — — — [1])

---

*) Vid. ep. Lutheri apud de Wett. T. V. p. 752.

1) Adiecta est huic fragmento, manu Philippii scripta:
„*Christophori Arhesini* Responsio ad famosum libellum „cuiusdam, quo suo nomine falsa convicia scripsit adversus „*Bucerum*, mutato hymno Victimae paschali - - - - -"

Nescio quis dirum sparsit suo nomine carmen
Buceri ut carpat dogma fidemque pii:
Ille potest fortasse oculos eludere nostros
Non titulum adscribens ad scelus ipse suum.

No. 3231. (h. t.)

Eidem.

Ex apographo in cod. Bavari p. 1070. edita a Danz. ep. 46., nunc ex eod. cod. descripta.

Dm. Doc. Nicolao Medlero.

S. D. Legati Brunsvicensis Senatus nobis exposuerant aulae responsum. Et cum ipsos cum aliquo dolore haec adferre responsa animadvertimus, tum vero et nos doluimus, te potius in illam solitudinem abduci, quam in frequentiore ecclesia versari. Sed audi quantum studium erga te sit civitatis istius. Legati dixerunt, se toto anno servaturos tibi esse hunc locum integrum. Fortassis tempus tibi concedet, ut ad eos commigres. In *Marchia*, praesertim sine studiorum sociis, qualis vita sit futura, prospicere te iam arbitror. Sed tamen misericordia Dominae[1]) moveor, ut minus reprehendam consilium vel tuum, vel illorum, qui te Dominam sequi voluerunt. Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi, qui adfirmat se esse Deum contritorum et cum miseris habitare, adsit nobis. Bene vale 1545.

P. Melanthon.

Doctor *Cruciger* profectus est ad tuum episcopum, et adiunxit se ei in curru D. Doctor *Martinus*, qui expatiatur animi causa. Mihi non displicet, te non profectum esse ad illam contentionem insuavem"[2]).

No. 3232. 28. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 523 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 673.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Bamb. amico suo cariss.

S. D. *Lascii* tabellario Prutenicas etiam litteras dedi, quas an acceperis scire cupio. Nam ipsum istuc Prutenicum nuncium mitto, qui affert de scholarum testimoniis meam responsionem brevem quidem*), sed occupationibus meis danda est venia. et videremur ἐπὶ φακῇ μῦθον instituere, si in hoc argumento longiores essemus. Si placet responsio, subscribito, aut tuam sententiam, quam voles, prolixe explicato. Nihil enim tibi praescribo. Si placet etiam Scaevolas et Papinianos adhibeto. Expecto a te epistolam longiusculam, cum ego fortassis aliquanto occupatior quam tu, certe imbecillior et in dicendo aridior, totas tamen impleam paginas. Noribergae expectari *Hieronymum* audio: Quae utinam Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi coniugi et liberis restituat. Bene et feliciter vale. Quinto Calend. Augusti.

Phil. Melanth.

No. 3233. (h. mense)

C. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 285 sq.

Christophoro Pannonio (Theologo Francoford.)

S. D. Scio, te in amicitia constantiam et fidem dignam viro bono ac docto virtutis caussa amicitias colente praestare. Ideo nec excusatione illa, quam nuper scripsisti, opus fuit, nec ego requisieram a properante illud officium, de quo scribis. Diutius, imo semper nos una esse posse optarim.

Attamen aeterni non fallet iudicis iram,
  Abdita qui clare crimina cuncta videt.
Non impune Dei poteris violare magistrum
  Cuius vox Christi munera magna sonat.
Testis erit verax *Bucerum* spargere Christus
  Doctrinam in populis semina pura Dei.
Quae te igitur furiae convicia dicere cogunt,
  Publica quae propter poena luenda venit?
Et quanquam intexis verbosa crimina falsa
  Neglectaque refers multa pudenda fide,
Non tamen ingratum est canitur quod carmine vestro
  Bucerus Christi victima*) sacra Deo
Hostia fit, quoties odiis laceratus iniquis
  Fide Evangelii pectore dicta docet.
Hostia sic vobis est quondam factus *Adolfus*
  Dum propter Christi nomen in igne perit.
Magna quidem nobis, quia nostra morte litamus
  In patria Christus praemia sede dabit.
Sed vos quos nostrum iuvat exhaurire cruorem
  Ad poenas iusti vindicis ira trahit.

1) Coniux Ioachimi, Marchionis, soror Christiani, regis Daniae, separata a marito Lichtenbergae tegens, et a Ioanne Friderico Elect. honeste nutrita. (Ex nota Bavari.)

*) Legitur *victa.*

2) Haec: *Doct. Cruciger* etc. Danzius non edidit. — De illo itinere vid. ep. ad Camer. d. 26. Iul.

*) Vid. ep. d. 1. Aug.

Nunc mitto ad vos tabellarium propter Magistrum *Bartholomaeum*, a te quoque aliquid literarum flagito. Nam a *Sabino* nondum quidquam attulerunt mercatores, a filia brevem epistolam accepi mediocriter scriptam.

Tibi *Stigelii* carmen mitto. Conventum *Wormatiensem* dissolvi audio *), et *Carolum* Imperatorem petere thermas, nonnihil succensentem nostris, quod nolint promittere, se Synodo permissuros esse cognitionem nostrarum controversiarum. Bene vale.

Philippus.

No. 3234. (h. a. et mens, ut videtur.)

M. Helingo.

Epist. lib. V. p. 334 sq.

Mauritio Helingo.

S. D. Filius Dei, Dominus noster Iesus Christus, qui dixit: Sinite parvulos ad me venire, custodiat et gubernet agmen tuum, et tuos labores regat. De *Crucigero*[1]) tibi gratiam habeo, cuius ingenium scio cuilibet honestae ac magnae Scholae ornamento esse posse, et profutura exempla carminum ipsius adolescentiae spero. Nunc ad te proficiscitur, ut de initiis laborum suorum tuam sententiam audiat. Quaeso, ut eum amanter complectare. Idem a *Mencelio* peto. In his tantis aerumnis publicis bonae mentes levationem habent dolorum, ubi vident, et Scholam bene institutam, et consensum docentium in Schola et in Ecclesia. Hic coetus et haec studia sine ulla dubitatione Deo curae est. Quare et hospitia servaturum esse ipsis speramus, et, ut servet, orant plurimi, quoties vos et agmina vestra intuentur. Bene et feliciter vale, et rescribe. *Mencelio* salutem opto, et vobis omnibus.

Philippus Melanthon.

No. 3235. (m. Iulio.)

Praefatio.

Praefatio in librum: „Augustini Hipponensis Episcopi liber de spiritu et litera. Cum praefatione et praemonitione lectoris Witembergae anno M. D. XLV. (In fine:) Wittembergae impressit Iosephus Klug. anno M. D. XLV. (9¼ plagg. 8. minor.) — (Habetur hic liber in bibl. Reg. Goetting.) — Nomen Melanthonis praefationi non quidem additum est, sed testatus est Mylius, in Chronologia libror. Melanth. ad h. ann., Melanthonem eam scripsisse, et facile quisque in ea Melanthonem, etiam sine indice nominis, recognoscet. — Caeterum ex praefatione ipsa intelligitur libellum Augustini editum esse in usum praelectionum a Io. Bugenhagio habendarum, quare nihil continet praeter textum Augustini.

Praefatio ad Lectorem.

Cum omnis de doctrina coelesti disputatio ingrata sit hominibus prophanis, sepe vos praefari necesse est, nos concionari Ecclesiae dei ac praecipue in his scholasticis lucubrationibus alloqui iuventutem non impiam, sed amplectentem Evangelium divinitus traditum, et veris animi motibus invocantem deum. Nec defuturos nobis esse auditores, nec labores nostros irritos fore metuimus, cum deus promiserit, se semper coetum aliquem piorum servaturum esse, qui celestis doctrinae custodes erunt. Quare sinamus Epicureos a quibus superbissime contemnimur, ridere sardonium, nec desinamus haec studia colere, et res Ecclesiae necessarias illustrare. Hunc autem Augustini commentarium ideo nunc edimus, quia multo ante constitutum est in hac Academia, ut interdum hic liber proponatur ac enarretur, ut studiosi conferant aetates et scriptores, et quaesita unâ perpetua et catholica Ecclesiae dei sententia, videant in hac nostra Ecclesia vere sonare, retineri et propagari illam unicam puram perpetuam verae Ecclesiae dei sententiam, nec sculptum hic esse novum doctrinae genus, sed deo monstrante veterem lucem esse redditam, pulsa caligine. Cum autem vera Ecclesia omnibus aetatibus multa hostium genera habeat, et de multis doctrinae partibus bella externa et domestica gerat, sciendum est, non leve certamen esse de *) iusticia. Hic enim humana et philosophica iudicia omnibus aetatibus admiratione disciplinae, quae est sane magnum decus, execrantur fulmina illa divina, quae hominum virtutes abiicere et leges ac nervos honestorum officiorum vitae abolere videntur. Ut filius frugalis in enarratione Evangelica irascitur patri recipienti redeuntem fratrem, qui patrimonium suum turpiter profuderat: ita et tunc Pharisaei succensebant Christo, et omnibus aetatibus

*) Solutus est d. 2. Augusti 1545.

1) Filio.

*) *de* addidi, quod sine dubio excidit.

multi propugnatores disciplinae et legum oderunt Evangelium, quod de lege, peccato, iustitia, gratia, fide proponit doctrinam a iudicio filii frugalis abhorrentem. Statim igitur post Apostolos rursus Evangelio inducta est caligo. Etsi *Origenis* scripta, quae nunc extant, mutila sunt, et fortasse pleraque *νόθα*, tamen doctrinae corruptelae in eo cernuntur. Postea secutus *Pelagius* in occidente audaccissime delevit Evangelium. Non tradidit discrimen legis et Evangelii, negat in homine dubitationes de ira et misericordia dei, et horrendam aversionem a deo nobiscum nascentem peccatum esse, fingit legi dei homines satisfacere posse, et hanc qualemcunque externam moderationem morum placare iram dei, et iustitiam esse, quae faciat haeredes vitae aeternae. Non solum nugas esse, quod clamat Paulus: propter Christum, non propter opera legis accipi remissionem peccatorum, sed etiam perniciosas morum corruptelas esse. Fanaticam amentiam esse, quod dicitur, fide hominem iustum esse et hanc fidem fiduciam esse acquiescentem in mediatore, qua spiritus sanctus novam et aeternam lucem in perterrefactis mentibus accendit. Cum igitur late sparsisset virus suum *Pelagius*, et illas *πιθανολογίας* facile amplecterentur homines, magnae in Ecclesia tenebrae fuerunt, ut his proximis saeculis similis doctrina Monachorum lucem Evangelii in toto orbe terrarum obscuravit. Credo autem passim fuisse aliquos pios et peritos recte sentientes, ut et his postremis saeculis alicubi fuerunt meliora docentes, ut *Bernhardus*, *Taulerus* et alii.

Sed tunc adversus Pelagii venena excitatus est divinitus *Augustinus*, qui Ecclesias passim ad veram doctrinam Prophetarum et Apostolorum revocavit, ostendit, horribiliter errare *Pelagium* negantem peccatum originis, monstravit discrimen legis et Evangelii, docuit, remitti peccata gratis propter filium dei, non propter dignitatem nostram, adfirmat, Evangelium esse ministerium spiritus, ac fide accipi spiritum sanctum. Harum maximarum rerum explicationem multis voluminibus complexus est, quae, si tempora et sententiae prudenter conferantur, satis ostendunt lectori, dextre et non calumniose iudicanti, recte eum sentire, et cum nostra Ecclesia de his ipsis locis congruere. Sed tamen alias magis alias minus sunt perspicua eius scripta, cuius rei hae fortassis causae sunt, quia nec ipsi ex caligine sui temporis prorsus eluctari facile fuit. Altera natura est consuetudo, ut dicitur. Etiam cum corrigimus veteres persuasiones, tamen aliquid contagii haeret in mentibus et in sermone. Et genus sermonis ac velut Ecclesiae linguam mutare, videtur audacia esse plena periculi. Deinde res ipsa loquitur, ea aetate praesertim in Italia et caeteris regionibus latine loquentibus parum fuisse literarum. Graecia etiam et Asia iam post *Basilium* studia doctrinae negligentius coluerunt. Quanquam igitur vis ingenii magna fuit in *Augustino*, et pietas, qua discrimen vidit Philosophiae et Evangelii, tamen rationem explicandi et ipsi et multis ea aetate defuisse, manifestum est. Has autem duas virtutes coniunctas esse oportere Pericles dixit: *γνῶναι τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι.* Nec putemus haec ullos sine doctoribus ac monstratoribus, sine studio, sine iusta discendi ratione consequi posse. Vere hic et recte refutat *Augustinus* Origenis et Enthusiastarum deliramenta, qui corrumpebant Pauli dicta de litera et spiritu, prorsus ut nunc Anabaptistae. Cum literam abiiciebant, totum ministerium externum aspernabantur. Deinde spiritum fingebant esse allegorias et imaginationes, quas sibi reiecto verbo dei fingebant, ut multi monachi et *Anabaptistae* iactitarunt adflatus esse spiritus, deserta coniuge et familia vagari cum fanaticis erronibus.

Ab his tetris portentis *Augustinus* revocat Ecclesiam ad veritatem, ostendit quid litera et quid spiritus proprie dicantur, nec literam abolendam esse nobis praecipientem, sed vocem et ministerium externum Evangelii, necessario retinendum esse, ac spiritum sanctum per vocem Evangelii et per ministerium efficacem esse. Recte et hoc adfirmat, disciplinam, id est, honesta opera humanae rationis sine spiritu sancto facta, nec mereri remissionem peccatorum, nec esse iustitiam, quae faciat haeredes vitae aeternae. Ac praeclare dicit: ex lege timemus deum. Sed alibi saepe dicit, iustificari homines per gratiam dato spiritu sancto accendente dilectionem in cordibus. Haec explicatio non est integra. Necesse est enim prius dici, quod et ipse saepe significat, de remissione peccatorum, quomodo acquiescant perterrefactae mentes, quomodo accipiant remissionem peccatorum, unde mens in agone sentiens iram dei consolationem petere debeat. Non ad proprias virtutes deducenda est. Ne ipse quidem *Augustinus* moriturus dixit: video puritatem meae dilectionis; hanc oppono iudicio dei, propter hanc

mea immundicies tegitur. Imo vero cum gemitus eius et lacrymas amici viderent, et mortis metum indignum tali viro esse iudicarent, respondit, se non eo dolere, quia ex hac vita discendendum esset, sed quia nunc magis videat suam immundiciem quam antea, ac deplorare se miseriam et suam et aliorum, quia cum circumferamus multa ingentia et arcana peccata, tamen securi nihil adficiamur cogitatione iustissimae irae dei. Alibi igitur diserte et perspicue adfirmat, fide accipi remissionem peccatorum, et iustos pronunciari nos propter mediatorem. Et hac fide mentes consolandas esse, quae expavescunt et fugiunt deum, agnita eius ira. Multa enim extant eius dicta, qūae sine ambiguitate hanc sententiam inculcant.

Iudicium igitur adhibeatur, cum leguntur alicubi mutilae disputationes, ne tantum philosophicam sententiam ex eo excerpamus, ut fecerunt scriptores secuti Longobardum, qui prorsus ut philosophi de iusticia christiana loquuntur. Ut Scipio fortis est impetu heroico, qui est motus divinus, sic illi dicunt Baptistam iustum esse, quia habeat virtutes accensas divinitus. De hac novitate cordis cum dixerunt, non dicunt, unde Baptista remissionem peccatorum, non dicunt, cum Baptista suam immundiciem intuetur, unde petere consolationem debeat, et in qua re acquiescat. Non negamus, oportere accendi dilectionem in cordibus. Sed nisi corda statuant de remissione peccatorum fugiunt deum, non diligunt. Ideo Paulus inquit: iustificati fide pacem habemus. Non acquiescit Cato, quia cum putet se in causa iustiore a deo negligi, dubitat in universum de providentia. Nec acquiescit Saul, qui etiamsi scit, populum Israel regi a deo, tamen quia statuit sibi remitti peccata, fugit deum et ei irascitur ut Cato.

Haec recitavi, ut studiosus lector praemonitus conferat ad hunc Augustini librum doctrinam, quae de fide et de iustitia in nostris Ecclesiis traditur, imo ipsum Augustini pectus ad hanc mutilam explicationem conferat, nec excerpat hinc truncatas sententias ad obruendam lucem, quam deus Ecclesiae suae magna bonitate restituit. Cum autem reverendus vir, eruditione, virtute et pietate praestans, Doctor *Iohannes Bugenhagius Pomeranus*, Pastor Ecclesiae Vitebergensis hunc librum enarraturus sit, non addam longiorem praemonitionem. Ipse enim optima fide et gravissimo iudicio dicta obscuriora illustrabit. Illud tantum studiosos, quorum iudicia adhuc per aetatem infirmiora sunt, moneo, ne tragicis clamoribus *Eccii*, *Pygii* et similium perturbentur, qui vociferantur, novum, inauditum, absurdum, perniciosum dogma in nostris Ecclesiis spargi: homines fide iustos esse. Furorem execrandum esse dicunt, fingere hominem noticia iustum esse. Adversus hos Titanas opponito conciones filii dei et Paulinas, in quibus toties inculcatur hoc dictum: fide iustificamur gratis. Inprimis vero memento dictum in Actis: huic omnes prophetae testimonium perhibent, accipere remissionem peccatorum per nomen eius omnes qui credunt in eum. Omnium prophetarum consensus citatur; hoc vere est catholicae Ecclesiae consensum citare, quem longe antepono quamvis magnis agminibus recentium monachorum, qui dilutam philosophicis et pharisaicis imaginationibus doctrinam tradiderunt, et illam necessariam piis consolationem obruerunt. Ut Ecclesia Israel iter faciens per mare rubrum, nulla se vera consolatione alia sustentabat, nisi fide praesentiae et auxilii divini et invocatione, ita cum semper pii in periculis non levioribus versentur, hac se luce et fide exigunt, quod propter filium dei mediatorem a deo recepti sint, tegantur, serventur. In hac consolatione discimus et quam necessaria sit haec de fide doctrina, et quid fidem nominent Prophetae, Christus et Apostoli. Hac extincta luce et consolatione, ut in Saule, nec consolatio in magnis aerumnis ulla reliqua est, nec invocatio dei existere potest. Fugiunt enim animi frementes adversus deum, qui videtur durior iusto, quia tanta mole miseriarum haec infirma natura onerata est. Hos agones Ecclesiae qui aliquo modo degustarunt, libenter amplectuntur Evangelii vocem de fide, nec eludi eam praestigiis ullis disputationum sinunt.

At reclamant adversarii, nos, tanquam magica verba imitantes non intellecta, stolide retinere scriptum Pauli, seu τὸ ῥητὸν, se vero διάνοιαν, hoc est, sententiam sequi, ac Pauli verbis concinnam interpretationem addere congruentem sapientum et tot scriptorum iudiciis: sumus iusti *fide*, scilicet *formata*, ut dicunt, id est propter dilectionem iusti sumus. Haec sententia, inquiunt, copulat virtutes. O rem perniciosam Ecclesiae et vitae hominum sophisticam! Ludunt verborum praestigiis adversarii, seu, ut Aeschinis verbis utar, latrocinia exercent per Ecclesiam navigantes in vocabulis. Aiunt, se copulare vir-

tutes cum fidem aboleant, palam adfirmant, dubitandum esse de remissione peccatorum, caeterum retineri iubent historiae noticiam, qualis et in diabolis est, quae revera auget pavores. Nam qui sciunt, filium dei universum genus humanum ad tribunal suum producturum esse in iudicium, nec tamen didicerunt, statuendum esse, propter ipsum certo recipi credentes, hi huius ipsius iudicii metu magis a deo depelluntur; ut dicitur: Daemones credunt, et contremiscunt. At Paulus inquit: fide iustificati pacem habemus. Aliud igitur fides est apud Paulum, quae pacem adfert, hoc est, consolatur et erigit perterrefactas mentes, imo vitam accendit, ut in prophetica voce dicitur: iustus fide sua vivet. Et fiduciam esse gratuitae misericordiae, qua perterrefactae mentes acquiescunt in mediatore, monstrato voce promissionis, necesse est. Quod cum ita sit, interpretatio, quam fingunt adversarii, falsa et pharisaica imaginatio est, sculpta ex lege seu philosophia, et multos errores continet. Scimus de coelo hanc vocem editam ab aeterno patre: hic est filius meus dilectus, hunc audite. Simus igitur auditores filii dei, prophetarum et Apostolorum, et sumamus ex ipsorum sermone sententias, qui certe intelligi volebant, et semper coetum habuerunt non aberrantem ab eorum sententia; imo qui intellexerunt, mentes hominum debere inclusas intra verbum dei, ibi ali divinitus agnitione voluntatis dei, sicut foetus in alvo matris sedens non rumpit *χόριον* donec iustum tempus pariendi venit, ac interea ibi materno lacte et calore fovetur. Non ludamus variis interpretationibus figendis, ut ludunt grammatici texendis allegoriis Homeri; unum est enim verum simplex et perpetuum genus doctrinae Evangelii, quod deus Ecclesiae suae tradidit inde usque ab initio per filium, patres, prophetas et Apostolos, quod etiamsi impii prorsus abiiciunt et ignavi saepe contaminant, tamen, ne vera invocatio dei in terris deleatur, subinde mirabili dei bonitate instaurat. Id instauratum nunc quoque discamus, amplectamur, retineamus, et posteris sincere tradamus. Legamus prophetarum et Apostolorum scripta, quae Deus non frustra dedit humano generi, quod qui facient pio studio, iis illucescet lux Evangelii, ut scriptum est: Deus est, qui efficit, ut velitis et ut perficiatis. Cum accensa est in corde scintilla, ut vere ames veritatem, etiamsi te in labyrinthos aliquos inducere mali doctores conabuntur, ut saepe fiet, tamen deus respectantem te ad fontes gubernabit, ne aberres. Hac spe legamus doctrinam divinitus traditam, et addamus ardentia vota, ut deus studia nostra regat.

No. 3236. (ineunte Aug.)

Studiosis.

Scripta publ. Witteb. I. p. 132 b.

Phil. Melanthon (Studiosis).

Paulus ad Ephesios scribit, singulari ope Dei servari ministerium docendi Evangelii in Ecclesia, ne luce verae doctrinae extincta circumferamur variis ventis opinionum, ut Ethnici et alii impii, abiectis libris Propheticis et Apostolicis, subinde nova numina et novas superstitiones horribili furore excogitarunt. Haec in Ecclesia ne accidant, necesse est, unam, certam, firmam, perpetuam formam teneri, scilicet Propheticos et Apostolicos libros, in quibus Deus patefecit voluntatem suam. Hos vult legi et cognosci: et, ut nativa sententia non corrumpatur, subinde excitat interpretes idoneos, quos vult audiri. Non enim frustra ministerium docendi instituit. Hoc ingens beneficium Dei agnoscamus, et audiamus sinceros interpretes; conferamus etiam aliorum temporum Doctores, et eos discernamus; videamus, qui veteres congruant ad normam a Deo traditam in Evangelio, qui non congruant. Hac collatione iudicium exercetur, et bonae mentes iuvantur veris testimoniis antiquitatis. Ideo nunc Reverendus dominus Doctor *Iohannes Bugenhagius* Pomeranus, Pastor Ecclesiae nostrae enarraturus est librum *Augustini* de Spiritu et Litera, in qua enarratione ostendet, quo iudicio antiquitatis*) legenda sit. Etsi enim summa eius operis Augustini pia est, tamen interdum loca mutila indigent voce interpretis, qui ostendat, quid desideretur. Libri autem venales invenientur apud typographum *Iosephum*, quos ut Studiosi emant et legant, invitentur studio antiquitatis, quod ingeniosos homines valde decet. Ut autem plures audire possint, nec impediantur Physica praelectione, Reverendus dominus Pa-

*) Excidisse aliquid videtur, ut *doctrina*, *philosophia* vel simile.

stor decrevit transferre suam Praelectionem in horam matutinam sextam, et praeleget biduo singulis septimanis die quinto et sexto. Incipiet proxime die quinto *).

No. 3237. 1. Aug.

Alberto, Duci Pruss.

Ex autographo, a scriba scripto, cui Mel. subscripsit, edita a Fabro in epistolis p. 105. ep. 28.

(An Herzog Albrecht in Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtigster hochgeborner gnädigster Fürst und Herr, E. F. G. bitt ich in Unterthänigkeit, sie wollen kein ungnädig Mißfallen an meinem oft schreiben haben, dazu ich warlich nicht meinet halben, sondern den löblichen Studiis zu gut, und aus unterthäniger guter Zuversicht zu E. F. G. bewegt werde, Und füge E. F. G. unterthäniglich zu wissen, daß der hochgelarte Doctor Andreas Aurifaber durch Gottes Gnad aus Italia wiederum anher gen Witeberg kommen und hat warlich viel Stück zur Medicin nützlich in Italia gemerkt, denn er bei gelehrten Männern, die ein große Practica haben, in gute Kundschaft kommen, durch einen Venediger, der ein Zeitlang allhie und zu Leiptzik sich gehalten. Er hat auch E. F. G. zu gut etlich Ding gekauft, und bringet Bücher mit sich, die in Teutschland nicht zu bekommen. Derwegen hat er hundert Floren über die vorigen jetzund im Widerweg [1]) von von Herr Antoni Fuker [2]) genommen, davon gedachter Doctor Andreas sich erbeut E. F. G. unterthänige Rechnung zu thun. Derhalben bitt er E. F. G. wollen Ihr gnädiglich solchs gefallen lassen und befehlen, daß diese Summa Antonio Fuker auch entricht werde. Und nachdem sich gedachter Doctor Andreas erboten, auf Michaelis in Preussen zu kommen, und aber er seine Bücher und ander Geräth nicht dahinten lassen kann, bitt er unterthäniglich E. F. G. wollen Ihren Kaufleuten Befehl thun, mit den Fuhrleuten zu handeln, und zu bestellen, daß sie seine des Doctors Andreä Kasten und Faß aufladen wollen [3]). Denn wo solche nicht durch diese Fuhrleut jetzund aufgeladen würden, zudem daß sie den Winter hernach nicht möchten fortgebracht werden, würde auch hernach viel größer Kosten darauf gehn. Dieses alles bitt ich neben gedachtem Doctor Andrea in Unterthänigkeit, E. F. G. wollen den Studiis und denen die Gott mit guten Ingeniis begabet gnädige Hülf und Förderung erzeigen, daß Gott zu Lobe gute Künsten erhalten werden. Denn E. F. G. sehen leider vor Augen, daß große Veränderung in mehr Königreichen zu besorgen, die der allmächtig Gott gnädiglich lindern wolle. Der wolle auch E. F. G. allezeit bewahren und regiren. Datum Witeberg am ersten Tage Augusti Anno 1545.

E. F. G.

unterthäniger Diener

Philippus Melanthon.

*) Pagella publica legitur in pagellis anno 1545. editis.

1) i. e. Rückweg.

2) Fugger, Augustae Vindelicor.

3) Es sind zwar kleinliche Umstände, doch als große Beweise der Wohlthätigkeit des Herzogs gegen die Gelehrten und des bedeutenden Kostenaufwandes, den ihre Berufung nach Preußen ihm verursachte, zu achten, daß er dem Aurifaber 100 Thaler zu den Reisekosten auszahlen ließ und ihm anräthig war, auf einem Wagen mit seiner Hausfrau und Gesinde herzukommen, seine Bücher und übriges Geräthe aber durch Fuhren nach Danzig zu befördern, von da sie zu Wasser hergebracht werden könnten. — Gleichzeitig bezahlte der Herzog für den Peter Hegemon 100 Thaler Schulden, die er in Wittenberg gemacht hatte, und wies ihn an, seine dieserwegen aufgeschobene Rückreise nun anzutreten. (Faber.)

No. 3238. 1. Aug.

Eidem.

Ex autographo, a scriba picto, cui vero Melanthon et Camerarius sua quisque manu subscripserunt, edita a Fabro in epistolis p. 108. ep. 29.

(An Herzog Albrecht in Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtigster hochgeborner gnädigster Fürst und Herr, E. F. G. senden wir hiemit unser einfältig Bedenken, belangend die Promotion, und haben davon nicht weitläuftig disputiren wollen. Denn so die Potestaten, Papst und andere, christliche Lahr und christliche Fürsten verfolgen, ist wol zu achten, daß sie nicht Gefallen haben an christlichen Schulen. Gleichwol sollen wir rechte Studia nicht fallen lassen, wie auch die Christen selb eigne Schulen aufrichten, da der Kaiser Julianus ihnen die andern öffentlichen Schulen verboten hat. Und dienet dieses zu Mehrung der Christenheit, denn auch die Heiden ihre Kinder lieber in der Christen Schulen thaten, dieweil darin bessere Zucht war.

Weiter füge ich, Philippus, E. F. G. unterthäniglich zu wissen, vom Lectore theologico, daß ich Magistrum Fridericum Staphylum dazu tüchtig acht, denn er ist gottförchtig, wohlgelehrt in christlicher Lahr und andern löblichen Künsten und Sprachen. So kann er polnische und Litausche Sprach, auch hat er allhie einen jungen Graven und andre lange Zeit in seiner Zucht gehabt, daß ich ihn sittig und nicht leichtfertig erkannt habe, und hoffe, er werd bei der einigen, reinen, wahrhaftigen Lahr beständiglich bleiben und Einträchtigkeit der Kirchen Christi treulich helfen erhalten, wo er sein Wesen haben wird.

Ich hab auch mit ihm geredt, ob er E. F. G. dienen wolle und ihm des Herrn Rectors Brief zu lesen geben. Darauf er sich gegen mir also hat vernehmen lassen, daß er ein besonder unterthänig Gemüth zu E. F. G. als einem weisen, christlichen, hochlöblichen Fürsten, der durch Gottes Gnad viel Gutes wirkt, habe. Er besorge aber, er sey zu solcher hohen Lection in Theologia noch zu schwach, gleichwohl so ihm E. F. G. schreiben würden und ihn erfordern, wolle er mit Rath der Herrn Doctorn allhie E. F. G. unterthänige Antwort zu schreiben. So ihm nu E. F. G. gnädiglich schreiben und mir dabey Befehl thun werden, will ich es unterthäniglich fördern, denn ich wahrlich zu dieser Zeit in diesen Universitäten keine Person zu dieser Lection tüchtiger zu nennen wüßte. Der allmächtig Gott wolle dazu seine Gnad und Hülf verleihen und E. F. G. erhalten und gnädiglich bewahren vielen armen Christen zu Trost. Amen, Datum Witeberg am ersten Tag Augusti, 1545 *).

E. F. G.
unterthänige Diener
Philippus Melanthon.
Joachim Camerarius.

---

*) (*Addidit Faber:*)

Der Herzog antwortete Melanthon auf vorstehendes Schreiben, er würde bald eine Reise außer Landes unternehmen, und wünsche, Staphilus möchte seine Angelegenheiten so einrichten, daß er ihn mit nach Preußen nehmen könnte. Im September dieses Jahres trat der Herzog die Reise nach Deutschland an und hielt sich zwei Monate in Naumburg an der Saale auf, um daselbst eine Sühneverhandlung zwischen seinen Vettern, den Markgrafen Albrecht und George Friedrich von Brandenburg zu Stande zu bringen*). Auf der Rückreise war der Herzog (den 8. und 9. December) in Wittenberg, und unterredete sich mit Luther, Melanthon und andern Gelehrten. Den folgenden Brief Melanthons [vid. epist. d. 13. Dec. h. a.] erhielt er noch auf der Reise bei seiner Anwesenheit in Berlin.

---

*) Bock im Leben des Herzogs Albrecht meldet unrichtig: er habe sich im October und November zu Nürnberg aufgehalten.

No. 3239. 2. Aug.

Cruciger ad Medlerum.

Ex apographo in cod. Bav. I. p. 462. edita primum a Schlegelio in vita Langeri p. 227., et postea ex eodem cod. a Danzio in Mel. epistolis ad Medlerum ep. 55. — Hic denuo e codice descripta.

D. Crucigerus ad N. Medlerum, D.

S. D. Quod a D. *Philippo* petiisti tibi significari, quid ab Episcopo Naoburgensi decretum sit in eo negotio, quod tibi cum *Moro*[1]) fuit, id *Philippus*, quia propter alias necessarias occupationes ad scribendum nunc otium non fuit, a me tibi breviter scribi voluit. Quod ita faciam, ut qui existimem te nihil amplius, quam brevem narrationem de summa rei requirere, praesertim cum tota cognitio modici temporis fuerit. Nam cum Episcopus primum tuum scriptum sibi oblatum legi audivit, facile te excusatum habuit, quod ipse coram non adesses, et iussit *Morum* respondere ad obiecta. Visa est nobis tua actio satis moderate scripta, sed *Morus* cum suam responsionem itidem de scripto recitaret, in pronuntiando nimis vehementis animi significationem edebat: sed tamen a maledictis adversus te et alios abstinebat. Responsionis praecipuum caput in eo erat: Se multos annos et in hac ecclesia Wittenbergensi et in aliis docuisse Evangelium, nunquam apparuisse, quod patrocinatus fuerit Papistis, imo aliquando[2]) visum fuisse nimis vehementem insectatorem papisticae impietatis. Itaque querebatur, sibi fieri atrocem iniuriam. Post hanc responsionem, semoto *Moro*, lecta est epistola Pastoris Ecclesiae cathedralis Naoburgensis *Eckardi* *), continens narrationem, quid et quomodo docuisset *Morus*, et qualem sese praebuisset Canonicis: unde illi iam magis coeperint christas tollere, et adversari reliquis docentibus Evangelium, adeo ut ne quidem a tumultibus in ipso templo abstinuerint. Haec narratio, quia tamquam testimonii vice erat, recitata est reverendo D. Doctori Mart. *Luthero*, qui et ipse rogatu Episcopi intererat cognitioni: proferebantur et capita seu loci fere

---

1) Danz. hic et in aliis locis scripsit *Mohrum*, sed cod. Bav. habet *Morum*, et recte, quum sit pro *Maurum*.

2) Cod. Bav. habet *aliqū*; quod Danz. legit: *aliquibus*.

*) „Hanc epistolam ego V. B. scripseram ad petitiones aliquorum summorum virorum." (Nota Bavari.)

omnium concionum, quas in Ecclesia Naoburgensi habuit *Morus*, ut erant ab ipso *Moro* notati et missi Episcopo, in quibus apparebat nusquam illum vel verbo nominatim meminisse nominis Papistici aut Papisticorum impiorum cultuum ac manifestarum turpitudinum in vita. Postea Episcopi nomine *Moro* respondit D. Doctor *Martinus*: Auditam esse ipsius Apologiam, sed ad principalem partem accusationis nihil responsum esse, de qua proprie ageretur. Non enim hoc quaeri[3]): quomodo ante hoc tempus aut docuerit aut sese gesserit; id satis notum esse; sed quod nunc in Naoburgensi munere, quasi sui dissimilis, nunquam palam et expresse taxarit vel errores papisticae doctrinae et cultus impios vel manifesto scandala in vita illius gregis, id apparere cum aliis multis argumentis, tum ex illis ipsis notis[4]) concionum eius[5]). Addidit etiam, sibi mirum videri, si quisquam vere ac fideliter docens Evangelium, vel studio hoc possit vitare, ut nusquam unquam incidat in reprehensionem seu potius refutationem adversariae doctrinae. Quod tamen manifeste requirat Paulus in Episcopo, ut potens sit, non tantum in docendo et exhortando, sed etiam in refutando contradicentes doctrinae sanae. In hanc sententiam cum pluribus verbis dixisset D. Doctor, ille, cum satis haec refutare non posset, excusavit se, „bono studio usum esse lenitate, ut ita facilius Canonicos et illis addictos pertraheret ad amplectandam doctrinam Evangelii, et se, quod etiam ante[6]) dixerat, hoc modo aliquos adiunxisse nostrae parti. Quod vero vitia non taxarit[7]), eo factum, quod in tradendo Catechismo, nondum pervenisset ad praecepta secundae tabulae." Visa est sane et haec responsio frigidior, quam ut illum relevaret, de quo longiore oratione admonitus est a D. Doctore. Sed cum responderet, se futurum[8]) in potestate Episcopi, ac facturum, quod ille iuberet, habita deliberatione, visum est illi dicendum esse: Quandoquidem appareret in ipsius doctrina iure hoc desiderari, quod in reprehendendis erroribus non congrueret cum aliis recte docentibus, quodque in Ecclesia Naoburgensi, haec res occasionem dedisset factionibus, quae si crescerent, periculum esse, ne Ecclesia scinderetur: ideo ut sanarentur hae offensiones et tolleretur occasio schismatum et scandalorum, posthac abstineret a munere concionandi in ea Ecclesia. Sed ne quereretur durius secum agi, quam par esset, Episcopus tamen stipendium huius anni ei integrum reliquit, ac promisit se adiuturum, ut vel in sua dioecesi, vel alibi alium honestum locum et conditionem inveniat*). Haec cum illi sic exposita essent, quae ille tamen nimis molli et fracto animo accepit, ita nunc discessum est, ut tui etiam h. e. Ministri Evangelii in ecclesia Naoburgensi admonerentur amanter, ut essent pacis et concordiae in tuenda vera doctrina studiosi, addito etiam honesto de te et illis testimonio. Habes breviter, quae in hoc negotio acta sunt, etsi existimo pleraque iam abunde tibi cognita esse. Bene vale. Witebergae. Secundo Augusti 1545.

Caspar Cruciger, D.

3) Danz. mendose: *quaero*.
4) Danz. mendose: *notatis*.
5) Danz. mendose *eius* in *locis* mutavit ex coniectura, sed sine causa.
6) Danz. *ante*, ex mendo.
7) Danz. *taxaverit*, ex emendatione.
8) Danz. *esse* pro *futurum*.

*) Vid. epistola consolatoria ad Morum dimissum scripta a Luthero d. 16. Oct. huius anni.

No. 3240. 2. Aug.

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 488 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 618.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Carissime *Vite*. Non possum prolixe scribere. Iam enim ingredior iter una cum D. Pastore ad Principem et ad *Lutherum* iturus. Expatiatus est *Lutherus*[1]), et nescio quam indignationem circumfert, cur redire contatur[2]). Deus regat et iuvet nos. De *Hieronymo* quam primum nobis certa scribito, quae utinam sint fausta, ut gloria filii Dei celebretur, nec dicant impii, Ubi est Deus eorum?

Pro cultris et codice gratiam tibi habeo. Sed codicem dedi *Besoldo* amico nostro. Mitto tibi praefationem in Astrologicum *Schoneri*, quam rogo ut ei exhibere cures. Iudico pie scri-

1) Vid. Lutheri epist. d. 17. Iul. 1545.
2) Spanh. edidit: *cunctatur*.

ptam esse et philosophice, sed scripsissem uberius, nisi hoc iter abrumpi inchoatam materiam coëgisset. Bene vale. 2. Augusti [3]).

Philippus Melanthon.

No. 3241. (h. t.)

Praefatio.

Declamatt. Tom. IV. (1558.) p. 362. — Librum ipsum Schoneri videre nobis non contigit. Dedimus igitur praefationem e Declamatt. Melanth.

Praefatio in libros de iudiciis nativitatum Iohannis Schoneri.

Cum initio belli Peloponnesiaci Pericles instructa ingenti classe a littore soluturus esset, in illo ipso articulo cum in suam triremem ascendit, conspecta est tanta solis eclipsis, ut paene tenebrae nocturnae medio die existerent et stellae conspicerentur. Territus igitur tanquam prodigio gubernator, ut reliqua multitudo, navigare recusavit. Hic Pericles seu vere contemnens astrorum minas, seu simulans constantiam, ne languefaceret animos militum, pallio suo texit gubernatoris oculos; ac paulo post remoto pallio, interrogat, num putet aliquid portendi, quod oculi exiguo tempore tecti fuerint, nec tamen laesi sint? Cum respondisset gubernator de pallio, nihil mali esse, quod pallium paulisper admotum esset oculis, ita, inquit Pericles, nec soli aut naturae rerum aliquid mali accidisse, aut significari putes, etiamsi luna in eum incurrens paulisper conspectum eius hominibus ademisset, ac solvere iubet et bellum Graeciae inferre, exitiale primum patriae, deinde et universae reliquae Graeciae. Opinor autem, multos esse, qui laudent hoc iudicium Periclis, sed nimis tristes poenas universa Graecia huius audacissimi iudicii dedit.

Cumque omnium seculorum exemplis compertum sit, res tristes ac insignes civitatum, aut regnorum ruinas, quasi denunciari luminum coelestium defectibus, seu obscuratione: ferrei animi est, significationes divinitus in natura ordinatas superbe ridere atque contemnere. Semper autem cum de caeteris artibus, quae literis continentur, et de vitae doctrinae, imo etiam de illo ipso doctrinae genere, in quo se deus, aeternus pater domini nostri Iesu Christi illustribus testimoniis patefecit, magnae iudiciorum dissimilitudines fuerunt. Quare de artibus, non ex omnium exemplis qui eas contemnunt, sed ex firmis rationibus et testimoniis iudicandum est. Ac ut de caeteris artibus non dicam, duae sunt partes doctrinae de astris, quarum altera certissimas leges motuum ostendit, altera μαντικὴ seu divinatrix monstrat siderum effectus seu significationes. Etsi autem prior pars ex manifestis demonstrationibus exstructa est et utilitatem hanc insignem et omnibus notam continet, ut anni metas certas et partium anni iustam descriptionem notatis aequinoctiis et solstitiis teneamus: tamen eam multi aut stolidi, aut superbi aspernantur et suis exemplis ab illa eruditissima parte philosophiae iuventutem abducunt. Sed horum iudicia etiam divinis testimoniis refutantur. Nam cum scriptum sit: *Et erunt lumina in signa*, *tempora*, *dies et annos*, praecipitur certe aspectio et motuum observatio. Omitto caetera, de annis dicam, quorum rationem teneri deus voluit, ne retro cogitantes nulla rerum initia constituere possemus. Voluit sciri, quae doctrina primum revelata sit, quo ordine promissiones propagatae sint; voluit sciri tempus, quo filius mediator missus est, denique manifestum omnium historiarum in vita lumen esse temporum seriem. Haec si magna, et digna consideratione hominum ducimus, nequaquam aspernanda erit motuum doctrina.

Quanquam ego quidem nullos unquam Cyclopes tam feros fuisse puto, neque ullam tam horridam barbariem, quae non mensium et annorum intervalla et spatia notarit et posteritati tradiderit. Turpissimum est igitur viris doctis, qui ad gubernacula reipublicae sedent, has artes vituperare, et ab earum studiis bona ingenia abducere: cum quidem ipsa curia in maximarum rerum deliberationibus, iudiciis et multis fori negotiis quotidie de utilitate doctrinae de ratione annorum admoneat.

Caeterum bonae mentes, etsi hanc utilitatem, quae multo maior est, quam ut ullius eloquentia pro dignitate praedicare possit, ex hac doctrina expetant, tamen etiam eo certitudinem motuum considerant, ut in mentibus suis hanc sententiam confirment: nunc mundum et hanc totam rerum naturam non casu ortam esse, aut volvi, sed ab

---

3) Alia manus adscripsit: anno 1545.

aliqua aeterna mente architectatrice conditam esse. Id clarissime ostendit hic ipse ordo motuum perpetuus summa arte institutus; nam casu orta non feruntur certis et aeternis legibus, et ordine ad vitae utilitatem accommodato ac perpetuo. Hoc mirificum spectaculum ideo propositum est hominum mentibus, ut de deo nos commonefaceret, quem ita prope monstrat, ut Paulus dicat, paene manibus contrectari deum posse, ostendentem se nobis in hoc suo opificio.

Postremo, dignitatem doctrinae de motibus eo maiorem esse sciamus, quia multas alias artes complectitur, et fons est geographiae, qua certe in vita carere non possumus.

Sed venio ad divinatricem, quam multi homines docti magnis voluminibus insectati sunt.

Est in manibus hominum farrago criminationum a *Pico* non scripta, sed excerpta ex vetustioribus commentariis, qui ad huius divinatricis reprehensionem multo ante collecti fuerunt. Hos refutarunt docti viri, *Bellantius* et alii quidam; et multae leves et ieiunae cavillationes obiiciuntur, quarum repetitio longa, et refutatio non necessaria est. Prudentes verissimo *Galeni* iudicio contenti sint, qui de ipsis astrorum effectionibus inquit: sophisticum est manifestae experientiae velle contradicere. Addit autem, esse aliquas siderum ac luminis effectiones, in elementis et corporibus mixtis, plantis et animantibus manifesta experientia compertum est. Ut scimus ignem calidum esse, aquam humidam (sic enim loquar exempli causa), sic scimus corpora a Sole calefieri, a Luna humectari, Saturni et Martis coniunctionem in leone aestus et siccitates facere, Lunae et Iovis coniunctionem cancro augere humores.

Haec cum perpetua experientia palam testetur, non dubia sunt, nisi quis sophistice, ut Anaxagoras, disputare velit, nivem atram esse. Cum igitur sint aliquae effectiones astrorum et earum animadversio artem pepererit, non inanem esse hanc divinatricem necesse est. Sed metae constituantur iam antea a Ptolemaeo praescriptae.

Lumen advehit qualitates primas et proximas ex his ortas in alia corpora. De aëre his annis multis certissima testimonia vidimus, quae coniunctiones et eclipses aestuum, quae humiditatum magnarum causa fuerint. Sed de homine dicamus.

Crases humanorum corporum, etsi multa sumunt a materia seu a semine, tamen certum est, eas valde temperari potestate siderum, ut nati paulo ante coniunctionem, cum luna iam radiis solis tegitur, longe sunt imbecilliores aliis. Rursus hi, quibus fulgent magnae Saturni et Iovis coniunctiones, crasim longe habent feliciorem. Sed longum esset exempla persequi; quae congruere videbit, quicunque aspicere ea volet.

De his effectibus, id est temperamentis et inclinationibus, quae comitantur temperamenta, loquimur; non referimus ad sidera omnes omnium hominum actiones et eventus. Ut igitur in medica arte ex cognitione causarum, signorum et effectuum ars extitit tum iudicandi, tum praedicendi multas corporum mutationes, et ea praedictio physica res concessa est, et aliena a superstitione, quia est aspectio divinorum operum, causarum, signorum et effectuum: ita in hac divinatrice, iudicante ex siderum positu, causae, signa, effectus aspiciuntur, et horum consideratio tantum est divinorum operum aspectio. Quare et concessa est haec ars et aliena a superstitione. Sed non evagemur extra metas, non affirmemus ea, quae a potestate astrorum non oriuntur, nec misceamus sortes et illa genera divinationum, quae vocat Ptolemaeus *ἀναιτιολογητά*.

Postquam autem dictum est, temperamentum et inclinationes ab astris oriri, iam prudentes cogitent, magnam quidem partem haec initia actionum comitari; ut dicitur: *naturae sequitur semina quisque suae.* Sed tamen cum sint tantum partiales causae, actiones aliunde regi possunt. Ac necesse est, eos, qui disciplina quadam regere vitam et mores volunt, scire triplices esse diversissimas actionum humanarum causas. Usitatissima est voluntas, quae aut assentitur, aut repugnat temperamentis, ut C. Caesar repugnat iracundiae, cum victos principes in patriam revocat.

Alia causa principalis est deus, ut cum accenditur David, ut proelietur cum Goliath. Haec actio et similes, quales sunt piorum multae, non cientur stellarum viribus aut temperamentis, sed sunt motus divini, quos ideo diligenter considerari prodest, ut nos assuefaciamus ad petendam a deo gubernationem. Multae sunt pravae in omnibus inclinationes, et, ut sint bonae, tamen magna est hominum infirmitas, et errores, ac hallucinationes plurimae. Quare opus est divina gubernatione, ut in psalmis subinde dicitur: *Deduc me, domine, in via tua.* Estque sapientia

necessaria bonis mentibus, scire deum non alligatum esse ad causas secundas, sed liberrime flectere mentes hominum ad salutaria consilia, etiamsi naturae inclinationes tetra minantur. Aspiciamus igitur nos ipsos et nostros, quos regere debemus, nec nos solos hanc nostram Argo gubernare posse arbitremur, sed adiungamus, nobis deum rectorem, ut toties deus ipse praecipit. Et Christus inquit: *Quanto magis pater coelestis dabit spiritum sanctum petentibus.*

Tertia actionum causa est diabolus. Nam Neronis furores non a temperamento tantum oriuntur, ac innumerabiles homines, bonis naturis praediti, horribiliter in scelera ruunt et opprimuntur tristissimis casibus; ut Saul, Oedipus, quorum facta et eventus non ad causas coelestes referuntur, sed ad diabolum.

Hanc causarum diversitatem in vita profecto necesse est considerari, ut ubi natura conformanda sit, ubi reprimenda, quam valde opus sit gubernatore Deo et quanta vigilantia cavendae sint insidiae diaboli, cogitemus. Haec philosophia digna est bonis et doctis, et prodesse eam illi sciunt, qui eam utcunque exercent.

Quid est disciplina honesta, nisi haec diligentia regendae vitae, quae nisi prospectis causis existere non potest? Utilem igitur esse ad mores regendos hanc divinatricem manifestum est, quae naturae inclinationes monstrat, ut bonae excitentur arte et vitiosis frenum iniiciatur.

Nunc facilis est explicatio dicti Ieremiae: *a signis nolite timere.* O dulcem consolationem ecclesiae et omnibus deum invocantibus propositam. Non ait Ieremias, nihil esse signa coeli, imo, cum nominat signa, portendi aliquid affirmat. Antequam Hierosolyma eversa est, quantum fuit prodigiorum, eclipsium, tristium coniunctionum? Haec denunciabunt excidium illis miserrimis civitatibus. Et quanquam in hac infirmitate naturae mentes sunt timidae et prodigiis moventur, saepe expavescebant eorum pectora, et qui deum vere colebant: tamen his consolationem Christus tradiderat, mansuram esse ecclesiam et habituram hospitia in aliis locis.

Sic Christus, cum praedicit horrendos tumultus orbis terrarum et tristissimas ruinas imperiorum, adiicit consolationem: *instat*, inquit, *redemtio vestra.* Ac precari iubet, ut inter rerum humanarum confusiones servemur.

Ita Ieremias, et si impendent magnae calamitates, tamen vult nos confirmatos vera agnitione et invocatione dei exspectare auxilium et liberationem.

Fatendum est, esse res malas et saevas, mortem, eversiones urbium, spectare neces coniugum ac liberorum, abduci in exilia. Haec non sunt nihil. Et tamen pios ita oportet confirmatos esse, ne metu harum rerum, cum aut impendent, aut sunt in conspectu, frangantur. Sapientia est, aspicere naturam suam, sed magis necessaria sapientia est, rectorem deum adiungere. Si quid mali aut astrorum positus, aut naturae inclinatio minitatur, sciamus deum et posse et velle moderari eventus, si ipsum vere invocemus.

Sciendum est autem et quo ordine actiones suscipiendae sint. Non moveat bella Pompeius fretus astrorum positu, sed obtemperet vocationi. Et cum vocatio postulat arma capi, mandatum dei omnibus terroribus anteferatur.

Relinquitur ergo, hanc divinatricem doctrinam esse physicam ac naturae aspectionem, in qua temperamenta et inclinationes, quantum fieri potest, iudicantur et ad causas coelestes referuntur: quas easdem res et medici considerant, sed referunt ad causas propiores, scilicet ad materiam. Saepe autem opus est utrasque causas propiores et remotiores aspici. Talis autem physica naturae aspectio non est superstitiosa, cum sit consideratio divinorum operum, quam docuit homines experientia, ut reliquam physicen, ut herbarum vires in medicando.

Basilius in enarratione capitis de rerum creatione siderum effectiones tollit hoc argumento: Si a sideribus vitiosae inclinationes aut scelera orirentur, deus causa esset humanorum vitiorum ac furorum. Haec ratiocinatio plausibilis videri posset ethnico; nobis in ecclesia dolorem augere debet, quod haec praestans natura, nequaquam volente deo, in has tantas aerumnas se ipsa proiecerit. Si hominum natura mansisset integra, fulsisset in nobis lux divina, gubernatrix omnium motuum, et stellae in materia non contaminata alias actiones habuissent. At nunc in his sordibus infeliciores sunt actiones et extincta est illa lux, quae rexisset omnes humanos motus. Haec deploranda sunt in Basilii ratiocinatione, non deiicienda de coelo sidera et cogitandum, quantum decus humana natura amiserit, quam triste ma-

lum sit peccatum, propter quod haec nostra temperamenta nunc belluinis similia sunt.

Ad hanc autem responsionem deinde haec addenda est: ne nunc quidem stellas scelerum causas esse, quia, etsi inclinationes ab eis oriuntur, tamen haec non sunt integrae actionum causae; sed voluntas praecipua causa est actionum, quae quidem et potest et debet frenare inclinationes. Non enim fatalem necessitatem constituimus, nec cogi Neronem a stellis ad tanta scelera dicimus, sed accersivit ipse sibi hos furores volens, et indulgentem cupiditatibus magis magisque incitavit diabolus. Ac multo fit deterior Nero, quam qualem natura, quamvis infausta, finxerat.

Nunc responsionem ad Basilii argumentum vides non levem commonefactionem esse de nostris miseriis et veris earum causis.

At obiiciunt: paucissimas esse demonstrationes de effectionibus siderum. Socrates de universa humana sapientia inquit: *homines aut pauca, aut nihil scire;* quorum alterum falsum est. Vult enim deus aliquam in hominum mentibus lucem esse reliquam, notitias numerorum, figurarum, legum naturae, physicas multas. Etsi autem magna est infirmitas humanae mentis et facilis hallucinatio et multa errata: tamen illae notitiae, quae divinitus monstratae sunt, non sunt abiiciendae. Et aliarum paucarum notitiarum, cum recte evolvuntur, magna est amplitudo; ut in singulis artibus prudentes artifices magna cum admiratione divinae sapientiae animadvertunt. Ita fateor de effectionibus stellarum paucas esse demonstrationes. Sed tamen ex his ipsis, si evolvantur, si dextre et prudenter ad vitam accommodentur, valde multa iudicare possunt.

At saepe fallimur, saepius etiam quam in ceteris artibus. Fateor hoc quoque. Nec tamen ars nulla est. Quid est enim familiarius homini, quam hallucinari ac errare? Sed manent tamen aliquae verae notitiae, quas alii magis, alii minus dextre ad ea, de quibus iudicant, accommodant; et de futuris rebus etiam pauca prospicere et utile, et magnum est. Nec prorsus de nihilo dictum:

Qui sapit, ille animum fortunae praeparat omni,
Praevisumque potest arte levare malum.

Haec aerumnosa hominum natura premitur ingentibus miseriis, multo pluribus, quam quas astra denunciant. Non igitur quaeramus philosophiam humanam, quae depellat omnia pericula et mala, sicut nec mors tolli medicatione potest, imo nec morbi omnes pelli posunt.

Agnoscamus, nos esse massam peccati, ac propter iram dei singulos et poenas propriorum lapsuum ferre et publicarum miseriarum sosietate feriri. Et tamen cum accedit agnitio vera filii dei, domini nostri Iesu Christi, experientur se praesidia vitae maiora habere, quam si Croesi opes, arces et exercitus haberent.

Nec omnino verum est Pindari dictum, qui physicos ait *δρέπειν ἀτελῆ καρπὸν σοφίας.* Non semper opitulantur artes. Imo multa sunt in multis artibus, nondum satis patefacta. Fruendum est tamen ea doctrina, quam deus et conspici, et adminiculum aliquod vitae esse voluit.

Cum igitur haec divinatrix sit physica quaedam temperamentorum et inclinationum humanarum aspectio et causarum coelestium collatio, ex vera experientia exstructa ars est, et concessa, et qua bonae mentes bene uti possunt, ut medicis praedictionibus. Ideo utile est, reliquias veterum scriptorum in hoc genere servari. Ac mihi clarissimus vir *Ioannes Schonerus*, quem ego paene solum hac nostra aetate artificem in hoc genere esse, vere confirmare possum, utilissimam operam praestitisse videtur, quod et ab aliis tradita, et a se longo usu observata in unum corpus coëgit, et tanquam dissipatas aedificii partes bellissime exstruxit, ut tota ars sine magno negotio a studiosis perdisci possit. Etsi enim, ut solet, alia praecepta aliis sunt firmiora, tamen prudentes delectum adhibere poterunt. Nec sua laude ideo *Schonerus* privari debet, qui insigni hoc suo labore id egit, ne ars tota et magna pars verae physices interiret. Haec igitur bonis, studiosis, amantibus philosophiae et universae doctrinae, de motibus et effectibus coelestibus eduntur. Hi legant, et sese ad amorem omnium bonarum artium, et ad cogitationem de diversis causis actionum humanarum et de tota gubernatione vitae exsuscitent, et, naturae infirmitatem contemplantes, confugiunt ad deum, aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, et huius mediatoris fiducia petant, ut divinitus regamur et defendamur.

No. 3242. 4. Aug.

Testimonium.

Editum a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. I. p. 651. et iterum in Schützii epistolis Lutheri I. p. 359. — A Melanthone compositum est, sed subscripserunt etiam Lutherus, Ionas et Pfeffingerus.

Testimonium ordinationis Reverendiss. et Illustriss. Principis Georgii Anhaltini scriptum, anno 1545. a Philip. Melanth. nomine omnium in Ecclesiis vicinis Superintendentium.

Gratias agimus Deo, aeterno patri, Domini nostri Iesu Christi, quod immensa bonitate, et instituit inde usque a conditione et restitutione generis humani, et servat omnibus seculis usque ad resurrectionem mortuorum, ministerium Evangelii, et excitat subinde idoneos Doctores ac mandata dedit Ecclesiae suae, ut vocet idoneos ministros, et promittit se per eorum vocem daturum remissionem peccatorum, Spiritum sanctum, vitam, et iustitiam aeternam, et oramus eum, ut lucem Evangelii sui non sinat extingui, sed nunc quoque excitet purae et salutaris doctrinae Evangelii propugnatores et fideles custodes, et colligat sibi etiam nunc in his regionibus Ecclesiam, a qua in omni aeternitate celebretur. Cum autem ad hoc ministerium Evangelii Reverendiss. et Illustriss. Princeps Dominus Georgius, Princeps in Anhalt, Comes Ascaniae, et Dominus in Bernburg etc. praepositus Ecclesiae Magdeburgensis, rite ac pie vocatus fuisset ad functionem muneris Ecclesiastici adiuvandam in Episcopatu Merspurgensi, accersiti sunt veteri primarum Ecclesiarum more, viri docti et graves, qui vicinas Ecclesias gubernant, quorum omnia infra ascripta sunt, ut in ipsa Ecclesia Merspurgensi ad hanc vocationem adderetur publicum testimonium ordinationis. Nos igitur convocati, quia certo sciebamus, hunc Illustriss. Principem Georgium recte intelligere, et constanter amplecti puram Evangelii doctrinam, quam Ecclesiae harum regionum una voce, et uno spiritu cum catholica Ecclesia Dei profitentur, et eximiam eius esse virtutem et sanctitatem: Testimonium nostrum de eo, ritu Apostolico, impositione manuum, declaravimus. Cumque Paulus Tito praeceperit, ut presbyteros ad docendas et gubernandas Ecclesias passim constitueret, sciat hic ordinatus voce Apostolica sibi praecipi in hac functione, ut sacerdotes ad docendas, et regendas Ecclesias ordinet, et eorum doctrinam et mores inspiciat, et meminerit sibi quoque praecipi a filio Dei: *Et tu conversus confirma fratres tuos.* Et cum filius Dei sedeat ad dextram aeterni patris, ut sit efficax per hoc ministerium, precamur, ut in tota gubernatione regat, et adiuvet hunc ordinatum, sicut promisit inquiens: *Si quis diligit me, sermones meos servabit, et pater meus diliget eum, et veniemus ad eum, et mansionem apud eum faciemus.* Et ut hac se consolatione sustentet ordinatus ipse, hortamur. Etsi enim multa et magna sunt in gubernatione pericula, nec ulla est sapientia humana par tanto oneri, tamen sciat Deum vere adesse, et in Ecclesia habitare, ubi vox Evangelii sonat, eamque defendi et servari a Deo. Hac fiducia suscipiendi, et perferendi sunt tanti ministerii labores. Datae die tertia Augusti, Anno 1545. in oppido Mersburg.

No. 3243. 5. Aug. (h. a. ut videtur.)

M. Helingo.

Epist. lib. V. p. 333 sq.

Mauritio Helingo.

S. D. Doctissime *Mauriti*, praecipua pars est Ecclesiae Dei, agmen scholasticum, tale praesertim, quod nondum licentia, qualem sibi sumunt multi grandiores natu, corruptum est. Quare, qui in his Scholis docent, gaudeant, se in stationem piam collocatos esse inter Angelos Dei, custodes vestri agminis et vestrorum nidulorum, et suam Spartam ornent. Oro etiam Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, qui dixit: Sinite parvulos venire ad me, ut servet et gubernet studia doctrinae in his regionibus.

Casparum Crucigerum tibi commendo, qui quidem tuam erga se benevolentiam amanter praedicat. Adducit scholasticum *Francum*, modestum iuvenem, et Musicum; Sed fortassis vocem magis canoram requires. Hoc tempore talis non poterat inveniri. Spero tamen, hunc quoque vobis usui fore. Bene vale. Mitto vobis pagellas. Die 5. Augusti.

Philippus Melanthon.

No. 3244. 5. Aug.

Baumgartnerus ad Melanthonem.

Hummel's neue Biblioth. von selten. Büch. etc. Vol. I. p. 107. — Apogr. in cod. Monac. 65. p. 37.

Hieronym. Baumgartner ***Philippo Melanthoni.***

Perrupit tandem coelos et ad aures domini penetravit oratio piorum; ita ut e carcere liber ad meos redierim, integra valetudine, quarto Augusti*). Mox mihi exhibuit uxor suavissima literas a vobis ad se scriptas, quas quidem non sine lacrymis legi, quod tam pulchre convenirent cum meis cogitationibus et iisdem niterentur fundamentis, quibus ego firmiter nixus Dei auxilio vici Satanam, quem mihi longe potentiorem deo ipso ob oculos ponebat durior morte tam prolixus carcer. Versatus sum non semel dies totos atque noctes in summa desperatione meae liberationis, imo et in extremo odio[1]) dei, et, ut nihil vos celem, dubitatione de Deo; et tamen ex his omnibus liberavit me dominus. Vellem quidem ad singulos vos de perpessis ac tandem victis meis cogitationibus prolixe scribere**); sed cum acceleret profectionem nuncius, satis esse videbatur, si uno atque altero verbo universam illam et toti fere Germaniae desperatam potentiam et magnificentiam Dei significassem. Nam, quod tibi scribo, idem et D. *Luthero*, *Georgio Maiori*, ac aliis apud vos omnibus scriptum esse arbitror. Christus, qui Lazarum post quadriduum, me post plus, quam ter quater menses, a morte suscitavit, me confirmet, ne quid horum mihi tribuam, quae ex mera benignitate ipse largitus est. Amen. Vale 5. Augusti 1545.[2]) in summa acceleratione.

Audio ad me quoque a vobis scriptas esse consolationes, quas tametsi perferendas dedit uxor, tamen non sunt mihi redditae. Quodsi apud vos eorum exempla aut argumenta extarent talium, quaeso, ut habere possim.

Hieronym. Baumgartner.

*) De eius captivitate cf. *Willii* Nürnb. Gelehrten = Lexic. Part. III. p. 122. et Historische Nachr. von Nürnberg p. 364 sq.

1) *odio* excidit apud Humm.

**) Id fecit in ep. ad Lutherum.

2) Cod. Monac. *Pridie nonas Octobr.* 1545. — Reliqua cod. non habet.

No. 3245. 5. Aug.

Theodorus ad Melanthonem.

† Ex apographo in cod. Goth. 401. p. 113. et in cod. Bav. Vol. I. p. 813.

D. ***Philippo Melanthoni*** *viro optimo et eruditiss. suo Vitebergae.*

Salutem in domino, qui est adiutor in opportunitate, et audit nostras preces. Heri enim sub quarta redditus est nobis *Hieronymus*. Et quanquam senatus celavit studio tempus adventus ipsius, tamen tota paene urbs, effusa in occursum eius, duplo maiore frequentia excepit advenientem quam regem, qui pridie ingressus erat. Incredibile est, quas significationes gaudii dederint et senes et pueri et adulti. In omnibus plateis erant congratulationes clamosae: *noster dominus*, *noster Baumgartnerus venit*. Ipsi multum conanti vix tandem prae frequentia patuit ad aedes aditus. Quid multa, mi Philippe? nostro gaudio cupimus vos quoque frui, et Ecclesiam vestram nosse hanc ingentem consolationem, quod palpamus manibus, preces nostras non fuisse vanas aut irritas. Ergo eum adire nondum potui; non enim sinunt gaudii [1]) lacrymae. Vocavit tamen me cras, sicut eius manus, certissimum adventus testimonium, quam mitto, ostendit*). Excepi eum per liberos meos donatis aliquot theologicis libellis. Volebant enim[2]) videre quis esset, pro quo fudissent quotidie preces. Adventus eius insigni historia, et vobis quoque, ut scio, grata, ornatus est. Pridie quam venerat[3]) mortuus est patricius vir *Conradus Haller*, qui aetate[4]) omnes patricios anteibat; habebat enim annos LXXXVIII. Hic cum ad extremum usque nostram doctrinam odisset, et se semper cum rege, odio doctrinae

1) Cod. Bav. *gaudia.*

*) Hoc epistolium edidit Hummelius in d. neuen Bibl. seltener Bücher Vol. I. p. 106., quod hic adiicere liceat:

Hieron. Baumgartner M. Vito Theodoro.

Neque ego te sine lacrymis alloqui potero: sed tamen omnino cupio te videre et compellare, ac tentationes, quas sum perpessus, tibi declarare. Quaeso igitur, ut mature me convenias, id quod commodissime fiet ante meridiem, priusquam ineatur senatus. Familiam tuam ut non donatam, ita non omnino vacuam potui remittere. Dabo autem operam, ut alia ratione meam gratitudinem sentias. Vale.

2) Cod. Bav. *enim.* Cod. Goth. 401. *eum.*

3) Cod. Goth. 401. *veniret.*

4) *aetate*] Cod. Bav. *ante.*

christianae nostrae, cum hic esset, coniunxisset, ac paschatis tempore ad vicina monasteria sumendae eucharistiae causa cum magno omnium scandalo emigrasset, nec in extremis quicquam de impietate mutaret, funus magnifice[5]) a gente eius seu familia apparatum est; sed senatus serio edixit, ut sine pompa omni, sine scholasticis, sine ministris, sine candelis, quae ante aedes solent poni, ante prandium efferretur, aut futurum, ut cum ignominia extra coemiterii parietes sepeliatur. Nec veriti sunt regis praesentiam, qui et norat senem, et iuramentum ab eo ante triennium, cum pedes lavaret, acceperat, ne discederet a religione papae.

Postquam igitur idolatriae patronus ignominiose sepultus est, redditus est nostris ecclesiis pietatis patronus, *Hieronymus.* Quod ad valetudinem attinet, nisi facies colorata ex itineribus esset, non multum mutatus ab eo est, qui fuit. Corpus tamen attenuatum nonnihil est, et novo coepit infestari morbo in pede (quem nunquam sensit) Erysipelate. Sed curatus facilis est, ac ut puto hilariores animi motus (est enim alacer) afferent levationem melancholico malo.

Te oro, mi Philippe, si ad vos expatiabere, ad me ut divertas. Equos habebimus optimo loco, et tu apud me quoque, ut spero, commode eris. Bene in domino vale, et D. *Luthero*, D. *Pomerano*, D. *Crucigero*, D. *Maiori* salutem dicas meo nomine reverenter. Scio enim, quod haec, quae significavi, cum eis[6]) communicabis. Datae Noribergae 5. die Augusti anno 1545. Utinam aliquis ex vestris poëtis[7]) ornet carmine liberationem sancti viri. Vitus tuus.

No. 3246. 7. Aug.

Georgius Anhalt. ad Spangenbergium.

Manlii farrag. p. 448 sq.

Georgius Anhaltinus Io. Spangenbergio, Pastori Northusano S. D.

Gratiam et pacem a Deo patre, et Domino nostro Iesu Christo, Amen. Literas humanitatis tuae, quibus et de incuria typographi, et de iactura tua continebatur, intelleximus: nec leviter de isto tuo malo, tangimur. Existimamus autem non incommodam esse rationem sublevandi damni si ad suspectam illam cautionem de visitatione Mariae, tua manu lectores tantum admonerentur, quod illa te nescio a typographo sit inserta: ideo liberum illis de lectione istius hymni iudicium relinqui. Sic enim fore speramus, ut quod residuum est exemplarium, facilius extrudatur. Quod ad nos attinet, possumus ferre ut viginti exemplaria per occasionem ad nos mittantur. Recipimus nos operam daturos, ut quam commode poterunt in nostra dioecesi parrochis vendita dispertiantur. Fuit praeterea apud nos Doctor *Martinus Lutherus*, a quo sacro ordinationis mysterio per impositionem manuum initiati sumus. Is fecit tuae humanitatis honorificam mentionem. Illud ut nobis placuit, ita pollicemur T. H. non solum hoc, sed etiam alio officii genere benignam et gratiosam voluntatem. Interim commendamus nostra negocia, quae pro Ecclesiae incolumitate suscepimus, vestris piis precibus. Bene valeat tua humanitas. Datae Mersburgi, sabbatho post Sixti, Anno 45.

No. 3247. 10. Aug.

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 489. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 619.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Noribergensi.

S. D. Utinam redditus sit iam *Hieronymus* honestissimae coniugi suae, dulcissimis liberis, Ecclesiae Dei apud vos, studiis literarum, denique toti reipubl. Teque magnopere oro, ut quam primum nobis hac de re significes omnia *ἀξιόλογα.*

Mitto tibi Witebergam nostram, quam pictor *Sebastianus* *) edidit. Nosti quae iam sit *τῆς γραφικῆς* fortuna. Ideo imitari vestros hanc picturam nollet, ut sua exempla maiore pretio vendere posset. Ea in re si quid poteris apud artifices, agito, ne imitentur. Arbitror rem non

---

5) Cod. Bav. *magnificenter.*

6) Cod. Goth. 401. *eo.*

7) Cod. Goth. 401. *poëta.*

*) Sebast. Caesar? Vid. ep. ad Helingum d. 5. Apr. 1546

difficilem esse. *Περὶ τῆς καταστροφῆς* conventus, qui fuit in urbe Vangionum, etsi Homerica *ὄσσα* quaedam nunciat, tamen a te certiora expecto. Bene et feliciter vale. Die 10. Augusti *).

Phil. Melanthon.

No. 3248. 10. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 527 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 676.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. Pab. amico et fratri suo cariss.

S. D. Litteras *Sciuri Alesium* tibi reddidisse spero. Cumque heri ad *Sabinum*, certum haberem tabellarium, scripsi ut filio tuo significet, matrem incolumem esse, et peperisse filium. Te, quantum possum oro, ut valetudini honestissimae coniugis tuae diligenter consulas. Deum etiam aeternum patrem domini nostri Iesu Christi precor, ut et Publ. Ecclesiam, et tuam domesticam servet. Arbitror nos habere crebriores tabellarios ad littus Balticum, quam te. Quare si quid ad Sciurum scripturus es, nobis mittere poteris.

De iis rebus de quibus nuper scripsi, quae sit mea voluntas, quae sententia, quae spes, non opinor longa commemoratione apud te mihi opus esse. *συκοφαντιῶν δὲ οὐ σφόδρα μέλει μοί*, quas et retegit, et refutat tempus. Scio nos in odio esse, propter qualecunque studium verae doctrinae, ac iam olim ita induxi animum, ut haec odia moderate et modeste ferre decreverim. Bene vale, die X. Augusti.

Philippus Melanth.

No. 3249. 13. Aug.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 524 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 674.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Succensui *τῷ σταυροφόρῳ*, quod sine meis litteris ad te profectus est. Sed rediens, quia *εὐαγγέλια* afferebat de *Hieronymo*, me placavit. Nunc mitto epistolam ad fratrem scriptam pene *γερμανίζουσαν*, Quod si vis eam accuratius, aut alia sententia scribi, iudicium mihi tuum significato, certo sic sentio, non quia natura sum mollior, sed quia vidi exempla huius generis multa salutaria, et possem valde multa recitare.

Hodie mecum amicus noster *δάσκιος* locutus est: qui cogitat de profectione in Italicas Academias. Totam rem dissuasi. Mitto tibi et *Laterensi* picturas nostri oppidi, seu potius *κώμης ἡμετέρας*. Spero tamen versiculos vobis voluptati fore. Bene vale. Idibus Augusti.

Philippus Melanth.

Ago gratias Deo aeterno patri Domini nostri Iesu Christi, quod *Hieronymum* *) coniugi suae et liberis restituit, et precor, ut nos gubernet, nam mihi impendent novi *ἀγῶνες*.

No. 3250. 13. Aug.

Eidem Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 525 sqq. (ed. Lond. lib. IV. p. 675.).

Viro optimo atque clariss. D. Hieronymo Camerario Pabergae,

S. D. Scio vos ea sapientia, Dei beneficio, praeditos esse, et ita usu et rebus asperis exercitatos, ut saepe multumque cogitetis, de vitae humanae miseriis, de earum caussis et levatione. Harum enim rerum consideratio et aspectio magna pars est sapientiae, et bonis mentibus necessaria est. Scitis autem saepe calamitates indignatione animorum, ac durioribus consiliis exacerbari, contra vero leniri, cum non nimis vehementer repugnamus. Sic inter se contrarii coelestium orbium motus, congruunt tamen, quia rapidissimo motui, alter obsequitur, etsi leniter repugnat: praecipue vero in liberorum nostrorum casibus aliquid de nostro Iure, et de duriore sententia ipsorum infirmitati concedendum est, qua de re exempla multa commemorare possem in utranque partem, ubi vidi leniores sententias totis familiis salutares fuisse, asperiores vero admodum auxisse mala. Memini Tubingae Iurisconsultum Doctorem *Cas-*

---

*) Alia manus adscripsit ann. 1545.

*) Baumgartnerum.

parem, Virum eximia gravitate et scientia rerum praeditum assentiri nuptiis adolescentis tenuissimi, sed bene morati, et puellae huic affinis et ei commendatae, cuius patrimonium erat amplius quinque millium aureorum. Et ipse iam alium nobilem ac opulentum affinem quaesierat, mihi et fratri vestro notum. Ac laudatur Doctoris *Caspari* lenitas ab omnibus sapientibus. Haec eo recito, quia quaedam de filia vestra, frater vester vir optimus mihi commemoravit, quae mihi quoque dolorem attulerunt: sed quia et vos et fratrem vestrum sic amo, ut ex animo, vobis optima adeo precer, et optarim me studium et benevolentiam meam erga vos, veris officiis posse declarare, non potui facere, quin in hac vestra solicitudine vobis exponerem meam opinionem. Melius esse iudico, non repugnare filiae voluntati, et illius infirmitatem anteferre iuris asperitati, qua in re non solum moveor, meae naturae mollicie, ut videor, languidior, sed hac etiam gravissima ratione: Omnia humana inferiora ducenda sunt, invocatione Dei. In omnibus igitur consiliis ita nos et nostros regamus, ne impediatur invocatio Dei in mentib. vel nostris vel nostrorum. Sauciaretur autem mens filiae, si ab illo, cui promisit, aut certe quem expetit, avelleretur. Quare omnino melius est, uti leniore consilio. Scriberem plura, si vos parum hac ratione moveri arbitrarer, quae profecto apud sapientem patrem valere debet plurimum. Non disputo de summo iure, sed summi iuris acerbitatem vestra lenitate mitigandam esse censeo. Sicut scriptum est: Misericordia superet iudicium. Et, beati misericordes, quia misericordiam consequentur. Honestissimum est autem, erga liberos, flecti misericordia. Ideo vos propter Deum oro, ut propter hanc caussam, ut mens filiae tranquillius Deum invocet, leniter agatis. Idque consilium vobis ad animi tranquillitatem profuturum spero. Et Deum oro, ut sit salutare vobis et filiae vestrae. Sum pater et fortasse non unus omnium imperitissimus. Ideo et paternos affectus intelligo, et veniam do vestrae iracundiae. Sed rursus hoc paternum est, lenioribus consiliis talia incommoda sanare. Bene et feliciter valete. Idibus Augusti M. D. XLV.

Philippus Melanth.

No. 3251. 17. Aug.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 528 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 677.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camer. Pab. amico suo cariss.

S. D. Quod faustum et felix sit, heri *Lutherus* ex aula huc rediit. Tuae coniugis officia cum nobis liberaliter praedicasset, interrogavit etiam an haberemus scriptum *Epitaphium Rodolphi*, quod legebamus *) in templo Mersburgensi. Cumque audisset nos exemplum non habere, iussit ad te scribi, ut nobis mittas. Quaeso te gratificare hac in re nobis, et scriptum Epitaphium mitte. De caeteris rebus nondum possum scribere.

Cohorrui legens tuam epistolam de Synodo, Nam eodem tempore ab *Anhaltino* litteras accepi, in quibus quaedam significat *περὶ αὐθαδείας* illorum, de quibus collocuti sumus. Sed oremus filium Dei, ut sicut promisit, intersit congressui piorum, qui ipsum invocant. Bene et feliciter vale. Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi servet te et honestissimam coniugem tuam, et dulcissimos liberos. XV. Cal. Septemb.

Philippus Melanth.

No. 3252. 20. Aug.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 485. (edit. Lond. lib. II. ep. 515.).

Clarissimo viro prudentia et eruditione praestanti D. Ioachimo Mollero, Iuris utriusque Doctori, amico suo charissimo,

S. D. Et gratias ago Deo aeterno Patri Domini nostri Iesu Christi, quod te salvum et incolumem in Germaniam reduxit, et veris animi votis precor, ut tua studia gubernet, ut tibi et Reipub. salutaria sint. Veniam etiam mihi dari peto, quod literis tuis amanter scriptis, quas ex Italia ad me misisti, non respondi. Nam etsi occupationibus etiam impedior, quo minus possim omnibus respondere: tamen eo rarius in Italiam literas mit-

*) Quod extat in itinerario Chytraei, Herbornae excuso p. 472.

to, quia *Mensariorum* comperi magnam esse negligentiam in nostris literis mittendis. Nunc utinam in Germania Deus talem det tranquillitatem, ut et tu ex studiis tuis speratum fructum capere possis, et nos amicitia nostra frui utrinque possimus. Ac spero quidem Deum daturum esse aliqua hospitia tranquilla Ecclesiis suis. Salutem dicito viro doctissimo D. D. *Oldendorpio.* Bene et feliciter vale. Die Salaminicae victoriae, id est, 20. Augusti.

No. 3253. 20. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 529. (ed. Lond. lib. IV. ep. 678.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico suo cariss.

S. D. Hospiti meo *Hispano**) viro prudenti, integro, θεοσεβεῖ diem dixerunt in Belgico Sycophantae etiam absenti. Et ex dierum numero ratiocinamur iam latam esse sententiam. Ut igitur inquirat haec et sciscitetur, num ad se litterae istuc missae sint, ad vos profectus est. Dedi autem ei epistolam, et ut caussam itineris ipsius scires, et quia affici te bonorum virorum calamitatibus scio. Ipse satis forti animo est, etsi intercludi sibi reditum ad parentes et in patriam videt. Sed tamen parentum luctu et dolore movetur. Non multo aliter in nos iam sycophantae isti exercent tyrannidem, quam triginta illi Athenis in suos cives seviebant. Sed Deus servabit et Ecclesiae reliquias, et aliqua doctrinae domicilia.

Καταστροφὴν conventus Germanici, qui fuit in urbe *Vangionum*, nosse te opinor. Nos decretum totum legimus. De Synodo Tridentina prorsus silentium est. *Carolus* Romam misit Lovaniense decretum. Id Romae excusum typis dicitur, circumfertur ergo tanquam Synodi *προβούλευμα.* Bene vale, die Salaminiae Victoriae, XX. Aug.

Philippus Melanth.

*) Francisco Dryandro.

No. 3254. 20. Aug.

Cph. a Carlowitz.

Praefatio in librum: Oratio Lycurgi contra Léocratem, graece, cum praef. Mel. ad C. Carlowitz. Viteb. 1545. 8. 6 pl. — Iterum Francof. ad Moen. per Petr. Brubach 1554. 8., ex quo libro descripta a Lunzio, hic data est.

Clarissimo viro, nobilitate generis et virtute praestanti, D. Christophoro a Carolowitz, Philippus Melanthon S. D.

Saepe quaeri solet in tanta imbecillitate hominum, an natura tantum regantur hominum mores, ut dicitur: Naturae sequitur semina quisque suae; an vero etiam doctrina et disciplina flecti ad virtutem ingenia possint. Qua de re hic quidem longam disputationem instituere nolo: tantum de Dei iudicio et voluntate lectores commonefaciam. Etsi magna est infirmitas humana: tamen cum Deus praeceperit excoli homines doctrina et ad virtutem assuefieri, necesse est culturam illam non prorsus inutilem esse, praesertim in natura non distorta. Quoties vox divina praecipit, legem non solum saepe recitari, sed etiam in vestibulis aedium scribi, et in tabellis scriptam circumferri, ut cogitatione eius frenentur animi et conformentur. Pertinent autem ad virtutis doctrinam etiam Oratorum scripta, qui cum scelerum turpitudinem, et decus virtutis, oratione exaggerant, tanquam fulmina in sceleratos torquent; bonos vero ad amorem studiumque honestarum rerum accendunt. Et magna est exemplorum in orationibus copia et varietas, ac de caussis omnium officiorum multa sapientissime dicuntur. Quarum rerum cogitatio virtutum semina in mentibus et excitat et nutrit. Nunc igitur hanc Lycurgi orationem edidi, quae de pietate, quam suae quisque patriae bene moratae debet, dulcissime concionatur. Accusat enim Lycurgus perfidiosum civem, qui, cum Athenienses decretum fecissent post cladem ad Chaeroneam acceptam, ne desperata defensione patriam cives desererent, Athenis fugerat, et res, quae in naves imponi poterant, avexerat, deinde vero cum iam Alexander bellum in Asiam transtulisset, et in Attica summa tranquillitas esset, Athenas redierat. In hoc luculento argumento sapiens orator gravissime docet, vitae nostrae fructum deberi praecipue iis, a quibus eam accepimus, scilicet parentibus et patriae. Nomine au-

tem patriae non tantum hoc solum, quod nascentes excepit, aut haec tuguriola intelligantur, in quibus magno dolore matrum vagientes editi sumus: sed simul complectamur sacra, leges, honesta instituta, scholas. Nam his rebus educationem, doctrinam, virtutis intellectum et agnitionem Dei debemus. Haec bona cum sint maiora, quam ipsa vita, et non solum nostra caussa tuenda sint, sed etiam propter posteritatem, facile intelligi potest, propugnandam esse patriam bene moratam et omnibus officiis, tanquam matrem, fovendam. Haec cum honestissime gravissimeque hic dicantur, ego quidem prodesse moribus harum ipsarum rerum commemorationem, quae in hac oratione colliguntur, iudico. Sed si qui sunt, qui rerum doctrinam tantum ex aliis fontibus peti volunt, hi tamen non prohibeant, quo minus haec scripta iuventus propter linguam et orationis formam legat. Certe opus est Graecae linguae cognitione et ad intelligendam ac explicandam coelestem doctrinam et ad percipiendas alias artes vitae necessarias. Deinde ratio recte dicendi sine bonis exemplis et sine cura imitationis disci non potest. Si quis autem arbitratur, nihil referre, quocunque modo res magnae explicentur, ac sufficere eum sonum, quem cuique natura attribuit, aut ineruditam loquendi consuetudinem, seu *ἄλογον τρίβην*, ut multi arrogantes somniant, hi, ut nihil dicam asperius, et se fallunt ipsi, et quia multorum studia languefaciunt, universae vitae nocent. Magnum omnino decus est eloquentia uberior et splendidior, quae res bonas non solum recte et perspicue exponere, sed etiam augere, attollere et ornare potest, qualis vel Periclea vis, vel Platonica vel Ciceroniana fuit. Sed ego nunc non de illa excellentia loquor, quae singulare Dei munus est et paucis contingit. De hac communi facultate recte, ordine, perspicue, non sordide, non futili garrulitate docendi loquor. Hoc ipsum, quod quidem commune multis putatur, tamen et difficile est, et sine literis, varietate doctrinae, imitatione, assuefactione, denique sine multarum artium et virtutum copulatione effici non potest. Extat apud Homerum laudatio Oratoris his versibus, quos omnibus notissimos et familiarissimos esse, imo infixos omnium animis optarim. Non enim tantum narrant, quanta sit gloria recte dicentis, sed etiam monent, quid in sermone deceat et efficiendum sit:

Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει· οἱ δὲ τ' ἐς αὐτὸν
Τερπόμενοι λεύσσουσιν· ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύει
Αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν.

(Odyss. *Θ*. 170.)

Quantum decus est, in magno consilio ab unius viri ore ceteros pendere, et quidem laetari, cum ille ad dicendum surgit; propterea quod saepe in magna trepidatione salutare consilium et obscurae alicuius rei ac dubiae explicatio expectatur? Quid est optabilius, quam ut civibus tuis tua vox sit salutaris, et illis in communi consternatione tuus conspectus curas demat et levet moestitiam? Deinde sapientiam, gravitatem et suavitatem magnam Oratori tribuit, cum ait eum circumspecte certa quaedam dicere. Id est enim intelligentis negotiorum fontes et recte iudicantis: et simul reverentiam Oratori circumdat et gratiam: haec enim multas virtutes complectuntur. Audit Senatus Romanus vera animorum reverentia Laelium; non audit simili studio Catilinam, quia dignitatem Oratori vitae gravitas et modestia in actione et in sermone addunt. Etsi autem totum hoc decus conspectius est in excellentibus Oratoribus, tamen etiam mediocris senator et concionator in parvo coetu consilium et salutarem sententiam in rebus dubiis ostendens et diligitur et colitur. Haec bona consideret iuventus seque optimis artibus instruat, ut olim in dandis consiliis et in docendo, in Ecclesia aut in Curia, dicturi patriae prodesse possint. Legantur igitur veterum orationes, quae et rerum scientiam alunt, et recte dicendi viam ac rationem ostendunt. Nihil iam de aliis scriptoribus dicam. In his ipsis pagellis Lycurgi videt lector, quam formam orationis elegantissima civitas amaverit. Primum res concinno ordine distributae sunt: postea verecundo genere orationis, proprio ac plane melleo, vestitae sunt. Nulla peregrina vox, nullae monstrosae figurae, nulla confragosa compositio legenti obstrepit: denique quae sit illa suavis et simplex forma orationis, quam proprie vocarunt Atticam, in hoc exemplo maxime conspici potest. Ut autem videmus pictores excellentium artificum opera sit ad imitandum proponere: ita profecto opus est in formanda oratione intueri in exempla eorum, qui recte loquuti sunt. Cum autem scirem, tibi magnae voluptati fore huius orationis lectionem et propter sermonis elegantiam ac, ut ita dicam, candorem non fucatum, et propter rerum gravitatem, tui nominis auspicio eam edidi. Legens autem in-

gemisces haud raro, cum de praesentibus periculis cogitabis. Delectabere etiam commemoratione virtutis veterum, qui hic recensentur, qui salutem patriae privatis commodis et vitae suae praetulerunt. Saepe etiam hos ipsos Euripidis versus, cogitans de bonis viris et amantibus patriae, recitabis: [Erechth. fr. I. 58.]

Ὦ πατρὶς, εἴθε πάντες, ναίουσι σὲ
Οὕτω φίλοιεν, ὡς ἐγὼ, καί γε ῥᾳδίως
Οἴκοιμεν ἂν σὲ, κ' οὐδὲν ἂν πάσχοις κακόν.

Quoties hos versus repetes, optabis aliquanto plures esse, qui haec de se vere praedicent et privatis adfectibus communem salutem anteferant. Saepe etiam deplorabis communem generis humani fragilitatem, cogitans, nunc ne rudera quidem Atticae civitatis monstrari posse, quae olim sapientia et virtute, fere omnibus civitatibus toto orbe terrarum antecelluit, qua in cogitatione causas etiam deplorabis, propter quas magna imperia et antea semper eversa sunt, et nunc evertuntur. Nec tamen noster dolor maior esse potest, quam fuit sapientissimi senis Nohae, quando egressus ex arca post diluvium adspexit universi orbis vastitatem. Ut autem ille veras causas humanarum calamitatum cogitabat, et remediis se divinitus propositis erigebat: ita et nos in his ruinis imperiorum non illa, quae a Philosophis disputantur de periodis regnorum fatalibus, quaeramus, sed etiam sciamus, communes miserias poenas esse humanorum scelerum. Et tamen Deum excerpere sibi Ecclesiam aeternam ex toto genere humano, ubicunque sonat vox Evangelii de Christo. Et cum mansura sit Ecclesia Dei, certo etiam semper aliquae erunt politiae et domicilia Ecclesiarum, et erunt in illis ipsis locis, ubi vox Evangelii sonabit, et studia verae doctrinae mediocriter colentur. Hac nos consolatione in tantis miseriis humanis et tanta confusione imperiorum sola sustentare et possumus et debemus, quam quidem non esse inanem omnium temporum historiae ostendunt. Non igitur defatigentur viri boni, qui iis rebuspublicis praesunt, ubi studia verae doctrinae de Deo coluntur et disciplina mediocri cura regitur, sed sciant, suos labores posteritati profuturos esse, sicut scriptum est, *ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν κυρίῳ.* Haec scio tecum virum doctissimum et optimum, D. *Ioachimum Camerarium* saepe disserere, eoque libentius hunc ad te libellum mitto, quia argumentum huius orationis occasionem huic generi sermonum praebet. Bene vale, die XX. Aug.

No. 3255. 25. Aug.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 373 sq.

Marco Crodelio (gubernanti scholam Torgens.)

S. D. Charissime d. *Marce.* Scis Magistrum *Paulum Eberum* magna fide et feliciter iuvare studia optimarum artium, et esse pacis publicae et disciplinae amantissimum. Ego vero scio, eum de te quoque praeclare sentire, et amare nostri ordinis homines. Nunc comitatur quosdam Francos suos, honestos homines, qui amant Evangelium et literas, et proficiscuntur *Torgam*, ut arcem videant. Ea in re, quaeso, ut honestis hospitibus tua non desint officia, perficito. Reprehendi fortassis possum, quod tibi alioqui occupato addo nonnihil laboris hoc genere commendationum. Sed aequum est, nos piis et honestis gratificari, qui ostendunt, se his gentibus propter Evangelii lucem favere. Complectamur tales, et eorum pia studia nostra comitate conformemus. Bene vale. Bartholomaei 1545.

Philippus Melanthon.

No. 3256. (hoc fere t.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 544 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 692.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. *Andream* rediisse et incolumem et ornatiorem gaudeo, et Deum oro, ut bonos viros et amantes litterarum servet. Politiam nostram nobis abs te remissam esse mirabar, praesertim sine litteris. Nusquam ut video locus est isti misellae urbi*), quam circumfero, sicut Aeneas Troiam suam, *ἀρκεῖ δ' ἐν μεγάλοις καὶ τὸ θέλημα μόνον,*

---

*) Miserat picturam Witebergae, a Sebastiano pictore factam. Vid. ep. d. 10. Aug. et d. 13. Aug.

inquit ille. Sane timide et invitus eam pinxi, voluntatem tamen meam et studium tibi non displicuisse optarim. Nunc induciae Turcicae praesertim communi consilio Monarcharum factae quid allaturae sint, cogitemus*). Quam turpe est hanc partem generis humani alteram, quae et ornatior est, et, si nihil aliud, custos tamen est Libri divini, fieri supplicem Tyranno hosti Dei, et vastatori orbis terrarum et eversori disciplinae. O Iesu Christe fili Dei vivi ac aeterni, cui nos, nostrae scholae, Ecclesiae domesticae et publicae supplices sumus, exaudi gemitus piorum, et nos rege et serva. Libellum Odarum tibi et *Zieglero* mitto. Bene vale et rescribe. Phil. Melanth.

No. 3257. 26. Iul.

I. Stigelio.

Danz. ep. ad Stig. ep. 16. Cod. Goth. 188. ep. 79.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Ioanni Stigelio, a Musis et ab Imp. Carolo Quinto, Laureato, amico suo, S. D.

Plane praesagio quodam dimisisti convictores tuos[1]). Tanta est enim frumenti penuria in oppido nostro, ut oeconomias tueri non possimus. Modius noster venit decem grossis, et tamen non adfertur in oppidum frumentum. Tua coniux honestissima recte valet, et a nostro Quaestore *Ioanne Rhaw* aliquid pecuniae accepit. Iussi, ut a me sumeret, si opus esset; nec deero ei. Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut et patri tuo vires corporis restituat, et te servet incolumem. Praeparemus animos, Deo iuvante, chariss. Stigeli, ad ferendas communes aerumnas, et nos cogitatione et spe venturae tranquillitatis, in illa aeterna consuetudine, quae erit cum optimis Poetis et Philosophis, Christo, Prophetis et Apostolis, consolemur, et nos Deo curae esse etiam interea statuamus. *Sunt sacri vates, qui Christum carmine laudant.*

Bene vale. 26. Augusti 1545.

Philippus Melanthon.

---

*) De legatione splendida ad Turcam pro petenda pace vid. Lutheri epp. d. 1. Iul. et d. 17. Iul. h. a. (apud de Wett. V. p. 744 et 750. Sleidanus p. 471. loquitur tantum de uno legato, Gerardo Veltvicho, misso a Caesare.

1) Ut ex ep. ad Camerar. (d. 23. Oct.) intelligitur, Stigelius domum sese contulerat.

No. 3258. 28. Aug.

N. Medlero.

E cod. Bav. I. p. 1075. edita a Danz. ep. 56.; nunc ex ipso cod. denuo descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Et ego miror, quo fato in hanc solitudinem inclusus sis. Nam nisi vis aliqua fatalis obstitisset*), consilia nostra valuissent, quae certe fidelia fuerunt, et non stulte cogitata de accipienda gubernatione Ecclesiae Brunsuicensis. Nunc misericordia Dominae principis et nos et te moveri aequum est. Sed scis, Brunsuicenses toto anno locum tibi servaturos esse. Interea Deus aliquid consilii ostendet. Nam et in republ. interea quaedam conversiones futurae videntur, ad quas accommodare tuum consilium poteris. Hic Dei beneficio studia mediocriter florent. Annona fit angustior, qua de re etiam in Marchia audio tristes populi quaerelas esse. Multum, cariss. *Nicolae*, ubique est miseriarum, quas ut leniat Ecclesiae suae Dominus noster Iesus Christus filius Dei, oremus, et nos moderationem eam praestare valde prodesset, ut non viderentur mala publica nostris furoribus exasperari. Ego non minus sum in solitudine quam tu, nisi quod hoc commodi habeo, quod eruditorum colloquiis fruor. Sed populum et potentes vito. Bene vale. Die Augustini 1545.

P. Melanthon.

No. 3259. 4. Septb.

I. Stigelio.

Edita in epp. ad Stigel. a Danz. ep. 18., cod. Goth. 188. ep. 81.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, Poetae et a Musis et a Carolo Imp. Laureato, amico suo charissimo, S. D.

Et ego his proximis diebus etsi invitus discedebam a spectaculo renunciationis Magistrorum; absui tamen, profectus in Marchiam una cum D. *Francisco*. Sed heri reverso literae tuae ex-

---

*) Danz. mendose: *abstulisset.*

hibitae sunt, plenae amoris erga me tui, et verae pietatis erga patrem. Hodie alloquar tuam coniugem, quam audio recte valere. De pecunia data ei ab Academiae Quaestore nuper tibi scripsi. Differri reditum tuum διὰ τὴν φιλοστοργίαν erga patrem, quis non boni consuleret? Utinam autem viro optimo, tuo patri, consuetudo tua et sedulitas aliquid opis adferre possit. *Simoni* hodie indicavi functionem, sed vereor, et animo eum et voce imbecilliore esse, quam ut in urbe frequenti, ac templo ampliore concionari possit. Vulgi iudicia et aures nosti: quod ut in monte Sina assiduis fragoribus tonitrui excitandum erat, ita nunc quoque sono grandi concionum, sed verarum, expergefaciendum est. Deum vero oro, et ut mittat in messem suam ἐργάτας idoneos, et et huic *Simoni* nostro aliquem monstret nidulum. Bene vale. 4. die Septemb. (1545.) *)

Psalmum tuum *Franciscus*, *Paulus* et ego magna cum voluptate legimus.

Philippus Melanthon.

No. 3260. 6. Septb.

Herm. Bonno.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Hermanno Bonno, gubernanti Ecclesiam Dei in urbe Lubeca, amico suo carissimo.

S. D. Eadem hora duas ad te epistolas scripsi, sed argumentis vulgaribus. Commendo enim in altera quendam Naoburgensem, in hoc vero *Mauritium*, natum Lubecae, cui honorificum testimonium *Vitus* Noribergensis tribuit, quod inserui huic epistolae. Necesse est, nos propter iuventutem, ut aditum ad seniores habeat, hoc genus literarum scribere. Sed longe malim tecum de nostris studiis, de Ecclesiae doctrina, de optimis artibus, quae literis doctorum continentur, colloqui. Nec deessent argumenta, de quibus profecto libenter etiam coram tecum commendarer. Et si mihi licebit ad filiam in Prussiam proficisci, te in eo itinere alloquar. Nunc ut hunc *Mauritium* complectare te rogo. Bene et feliciter vale. Die 6. Septembris.

Philippus Melanthon.

No. 3261. 7. Septb.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. no. VII. p. 36[b].

Testimonium Fischeri, arithmetici, Ph. M.

Aliquandiu in Academia nostra *Iohannes Fischerus* *) Schnebergensis, arithmeticen scholasticis tradidit, et comperimus, eum non tantum vulgaria artis praecepta tenere, sed etiam eruditiores vias magna celeritate explicare. Et mores eius sunt honesti. Cum autem magnus sit usus arithmetices cum in multis vitae negotiis, tum vero in reliquis artibus percipiendis, quarum haec quasi ianua dici potest: commendo hunc arithmeticum omnibus bonis viris, qui gubernant studia literarum, et propter Deum oro, ut sint hortatores suis scholasticis, ut discant et ament arithmeticen, et huius artificis opera utantur. Plato inquit, res faciles esse has artes, quae Mathematicae vocantur, si tamen adhibeatur artifex, qui eas tradere possit. Experientur autem studiosi, magnam esse dexteritatem huius *Iohannis*, et arithmeticae initia, nisi in prima adolescentia percepta sunt, postea a grandioribus infoeliciter tententur. Ideo boni gubernatores iuventutis ad haec artis initia cito adolescentiam transferant, et hoc quasi ludo tenera ingenia praeparari curent. Nec dubito, ei ipsos scholasticos, ubi aetas addet iudicium, pro hoc magno beneficio gratias acturos esse. Nos quidem decet, utilia monstrare adolescentiae, ut Deum aeternum, patrem domini nostri Iesu Christi, orare, ut det Ecclesiae suae bona ingenia eaque regat, et honesta studia doctrinae exuscitet. Bene valete, lectores. Die 7. Septembr. 1545.

No. 3262. 7. Septb.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 313.

---

*) Danz. hanc ep. refert ad annum 1544., nescio an recte.

Testimonium Ioannis Helleri.

Petivit a nobis testimonium de suo gradu et suis studiis Venerabilis *Ioannes Hellerus* Nassoviensis, Diaconus Ecclesiae Dei in oppido Turingiae Vuessenseeh [Weissensee]. Id ei summa voluntate impertivimus. Nam cum alios honestos viros qui se optimarum artium studiis dediderunt, eaque referunt ad communem Ecclesiae et reipublicae utilitatem, tum vero praecipue Ministros Evangelii pios non abhorrentes a literis ornare cupimus. Attulit autem ad nos hic *Ioannes* literas gravi authoritate scriptas, quae testabantur, et mores eius honestos esse, et fungi eum ministerio Evangelii magna pietate et sedulitate in oppido Weissensehe. Estque et antea in Academia Erfordiana et nostra versatus et doctrinam christianam studiose didicit, et ad ea addidit bonarum artium studia, quae ad intelligendum sermonem sacrum bibliorum, et ad explicandum maxime necessariae sunt. Et cum in functione muneris multum ei iudicii quotidiana exercitatio attulerit, multum profecerit, et nunc rursus in hac Academia aliquantisper eruditos homines audivit. Quare, cum peteret gradum Magisterii, diligenter eius eruditionem exploravimus, et comperimus, cum iis partibus philosophiae, quae ad explicationem Ecclesiae pertinent, et praecipue utiles sunt, videlicet dialectica, physica, ethica, bene instructum esse, et recte tenere summam pietatis christianae, ac amplecti puram Evangelii sententiam, quam Ecclesia nostra Wittembergensis uno spiritu et una voce cum catholica Ecclesia Christi profitetur, et abhorrere ab omnibus fanaticis opinionibus damnatis iudicio catholicae ecclesiae Christi. Itaque propter eruditionem et virtutem decrevimus in gradum Magisterii philosophici. Cum autem divina authoritate praeceptum sit, ut ministri Evangelii recte docentes et diligantur, ut Paulus inquit, eximie, et honore afficiantur, omnes boni homines hunc magistrum *Ioannem* propter ministerii dignitatem praecipue complectantur. Petimus autem, ut addant aliquid studii et benevolentiae propter eruditionem eius et optimam erga literas voluntatem. Denique Deum aeternum patrem domini nostri I. C. oramus, ut hunc *Ioannem* regat et gubernet, ut sit vere, sicut Paulus inquit, *συνεργὸς θεοῦ* foelix et salutaris Ecclesiae domini nostri Iesu Christi. Datae Wittembergae die 7. Septembr. anno 1545.

Phil. Melanthon.

No. 3263. 8. Septb.

Io. Lango.

† Ex apogr. in cod. Goth. 399. p. 169.

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iohanni Lango, Doctori Theologiae, Episcopo Ecclesiae Erfordensis, amico suo,

S. D. Hanc tibi epistolam reddet *Ludovicus Herpelius* Hessus, qui diu praefuit scholae Gottingiacae, quam propter nova *πολιτεύματα Morlini* reliquit. Adducet etiam *Erfordiam* scholasticos aliquos suos, et sperat, se ibi inventurum plures, quos doceat. Me autem rogavit, ut tibi eum commendarem, ut patronum aliquem inter doctos habeat. Nihil petit nisi sermonum et studiorum communicationem. Et comperi bono ingenio et bonis moribus hunc *Herpelium* praeditum esse. Diu enim mihi notus fuit. Quare te rogo, ut eum complectaris et honestis viris commendes. Bene vale. Die natali beatae virginis matris domini nostri Iesu Christi.

Ph. M.

No. 3264. 8. Septb.

Senatui Rottenb.

† Ex apogr. in cod. Goth. 401. p. 115.

Den Ehrbaren und fürnehmsten Herrn Burgermeister und Rath zu Rottenburg, meinen günstigen lieben Herrn, Phil. Melanth.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Ehrbare, wohlweise, fürnehme, günstige Herren. Erstlich wünsch ich, wiewohl eine arme geringe Person, doch als einer, der von Herzen begehret, daß der ewige Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, recht erkannt und angerufen werde, und daß viel Menschen selig werden, daß die Kirch in E. löblichen Stadt durch Gottes Gnade, wie sie jetzund durch den würdigen Herrn *Thomam Venatorium* geordnet ist, erhalten, und seliglich regiret werde. Denn das ist ja das höchste Gut im Himmel und auf Erden, Gott recht erkennen; darum auch Gott äußerliche weltliche Regiment erhält. Nun wollt ich herzlich gern zu guter und seliger Erhaltung eurer Kirchen dienen, habe derowegen auf E. W. Schrift neben

dem ehrbaren Herrn Albrecht Berlin und andern mit einem gottfürchtigen Mann, der bei 50 Jahren ist, und lang Pfarren regirt hat, Magistro *Sigismundo* Pfarrern zu Zahn geredet, der sich erbothen, auf nächsten Leipzischen Markt zu E. W. zu kommen, und so E. W. ein Gefallen an seinen Predigten haben würde, eurer Kirchen für und für zu dienen*). Nun ist gewißlich wahr, daß gedachter Magister *Sigismundus* wohlgelehrt, gottfürchtig und sittig ist; darum hoff ich, er werde nützlich und seliglich dienen. Ich wollte auch nicht gern einen ungeübten heftigen Menschen in eine solche löbliche Stadt senden; hab derowegen neben andern auf diesen *Sigismundum* gedacht. Doch stehet E. W. frei, ihn zu nehmen oder nicht. Denn wenn ich gleich von E. W. Befehl hätte, entlich zu schließen, so ist doch solches nicht meine Gewohnheit, sondern will, wie billich ist, daß E. W. selbst schließe, und bitt unsern Heiland Jesum Christum, daß er eure Kirche und Stadt gnädiglich bewahren wolle. Und wo ich E. W. dienen kann, bin ich darzu willig, denn es ist ja Gottes Wille, daß seine reine Lehre von seinem Sohne Jesu Christo und rechter Anrufung ewiglich erhalten werde; dazu ich gern dienen wollte, und sind alle Menschen dazu zu dienen zum Höchsten schuldig, wie unser Heiland Christus spricht Ioannis am 15ten: damit wird mein Vater gepreiset, so ihr viel Frucht bringet, und werdet meine Jünger, das ist, so ihr die Lehre des Evangelii helft pflanzen und erhalten. Dieweil denn Gott E. W. diese Gnade gegeben, so sollen wir billich ihn darum danken und bitten und hoffen, er werde auch forthin euch leiten, regiren und schützen, und wirken, daß das Evangelium vielen zur ewigen Seligkeit diene, wie St. Paulus spricht: Wo Gott den Willen gegeben hat, da gibt er auch das Vollbringen, damit etwas Gutes zu seinem Wohlgefallen geschehe. Denn die gottlose Welt thut nichts, das Gott gefällig ist. Das geschieht in seiner Kirche, das ist, wo sein Evangelium recht gelehrt wird. Denn da allein ist sein Wort, wie St. Paulus spricht: ihr seid auf das Fundament der Propheten und Apostel gebauet, das ist auf das Wort, das ihnen Gott gewißlich gegeben hat. Darauf ist eure Kirche jetzund auch gebauet, und Gott, der ewige Vater unsers Heilandes Jesu Christi, wolle dieses sein Geben [diese seine Gabe] in eurer Kirche allezeit erhalten. Und E. W. zu dienen bin ich willig. Datum am Tage der Geburt Mariä, der Mutter unsers Heilandes Jesu Christi, auf welchen Tag der Tempel zu Jerusalem entlich zerstört ist worden vor 1471 Jahren, und ist ein grausam Exempel vorgestellt denen, so das heilige Evangelium verfolgen, und doch uns die wir das Evangelium hören lieblich und tröstlich rc. Datae die natali Mariae virginis, quo ante annos 1471 templum Hierosolymitanum deletum est, quo exemplo Deus iram suam adversus hostes Evangelii declaravit, et ostendit ecclesiae aliam et aeternam Hierosolymam expectandam esse. Anno 1545. Die 17. Aprilis ante annos 3831 *) Noeh arcam ingressus est, quo exemplo testatus est Deus, se etiam in diluviis orbis terrarum, hoc est, terribilibus mutationibus imperiorum mirabiliter ecclesiam servaturum esse. [Anno 1543.] **)

*) Vocatus est Sigismundus Rotenburgum, sed iam ineunte anno 1546. diem obiit. Vid. ep. ad Ionam d. d. 6. Apr. 1546.

No. 3265. 9. Septb.

I. Menio.

† Ex autographo Mel. in cod. Goth. 384. in fol.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iusto Menio, Pastori Ecclesiae Isennacensis, amico suo cariss.

S. D. Mitto tibi propositiones[1]) editas contra *Lovaniensium* sophistarum articulos, quas integer liber sequetur. Nec putet *Adamus*, abiecisse *Lutherum* hastam in causa coenae domini. Vides hic quoque rursus eum classicum canere. Oro autem Deum, aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut ipse sit *Βραβευτής* huius agonis.

*) Pro 3831 scribendum est: 3851.

**) „Anno 1543." uncis inclusi, nam errorem proferunt. Caeterum verba: „*Die* 17. *Aprilis*, *quo*" etc. non ad hanc sed ad aliam epistolam pertinere videntur, quum haec die nativitatis Mariae et Excidii Hierosolymorum, i. e. d. 8. Septb. scripta dicatur. Caeterum secundum Calend. Eberi incendium Hierosolymor. fuit post Christum natum anno 73. Quod si Melanthon hanc computandi rationem sequutus est, epistola scripta est anno 1544. Est vero etiam alia computandi ratio antiquior Calendario Eberi, quam vide infra d. 6. Septb. 1548., secundum quam haec ep. pertinet ad annum 1545.

1) Lutheri, vid. Lutheri ep. d. 23. Aug. 1545.

Filiorum geneses[2]) tibi mitto. Valde difficile est repugnare naturae. Video *Iustinum* esse feroculum et decus in re militari consecuturum, si militiam sequeretur; sed difficultates etiam minatur Martis et Saturni oppositio. Frenandum esse adhuc iudico. Deliberabis autem, an velis eum aut scribam esse apud aliquem bellatorem, aut studiosum doctrinae causidicorum. Ad haec erit idoneus. Nostram tenuiorem philosophiam et disputationes exiles geometricorum, physicorum et ethicorum non tractabit. Bene vale. die 9. Septembris.

Philippus Melanthon.

No. 3266. 12. Septb.

C. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 284 sq.

Christophoro Pannonio (doctori Theol. in Acad. Francof.)

S. D. *Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ*, inquit Poëta. Id cum natura doceat, res minutas non ad aeternitatem conditas, sed ad vitam paucorum mensium, ut sua coniunctione delectentur, eamque tueantur, mirum est, cur nos homines ratione instructos, quos tam multa vincula colligunt, non faciamus idem. Sed profecto ego mei ordinis homines et amo et veneror, ac mihi perpetuam cum bonis, doctis et piis amicitiam esse volo. *τεύκριον* tibi mitto, melius pictum quam antea pinxeram.

Polonus filiae*) literas mihi attulit honestissime scriptas. Narrat, se amanter a civibus Regiomontanis tractari, et Principem ostendere multas benevolentiae significationes. In hoc vero tam longinquo exilio nihil sibi meo dolore tristius esse. Te rogo, ut ad eam, cum habebis tabellarios, amanter scribas. Adficiamur communibus curis *καὶ στοργῇ*, ut decet homines amicos et doctrina excultos. Bene vale. Pridie Idus Septembris.

Philippus Melanthon.

No. 3267. (fere h. t.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 537 sq. (ed. Lond. lib. IV. p. 686.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Duos ad te oratores mitto Lycurgum et *Paulum* nostrum[1]), cuius quidem suavitatem et eruditos sermones spero non minus tibi voluptati fore, quam illam veterem Atticam orationem, quae est sane dulcis. Frontem fortasse corrugabis legens nostram horridam praefatiunculam. Sed scis quam multa nos in scribendo impediant, Et metuens Aristarchos nostros delabor in nescio quam *ψυχρολογίαν*, cum quidem de patria, et de Ecclesia dicenti, nec desint verba, nec pectus sit sine sensu et motu. Profecto ita vehementer furoribus eorum qui tum patriam, tum Ecclesias concutiunt, irascor, ut saepe cogitatione communium miseriarum pene exanimer.

Quaeso te praefecto exhibeas libellum, et verbis ornes. *Francos* hospites[2]) spero non insuaviter apud nos fuisse. Complectamur tales, ut Paulus inquit, *τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι.* Bene vale.

Philippus Melanth.

No. 3268. 13. Septb.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 113. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 86.

Clariss. viro — D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noribergensi, amico suo cariss.

S. D. Scis ipse pro tua sapientia quid potuerit a privatis hominibus, praesertim nostri ordinis,

---

2) Adiectae sunt epistolae duae pagellae, genesin filiorum Menii continentes, una, ad *Eusebium Menium* spectans, natum anno 1527., characteribus, positum siderum describentibus, plena, cui subscripsit Philippi manus hoc iudicium: *pericula ex lapsibus et inimicitiis magna, sed ingenio valet.* Altera ad *Iustinum* Menium spectat, natum d. 7. Nov. 1524., aeque figuris siderum positum indicantibus circumdata, cui Philippus manu sua hoc vaticinium adscripsit: *inquieto ingenio est, et ad negotia Martia accommodato.*

*) Annae, Sabini uxoris.

1) Lycurgi orationem (vid. d. 20. Aug.), quam Paulus Eberus, Lipsiam profectus, tradidit Camerario.

2) Hos comitatus est Eberus. Cf. etiam ep. d. 24. Aug.

effici ad te liberandum. Certe obsidem me libenter dedissem pro te latronibus illis, quicunque fuerunt*), qui te captum tenuerunt. Vota etiam ad Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi sedulo feci. Nunc Dei ipsius benignitate restitutum te esse honestissimae coniugi tuae, dulcissimis liberis, Ecclesiis vestris, studiis literarum, nobis omnibus, valde laetor, et Deo aeterno, patri Domini nostri Iesu Christi, qui te reduxit in domum tuam, gratias ago, eumque oro, ut te servet incolumem, ac regat, ut sis *σκεῦος ἐλέους,* et salutare organon Ecclesiae et patriae, qua re nihil melius homini aut magis optari aut dari potest. Sis foelix civis, ut fuerunt Ioseph, Samuel, Iosaphat, Elisaeus, et similes gubernatores, quorum Deus ad salutem patriae mentes flexit; non talis, quales fuerunt Pericles, Demosthenes, et alii quamvis laudati, qui cum Deum non nossent non profuerunt Ecclesiae Dei. Tuum cursum ita Deus gubernet, ut gubernavit hactenus, ut sis et Ecclesiae Christi, et universae Germaniae salutaris. Bene vale. D. *Luthero* optarim te scribere. Datae in aequinoctio autumnali, 1545.

Philippus Melanthon.

*) Spanh. edidit: *fuerint*, ex emendatione sua.

No. 3269. 13. Septb.

V. Theodoro.

Edita in Peuceri tractatu hist. p. 68. et in Consil. Melanthonis latinis P. I. p. 585. Contulimus autographon in cod. Monac. I. p. 620.

Clarissimo viro — — D. Vito Theodoro, in Ecclesia Noribergensi docenti Evangelium, amico suo καὶ ἀδελφῷ φιλτάτῳ.

S. D. Cum de responsione Ratisbonensi deliberarem, decrevi, in exordio recitaturum me esse veteris Germaniae Ecclesias, quae ante Gotthica tempora a discipulis Apostolorum †primum" constitutae sunt. In his est Ratisbonensis, quamprimum constituit Lucius Cyrenaeus, filius eius senis, qui in gestanda cruce filium Dei adiuvit. Multa splendide in hoc exordio ad pios homines confirmandos cum in ea civitate, tum vero in ceteris dici potuissent.

Deinde de vera invocatione et vero usu Sacramentorum dicturus eram, vitatis iis scopulis *περὶ προσκυνήσεως ἄρτου,* quos tu non vis vitare. Putatis, et omnia dicenda esse, et nullam moram in causis agendis fortibus viris convenire. Ego contra multa praetereo, et contanter ad causas accedo. Sed scio me rideri a multis, et facile fero. Sed vellem et illos et alios introspicere meum cor. Si tantum lacrymarum fundere possem, quantum undarum noster Albis pleno vehit alveo, non posset exhauriri meus dolor, ortus ex hac dissensione. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi iuvet nos, †cui gratias ago, quod dominum *Hieronymum* honestissimae coniugi suae, dulcissimis liberis, Ecclesiis vestris et nobis omnibus restituit, et oro, ut eum servet incolumem, et regat, ut sit *σκεῦος ἐλέους.*" Bene vale, die aequinoctii autumnalis*) 1545.

Philippus Melanthon.

*) Pez. edidit sic: die 13. Septem. qui fuit dies aequinoctii autumnalis.

No. 3270. (h. t.)

Pagella.

† Ex autographo in bibl. *Μεγαλαρχ.* Badens. descriptum a Cl. Mollero.

(*Pagella epistolae cuidam inclusa.* Vid. epist. d. 13. Sptb. 1545. ad Theodorum, e qua intelligitur, haec fere hoc tempore scripta esse.)

Lucius Cyrenaeus, *σταυροφόρου*, primum docuit Evangelium ad Danubium in *Augusta Tiberina*, Regensburg.
Crescens, Moguntiae.
Clemens, Meti.
Trophimus, Arelati.
Marcus Pauli discipulus in Passau.
Maternus, Petri discipulus, Coloniae et Argentorati.
Nathanael apud bituriges; Treviros.
Lasarus resuscitatus Massyliae.
Anno domini 35 lapidatus Stephanus et conversus Paulus.
Paulus passus ultimo anno Neronis videlicet anno domini 70. Ergo concionatus est Paulus circiter 35 annos.

No. 3271. 14. Septb.

C. *Aquilae.*

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54[3].

Casparo Aquilae.

S. D. Meministi vocem filii Dei, qui commendat nobis adolescentiam, cum ait, sinite parvulos ad me venire. Necesse est igitur, monstrari primae aetati filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum. Hanc ad rem literis et doctrina opus est. Quare scholas Deus et instituit et servat, et, ut diu servet florentes in his regionibus, toto pectore oro. Nunc autem Magistrum *Basilium Hungarum* natum Torgae, honestum et doctum virum, indicavi Senatui et indico tibi. Iudico idoneum esse ad gubernationem scholae oppidi Salveldensis, sed tamen censuram et iudicium de eo vobis relinquo libenter. Cum autem sciam eum bono et modesto ingenio praeditum esse et literis bene instructum, commendo eum tibi tuendum et ornandum. Vicissim ipse, ut decet, te omni reverentia tanquam pium Ecclesiae Pastorem colet. Bene vale, die 14. Septembris 1545.

Philippus Melanthon.

No. 3272. 14. Septb.

Senatui Salfeldensi.

Ex autographo edita epist. in Ch. Guil. *Beckeri* theologischen Büchersaal, Vol. II. (Ienae et Lips. 1752. p. 1102.).

Den Erbaren weisen und vornehmen Herrn Burgermeistern und Rath zu Saalfeld, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen Eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Erbare, weise, vornehme, günstige Herrn. Ew. Weisheit Schrift belangend den wohlgelahrten Magistrum *Emericum* zu Hall, habe ich ihm zugesandt, darauf er mir aber geantwortet, wie ich auch sonst durch die Herrn Prädicanten zu Hall berichtet bin, daß er noch länger in der Schule zu Hall zu dienen gewilligt, und hat Ew. W. freundlich gedankt.

Nun habe ich neben andern Gelahrten, Fleiß gehabt, ein Person zur Schulregierung tüchtig anzuzeigen, und will Ew. Weisheit nicht bergen, daß schwerlich eine alte Person zu solcher Arbeit zu bringen, die noch mehr Dienst habe, wie Ew. W. als die Verständigen selbst achten können. Ich hab aber endlich bedacht neben andern, die warlich Ew. W. zu dienen geneigt sind, als neben Magistro *Erasmo Reinholt*, und Magistro *Paulo Eber*, meinen guten Freunden, Ew. W. diesen Magistrum *Basilium* genannt *Hungarum* von Torgau anzuzeigen, der wohlgelahrt und guter Sitten ist, und sich Fleiß zu thun erbeut, wie ich nicht zweifle. So hat er auch ein ziemlich Uebung in Musica, und weiß keinen Mangel an ihm, denn daß er vielleicht bei Euch an Jahren seines Alters noch solch Ansehen nicht hat, wie E. W. gern wollten. Er ist aber solcher ehrlicher Sitten, daß ich hoffe, er werde das Ansehen und Auctorität mit seinem Fleiß und guten Werken stärken, doch habe ich nichts mit ihm beschlossen, sondern E. W. wollen ihn selbst hören und sehen, und dieweil er fromm, sittig und wohlgelahrt ist, bitt ich E. W. wolle ihn ihr günstiglich lassen befohlen seyn, und E. W. zu dienen bin ich willig. Datum Witteberg 14. die Septembr. 1545.

Ew. Weisheit
williger
Philippus Melanthon.

No. 3273. (h. t.?)

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 17. Cod. Goth. 188. ep. 80.

Virtute et eruditione praestanti, D. Ioanni Stigelio, et Musis caro, et omnibus bonis, virtutem ac literas amantibus, S. D.

Apud Homerum Menelaus ad fratrem ultro venit cum ceteri Principes vocati essent ad coenam. Ita omnino decebat, fratrem ad amicos tibi comitem esse, quocunque ires. Si scissem, orassem heri, ut tecum semper meus conviva esset. Quare nunc te oro, ut eum adducas. *Μάλιστα πρέπει φίλους φίλων κοινοὺς εἶναι.* Tuos omnes scito mihi carissimos esse, et amo *φιλοστόργους*, qui fratres diligunt. Nam et ego fratrem habeo, quem valde diligo, et me ab ipso diligo iudico, cum quidem longe antecellat me virtute et ingenio. Bene vale carissime Stigeli.

Philippus Melanthon.

No. 3274. (hoc temp.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 540 sq. (ed. Lond. lib. IV. p. 688.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Etsi fratrem meum amo, quem quidem et a te amari non dubito, tamen ne putato me usquam libentius victurum quam apud te, ne quidem apud fratrem, in solo patrio, si meo arbitrio sedes quaerenda esset. Sed in quae tempora, et negocia, vel potius in quos fluctus inciderimus, vides. Fero igitur exilium, mihique cum alias consolationes propono, tum vero hanc praecipuam, quod scio in terris durius etiam exulasse filium Dei. Nam me scito exilium vocare, ubicunque sum sine tuis sermonibus, et tuo conspectu. Me necessaria negocia Reip. nostrae retinuerunt, quo minus mox ingressus sim iter ad *Ascanium*. Litterae enim ad aulam mittendae erant de scholasticis, quibus dantur stipendia: misi et in Marchiam tabellarium, qui nondum rediit. Postea ex nostra aula *ἐπέμφθη πρὸς ἡμᾶς λόγος συμβουλευτικὸς γραφθεὶς ἐν πόλει τροιζῆνι*), παρακελευόμενος προκαλεῖσθαι διαιτητὴν τὸν κάρολον περὶ δογμάτον, περὶ ὧν ἀμφισβητοῦσιν ἡμῖν οἱ ἀντίδικοι.* Ex eo scripto intellexi, quo spectarit sermo *Comerstadii*, quem mihi narrasti. Sed haec coram. Nam decrevi si antea non licebit excurrere, tamen ad Mercatum istuc venire. Tecum enim de tuo negocio loqui cupio. Mihi videtur primum instituenda esse petitio eius iuris, ut vocant, ut tenere haereditatem possis. Si tergiversabuntur, tunc demum ad alia consilia decurrendum censeo. Bene et feliciter vale cum suaviss. et honestiss. coniuge et tota Ecclesia domestica.

Philippus Melanth.

No. 3275. 17. Septb.

Iac. Probesto.

† Ex apogr. in cod. Goth. 188. ep. 15. et in cod. Goth. 189. p. 23.

*) Dresdae.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iacobo Probesto[1]), *Pastori Ecclesiae Dei in urbe Bremensi, amico suo veteri et charissimo, S. D.*

Charissime D. Iacobe, Meministi meam querelam, in qua, cum adesses anno superiore, disputabam, Principes suis quibusdam affectibus et sibi, et Ecclesiis, accersere pericula. Id iam res ostendit. Sed oremus Deum, ut servet et regat Ecclesias suas. Videmus, nos non habere humana praesidia, et tamen in politiis oportet versari. Has quoque ut defendat Deus, oremus. Quod Senatus vester ius constituendi sacerdotes a Pontifice[2]) ad se transtulit, recte fecit, sed, haec duo etiam praestet, videat, ut recte collocet, videlicet ad usus Ecclesiasticos et studia, item, ne metu reddat hoc ius pontificiis, qui in quaestu solent haec iura habere. Saepe iam sumus experti, quam fragiles sint potentum voluntates, etiam in causis iustis. Salutem opto D. *Ioanni Amsterdamo* et D. Consuli *Vasmano*. Bene vale. 17. Septembr. A. 1545.

Philippus Melanthon.

No. 3276. 17. Septb.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. 384 sq.

Reverendo viro, D. Georgio Buchholtzer, etc. amico suo charissimo,

S. D. Reverende vir et amice charissime. Etsi familia meae mensae assidens pene totam occupat: tamen filiis tuis locum tribuissem, si convictores mei esse voluissent. Fuit autem *Noha* saepe mecum. Tibi gratulor a Deo filios donatos esse, quorum ad literas et ad virtutem egregia est indoles. Ac spero Deum ipsis adfuturum esse, iuxta promissionem: Generatio rectorum benedicetur. De carmine filii edendo, cum typographis fideliter agam.

Si stylum in me stringet meus inimicus, fortassis propter doctrinae verae propugnationem re-

1) Cod. Goth. 189. *Iacobo*, *Praepos. Brem.*

2) Cod. Goth. 189. habet ..... *Pontificio*; puto: *iure pontificio.*

spondere cogar. Faciam autem idem quod feci semper: dicam modeste de rebus necessariis, nec certabo cum eo conviciis, aut scurrilibus dictis. Studia, mores, voluntatem utriusque, ita multi sapientes viri in Germania norunt, ut de his rebus non sit opus commemoratione. Doleo turbari Ecclesias, et impediri invocationem, si novae rixae moveantur. Ideo multas iniurias et antea tacitus dissimulavi: et non depellam nunc, nisi graves causae me scribere cogant. Bene et feliciter valete. Die 17. Septembris.

No. 3277. 19. Septb.

N. Medlero.

E cod. Bav. I. p. 1072. edita a Danz. ep. 57. nunc denuo e cod. descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Valde comprobavi consilium Electoris *Marchionis*, cum audirem eum tibi locum in Academia tribui velle; et praeclare ibi de studiis mereri posses. Sed si nihil ei promisisti, iudico te revera obligatum esse *Brunsvicensi* Senatui, ad quem, si quamprimum venisses, gratum Ecclesiae eius urbis facies, nec puto opus esse, ut hic aliquantisper commoveris. Nam recta hinc potes Brunsvigam te conferre. Cariss. Nicolae, primum opto, ut Deus consilia tua regat, deinde te adhortor, ut tam longa dubitatione, quae te excruciat, animum liberes. Bene et foeliciter vale. Die 19. Septembris 1545.

P. Melanthon.

No. 3278. (23. Septb.)

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 489 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 621.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Dei Noribergae.

S. D. Etsi memini illud, *ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδοίη τέχνην· ὑφ᾽ ἅρμασιν ἵππος, ἐν δ᾽ ἀρότρῳ βόες*, tamen non adeo rudis sum Philosophiae, ut cauteriis existimem lentos et pituitosos humores, sparsos toto corpore, in unum locum derivari posse. Quare totum illud consilium improbo, teque ad medicationes magis Philosophicas experiundas adhortor. Nec tamen nimium vexari corpus velim, etsi aliqua *καθάρσει ἢ ἐκκενώσει* opus est. Deum autem aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut te et alios pios doctores servet, quia scriptum est, *Non mortui laudabunt te Domine.* Doctorem *Erasmum Floccum* tibi commendo, cuius eruditos sermones tibi voluptati fore spero, consilia vero eius etiam valetudini tuae profutura. Bene vale *).

Philippus Melanthon.

No. 3279. 26. Septb.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 115 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 88., in cuius tergo leguntur haec: „1545. 7. *Oct. per Floccum.*"

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noribergensi, amico suo cariss.

S. D. Quod faustum et foelix sit, redit in patriam Doctor, *Erasmus Floccus*, quod quam dulce sit, tu non ignoras, quem recens etiam in patriam reduxit Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi. Cum autem homines doctos singulari studio tuearis, quaeso te ut hunc quoque complectare. Magnum decus est coniungere omnes Philosophiae partes, quod hic facit. Non tantum laceram et mutilam Physicen profitetur, sed adiungit ad hanc doctrinam de materia, alteram quae de motibus coelestibus et de causis universalibus disserit, *καὶ ἔχει φύσει μαντικόντι.* Oro igitur, ut eum adiuves.

Hic metuimus *Mezentii* exulis conatus, qui sollicitat copias †peditum, quae sunt" in agro Bremensi. Sed Deus teget[1]) Ecclesiam suam. De *Dichtelio* nuper eram responsurus, sed tabellarius properans cogebant me abrumpere epistolam. Video non esse sine ingenio, sed nunc cum Palestricen didicit, neglexit Grammaticen et accersivit sibi aliquid ferociae, ut solet fieri. Cum severe

---

*) Alia manus adscripsit: 23. *Septb. anno* 1545.; ut etiam Spanh. edidit.

1) Spanh. mendose: *reget.*

coherceтur, mediocriter discit. Et promisit se facturum officium. Bene vale. 26. Septembris*).

Philippus Melanthon.

No. 3280. 29. Sept.

C. Aquilae.

† Ex autographo Phil. in cod. Rehd. Vratisl. Vol. V. mihi descripta a S. V. Schulzio.

Venerando viro eruditione et pietate praestanti, Dom. Casparo Aquilae, Episcopo Ecclesiae Dei in Salvelt, amico suo,

S. D. Venerande D. Pastor. Deum aeternum, patrem Domini nostri Iesu Christi, oro ut servet Ecclesias et studia doctrinae salutaris. *Basilium*[1]) etiam diligentissime hortatus sum, ut suum officium recte faciat, et pastorem Ecclesiae et collegas de tota politia scholae in consilium adhibeat. Formam praescribere non potui, quia nesciebam, qui nunc servetur ordo lectionum. Qui si probabilis est, non velim facile eum mutari. Nam crebrae mutationes non sunt utiles. Sed omnino curate, ut pueri adigantur severe ad discendum regularem grammaticam. Detestanda est enim opinio quorundam sciolorum, qui sine regulis grammatices volunt linguam latinam sola consuetudine percipi. Si autem meo consilio opus esse existimabitis, mihi formam praesentem descriptam mittite, ut meum consilium ad eam accommodare possim. Mitto tibi paucas pagellas, quia nunc nihil habebam recentius. Bene et feliciter vale. Die sanctorum Angelorum[2]).

Philippus Melanthon.

(Melanthon cum Luthero proficiscitur Mansfeldiam.)

No. 3281. 1. Oct. (Halae.)

Ionae, filio.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 262.

Eruditione et virtute praestanti, Magistro Iusto Ionae, filio suo cariss.

S. D. Recte abs te factum est, quod quamvis subito effusas literas misisti, ut studium tuum et patri et mihi probares. Etsi autem te non solum voluntatem meam erga rempublicam, sed etiam spem καὶ μαντεῖα, sumpta ex quadam philosophia, nosse arbitror, tamen te confirmandum esse duco, sed ita, ut exuscites tamen te ad invocationem filii Dei. Spero hunc Ducem Ecclesiae Dei, τὸν λόγον καὶ εἰκώνα ἀϊδίου πατρὸς non passurum esse, ut furore diaboli et armis Lycaoniis deleatur doctrina καὶ λόγος θεοῦ. Hac ancora animos nostros inter tantas procellas sustentemus et piis votis, et curam regendorum morum Deo commendemus, et nos et posteritatem. De mea vita non sum sollicitus*), sed de Ecclesia Dei, de studiis doctrinarum, de disciplina, de posteritate, de te et aliis bonis ingeniis, de his regionibus, quae iam sunt arx literarum et non solum, ut de Athenis ait Thucydides, παίδευσις Ἑλλάδος, sed eruditrices Ecclesiae Dei in magna parte orbis terrarum, angi me iustum est. Erunt autem haec divina bona Deo curae. Bene vale. Die 1. Octobris.

No. 3282. 5. Oct. (Mansfeld.)

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 548 sq.

Michaeli Meienburg, consuli Northusano.

S. D. Etsi arbitror, offensionem illam, quae fuit orta a caeco melancholico, sedatam esse[1]): tamen hoc tempore, qui possunt esse congressus hilares, cum omnium animi occupati sunt cura periculorum publicorum. Ideo non sum hortator, ut huc[2]) veniatis. Et opinor, cras nos rursus iter ingressuros esse, ut domum redeamus. Profecto hoc tempore non libenter absum.

---

*) Annum 1545. alia manus adscripsit.

1) De eo vid. epist. d. 14. Sept.

2) Serior manus adscripsit annum 1545.

*) Scripta est epist. in itinere, quod Melanthon cum Luthero fecit in Lutheri patriam, ubi adversa valetudine valde laborabat. Fortasse scripta est Halae apud Ionam patrem.

1) De Joanne Crauss loquitur, de quo vid. ep. d. 19. Iul. et d. 22. Nov. 1542.

2) Mansfeldiam, ubi Mel. tum erat cum Luthero.

Quod vero putatis, nos hic multa audire de bello et copiis *Henrici Brunswicensis*, longe aliter fit. Silentium mirum de re tanta, ideo vos oro, ut mihi quamprimum certa scribatis, ubi sit Dux *Henricus*, an habeat commeatus, an cinxerit obsidione arcem *Wolfenbütel*. An *Landgravius* adduxerit exercitum. Noster, dicitur, venturus ad *Molhusen* post triduum. Tantum scimus, arcem *Steinbruck* occupatam esse*). Ego et spero, Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, defensurum esse Ecclesias, et Politias nostras, et ut defendat, regat et servet, oro. Bene et feliciter valete. Die 5. Octobris.

Philippus.

No. 3283. 5. Oct. (Mansfeld.)

C. Crucigero.

† Ex apogr. in cod. Bibl. Palat. Viennens. Theol. no. 908. p. 273 b.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praedito D. Caspari Crucigero, ἀδελφῷ φιλτάτῳ.

S. D. In his iugis Herciniis invenimus D. *Stephanum*, Medicum Cygneum, qui *διαῤῥήδην* affirmabat, *τὸν Μαυρίτιον* et vivere et convalescere, quod laetor ita esse. *Περὶ πολέμου δὲ* [1]) *ἐναντίον παροιμίας γίνεται. οὐ γὰρ πόλλα θρυλλεῖται καινὰ ἐνθάδε, καὶ ἐθαύμασα ὀλιγωρίαν ἐν τοσούτῳ κινδύνῳ. Ἀπειλεῖ γὰρ ὁ λυκάων* [2]) *πάνυ Μισῶν* [3]) *λείαν, ὡς πάλαι ἔφασαν αὐτὸν ποιήσειν ταύτας χώρας.* Quae narrata hic sunt scripsi *Paulo συμφιλοσόφῳ* nostro. Heri etiam *Moguntini* [4]) mors certe nunciata est. Nos veris precibus Deo commendamus salutem ecclesiarum et doctrinarum, et disciplinae defensionem, ut sit aliqua et nunc et ad posteros inter homines haereditas filii Dei. Video humana praesidia admodum languida esse. Bene et feliciter vale. Datae, Mansfeldiae die 5. Octbr. Salutem opto D. Rectori et D. *Augustino.*

Philippus *ἀδελφός σου.*

No. 3284. (h. t.)

Cruciger ad Io. a Lasko.

Ex epistolis viror. clar. edit. a Gabemma. p. 54.

Nobilitate generis, doctrina et pietate praestanti viro, D. Ioanni a Lasky, ex nobili familia Baronum, inspectori et gubernatori Ecclesiarum in Frisia Orientali, domino suo multis nominibus observando,

S. D. Cum mihi vir optimus *Halo Amsuirus**) saepe pleno ore praedicaret excellentes virtutes tuas cum singulari laude humanitatis coniunctas, etsi mihi de iis iam ante de fama constaret et aliorum praeclaris testimoniis constabat, tamen *Halonis* oratione non mediocriter incensus sum cupiditate conciliandae alicuius tecum notitiae, et aliqua occasione insinuandi me in amicitiam talis viri, quem propter summas commendationes non possum non mirifico amore complecti, praesertim cum mihi antea visi et cogniti sint viri praestantes fratres tui, *Hieronymus* et *Ladislaus*, quorum cum ex ipsa specie singularis vis ingenii elucceret, et tu ab illis nativis tui generis dotibus nihil discesseris, sed ad illud decus excellentem doctrinam et singulare studium pietatis adiunxeris: longe maiorem tui admirationem mihi conciliasti, qui prae caeteris hoc tanquam peculiare Dei donum merito et eximie praedicandum duco, quod illa ipsa praeclara ornamenta ad propagationem doctrinae coelestis et celebrandam gloriam Dei contulisti. Sed cum mihi et occasio deesset, quae aditum ad te patefaceret, et verecundia obstaret cupiditati meae, in utroque pulchre me adiuvit *Halo*, cum discessurus a nobis literas a me, quibus ad te rediret commendatior, postularet. Nam et occasio idonei temporis utraque manu arripienda videbatur, et quo minus vererer, ne quid offenderem, animum mihi idem addidit sua fide interposita, confir-

---

*) De hoc bello, quod Melanthon in epistolis, quae iam sequuntur, saepius commemoravit, vid. narratio uberior Sleidani in Comment. p. 473 — 476.

1) Puto vel *τὸ* pro *δὲ* legendum, vel *δὲ τὸ* scriptum fuisse. *Παροιμία* est illa notissima: was lange währt, wird gut.

2) Henricus Dux Brunsvic.

3) i. e. Misnicorum, quos Mysios appellare solet Melanthon, quare *Μυσῶν* puto scribendum esse. De illo bello, ab Henrico moto, vid. Sleidan. lib. XVI. p. 473 sqq.

4) *Alberti*, Archiepisc. Mogunt. de cuius morte vid. Sleidan p. 476. Obiit die 24. Septb. h. a.

*) Videtur idem esse qui in Mel. epistolis *Helo* Frisius appellatur.

mans, hanc significationem mei erga te animi tibi non ingratam fore. Itaque hoc ipso autore et sponsore de voluntate tua, ausus sum ad te scribere, ac valde te oro, ut qualemcunque commemorationem mei studii et amoris erga te in optimam partem accipias, et me tui studiosum vicissim benevolentia tua complectare. Reliquum est, ut tibi *Halonem* commendem, qua gratia ipse a me literas flagitavit. Sed ego priores partes meas, ut per hunc ipsum me tibi potius commendari voluerim. Nam de ipso minus mihi laborandum esse videtur, ac ne opus apud te quidem accuratiore commendatione esse. Sed tamen quia aliquod testimonium vitae hic actae auferre voluit, hoc ipsi ut honorifice detur, virtus hominis meretur. Erant hoc prolixe confirmaturi suis literis ad te D. Doctor *Lutherus* et *Philippus Melanthon*; sed casu accidit, ut nunc cogeretur iter ingredi illis absentibus, cum una essent ad aliquot dies exspatiati. Sed de illorum iudicio interim mihi testi, ut spero, credes, ac *Halonem* revertentem ita recipies, ut qui eam commendationem eximiae probitatis ac studii, doctrinae, pietatis, quam istinc ad nos attulit, non mediocri accessione auxerit. Audivimus hominem tua in se beneficia saepe perhonorifice et cum prolixa mentione gratitudinis commemorantem. Quare non dubitamus, eum porro etiam pro tuis erga ipsum meritis memorem et gratum fore, precamur autem Deum patrem domini nostri Iesu Christi, ut et te ad utilitatem Ecclesiae suae servet incolumem, et vestras Ecclesias regat ac tueatur: ita, ut vicissim a vobis vota pro nobis fieri scimus. Bene vale. Wittebergae die .... Octobris 1545.

Caspar Cruciger.

(Melanthon redit Wittebergam.)

No. 3285. 10. Oct.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 530. (ed. Lond. IV. ep. 679.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. *Lutherus* et ab amicis rogatus, et sua sponte cupiens suae patriae, quae nascentem primum excepit, consulere, ad Regulos eius regionis, expatiatus est, sed alieno tempore, cum iam illi ad castra properarent. Me secum abduxit, tametsi ad te proficisci malueram. Nec profecto me deterruisset cogitatio mirificorum sermonum civitatis vestrae, quae hoc tempore varia poëmata de bello *Lycaonio* comminiscetur. Subiissem vultus *τῶν ἐπιχαιρεκάκων.* Non enim nunc dimicabitur de illis Lycaoniis exuviis, sed *περὶ καταστάσεως ἁπασῶν ἐκκλησιῶν,* in quibus utcunque eluctari cepit ex densissima caligine veritas, *οὐ περὶ ὄνου σκιᾶς, ἀλλὰ περὶ τῆς διδασκαλίας παλαιοτάτης, ἐν ᾗ ὁ θεὸς ἐφανέρωσεν αὐτοῦ ἀκίνητον γνώμην περὶ σωτηρίας ἀνθρώπων.* Meque sustento conscientia optimae voluntatis, quicunque erunt exitus. Spero autem et exitus nunc quidem non tetros fore. De his rebus colloqui tecum coram malim. Nuper cum adesses, oblitus sum tibi dare auri puri massam natam, non coctam, ut fortasse veteres *ἄπεφθον* dixerunt, cum quidem dare constituissem, sed fui ineptus, pro auro silices dedi, ex quib. ignis excuditur. Nunc *Lysimachum* mitto, in quo Graeca est inscriptio, delector omine, cum hoc tempore *λυσιμάχου μακεδόνος* imago mihi oblata est. Bene vale, V. Idus Octobr.

Phil. Melanth.

No. 3286. 11. Oct.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 531 sq. (ed. Lond. IV. ep. 680.).

Clariss. viro et excellenti virtute et eruditione praedito Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. *Οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τοσόνδε τεύχει μαλθακὰ γυῖα, κατὰ Πίνδαρον, ὡς δόξα ποιεῖ πόνον ἡδύν.* Sic ille. Ego vero, etsi multis saevis curis excrucior, tamen suavissime acquiesco cum in sermonibus tuis et consuetudine tua, quoties una sumus, tum vero etiam in cogitatione tuae virtutis, fidei, et prudentiae. Nec mihi tantum privatim amicitiam tuam gratulor, sed Reip. prodesse ingenium tuum, et perspectam ac probatam omnibus integritatem tuam gaudeo. Deum igitur oro, ut te servet et gubernet. Haec breviter commemoranda esse duxi, ut responderem ad dulcissimam epistolam tuam, in qua nuper cum illustri significatione benevolentiae tuae, questus es, me

nimis cito abrumpere nostros congressus. Mihi crede, non sine aliquo dolore me avello. Sed vides occupationes et miserias nostras. Fruemur autem amicitia nostra in aeterna consuetudine Ecclesiae Dei multo uberius, et tamen interim, quantum poterimus, conferemus operas ad illam ipsam Ecclesiam, ad quam tendimus, ornandam. Nec exiguum iudico fructum esse amicitiae nostrae, consiliorum et studiorum coniunctionem, quam ut Deus adiuvet, opto.

Mitto *Formam Consistorii* apud nos instituti. Est autem postrema in aula, ex nostro quodam scripto exculpta. Sed hic plura sunt δικανικὰ, nos theologica plura inserueramus. De inquisitione doctrinae, de ordinatione ἢ ἐπιθέσεως χειρῶν, de defensione pastorum. Sed de his coram, cum iterum conveniemus. Bene vale et rescribe. Hac nocte mira somnia de Pannoniis habui. XI. Octobris.

Philippus Melanth.

No. 3287. 12. Oct.

N. Medlero.

E cod. Bavari I. p. 1073. edita a Danz. ep. 58. Nunc ex eodem denuo descripta.

Dom. Doctori Nicolao Medlero.

S. D. Expatiatus fuit in patriam *Lutherus*, quem comitatus sum. Ibi intelleximus arcem *Steinbruck* a *Lycaone* receptam esse, et obsidione cinctam Lycaoniam. Vidimus et literas senatus vestri scriptas ad comitem *Albertum* Mansfeldensem. Postea, cum domum reversus essem, exhibuit mihi literas tuas Magister *Sigismundus**) de tuo, itinere scriptas, quod fuisse faustum et felix gaudeo, et precor Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, ut servet et regat Ecclesiam Dei in urbe Brunsviga, et ministerium tuum gubernet, et defendat politiam, quae hospitium Ecclesiae praebet. Arbitror nunc *Macedonem* ad vos cum exercitu venisse, quem utinam Deus adiuvet in reprimendo *Lycaone.* Valde te oro, ut quamprimum aliquid gestum fuerit, mihi vel per peculiarem tabellarium, cui mercedem numerabo, historiam rerum vestrarum significes. Bene vale. Die 12. Octobris 1545.

P. Melanthon.

*) *Sigism. Scherkelius*, Naumburgensis. (Nota Bav.)

No. 3288. (h. t.)

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 114 sq. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 87.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noribergensi, amico suo carissimo

S. D. Multa nobis exempla ostendit Deus, quae monent, ut non tantum humanis consiliis ac praesidiis defendi nos sciamus, sed petendum esse a Deo defensionem, et gubernationem. Te tuae, alios suae aerumnae erudiunt. Nunc subito, ut olim dicebatur, πανικὸς θόρυβος motus est. Cum nostri imparati essent, *Lycaon* bellum movet, et quidem magnum et firmum exercitum adducit. Non dubito quin Senatus vester singulis septimanis habeat certos nuncios. Haec cum scriberem hic tantum initia sciebamus, arcem *Steinberg* occupatam esse, et magnam ditionis partem, *Lycaoniam* frustra oppugnatam, et *Lycaonem* ipsum iam reliquisse obsidionem; venisse vero *Macedonem* in *Gandersheim*[1]) cum exercitu. Deum oremus, ut servet Ecclesias, in quibus sonat vox Evangelii, et mediocre studium est disciplinae piae ac honestae. Priusquam hae literae ad vos pervenient, ἀξιολογώτερα habebitis. Mitto tibi *Lycurgi* dulcissimam orationem et alias quasdam pagellas. Certe Lycurgicam scio tibi propter veteres multas historias, quas recitat, et Euripidis versus iucundissimam fore. Bene vale et rescribe. *Dichtelius* legit a mensa quotidie, quem tua autoritate maxime iudico in officio retineri posse. Vale[2]).

Philippus Melanthon.

No. 3289. 16. Oct.

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 256. (edit. Lond. II. ep. 253.).

1) Spanh. mendose: *Gundersh.*

2) Alia manus adscripsit: 1545.

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, Scio Principum facultatibus, ut publicorum sumptuum nervis, parcendum esse. Ideo mea causa non multa ex aulis peto. Ac frumentum hoc tempore difficili magna pecunia a privatis hominibus emi *). Sed tamen gratissima mihi est benevolentia C. V. erga me, et gratias ago pro frumento misso. Solvam etiam libenter, si sciam quae sit voluntas C. V. Spero autem Deo gratam esse pietatem vestram, quod studiorum causa saepe me et alios deditos literis benigne iuvatis. Deus his turbulentis temporibus protegat ac gubernet C. V. Bene valeat C. V. Die S. Galli.

*) De annona vid. ep. ad Stigel. d. 26. Aug. 1545.

No. 3290. 16. Oct.

Christiano Regi Daniae.

Schumacher's Briefe an die Könige in Dänemark. Vol. II. p. 5. — Antea iam edita in den Unsch. Nachr. anno 1714. p. 539.

(Christiano III., regi Daniae.)

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Durchleuchtigster, großmächtigster König und Herr. Ewr. Königl. Majestät bitt ich in wahrhaftiger Unterthänigkeit, sie wolle mir gnädiglich zu gut halten, daß ich so oft und sonderlich in dieser so unrugigen Zeit an E. K. M. und dazu von geringen Sachen schreibe. Es ist aber dieses elend Leben also, daß man Hülf sucht bei großen Herrn. So wissen auch weise, hohe Regenten, daß sie große und kleine Sachen und viel menschlicher Schwachheit und Jammer vernehmen, und daß mit geringen Leuten Geduld zu haben.

Es hat hier ein wohlgeschickter, junger Mensch, genannt *Eberhardus*, ein Rheinländer, sehr ein nützlich Buch in deutsche Sprach gebracht, und an E. K. M. ein Vorrede darin geschrieben, und der Inhalt des gemeldten Buchs viel löblicher Reden und Exempel des weisen Königs Alphonsi, der zu Neapolis viel Jahr löblich regirt, und große Sachen in Italia, Sicilia, auch wider den türkischen Kaiser Mahomet, der Constantinopel gewonnen hat, geführt, und ist die Zeit Italia durch diesen Mann geschützt worden, da Mahomet Hydrunt gestürmt hat. Von diesem weisen König seind viel schöner Historien zusammen gezogen, die bitt ich in Unterthänigkeit, E. K. M. wolle sie gnädiglich annehmen, in Betrachtung, daß auf Erden nichts schöners ist, denn Weisheit in hohen Personen, derhalben vielen Leuten nützlich ist, solche Schriften zu lesen, darin sie zu Tugend durch solche hohe Personen vermahnt werden. Der allmächtige Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, bewahr E. K. M. zu Trost der armen Christen. Dat. Witeberg am 16. Tag Octobris Anno 1545.

E. K. Majestät

unterthänigster Diener

Philippus Melanchthon.

No. 3291. 24. Ian.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 624 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Integerrime vir, et amice charissime. Sunt omnino studia literarum gratiora et iucundiora tranquillis temporibus, sed tamen nec negligenda nec abiicienda sunt, cum tumultuantur Imperia, quia Deus tamen vult servare Ecclesiam, et vult agnosci. Ideo adhuc, Deo iuvante, facimus operas scholasticas mediocriter. Et adhuc quidem studia hic literarum mediocria sunt. *Paulus Eberus* promittit vobis suam operam in docendis filiis vestris, *Casparo* et *Michaële.* Et in ipsius aedibus habitare poterunt, et ipsius esse convictores. Deliberare autem poteritis, an M. *Erasmo Benedicto* eos commendare velitis: an vero M. *Paulo Ebero.* Deo juvante hodie *Christophorum* commendabo Licentiato *Schneidewein.* Me post reditum *) calculus satis atrociter iam excruciat, motus assidua vectatione dierum quinque. Imperatorem, dicunt, iam in itinere esse venturum Wormatiam aut Spiram. Bene et feliciter valete. Die S. Galli.

Philippus.

*) Ex Mansfeldia. De Mel. adversa valetudine vid. Lutheri ep. ad Georg. Anhalt. apud de Wett. T. V. p. 759.

No. 3292. 18. Oct.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. cod. Goth. 190. p. 116.

Dm. Antonio Lauterbach, Pastori eccles. Pirnens.

S. D. Venerande Domine Antoni. Ago tibi gratias et honestissimae coniugi tuae, et debere me vobis gratiam agnosco et fateor, quod tam amanter de filiae meae valetudine solliciti estis. Non erravit noster chirurgus, qui tum pronunciavit, fluxum esse sine luxatione. Nec tamen usus sum iis emplastris, quae mihi apparaverat, sed puellae sub humeris erupit fluxus. Ita desiit scapularum tumor. Scio a pueritia periculosos fluxus capitis habuisse. Deus eam et nos omnes regat.

De bello spero nunc quidem exitum placidum et non exitiosum his regionibus et ecclesiis harum regionum, et oro Deum, ut ecclesias nostras, in quibus certe sonat vox Evangelii, servet. A quibus adiuvetur *Lycaon Brunswicensis* multa scribere possem; sed tempus omnia patefaciet. Arcem *Lupinam* his diebus oppugnavit, sed frustra. Et repulsi sunt et interfecti aliquot milites inter oppugnandum. Audio principum copias et Ducem Landgravium iam esse *Gotungae*, ubi coniuncti exercitus adversus Lycaonem pergent. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Chr. reprimat *Lycaonem.* Magna certe res agetur et dimicandum est de harum gentium salute. Bene et feliciter vale. Die Lucae.

P. M.

No. 3293. 18. Oct.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 3.

Magistro Mattheo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Carissime Colline. Etsi non abundo otio legi tamen totam *Viti**) declamationem vel potius criminationem, in qua gloriatur, se civem nunc esse Ecclesiae Dei, nos vero damnat tanquam desertores; omitto enim quae de dogmatibus dicit, cum nec ipse narret, quod dogma improbet. Non solum adversarios audio tot iam annos vociferari, nos desertores esse, sed saepissime ipse mecum disputo: verene hoc crimen nobis obiiciatur. Itaque cum mihi mea voluntas erga Ecclesiam Dei nota sit, et sciam, me res difficiles ex magna caligine disputationum mediocriter evolvisse, non dubito, me verae et catholicae Ecclesiae Dei civem esse. Non enim desinit civis Ecclesiae[1]) homo recte invocans Deum, etiamsi probat usum integrae coenae dominicae, coniugium sacerdotum et emendationem abusuum τῆς λειτουργίας, ut Graeci vocant. An si iam resurgerent Ambrosius et Augustinus, ac viderent propter has causas nos damnari, laudaturi essent hanc saevitiam Pontificum? Imo si viderent nostros interfici, damnarent Pontificem tanquam parricidam. Non titulis sed rebus iudicandum est qui sint cives Ecclesiae. Quaesivi doctrinae puritatem, et adfirmo, multa recte a nobis explicata esse, quae non recte tradita fuerunt a Monachis et Canonistis. Nec initio tantus fuisset doctorum plurimorum et sapientium adplausus mota disputatione de poenitentia, nisi rectius trádi quaedam animadversum esset. *Vitus* nec legit nec intelligit commentarios Scoti et similium; nunc se utriusque partis iudicem facit, nec exponit tamen totum doctrinae suae genus, ut ego feci. Ostendat de singulis articulis quid probet, quid non probet. Tantum clamitat, se sequi Ecclesiam. Facillimum est, huius tituli maiestate commendare se populo, sed non est vocabulis iudicandum, qui sint cives Ecclesiae. Videndum, qui sint Epicuraei, qui parricidae membrorum Ecclesiae. Fingat, me errare in aliquibus rebus, ut sunt multae hominum imbecillitates: minus tamen pecco, quam si parricidia confirmarem, quae exercent contra nos illi, quorum ambit favores ipse. Sed nec ego plura nunc disputabo, nec te velim cum eo rixari. Curemus ut conscientiam nostram erudiamus, qui et ubi sint Ecclesiae cives, scilicet quicunque et ubicunque sententias veras[2]) a Deo traditas amplectuntur, et Deum recte invocant, etiamsi non amplectuntur traditiones humanas et iniustas Episcoporum. Narrant Graeci,

*) Viti Amerbachii.

1) Desideratur *esse.*

2) *veras* rescripsi pro *meas*, quod est in apographo.

quendam *Εὐτωπιδαν* (?) se ipsum fascinasse, cum sese spectaret in flumine, et ita fascino periisse. Opinor et *Vitum* sui admiratione fascinatum esse, et sibi morbum accersere; quod quidem aliquando Deus ostendet. Ego ei nec male volo, nec laesi eum ulla in re sciens. Ipse me multis modis laesit, sed *κωφὸν βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος,* inquit Homerus. Nec tamen magis rabiosus in me incurrit, quam alii quidam mihi magis familiares, nulla a me iniuria affecti. Sed deleo ex animo funditus omnes privatas simultates, ac simplici studio quaesivi doctrinam Ecclesiae veterem, puram, firmam, incorruptam. Et permitto de me iudicium toti Ecclesiae et omnibus piis et doctis ubique terrarum: sum etiam adhortator omnibus, ut studia coniungamus, ut doctrina salutaris ad posteros propagetur. Talem animum statuo convenire Ecclesiae civi, nec me propterea eiectum esse ex Ecclesia iudico, etiamsi maledictis aut iratorum aut malevolorum obruor. Scriptum est: maledicent illi, et Deus benedicet; idque fieri hactenus expertus sum et Deo gratias ago, quod mea studia rexit, ut aliquo modo prodessem discentibus doctrinam Ecclesiae, et alias honestas artes, et adhuc oro, ut me semper faciat *σκεῦος ἐλέους,* nec sinat me fieri *σκεῦος ὀργῆς*. Bene vale. Epistolam *Viti* et hymnos remitto; hos ipse editurus eram, sed quia repetis misi. Iterum vale. Die Lucae 1545.

Suadeo, ne litiges cum *Vito*, sed abrumpas totam hanc disputationem, quia Deus eam diiudicabit.

No. 3294. 20. Oct.

Georgio Anhaltino.

Epist. in lib. II. p. 222. (edit. Lond. II. ep. 215.). — Hanc epistolam anno 1545. scriptam esse docet epist. Lutheri ad Lanterbachium d. 19. Oct. h. a. (apud de Wett. T. V. p. 762.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, De publica absolutione collocuti sumus D. Doctor *Georgius*, et ego. Ac utilius visum est, saepe hortari auditores, ut privatam petant. Scriptum est enim, *Si petet, remitte ei.* Ac *Noribergae* vidimus exemplum; pauciores petunt privatam, cum recitetur publica. Sed de hac tota re iterum deliberari diligentius poterit. Fuit nobiscum pastor Ecclesiae *Cosvicensis*, modestus et probus vir, qui ait, nisi accessio aliqua ad stipendium fiat, nec se, nec alium pastorem, etiam frugalem, posse ibi manere. Hactenus se officiis praefecti mortui interdum adiutum esse. Cum autem in eo loco multi fuerint Ecclesiastici reditus, quaeso ut C. V. scribat Illustrissimo Principi *Wolfgango*, ut addi mediocrem accessionem, seu frumenti et lignorum, seu pecuniae, curet. Scit C. V. potuisse hoc fieri antea satis commode. Nunc accidit quod dicitur, *Quod non tollit Christus, tollit fiscus.* Vidimus sumptuosissimos fuisse Principes nostros in rebus inutilibus, et parcissimos in Ecclesiis et studiis fovendis. Nunc commonefacti poena, utinam sint liberaliores erga Ecclesiam. Bene valeat C. V. Die 20. Octob.

Nr. 3295. 21. Oct.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 376 sq.

Venerando viro, etc. D. Georgio Buchholzero, amico suo,

S. D. Venerande vir, et amice charissime. Exempla carminum filii[1]) vobis mitto: quae libenter edi curavi, ut hac celebritate filius invitaretur, ut haec studia et magis amet, et libentius exerceat. Deinde vobis etiam voluptati esse filii indolem, et iudicia de eo honorifica volo. Dei beneficio, vena est satis foelix: ac valde optarim ei proponi materias, quae gignerent aliquanto grandiores versus. Oremus autem Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani, et Ecclesiae suae, ut regat multorum ingenia, ut fiant *συνεργοὶ θεοῦ,* et organa salutaria Ecclesiae. Nescio unde sit tantum odium adversus me in veteribus quibusdam amicis[2]), cum ipsi sciant nullum novum dogma a me genitum esse, et in quibusdam mediocri studio quaesitam esse veram et propriam explicationem: quam diu etiam his Ecclesiis ad concordiam profuisse consentaneum est. Sed Ecclesiam et me

1) *Noah Buchholtzer.*
2) Islebio.

Deo commendo. Salutem opto clarissimis viris, domino Cancellario, domino *Gregorio*, domino *Suollio*, et aliis amicis. Typographo pro exemplis satisfeci, quae dono filiis vestris. Bene valete. Die 21. Octobris.

No. 3296. (h. t.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 535 sq. (ed. Lond. IV. ep. 684.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Aelianum tibi *Franciscus* exhibebit, etsi enim ipse allaturus eram (Nam ad principem Ascanium cum *Paulo**) expatiabor, sumque rogatus, te ut una adducamus) tamen quia hoc iter, dum Prussiae Ducem expectamus, differtur, interea te fraudare huius lectionis voluptate nolui. Quanquam dices, ubi evolveris, *ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν συναχθῆναι.* Mitto tamen, ut tibi gratum faciam, cui certe non tam *μικρὰ φιλοφρονήματα* praestare cuperem. De Archelao praeter Platonica et Thucydidea nihil reperi, nisi duas sententiolas Aristotelis, qui eius in quinto *πολιτικῶν* et de Melancholicis in problematis mentionem facit. Sic de eo loquuntur, ut videri velint, Regem fuisse antecellentem superioribus seu potentia, seu splendore. Sed sceleratum fuisse constat.

Lycaoniam historiam legimus. Etsi autem fortassis aliqui *μεμψίμοιροι* quaedam in actis nostrorum Ducum reprehendent, tamen ego praesertim post factum nihil disputabo. Regi nostrarum Ecclesiarum et politiarum pericula divinitus non dubito, etiamsi non semper cum nostris opinionibus gubernatorum consilia congruant. Hunc igitur eventum non tetrum Reip. gratulemur, et Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oremus, ut harum regionum Ecclesias, politias, principes, doctores, scholas et disciplinam tueatur. Bene et feliciter vale cum honestiss. coniuge et dulciss. liberis.

Philippus Melanth.

*) Ebero.

No. 3297. 22. Oct.

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 490 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 622.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Sapientes ubique in tota Germania credo mente et oculis intueri nunc Saxoniam, et de belli exitu varie angi. Populi rumores qui sint, infinitum esset narrare. Etsi autem spero Deum daturum esse placidam *καταστροφὴν,* tamen quoquo res cadet *μεγάλαι μεταβολαὶ ἔσονται.* Pugnemus igitur iis armis, quae nobis divinitus tradita sunt, id est, invocatione Dei et fiducia filii Iesu *Χριστοῦ*, et oremus cum filius sit *λόγος,* ne *λογικὴν λατρείαν,* id est, verae Ecclesiae doctrinam et vera officia *θεῷ εὐάρεστα,* deleri sinat.

Tuum scriptum legi, quo confirmas Ecclesiam non solum in Augusta Tiberina, sed etiam alibi. Pugnax est oratio, ego scripsissem *διδασκαλικὰ* placidius. De invocatione *ἐν τῇ λειτουργίᾳ μυστηρίου* metuo censuram tuorum Collegarum. Caetera satis luculenter scripta sunt, et mihi placent. Sed brevius dixissem *περὶ ἐπικλήσεως,* id est, tantum improbassem universam *ἐπίκλησιν μυστηρίου ἔξω τῆς χρήσεως τεταγμένης ἐν ῥήμασιν εὐαγγελίου*, idque breviter indicassem propter calumniosa iudicia. Sed haec, ut spero, coram. Deum oro, ut belli exitus sit salutaris Ecclesiae Dei. Scripsi Domino *Hieronymo*, quantum nunc sciebamus. Bene vale. Die 22. Octobris*).

Philipp. Melanthon.

No. 3298. (23. Oct.)

Eidem.

Epist. lib. VI. p. 491 sq. — Hic ex autogr. in cod. Monac. I. p. 623.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Cum heri literas nuncio abituro dedissem, postea venit adolescens, qui tuas attulit, in qui-

*) Alia manus adscripsit ann. 1545.

bus significas sparsam esse famam apud vos de nostrorum militum clade. Verum haec cum scriberem nondum audieramus usquam a nostris infeliciter pugnatum esse. Ipse vero *Lycaon* amisit in oppugnatione arcis Lycaoniae multos seu milites, seu rusticos, ut magis arbitror. Et, Dei beneficio, feliciter ab oppugnatione repulsus est. Postea etiam dicitur totum exercitum abduxisse. Sed quid paret, nondum sciebamus. Prorsus *ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου* Ecclesiis nostris vastitatem, et piis studiis oppressionem denunciat. Ideo oro Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, ut propter filii gloriam reprimat hunc Antiochum. Hactenus initia belli nostris adhuc mediocria fuerunt, miror tarditatem *Lycaonis*, cum quidem fuerit paratissimus. Sed divinitus iudico ei ut Sennacherib fraenum iniectum. Bene vale*).

Philippus Melanthon.

No. 3299. (h. t.)

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 117.

Antonio Lauterbach, Pastori Eccles. Pirnens.

S. D. Venerande et carissime dom. Pastor. Gratiam tibi habeo, quod et desiderio mei, et cura valetudinis meorum adficeris. Ego autem libenter ad vos expatiarer, ut sermonibus optimorum hominum me aliquantulum reficerem; sed his turbulentis temporibus non licet mihi hinc procul excurrere. *Lycaon Brunswicensis* habet exercitum et dira minatur. Existimo, non quaerendum esse periculum. Sed tamen hodie mihi homo peritus dixit, non satis ei virium esse ad movendum bellum. Deus det pacem Ecclesiis et politiis harum regionum, in quibus sonat vox Evangelii, servet etiam ipsos principes incolumes et eos regat. Postquam hinc abiisti ulcus sub humeris meae filiae[1]) erupit, ex quo cum sanies copiose effluxisset, tumor scapularum diminutus est. Iudico igitur non esse luxationem, sed tantum a fluxibus humorum ortum esse tumorem, praesertim cum puellae naturam norim et sciam, eam a prima infantia saepe pericula vitae habuisse. Mitto tibi paucas pagellas, quia nihil habebam recentius, de angelis, qui et Deo cari sunt et custodes sunt Ecclesiae Dei. Bene vale.

P. M.

Exemplum tibi *locorum theologicorum* *) recens editum mitto, in quo res nullae mutatae sunt, nec in caeteris locis verba mutata sunt, sed editio est minus mendosa, et habet duos locos accuratius tractatos, alterum de peccato originis, alterum de Ecclesia. Mitto autem tibi ut censori et amico, et oro ut iudicium mihi tuum significes.

*) Alia manus adscripsit: 23. *Octbr.* 1545, quae etiam edidit Spanhem.

1) Vid. Epist. d. 18. Oct. h. a. ad Lauterbachium.

*) Cum de nova editione locorum hoc tempore facta nemini praeterea aliquid scripserit Melanthon, puto haec non pertinere ad hanc epistolam, sed esse singulare epistolium Lauterbachio missum simul cum locis theologicis anno 1544., ab eo, qui epistolas descripsit, huic epist. iunctum.

No. 3300. (h. t.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 536 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 685.).

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camer. Paberg. amico suo cariss.

S. D. Etsi vetus est illud, *πολλὰ πολέμου καινα,* tamen adhuc quidem pene silentium est hic de iis, quae in Lycaonia**) geruntur. Cumque ante biduum a *Macedone* literas, scriptas *Cassellae* acceperim, tamen belli in illis nulla mentio erat. Semel repulsus ab oppugnatione *ὁ ἀρκάς* dicitur. Et in ipsa urbe Braunsvica nescio quid tumultuum fuit. Sed quidquid agunt aut parant *οἱ στρατηγοὶ,* nostrum est a Deo petere defensionem Ecclesiae et litterarum et disciplinae, Id faciamus: Serva fili Dei Iesu Christe *λόγε καὶ εἰκὼν ἀΐδιε ἀϊδίου πατρὸς, λογικὴν λατρείαν ἀϊδίῳ πατρὶ ἀρέσκουσαν.*

Ducem *Prussiae* una cum Electore *Saxonico* post paucos dies huc venturum esse audio, qui si Lipsiam non veniet, huc accersi te curabimus. *Stigelius* graves caussas habet, cur domum se aliquantisper conferat, quem tamen spero post aliquot menses, pacata Rep. ad nos rediturum esse.

**) Ducatu Brunsvic.

Tu quod soles, nunc eum amanter complectere. Bene et feliciter vale, cum tuis omnibus. Alesio dicas *Iohannem* Fidelem *Scottum* qui Lignicii docet, sponsum esse.

Phil. Melan.

No. 3301. 24. Oct.

Georg. Anhaltino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Georgio, Principi Anhaltino.

Reverendiss. ac Illustriss. Princeps. Hic M. *Thomas Stirius*, cui literas ad C. V. dedi, vir honestus est et doctrina bene excultus et amans pacis, cumque docuerit literas in Stiria, discessit inde et Turcicas irruptiones et officialium, ut vocant, tyrannidem fugiens, qui puram Evangelii doctrinam doceri non sinunt, iamque biennio apud nos modestissime vixit, et confirmavit iudicium suum de doctrina, et recte sentit, quare et magisterii gradu apud nos ornatus est. Nunc quaerit conditionem, et in Ecclesia harum regionum servire cuperet. Scio occasionem saepe dari C. V. prospiciendi talibus viris. Oro itaque, ut huic magistro *Thomae* Ecclesiam aliquam commendetis. Praestabit fidem et diligentiam. Lingua eius magis intelligi poterit in Mysia quam in vicinis regionibus. Moveat autem C. V. et exilii cogitatio. Decet nos piorum exulum calamitate affici, et quia omnes nunc quidem exules sumus in hac nostra Vita, et quia filius Dei pro nobis factus exul voluit, nos complecti eos, qui propter Evangelium sunt extorres, et scit C. V. haec officia sapienter cogitare. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi regat Cel. V., ut sit vas misericordiae salutare Ecclesiae Christi. Amen. 24. Octob. 1545.

C. V.

addictus

Ph. M.

No. 3302. 24. Oct.

N. Medlero.

E cod. Bavari I. p. 1074. edita a Danz. ep. 60. Nunc ex cod. cod. denuo descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Et amplissimi Senatus Brunsvicensis et tuas literas ac historiam accepimus die Octobris 24. Eadem die et fama de proelio huc allata est, in quo narrabant victum et captum esse *Lycaonem Henricum* Brunsvicensem cum filio. Etsi nondum certo haec sciebamus, tamen haec evangelia cupide audiebamus. Deum etiam aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut servet, defendat, adiuvet et regat Landgrafium et exercitus, ac ecclesias et politias, in quibus sonat vox Evangelii. Titi pro tuo officio, et quod historiam misisti, gratias agimus ac magnopere te adhortor, ut integram nobis historiam deinceps scribas; vicissim aliquid lucubrationum mittam, quae tibi sint voluptati. Bene vale. Die Octobris 24. Anno 1545.

P. Melanthon.

Archetypum huius epistolae dono dedi Ioanni Mathesio rectori Lud. M. Wunsiedel. [Nota Medleri, vel Bavari.]

No. 3303. 25. Oct.

Eidem.

E cod. Bavari I. p. 1075. edita a Danz. ep. 61. Nunc ex eod. cod. descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

Deō aeterno, patri domini nostri Iesu Christi, gratias ago quod repressit Antiochum denunciantem vastitatem ecclesiis, et oro, ut animi eorum, quibus victoria haec donata est, gubernentur spiritu sancto, ut deinceps sint ecclesiae et politiae, et disciplina honesta servetur, et pia studia colantur. Deinde tibi et Senatui vestro gratias ago quod rem tantam nobis statim significastis, et vestro testimonio aliorum literas confirmastis. Magnopere etiam te oro, ut re inquisita totam seriem belli, et pugnae nobis per otium perscribas. Hortatus sum D. *Antonium* *), ut latine commentarium saltem condat huius belli, quem si non volet edere, tamen amicis impertiat. Argumentum tale est, ut sapientem scriptorem requirat, qualem certe *Antonium* esse iudico, quem volo te com-

*) *Antonius Niger*, doctor. (Nota Bavari.)

plecti familiariter. πισταὶ γὰρ ἐπιπλεῖστον φιλίαι ἰατρῶν καὶ ἡδεῖαι. Quod sum expertus. Nam et studium est philosophicum, et ut ad bonitatem sint propensiores arte invitantur, et cum videant multas hominum miserias, minus sunt asperi, ὥσπερ ἄλλοι τυραννίδας expetentes. Oro te, horteris populum ad pietatis exercitia. Non contemnendum exemplum eis propositum est in hac poena Lycaonis. Bene vale 25. Octobris 1545.

P. Melanthon.

No. 3304. 25. Oct.

Pontanus ad Electorem.

† Ex autogr. in Tabul. Vinar. Reg. II. fol. 603.

Epistolae Pontani ad Io. Fridericum Principem Elect. d. d. Sonntags nach *Ursulae, haec pagella inclusa est:*

Gnädigster Herr. Ew. Churf. Gnade haben gestern Doctorn *Martinum, Pomeranum*, Philippum und mich gnädiglich mit Schweinen=Wildpret bedacht, deß sie sich alle und ich gegen E. Chf. G. ganz unterthäniglich bedanken, versehe mich auch, sie werden E. Ch. G. selbst schreiben und derwegen Danksagung thun. Das hab E. Chf. G. ich in Unterthänigkeit auch nicht unangezeigt lassen wollen. Datum ut supr.

Gregorius Bruck.

No. 3305. 29. Oct.

Ioanni Friderico, Elect., et Philippo Landgravio.

† Ex autographo, a calligrapho scripto, cui Melanthon sua manu subscripsit, in cod. Rehd. Vrat. Vol. III. Legitur apographon antiquiss. in cod. Goth. 94. p. 229.

Den Durchleuchtigsten und Durchleuchten Hochgebornen Fürsten und Herren, Herrn Johanns Friedrich, Herzogen zu Sachsen, Churfürsten und Grafen in Thüringen, Marggrafen zu Meißen und Burggrafen zu Meidburgk, und Herrn *Philippsen*, Landgrafen zu Hessen, zu Catenelnbogen, Ziegenhain und Deutz, unsern gnädigsten und gnädigen Herren, sämtlich und sonderlich.

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Chr., unsern Heiland zuvor. Durchleuchtigster und Durchleuchtiger, Hochgebornen Chur= und Fürsten, gnädigster Herr und gnädiger Herr. Erstlich danken wir dem allmächtigen Gott, Vatern unsers Heilandes Jesu Christi, daß er Ew. Chur= und Furstl. Gnaden in diesem plötzlichen Lärmen guten Rath, Stärke und Sieg gegeben hat, und hat Ew. Chur= und Furstl. Gnaden Person, Land und Leut, Kirchen und Regiment zu seinem Lob so öffentlich und gnädiglich bewahrt, daß dieses Werk allen Menschen ein merklich Erinnerung seyn mag zu Gottesfurcht und zu rechtem Glauben. So danken wir auch in Unterthänigkeit Ew. Chur= und F. Gn., daß sie selbst ihren Ernst hierin erzeiget, und ihr fürstlich Arbeit dabei gethan haben, und bitten Gott, er wolle auch forthin Ew. Ch. und F. G. seliglich regieren und bewahren, wie wir nicht zweifeln, daß viel Gottfürchtige Leut solches mit uns bitten, welche bedenken, wie hoch und groß der christlichen Lahr[1]) und Kirchen daran gelegen, daß Ew. Chur= und Furstl. Gn. in guter Regierung bleiben.

Daß wir aber jetzund an Ew. Chur= und Furstl. Gn. schreiben, dazu sind wir aus einer kläglichen Schrift der armen Leute von Helmstädt, an uns haltend, bewogen, welche uns um Gottes Willen bitten[2]), daß wir uns in dieser ihrer äußersten Fährlichkeit ihrer erbarmen, und für sie eine unterthänige und christliche Vorbitt thun wollten.

Sie zeigen an, es seye wahr, sie haben dem Feind Provand [Proviant] zugeschickt, und Brandschatzung geben; doch also sich aufzuhalten, daß der Feind in der ersten Eil, da noch nicht die Rettung im Land gewesen, sie nicht zu überfallen Ursach nehmen sollte.

Daß ihnen aber weiter aufgelegt werde, als sollten sie vom Evangelio abgefallen, das sei nicht also, sondern sie seyen allezeit und noch willig, ihr Leib und Leben bei dieser christlichen Lehr, die Ew. Chur= und Fürstl. Gn. bekennen, zuzusetzen. Daß sie nun aber in solcher schrecklichen Ungenad seyn, daß ihnen gebothen, 4000 Fl. [3]) in acht Tagen zu geben, oder der Fleck soll dem Kriegsvolk Preis geben werden, bitten und schreien sie um Gottes Willen, daß dieser große Zorn gelindert werde.

Nun bedenken wir selbst, daß Ew. Chur= und Furstl. Gn. nicht ohne große Ursach zürnen, daß sie den Feind gestärkt haben, wenn gleich nicht ihr Gemüth gewesen, von christlicher Lehre abzufallen. So achten

---

1) Apogr. Goth. Lahr, sed cod. Rehd. Schaar.
2) bitten non legitur in apogr. Goth.
3) Apogr. Goth. 4000 Fl. an Geld.

wir auch, daß nicht alle im Land gleich fest[4]) gewesen seyn, besonders in dem ersten Schrecken zuvor ehe[5]) Ew. Chur= und Fürst. Gn. mit dem Volk ankommen, und sind ohne Zweifel viel böser Buben[6]) im Land, die des Feindes Macht hoch gerühmt haben, die Leute zu ihm zu neigen; wie wohl[7]) Reden im deutschen Land sonst erschollen, daß man auch zu Nurinberg zeitlich gesagt, Ew. Chur= und Fürst. Gn. Volk wäre erschlagen worden.

Es sey aber mit den gedachten in Helmstädt wie es sey, so bitten wir um Gottes Willen in aller Unterthänigkeit, Ew. Ch. und F. Gn. wollen ihnen Gnad erzeigen, sie wiederum in Gnad annehmen, und die große Strafe gnädiglich lindern, in Betrachtung, daß Gott Ew. Ch. und F. Gn. auch gnädiglich beigestanden[8]), welcher, wiewohl er muthwillige Bosschaft[9]) zu strafen befohlen, so will er dennoch daß man den Zorn mit Barmherzigkeit lindern soll, wie Christus gesprochen: selig sind die Barmherzigen, denn ihnen wird Barmherzigkeit erzeigt werden.

Ew. Chur= und Fürst. Gn., als weise hochlöbliche und geübte Fürsten wissen selbst, daß Mäßigkeit und Güttigkeit in solcher Zeit löblich ist, und Gottgefällig[10]); wie sich auch David gegen Nabel und Semeij gehalten. So sagt man, da Pompejus eine Stadt in Sicilia gewonnen, und das Volk hat tödten wollen, habe einer, im Rath der Führnehmste, Pompejum angeredt, warum er das arme Volk, das unschuldig an dieser Empörung[11]) gewesen, strafen wolle, sondern er sey allein schuldig. Von wegen dieser Bekenntniß hat Pompejus desselben und aller verschonet.

Und wiewohl der Kriegskost groß ist, daß Schatzung und Geldstrafung folgen müssen, so bitten wir doch in Unterthänigkeit, Ew. Chur= und Fürst. Gn. wollen doch die Unmöglichkeit mit den 4000 Fl. betrachten. Das arme Land ist bereits hoch und jämmerlich geplagt, daß wir nicht zweifeln, Ew. Ch. und F. Gn. haben selbst Erbarmung und gnädigst Mitleiden, so wie an das arme, zerstreute und irrige[12]) Volk gedenken. Sie sollen billich andern Städten und Landen ein Exempel seyn, Gottes Zorn an ihnen zu erkennen, und Gott anzurufen, daß nicht dergleichen Strafen weiter verhängt werden. Darum bitten wir in Unterthänigkeit und um Gottes Willen, Ew. Chur= und F. Gn. wollen Gott zu Ehren und in Betrachtung des großen Jammers der armen Leute diesen betrübten Leuten zu Helmstädt Gnade erzeigen. Das wird Gott ohne Zweifel mildiglich belohnen. So werden doch etliche gottfürchtige bei ihnen diese Gnade erkennen und Gott für Ew. Ch. und F. G. bitten.

So wird auch unser Gebeth, das wir von Herzen für Ew. Ch. und F. Gn. täglich thun, desto fröhlicher zu Gott, dem ewigen Vater unsers Heilandes Jesu Christi, geschehen; der wolle Ew. Ch. und F. Gn. allezeit gnädiglich bewahren. Datum Wittemberg am 29. Octobr. anno 1545.

Ew. Chur= und Fürstl. Gnaden

unterthänige

D. *Martinus*[13]).
D. *Pomeranus.*
Philippus Mel.
D. *Crucigerus.*

4) Cod. Goth. gleich fest; sed cod. Rehd. fast praetermisso gleich.
5) ehe non legitur in cod. Rehd.
6) Cod. Goth. Lecker.
7) Cod. Goth. viel.
8) Cod. Rehd. beistand.
9) Cod. Goth. Bosheit.
10) Cod. Rehd. pro Gottgefällig habet wohlgefällig.
11) Cod. Rehd. Eroberung.
12) Cod. Goth. Krieg.

13) In cod. Rehd. tantum Philippus Mel. subscripsit, unde intelligitur, epistolam in cod. Rehd. non esse autographon Philippi, sed apographon, quod ipse describi curavit, et, ut solebat, amicis suis misit.

No. 3306. 1. Nov.

A. Lauterbachio.

† Ex apographo in cod. Goth. 190. p. 118.

Antonio Lauterbach, Pastori eccles. Pirnens.

S. D. Venerande domine Pastor et amice carissime. Scio viduam *Iohannis Burcardi* esse honestam matronam, et calamitas eius mihi dolorem adfert. Viro cum viveret fuscinato stultissimis persuasionibus*) nemo consulere potuit. Utinam nunc haec matrona audiret sana consilia. Non penitus novi, quomodo se habeant emtiones in Bohemia factae, sed opinor, eam nec retinere

*) Lutherus in epist. ad Amsdorf. d. 2. Maii 1545. scribit: „Alkumistae *Marchionis* (Ioachimi II. Brandenb.), illuso ipso, aufugerunt. Unum tamen cepit et habet in vinculis lutterbocae insignem. Doleo pro M. *Francisco Burkardo* in aula nostra; nam huius est frater ille Alkumista."

posse illas res nec posse pretium solvere. Id si ita est, rectius faceret, si prorsus relictis illis praediis rediret in Turingiam ad cognatos et adfines. Nam si sperat, cognatos aut adfines pro ipsa soluturos esse, tota via errat. Et ipsam stultae ac furiosae obligationes viri nihil obligant. Obsecro vos, date ei re audita consilium. Utile, et credo utilissimum ei esse, relinquere illa bona, pro quibus non potest solvere pretium. De filia commendanda coniugi reverendi D. Doctoris *Martini* nihil egi. Nam ego eum onerare non volo. Ego si de meo servire possum mulieri aut filiae, faciam, nec recusarem eam recipere, si ad me mitteret. Bene vale. Die primo Novembris.

P. M.

No. 3307. 2. Nov.

P. Medmanno.

Edita in S. Abb. Gabbemae epist. claror. viror. p. 80.

Ad D. Petrum Medmannum.

Deo aeterno Patri Domini nostri Iesu Christi gratias ago, quod repressa Lycaone Ecclesias et Politias harum regionum defendit. Utinam autem eventus etiam aliis pericula mitiget. Mihi non sunt nota principum consilia: Et nunquam fui suasor sumendi, nisi necesse esset, sicut iudico in reprimendo Lycaone vere necessariam et iustam defensionem susceptam esse. *Francisco Vinariensi* scripsi, ut petiisti, nec obsignavi litteras. Quare prius eas legito: et, si videbitur, exhibe. Magnopere te oro, significes mihi per hunc nostrum tabellarium, quae sit opinio prudentum de conventu, qui Ratisbonae mense Decembri inchoandus dicebatur. Mitto tibi oratiunculam habitam, cum nuper hic esses. Bene et feliciter vale. die II. Novbr. Epistolam illam veterem a te scriptam, cuius hic mentionem faciebas, nuper accepi.

Philippus Melanthon.

No. 3308. 6. Nov.

F. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 63. contuli Apogr. in cod. Mehn. I. p. 42 b.

Venerando viro, eruditione et pietate praestanti, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Gotha, carissimo fratri,

S. D. Carissime Friderice, propter urbis vestrae, quae certe est hospitium Ecclesiae Dei, et Praesepe Christi, incendium, magno dolore afficior. Sed sustento me cogitatione voluntatis Dei, qui vult Ecclesiam †suam"[1]) subiectam esse cruci: et tamen eam servat mirabiliter. Nunc totum corpus, id est universas Politias et Ecclesias harum regionum clementer defendit, represso tyranno *Brunsuicensi.* Id beneficium grati celebremus. Sed ne laetitia efferamur, rursus castigari partem aliquam[2]) sinit, ne securi et segnes nobis indulgeamus. Haec ad regulam conveniunt: *visitabo in virga iniquitates eorum; misericordiam autem meam non dispergam ab eis.* Hac consolatione te et Ecclesiam tuam erigito, et oremus Deum, ut non accendat totam iram suam, sed in ira misericordiae suae recordetur, propter Filium suum Dominum nostrum Iesum Christum; ut serventur in his regionibus reliquiae Ecclesiae, et non extinguatur lux verae doctrinae. O Fili Dei Iesu Christe, crucifixe pro nobis et resuscitate, *λόγε καὶ εἰκὼν ἀϊδίου πατρὸς,* qui iram Dei ingentem adversus nostra peccata in te derivasti, et es factus propitiator, miserere nostri et intercede pro nobis apud aeternum Patrem: rege et serva nos. Datae 6. Novembris. Bene vale et rescribe[3]).

Philippus Melanthon.

No. 3309. 9. Nov.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 538 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 687.). — Apographon in cod. Goth. 401. p. 128. ubi recentiori manu adscriptum est: *Meienburgo.*

---

1) Addit cod. Mehn.

2) *aliquam*] cod. Mehn. obliquam.

3) "Ad marginem huius epistolae Myconius sua manu haec sequentia adscripsit: ,,,,qui mihi has literas attulerunt, referebant: hunc S. Virum Confessorem, Dominum Philippum, audito huius urbis incendio, illacrymasse, et post lacrymas haec scripsisse. Valde enim hanc urbem propter ecclesiam et scholam ac ministros fideles diligebat. Arsit Gotha anno 1545. ultima Octobris, et fuit triduo silentium in ecclesiis et schola.,," (Nota *Snegassii.*)

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. Pab. amico et fratri suo cariss.

S. D. Vere dilexi et magnifeci *Hieronymum* fratrem tuum, non solum quia te amo, sed etiam propter ipsius excellens ingenium et egregiam virtutem, gravitatem et moderationem in [1]) omni actione, denique propterea etiam, quod cum viderem eum in magnis aerumnis se Dei agnitione sustentare, non dubitabam eum Deo carum esse: Itaque doleo eum a suis, et a nobis nunc quidem avulsum esse. Sed cur dico me illum dilexisse? imo nunc quoque diligo. Vivit enim apud filium Dei, inter illos Heroas, Abraham, Ioseph, Davidem, Baptistam, Paulum, et nunc coram cernit iudices nostrorum certaminum, fruitur etiam dulcissimis parentum et fratris Iosephi colloquiis, meque aliquanto priusquam te ad eundem coetum venturum esse spero, adeoque a migratione ex hoc carcere et hac mortali vita, non abhorreo [2]), ut quoties illius coetus studia cogito [3]), mirifico desiderio videndi illam aeternam Academiam accendar. Tuo autem nunc dolore valde moveor, qui propter fraternam [4]) pietatem, non potes non in moerore esse. Deinde augent [5]) tibi luctum, conspectus liberorum fratris, et curae [6]) gubernandae haereditatis, *Denique tota domus cepit nunc onus esse tuum.* Optarim quidem me luctum consolatione, et labores tuos mea opera [7]) minuere posse, nec deero, si qua in re mei usus erit. Sed nunc Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut te servet incolumem Ecclesiae universae et domesticae: deinde te quoque adhortor, ut dolori repugnes. Nota sunt tibi omnia, quae non in philosophia tantum, sed etiam in Ecclesia Dei, ad leniendam moesticiam traduntur. Nec sumus [8]) iam ingravescente aetate prorsus tyrones eius doctrinae [9]), quae est *μελέτησις θανάτου.* Sed vult nos Deus non tantum in ipsas miserias intueri, sed etiam petere et expectare consolationem a se, qui est *θεὸς πάσης παρακλήσεως,* et affirmat se apud afflictos habitare, quod saepe ipse expertus constanter affirmo, non ferri mortalia casu. Si cogitamus non esse inania *θελκτήρια,* quae in Ecclesia traduntur, habemus consolationem non ieiunam [10]). Scio autem te vere *ταῖν ἀμφοῖν,* imo toto pectore amplecti doctrinam Ecclesiae Dei. Quare iis te consolationibus sustenta [11]), quas proponit † doctrina filii Dei."

Mox ad te profectus essem acceptis *Zigleri* litteris, nisi principem Prussiae expectare cogeremur, quem audio intra triduum huc venturum esse. Interea hanc epistolam misi, ut si quam possem, recenti vulneri medicinam facerem. Scio tibi ad hunc domesticum dolorem accedere alium ex incendio *Gotthano,* quo *Portuni* nostri [12]) aedes conflagrarunt. Sed meminerimus illud: *ταπεινώθητε ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ θεοῦ.* Sed mox addit: *πᾶσαν μέριμναν ὑμῶν ἐπιῤῥίψαντες ἐπ' αὐτὸν, ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ὑμῶν.* Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi servet te et honestiss. coniugem tuam et dulciss. liberos tuos [13]). Pridie festi Martini, quo die ante annos centum et unum ad Varnam pugnatum est, cuius exempli cogitatio te deducat ad considerationem aliarum historiarum, in quibus huius vitae fragilitas conspicitur, ac admonemur, ut animos erudiamus, quomodo ferendae sint communes aerumnae, quas ut Deus mitiget, et in ira misericordiae recordetur, toto pectore eum oro.

Phil. Melanth.

1) *in* cod. Goth. recte pro *et.*
2) Cod. Goth. brevius: *ideoque non abhorreo ab ea migratione ut quod* etc.
3) *studia et scholas cogito* cod. Goth.
4) Cod. Goth. *propter fraternum amorem.*
5) Cod. Goth. *auget.*
6) Cod. Goth. *cura.*
7) Cod. Goth. *opera iuvare et minuere.*
8) Cod. Goth. *simus.*
9) Cod. Goth. *in hac doctrina.*
10) Cod. Goth. *consolationes locupletissimas.*
11) Cod. Goth. *sustentes.*
12) Cod. Goth. *paternae vestrae.*
13) Finitur hic in cod. Goth. epistola his verbis: bene vale 1547.

No. 3310. 10. Nov. (h. a.?)

M. Helingo.

Epistol. lib. V. p. 329 sq.

Clarissimo Viro, eruditione et virtute praestanti D. Mauritio Helingio, amico suo charissimo.

S. D. Consilium de historiis legendis rectissimum est. Sed doleo, in lingua latina adeo inopes esse. *Livius* utilissimus esset adolesentulo

propter genus sermonis et res: sed libri magnitudo non congruit illis Scholis. Si quid *Caesaris* velles interpretari, mallem belli civilis historiam proponi, quam belli Gallici, quia sermo in posterioribus illis libris de bello civili planior et dulcior est. In *Iustino* et res mutilae sunt, et Oratio nimis brevis. Sed tamen mihi placet *Georgii* consilium, quia series Monarchiarum et Regnorum ibi indicari potest. Malim, *Salustium* proponi. In *Suetonio* quatuor Caesares sunt, quorum lectio utilis est, Iulius, Augustus, Vespasianus, Pater, et Titus, filius. In caeteris obscoenitas nimis magna est. Utinam *Cuspiniani* Caesares germanici meliori genere Orationis descripti essent. Horum historiae res habent nobis utiles. Et fuit virtus in nostris Principibus maior, quam in Graecis aut Romanis. Pulchre scripta est historia cladis Varnensis a Scriptore recenti, hanc propter res et genus sermonis posse utiliter proponi existimo. Bene V. Die Nat. Lutheri.

Phil.

No. 3311. 11. Nov.

N. Medlero.

A Danzio ep. 48. edita ex cod. Bavari p. 1076., nunc ex eodem descripta.

Dm. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Et pro perpetua tua erga nos benevolentia, et pro historia conscripta tibi gratiam habeo. Legit historiam heri totam in coena D. Doctor *Martinus*, ad quam d. *Pastorem*, *Crucigerum*, *Georgium Maiorem* et me vocarat[1]), ut solitus est, eo die amicos vocare. Nam pridie Martini natus est *Lutherus*, ac nunc inchoat annum sexagesimum secundum. Oro autem Deum, ut servet et regat pios Doctores, principes et civitates, quae praebent hospitia ecclesiis, sicut sperare nos iussit, inquiens: *Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem; in die mala liberabit eum Dominus.* Magna profecto pericula sustinent principes et civitates, hospitia ecclesiis Dei praebentes. Sed spero, Deum eis adfuturum esse. Nos quoque diligenter mores nostros regamus, ne abiiciamur a Deo. Haec cum scriberem erat mecum quispiam[2]) ex Regis *Fernandi* scribis, qui adfirmat, Turcicum tyrannum proxima aestate adducturum esse ingentem exercitum in Pannoniam, ac legatos *Caroli* Imp. et aliorum Regum teneri tanquam captivos, nec aliter respondisse tyrannum, nisi se illos in comitatu secum in Pannoniam reducturum esse.

Synodus *Tridentina* dissipata est. Bene vale. Salutem opto D. Doctori *Antonio* 1545.

P. Melanthon.

1) Danz. ex emendatione: *vocaverat.*

2) Danz. mendose *quisquam.*

No. 3312. 16. Nov.

(*Studiosis.*)

Scripta publ. Acad. Witteb. T. I. p. 139.

Philippus Melanthon (Scholasticis.)

Tempestates significari positu stellarum, hoc anno illustribus exemplis animadverti potuit. Nam siccitas post Iulium insignes causas habuit, et post duos menses coeperunt exiguae pluviae esse, cum Luna venit ad humida signa; et nunc est in Cancro, et concurrit Haedorum et Orionis occasus, de quo *Virgilius* inquit: Nimbosus Orion etc. Harum rerum doctrinam amare utile est. Ibi enim et hoc animadverti potest, Deum sapientissimum consilio ita ordinasse ortus et occasus, ut terrae conducant. Ideo enarro *Ptolemaei* Quadripartitum, et hodie hora tertia secundum librum inchoabo, qui erudite de tempestatibus et regionum vicibus disserit. Quare Scholasticos adhortor, ut frequentiores audiant.

No. 3313. 16. Nov.

B. Schallero.

Epist. lib. II. p. 476. (edit. Lond. II. ep. 505.).

D. Bartolomaeo Schallero

S. D. Charissime D. Bartolomaee, Saepe mihi cogitanti de Republica et de posteritate in tanta imperiorum dissipatione, lenit tamen haec una

res moestitiam, quod video Deum mirabili bonitate adhuc literarum reliquias et aliqua bona ingenia servare. Erit igitur aliqua ad posteros Ecclesia, et erunt aliquae *πολιτεῖαι* Ecclesiarum domicilia. Hac spe liberos educemus et erudiamus. Est autem in filio *Isaac* optima indoles ad literas et virtutem, et cum amet studia, feliciter proficit. Propter has virtutes mihi profecto tam charus est, quam si ex me natus esset. O magnum Dei donum, habere liberos idoneos ad virtutem! Quare te oro, ut gratitudinem tuam erga Deum declares, et simul velis posteritati civium utilem educare, ac mittas filio *Isaac* sumptus. Ait se iam debere decem aureos. Si illius necessitate non moveris, moveare mea intercessione, ac mihi mittas. Nec peterem, nisi frugalem esse scirem, nolo enim cuiusquam prodigalitati patrocinari. Didicit Arithmeticen, et nunc Geometrica adiungere coepit me adhortante, rogo igitur, ut mittas ei aliquid pecuniae ad libros emendos, videlicet *Eucliden*, et *μεγάλην σύνταξιν Ptolemaei.* Sic tibi filium commendo, ut tecum amore ipsius certem, quod non facerem, nisi indoles ad virtutem et literas idonea videretur. Bene vale. Die 16. Novembris.

No. 3314. 17. Nov.

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 492 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 624.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Norib.

S. D. Heri tuam Epistolam accepi, in qua narras te delectum esse, ut sis noster in Colloquio *) de doctrina Ecclesiarum instituendo *παραστάτης*, qua de re scito te ab ipso *Luthero* delectum esse. Sed quale futurum putas Colloquium in hoc conventu, ad quem novae animorum exulcerationes adferentur propter Lycaonem captum? magna arbitror de aliis rebus certamina fore, quae Deus gubernet. *ὁ γυπαίετος* legatos recens misit ad Ducem *Mauricium*, qui narrarent Turcicum Tyrannum adducturum proxima aestate ingentem exercitum, et petit pecuniam, ut solet.

*) Ratisbonnae anno proximo.

Historia de fratribus Cataneis recitatur in postrema *) pagella Aetnae Virgilii, etsi versiculi aliquantulum corrupti sunt. Narrant et Strabo et Pausanias, qui inquit etiam suo tempore celebratum esse hoc exemplum sermonibus populi in oppido Catana. Vide Pausaniae paginam 272. in versu postremo. Scribam alias plura.

Nunc tibi commendo *Martinum Wagner* probum hominem, sed aegrotum.

Ludoici Ciconiae literas insulsissimas legi; profecto in familiari colloquio, quia sic satis facundus est, nunquam animadverti tantum stultitiae et impudentiae. Bene vale. † die 17. Novembris". Domino Doctori *Wenceslao* dicito me filium audivisse et commendasse *Hieronymo.*

Philippus Melanthon.

*) Spanh. *proxima*, ex mendo.

No. 3315. 22. Nov.

Academicis.

Scripta publ. T. I. p. 140. (Melanth. auctor est scripti.)

Rector Academiae Augustinus Schurf, D.

Ut Propheta Deum orat: Domine, in ira tua misericordiae recorderis: ita nos agnoscamus, calamitates humanas non casu accidere: Scriptum est enim: Omnes capilli capitis tui numerati sunt: sed castigationes esse, quibus ad poenitentiam vocamur: et ardentibus votis oremus, ut mitigentur poenae, ut sint superstites aliquae Ecclesiae, scholae et politiae, in quibus Deus celebretur. Ideoque cum iam magna pars oppidi *Gotthae* perierit incendio: expavescamus cogitatione irae Dei, et nos ad poenitentiam, modestiam et ad ardentes precationes exuscitemus. Erimus autem erga calamitosos magis officiosi, si vere cogitabimus, nos quoque poenas meritos esse, et Deum velle iis mitigare poenas, qui adflictis opem ferunt, ut dicitur: Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem. In die mala liberabit eum Dominus. Itaque Academia de publico largietur eleemosynam Gotthanis, et hoc triduo varias eleemosynas collectura est. Id publice hic significatur, ut benignius conferatis, quod facere vos iustissimum est. Quia Deus vult nos adfici dolore in aliena

calamitate: vult etiam parcere iis, qui misericordia erga alios adficiuntur. Virtute etiam civitatis Gotthae moveamur. Nam eius loci Ecclesia et Schola pie reguntur, et multum prosunt toti viciniae. Et in oppido firma et salutaris est ministrorum Evangelii et Senatus Concordia, et disciplina honeste communibus consiliis defenditur. Ac Senatus studiis literarum favet eaque mediocriter adiuvat. Haec sunt vera politica ornamenta, longe maiora, quam opes aut imperia. Cogitemus autem, eos non solum propter sua aliqua vitia (ut summa diligentia non cavet omnes lapsus), sed etiam propter exemplum castigatos esse, ut nos aliorum poena commonefacti simus modestiores. Non putate, casu, sine consilio Dei politias florere aut concuti. Nota est enim vox: Nisi Deus custodierit civitatem etc. Ideo agnoscamus praesentiam Dei, et simus diligentiores in regendis moribus, ac oremus, ut nos servet et regat. Die 22. Nov. ão 1545.

No. 3316. 23. Nov.

Thomae, Abbati.

† Ex autographo Mel. in cod. Basil. Vol. XXV. fol. 47., mihi descripta a S. V. de Wettio.

Reverendo viro eruditione et [virtute] praestanti, Domino Thomae, Abbati Collegii Hersfeldensis, Patrono studiosorum,

S. D. Reverende Domine. Etsi scio, collegia vestra varie onerari et expilari, tamen audio, tuam pietatem erga studiosos literarum et veritatis honeste praedicari, qua in re credo te, pro tua prudentia, cogitatione de posteritate moveri. Nisi enim nunc hi, qui presunt, bona ingenia fovebunt, et literis excoli curabunt, qualis erit barbaries, quales tenebrae ad posteros! Ideo te propter deum oro et obtestor, ut in hoc genere liberalitatem exerceas. Commendo igitur tibi hunc adolescentem, qui narrat, tibi notos et familiares esse suos parentes in oppido *Creussen.* Et tirocinium suis in studiis spem ostendit, eum aliquando usui fore reipublicae. Bene et foeliciter vale. Die 23. Novembris 1545.

Philippus Melanthon.

No. 3317. 28. Nov.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 593.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Dei beneficio recte valent filii, †et proficiunt in literis et morum gubernatione "*). Deus eos servet et regat. Ad *Landgravium* misit *Carolus* Imperator *Conricium*, et hos quatuor articulos significavit, ut Brunsvicensem tractet, sicut Principes captos tractari decet, deinde ne proponat nimis duras conditiones, se quoque offert ad rem componendam, item, ut parcatur nobilibus, qui secuti sunt Brunsvicensem, denique ne aliis nunc inferamus bellum. Aiunt, venturum *Carolum* ad Conventum. Sed de colloquio nulli adhuc sunt sermones. Si quid de Conventu novi audietis aut de aliis rebus, etiam nobiscum communicate. Spero, nos Lipsiae in nundinis conventuros esse. Bene valete. 28. Novemb.

Philippus.

No. 3318. (28. Nov.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 516 sq. (ed. Lond. lib. IV. p. 667.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo cariss.

S. D. Σωτηρία οὖν θυτέα Filio Dei domino nostro Iesu Christo, et voce Ecclesiae tuae domesticae, et nostra confessione praedicante, non casu nos vivere, sed Deo tegente et servante, ac precandum, ut te diu servet, et dulcissimae familiae tuae, et universae Ecclesiae. Etsi enim nostra aetas pene iam confecit curriculum nobis datum, et haec vita nobis quidem non magnas voluptates deinceps paritura videtur, tamen vivere aliquos doctrinae propagatores, et quidem senes, utile est.

De Synodo audio fugitivam illam retrahi, ac missum esse in Germaniam *Franciscanum*, qui convocet senatum ἱερατικὸν. Narrat in litteris

*) Addit A. D.

ὁ ἀρχιερεύς, non negligendam occasionem esse restituendae communis concordiae, postquam iam tandem congruant duorum principum *Caroli* et Gallici regis voluntates, et hi pariter ostendant, se collaturos consilia et vires ad Synodi defensionem. Utinam quidem liceret videre Synodum οὐκ οὖσαν ἀγορὰν κερκώπων, Sed vel mediocriter sanorum congressum et bene cupientium Ecclesiae Dei. Si quid hac de re significabunt vobis amici, quaeso ut nobis impertias.

Mitto Epitaphium a *Stigelio* compositum, ita ut in tabulam aeneam incidi possit. Volui omnino inseri aliquorum discipulorum nomina, ut merita viri optimi[1]) magis conspicerentur. Facta est igitur mentio tui, et *Ascanii* principis. Nec velim res mutari. A te paucos Graecos versus factos, velim in eandem incidi tabulam. Vale. Mitto pagellam de historia horum dierum, quam dabis tuis hospitibus. *Grimmensem* conventum proximum, laudat *Pontanus*, ac in primis praedicat *Cumerstadii* sermones εἰρηνικούς. dolere se ait, quod non collocutus sit tecum.

Philippus Melanth.

De conventu haec audimus: *Carolum* Impetorem certo venturum *Ratisponam*, ac brevi iter ingressurum esse, et in eo itinere inspecturum Geldriam. Post conventum vero iturum in Italiam. De colloquio quid futurum sit nondum scimus. Sed *Crucigerum* et me iussit aula expectare mandata de itinere. Nam si Carolus Imperator adducet secum Theologos suos, et volet institui disputationem, nobis non licebit eam defugere. Noribergensis senatus rogatus, ut *Hieronymum* et *Vitum* mittat[2]), non vult quemadmodum audio, suos interesse his odiosis altercationibus.

Venit a Carolo Imp. missus ad Macedonem cum mandatis *Conricius*, quorum haec summa fuit: Petit, principem captivum[3]) non duriter tractari, nec duras ei conditiones proponi, nec aliis bellum inferri, qui illi videntur fuisse coniuncti, et se offert διαιτητὴν ἢ διαλλάκτην fore[4]). Monachus audacissimus et impudentissimus, arrogans et insolens iuvenis, auditor ἐξομολογήσεων Caroli, suasor est, ut Carolus filio det filiam regis Gallici uxorem.

1) Georgii Helti.
2) Hier. Baumgartnerus et Vit. Theod.
3) Henr. Brunsv.
4) Literae Caroli datae sunt d. 6. Nov. et responsio Landgravii d. 18. Nov. 1545. Vid. Seckend. lib. III. p. 567.

No. 3319. 30. Nov.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 543 sq. (ed. Lond. lib. IV. p. 691.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. amico suo cariss.

S. D. Petamus et expectemus a Deo aeterno patre domini nostri Iesu Christi mitigationem nostrarum aerumnarum, propter filium qui dixit: *οὐχ ἁρπάζει τις πρόβατα τὰ ἐμὰ ἐκ τῆς χειρός μου.* quae me vox in magnis dolorib. saepe erexit. His nos, chariss. Ioachime, consolationibus sustentemus, cum nos quidem non tantum ex lectione sapientiss. scriptorum, sed etiam usu cognoverimus humana omnia plena esse miseriarum. Aderit haud dubie tibi quoque Deus cum filii doctrinam et ornes, et propagare studeas, et ut te et tuos servet toto pectore oro. De Rep. quae habebamus scripsi in pagella, quia de conventu aliquid sciscitabare in proxima tua epistola: mitto tibi etiam *πολιτείαν* nostram*), in qua postrema pagella habet explicationem Paulinae sententiae, quam opinor non invitus leges. Volo etiam a te emendari Euripidis versus. Nam in uno loco dubito, cui notam addidi. Bene et feliciter vale cum honestiss. coniuge tua et dulciss. liberis. Prid. Cal. Decemb.

Phil. Melanth.

No. 3320. 30. Nov.

Senatui Saalfeldensi.

Edita in Weller's Altem und Neuem ꝛc. II. 502 sq.

Den Ehrbaren, Weisen und Fürnehmen Herren, Burgermeister und Rath zu Salfeld, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Auf Ew. Weisheit

*) i. e. leges Academiae. Vid. ep. ad Theodor. d. 1. Decb.

Schrift habe ich den wohlgelehrten Magistrum Johannem Schmid angeredt, und ihm Ew. W. Schrift zu lesen geben, hab mich auch mit dem achtbaren und wohlgelahrten Magister *Erasmus Reinhold*, meinem guten Freund, von *Iohannis* Sitten und Wesen, als dem solche besser bekannt denn mir, unterredt. So hab ich auch mit ihm disputirt von christlicher Lehre, und befinde, daß er rechte, reine, christliche Lehr verstehet und liebet, darum ich ihn zu dem christlichen Amt, dazu ihn Ew. Weisheit beruft, tüchtig achte. Der allmächtige Gott verleihe seine Gnade dazu. Nun steckt er aber in einer solchen Haushaltung, und hat jung Volk zu Tisch, das ihm noch schuldig ist, darum er vor dem Leipziger Markt nicht von seiner Haushaltung wegziehen kann. Er erbeut sich aber, als der sich erkennet Dankbarkeit schuldig zu seyn, alsbald nach dem Leipziger Markt zu euch zu kommen, und, so es Ew. Weisheit also gefällig, etliche Predigt zu thun, damit Ew. Weish. alsdenn entlich mit ihm schließen mögen. Diese seine Antwort bitte ich wolle E. W. freundlich verstehen, und diese kurze Zeit mit ihm Geduld haben. Ich habe ihn auch treulich und fleißig vermahnt, christliche Einigkeit zu halten, welches er mir zugesagt, und sich erbothen, treulich zu Bewahrung rechter Lehr und Einträchtigkeit zu erhalten zu dienen. Unser Heiland Jesus Christus, der Sohn Gottes bewahre eure Stadt und alle in solcher gnädiglich. Datum Witeberg, Andreä.

Ph. Mel.

No. 3321. 30. Nov.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Casparo Aquilae, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Salveldia.

S. D. Venerande domine Pastor Ecclesiae Dei, et carissime amice. Assiduae privatae et publicae cohortationes meae multis notae sunt, in quibus haec duo praecipio nostris auditoribus, ut venerentur Evangelii ministros, et omnibus officiis alant concordiam publicam nostrarum Ecclesiarum. Ideo scito et Magistro *Iohanni**) me et esse et futurum esse hortatorem ad haec officia praestanda. Et ipse mihi pollicetur, se, si receptus fuerit, ut fungatur munere diaconi, summa diligentia perfecturum, ut modestiam in ipso et studium concordiae probetis. Senatui scripsi, venturum esse, ut audiant eum, et postea de tota re cum ipso constituant. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi reget et servet nos, Ecclesiam Dei in oppido vestro et civitatem totam. Die Andreae 1545.

Philippus Melanthon.

*) Io. Schmid. Vid. ep. anteced.

No. 3322. (ex. Nov.)

F. Myconio.

Manlii farrag. p. 316. Iterum a Pezelio in Mel. epist. lib. III. p. 184. (edit. Lond. lib. III. ep. 107.). — Apographa in cod. Goth. 401. p. 24., in cod. Mehn. I. p. 42. et in cod. Zeltn. Dresd. ep. 21. — Melanthon epistolam conscripsit.

Rector, Decani et Magistri Academiae Vitebergensis, venerando viro, virtute ac eruditione praestanti, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Gotha, amico suo S. D.

Venerande D. Pastor, Scimus harum regionum Urbes, hospitia esse Ecclesiae Dei, ut erat Viduae Sareptanae domus, cum Eliam excepisset. Ideo secundis et adversis rebus Urbium in his regionibus affici nos decet. Ac inprimis animadvertimus Civitatem Gotham eximia pietate fovere Ecclesiam, et literas et dulcem ibi Concordiam esse Gubernatorum Ecclesiae et Senatus, multumque prodesse caeteris Thuringicis oppidis ad pietatem et concordiam Exemplum Ecclesiae Gothanae. Quare et singularis est nostra benevolentia erga oppidum vestrum, et magno dolore nunc propter civium detrimenta afficimur, quibus domicilia, et multae res domesticae incendio perierunt. Tuo etiam dolore movemur, quem scimus assiduo conspectu miseriarum valde excruciari.

Nec tamen dubitamus, quin iis consolationibus te erigas, quae in Evangelio nobis traditae sunt. Multa sunt enim Ecclesiae peccata, propter quae castigatur. Sed non accendit Deus totam iram suam adversus nos, imo misericordiae suae in ira recordatur. Vidit Esaias inflammari multa oppida a Senacherib. Vidit Ieremias ipsam Urbem Ierosolymam, et Templum incendio deleri, et ta-

men sciebant non deleri Ecclesiam. Hac consolatione nos quoque sustentemus. Et quidem hic annus exemplum memorabile ostendit.

Vastarum harum regionum Ecclesias, Dux Brunsuicensis conatus erat[1]): Sed Deus eum repressit: Interim vero ne securi laxemus nobis frenos, et vos et nos et alii multi castigamur aliis mitioribus poenis. His commonefieri nos de nostris peccatis, poenitentia, fragilitate, invocatione Dei sciamus. Denique consideremus, ut in Ecclesia, causas omnium calamitatum humani generis, et voluntatem Dei. Harum rerum cogitatione et tibi et aliis dolorem lenias.

Ut autem ostenderemus nostram benevolentiam erga Ecclesiam vestram, misit Academia vestris pauperibus centum florenos. Id exiguum munus, ut boni consulatis, oramus. Scitis enim mediocres facultates[2]) esse, propter quas haec officia fiunt angustiora etiam apud eos, qui liberalitatem exercere cupiunt. Bene vale. Anno 1546.

No. 3323. 1. Dec.

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 493 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 625.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Nihil in vita mihi dulcius fuit unquam candida, placida, simplici, ingenua et non fucosa collatione sententiarum cum doctis, prudentibus et bonis viris, eaque in re arbitror te et naturam meam et consuetudinem, vere novisse. Expeterem igitur et illas conventuum disputationes, si antagonistae nobis viri boni et eruditi opponerentur, cum quibus disserere possem *τὰ μὲν πείθον, τὰ δὲ πειθόμενος*. Sed quid Principes in utraque parte agant, vides. Interea gemens precor Deum, ut ipse Ecclesiae reliquias servet et gubernet. Disseram etiam si non in conventibus, at in his nostris auditoriis, quae qualiacunque sunt, tamen domicilia Dei esse iudico, et pertinere ad hoc dictum *ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει, καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ παρ' αὐτὸν ἐλευσόμεθα καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν.* Aula decrevit, ut ad conventum tunc demum proficiscar, cum certum erit[1]) *Carolum* Imperatorem velle institui collationes sententiarum, ut promisit. Ne igitur credas incertis fabulis de itinere.

Mitto tibi versiculos, missurus etiam leges Academiae nostrae, nisi nuncius aliis fasciculis oneratus esset. Nunc praefationem in Psalmum[2]), qui abs te editus, adornabo, ut in ipsis Natalis admirandi feriis munus a me habeas tempori conveniens, de filio nato, de quo Psalmus inquit, *Osculamini filium.* Bene vale[3]).

Philippus Melanthon.

No. 3324. 1. Dec.

Hiltnerus ad Electorem.

† Ex autographo in Actis Tabular. Vinar. Registr. II. fol. 603.

Dem Durchleuchtigsten rc. — — Herrn Johann Friedrich, Herzog zu Sachsen, Churfürst rc.

Durchleuchtigster rc. — — Ew. Chf. Gn. Schreiben des Datum Stadt Lochau Dienstags nach Martini nächstverschienen hab ich in Unterthänigkeit empfangen und alles Inhalts verlesen, und will E. Chf. G. daselbst verleybten Begehren nach meine Achtung haben, wenn diejenigen, so die Röm. Kais. Maj. zum Colloquio allhier zu verordnen sich erbothen, ankommen, und dasselbige E. Chf. G. alsdann von Stund an bei eigner Botschaft zuschreiben.

Und wiewohl nicht allein noch kein verordneter Kais. Colloquent sondern auch kein Fürst noch zur Zeit ankommen, so versieht man sich doch, daß die Fürsten allgesammt auf dem Wege seyen. Aber nichts desto weniger so sind zween unsrer wahrhaftigen Christlichen Religion Colloquenten allhie ankommen, als nämlich Doctor Schnepf von Tübingen nächstverschienen Sambstag, und Brentius von Halle ohngestern Mondtags. So versieht man sich der Hessischen Verordneten auch alle Tag, wie sie denn deßhalb vor we-

---

1) Manl. *memorabile ostendit vastationis regionum et ecclesiarum, cuius coryphaeus est N., sed Deus* etc.

2) Sic recte Manl. et cod. Zelt. pro *difficultates*, quod habent Pez., cod. Goth. et cod. Mehn.

1) Pro *erit* Spanh. edidit: *sit.*

2) Psalm II. a Theodoro editum cum enarratione.

3) Alia manus adscripsit: 1. *Decbr. anno* 1545., quae etiam Camerarius edidit.

nig Tagen Herberg verlangen, und soll anheut der Wittenbergischen verordneten Auditor einer des Geschlechts von Giltlingen auch kommen, welches E. Chf. G. ich darum anzeige, ob sie, unerwartet der Kaiserl. Colloquenten Ihre Verordnete auch zu den andern, so schierst ankommen sind, und noch täglich ankommen, mögen abfertigen wollen. Damit will E. Chf. G. ich mich unterthänigst befohlen haben. Datum Regensburg am Dienstag nach Andreae apostoli, anno 1545.

Ew. Chf. G.

unterthäniger
williger
Johann Hiltner
der Rechte Doctor.

No. 3325. 3. Dec.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 533 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 682.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Gratias ago Deo aeterno patri domini nostri Iesu Christi, quod te reduxit incolumem ad Ecclesiam tuam domesticam et scholasticam, quodque te et tuos servat et defendit. Docent enim nos, et universa omnium temporum historia, et nostrae miseriae, tutos esse homines non humana diligentia, non praesidiis humanis, non opib. ullis, sed Deo protegente, qui quidem pollicetur certam defensionem invocantibus ipsum fiducia filii. Hac nos spe sustentemus. Humana quam sint infirma experimur, ut ante dixi, in nostris et veteribus historiis. Ego haec nunc maiore cum dolore cogito, quaedam *περὶ παρασκευῆς* futuri conventus, ut iussus sum, scribens. Magnae erunt multarum rerum, negociorum et voluntatum conversiones. Inter has tamen Deus *σώσει ἐκκλησίαν κεχαριτωμένην διὰ τὸν χριστόν*. Si nunc ab ergastulo meo abesse mihi liceret, ad te expatiarer, ac *praefationem Grammaticam* istic scriberem, ubi tranquillius est Musis hospitium. Huc trepide accedunt, cum ut in castris, et in acie tantum vident esse *θορύβων*. Ac me iam non solum aulica deliberatio retinet, sed etiam *πολίτευμα* novum principis, qui stipendia civitatibus distribuit. Et Academiae mandavit inspectionem eorum qui mittuntur. Te tamen huc venire nolo, sed significare mihi, quo argumento velis scribi praefationem, quanquam teipsum scribere vel tuo vel meo nomine optarim, non enim arbitror te hanc despectam a multis operam, defugere. Significabis igitur mihi, quid aut fieri velis, aut facturus sis.

Ex Prussia recentes a *Sabino* litteras accepi, hilariuscule scriptas. Filiam mihi narrabat nuncius, post puerperium a Domina ad prandium accersitam esse. Haec quoque velle te scire arbitror. Expecto litterarum magnos fasciculos ex Argentorato. Nam eo noster tabellarius, postquam tu ingressus eras iter, profectus est, missus ut scholastici mortem seni patri nunciet. Eas tibi epistolas mittam. Princeps *Ascanius Iohannes* huc advectus est, cuius latus dextrum *παραλύσει* languet. Ita offerunt se multa ubique humanae infirmitatis testimonia, quorum conspectus nos ad invocationem Christi exuscitet. Bene vale, III. Nonas Decemb.

Philippus Melanth.

No. 3326. 4. vel 6. Dec.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 543. (ed. Lond. lib. IV. p. 690.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico suo carissimo,

S. D. Scio et experior quotidie verum esse, quod dicitur: *οἰκεῖον πιέζει*. Sed iudico etiam tuas res ad me pertinere, ac nequaquam alienas esse. Non dies abit, quanquam mediocriter occupato, quin et tua caussa ingemiscam, et deum orem, ut tibi leniat ea, quae animum tuum excruciant. Et leniet haud dubie. Aspicit enim gemitus nostros, et lachrimis nostris movetur.

At te excurram, quam primum hinc abibit *Dux Prussiae* *), aut certe cum eum expectare desinemus. Mitto tibi et *Laterensi* versiculos, teque oro, ut huic nostro amico aliquid ad me litterarum des: de conventu coram colloquemur. Differri enim iter nostrum video. Et Rom. *ἀρ-*

---

*) Vitebergae erat Dux Alb. d. 8. et 9. Decbr.

χιερεὺς contendit, ne instituatnr in conventu συζήτησις. Bene vale.

Philippus Melanth.

No. 3327. (10. vel 12. Dec.)

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 534 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 683.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo cariss.

S. D. Utinam tuum iter *) faustum sit et felix, et honestissimam coniugem tuam et dulcissimos liberos incolumis incolumes complectare. Statim autem postquam iter ingressus es, coniux D. *Lutheri* me admonuit de vino Rhetico, seu ut nomen usitatum diserte ponam, Feltlinensi. Ipse etiam ad me ministrum misit, ac petivit, ut coniugi gratificemur. Valde igitur te oro, ut eam rem cures pro tua prudentia. Sive inveniri *Rheticum*, sive aliud rubrum ὅμοιον inveniri potest, aliquid mittas. Hanc ob causam mox meo sumtu hunc tabellarium ad vos proficisci iussi. Profecto ipsa non sine periculo aegrotat: defluit enim pituitae magna copia in ventriculum, et cruditates ac insomnias ei affert. Iussi hunc nuncium gestare lagenulam, si quam ei trades. Sed si ibi est auriga noster, fortasse commodius vehet, sed tuae prudentiae totam rem commendo. Precium etiam ego bona fide numerabo. Scis me versiculum usurpasse in epistola, quam scripsi Doctori *Sebastiano*, οὐκ αἰσχρὸν ἀνθρώποισιν ἀλλήλων κακά. Afficiamur communibus hominum aerumnis, qua in re scio te vera virtute omnia officia viro bono digna praestare. Bene vale, die eodem quo hinc abiisti.

Philippus Melanth.

*) Profectus fuerat Cam. Vitebergam ut ibid. d. 8. et 9. Dcb. videret Albertum Ducem Prussiae.

No. 3328. (11. vel 12. Dec.)

G. Sabino.

Epist. lib. VI. p. 291. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 296, quod autem (certe nunc) inscriptione caret.

Cl. Viro, Dn. Georgio Sabino, genero S.

S. D. Carissime Georgi. Praesente *Ioachimo* Viro optimo tuique amantissimo Illustrissimus Princeps*) adeo honorifice et amanter de te locutus est, tuamque moderationem praedicavit, ut et nostra et Reipub. litterariae causa valde sim gavisus. Oro autem Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, ut et studia litterarum in universa Ecclesia et vestra tueatur, et te regat, ut in illa Balthici maris ora literae et doctrina de Deo, et omnium virtutum officiis feliciter propagentur. Theologicum Professorem *Staphylo* adiungi posse *Alesium* Princeps putabat. Sed *Ioachimus* et ego suasimus, ut tu quoque in consilium adhibearis. Ego non scio, quis initio commendarit *Alesium* Principi, et migrationis cupiditates non soleo probare, et multa vereor, etsi sum ei amicus. Quare scito, non probaturum me esse consilium de accersendo *Alesio*, nisi tibi ita videbitur **).

*) Albertus, dux Prussiae, qui d. 8. et 9. Dcbr. 1545. fuerat Vitebergae.

**) Alia manus adscripsit: *bene vale.* Sed epist. finitur in autographo, quod inclusum fuisse videtur aliis literis Sabino missis.

No. 3329. 12. Dec.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 116 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 89., cuius tergo adscripta sunt: „1545. 23. Dech. per Andream."

Clariss. viro — D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg.

S. D. Cum in Imperiis tanquam in turbulento hospitio collocatam esse Dei Ecclesiam sciamus, necessaria nobis Philosophia est, intelligere, quomodo tam tristes Imperiorum confusiones ferendae sint, neque tamen deserere Ecclesiam, sed suo quemque loco iuvare doctrinae studia et disciplinam. Etsi igitur multi sunt impetus Principum in utraque parte deplorandi, tamen eos ita, ut tempestatum saeviciam, feramus, ac interim nostro loco, sicubi est occasio, prodesse Ecclesiae studeamus, et speremus Deum exitus gubernaturum esse, ut toties mones vox divina: *Commenda*

Deo viam tuam, et ipse faciet. Precor Deum, ut regat nostrorum Principum consilia et in Lycaonio negotio et in aliis.

Dux *Prussiae* bono studio agnatorum controversias dirimere conatus est, *ἀλλὰ οἴονται τίνες κωλυθέντα γοητείας αὐλικαῖς ἄπρακτον ἀπιέναι.* Nunc nova transactio instituitur. sed haec omitto.

De Scholasticis negotiis potius scribam.

Dichtelius minus patiens est freni, quam debebat esse, etsi in meis aedibus modestus est, sed adversus Praeceptorem est contumax. Scribit ad me, ut haec epistola, quam huic meae addidi, ostendit. Aut igitur ad vos eum accersetis, aut alteri Praeceptori commendandus erit. Si ab ipso composita est Epistola, ingenium ei non deesse apparet. Velim te liberare utrum accersere eum velitis ad inspicienda eius studia. Ea res curam et sollicitudinem ei circumdaret.

Est hic adolescens *Michael Chilianus*, natus in urbe vestra ex *Spalatini* amita, bono ingenio praeditus, qui petit stipendium, quo nunc fruitur *Hieronymus.* Valde te oro, ut hunc *Michaelem* adiuves, ut, cum *Hieronymus* relinquet, in hunc beneficium publicum conferatur. Mitto tibi versiculos, qui citantur in Lycurgica oratione, qui te de tuis aerumnis commonefacient, quas pro Patria et pro Ecclesia sustines. Mittam alias plura. Bene vale. die 12. Decembris*).

Philippus Melanthon.

No. 3330. 12. Dec.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 546 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 694.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico suo cariss.

S. D. Multa cogitavi his diebus de tuis inimicis, meminimus enim quam stolide eluserint, sed eluserint tamen promissa de fratre Ratisbonensia. Sum igitur in metu. Apud Hipparchum et Polycratem Anacreon in honore fuit, Simonides etiam apud Phalaridem. Isti vero illis rupibus duriores, in quibus nati sunt, quam atrociter in te sevirent, si possent. Vellem igitur te per litteras et homines idoneos, petere quam primum *τὰ νόμιμα*, ut ita nominem, quae iure tibi debentur. Eam ob rem utendum ducis *Mauricii* litteris censeo. Et si voles adiungi Macedonicas, has quoque impetrabimus. Significabis igitur mihi, quid decreveris. Ideo autem maturandam rem censeo, ut si nunc horum litteris non obtineri res poterit, in conventu *Carolus* Imp. adeatur, ubi te et praefectus iuvare poterit, et si eo venero, commendabo caussam Palatino *Friderico*, et aliis, quos existimabo fideliter eam acturos esse. De his rebus quaeso aliquid rescribas: etsi enim brevi istuc veniam, Deo iuvante, tamen cum cogitatione harum rerum admodum exerceat, imo vero iusto et acri odio crudelitatis ardeam, quam primum aliquid de tuis consiliis scire cupio.

Litterae huc *Hiltneri* missae sunt[1]), quae significant iam *Brentium* et *Sneppium* Ratisbonam venisse. *Caroli* Imperatoris metatorem nondum ibi esse, nec sciri, quos Theologos delegerit ad colloquium.

Hanc tibi epistolam exhibebit frater *Erasmi Salveldensis*, nostri *συμφιλοσόφου*, magister *Iohannes Salveldensis*, qui natura ad Philosophiam, non minus quam frater ducitur, et exordia praeclare tenet, sed pater vult eum illam sapientiam *τῶν δικανικῶν* discere, quam solam putant Quiritibus dignam esse. Ideo traducit eum Lipsiam. Quaeso autem ut eum complectare. Nam et ornamento et praesidio sibi fore amicitiam tuam sperat. Scio autem te et ingenium eius et in omni actione moderationem prorsus *ἠθικὴν* valde probaturum esse. Bene et feliciter vale. Postrid. Brumae. Tuam epistolam ad *Secretarium Prutenicum* scriptam, misi ad urbem *ἐπώνυμον ἄρκτον θηρός*[2]).

Philippus Melanth.

No. 3331. 13. Dec.

Pontanus ad Electorem.

† Ex autographo Pontani in Actis Tabul. Vinar. Rigstr. H. p. 603.

*) Annus 1545 alia manus adscriptus est.

1) Vid. eas supra d. 1. Decbr., et epistolam Pontani ad Electorem infra d. 13. Decb.

2) Berolinum. C. W.

Dem Durchlauchtigsten — — — Churfürsten Johann Friedrich von Sachsen.

Durchlauchtigster rc. Ew. Churf. Gn. Schreiben, sampt dabei überschicktem Schreiben Doctor Hiltners von Regensburg hab ich unterthäniglich gelesen, und dem *Philippo* davon Anzeigung gethan*). Und wiewohl ich vermerkt, daß er unbeschwert ist zu ziehen, wenn es E. Chf. G. haben wollen, so ließ er ihm doch auch das gefallen Ew. Chf. G. Schreiben, daß man verzöge auf weiter Schreiben Doctor Hiltners oder andere Anzeigung, die des Kaisers Colloquenten halben möchte geschehen. Denn daß er und sein Mitgesell sich mit dem Reisen theilen sollten, sieht er nicht für gut an. Es würden auch E. Chf. G. zwiefache Unkosten darauf gehen. Würde dann auch sein Zugeordneter gleich zuvor anziehen, so würde er sich doch nicht zu einem Colloquenten, sondern allein für einen Adiunctum gebrauchen lassen. Sollt er dann zu frühe ziehen, und vergeblich dort liegen müssen, so wäre es der Schule Nachtheil allhie, welche er warlich hoch darin bedenkt, als auch vonnöthen. So meint er auch, E. Chf. G. dürften sich gar nicht besorgen, daß der Butzer mit dem *Sneppio* und *Brentio* zuvor etwas kochen möchte. Denn Philippus meint, wie denn auch wahr ist, die zween seind viel steifer und rauher in Ichtwas zu weichen denn andere, dazu auch dem Butzer gar nicht geneigt.

Ich gedenk, gnädigster Herr, in meiner Thorheit, daß es gut seyn solle, daß E. Chf. G. die Ihren nicht alsbald schicken. Denn dieweil nicht Hoffnung zu haben ist einiger fruchtbaren Handlung, die aus dem Colloquio entstehen möchte, sondern daß man mit mehrerm Unglimpf würde daraus kommen müssen, so möchte wohl so gut seyn, es verstieße sich an den ungleichen Schickungen als am Gespräch selbst. Denn des Kaisers Colloquenten werden gewißlich nicht so bald ankommen. Darüber möchte der von Wirtemberg oder auch andere wunderlich werden, und die Ihren wieder abfordern, daß sich das Colloquium dadurch möchte zerstoßen, und können doch gleichwohl Ew. Chf. Gn. die Ihren lassen einen Spatzierweg gen Regensburg thun, doch nicht im Ernst. Ich vermerke, die Herren allhie haben keine Hoffnung dazu.

Ich sähe nicht für ungut an, daß Ew. Chf. Gn. hätten von Herzog Moritz Schreiben, das S. Fürstl. Gn. an den Landgrafen nächst gethan, und was der Landgraf zur Antwort gegeben, mir Copeien zugeschickt, mit Befehl, daß ich ihrer etlichen davon hätte mögen vertraulichen Bericht thun, auf daß sie sich desto füglicher vor den Leuten hätten hüten lernen, sonderlich vor dem Administrator von Merseburg, von dem sie sonst so gar trefflich viel halten. Ich mein allein, sich vor sie zu hüten, und nicht davon etwas zu vermelden, doch auf Ew. Chf. G. Gefallen und gnädiges Bedenken, welchen ich dieses in Unterthänigkeit nicht habe wollen unangezeigt lassen. Und denselben unterthäniglich zu dienen bin ich willig. Datum Wittemberg, Freitags nach Conceptionis Mariae 1545.

Ew. Chf. G.

unterthäniger
gehorsamer
Gregorius Bruck
Doctor.

*) Vid. epist. ad Camerar. d. 12. Dcb.

No. 3332. 13. Dec.

Io. Hummelio.

Edita in Mel. epistol. ad Camerar. p. 545.

Eruditione et virtute praestanti Iohanni Humelio, amico suo cariss.

S. D. De tuo ingenio semper praeclare sensi ac animadverti natura inesse menti tuae philosophiam, ut Socratico illo dicto utar. Ideo te diligo, ac adhortor, ut incumbas in inchoata studia. Discessit hinc *Floccius*, cui te successorem daremus, si adesses. Quaero enim aliquem *εὐφυῶς ὁρμούμενον πρὸς τὴν γεωμετρίαν.* De tuo negocio idem tibi do consilii, quod ego sequor. Ingenti animo philosophicam tolerantiam praestato, ac iniurias dissimula propter Ecclesiae vestrae et urbis tranquillitatem, et cogita, ut in aliquem conventum eruditorum, seu scholam te dignam, per occasionem redeas. Bene vale, Id. Decemb. An. M. D. XLV.

Philippus Melanth.

No. 3333. 13. Dec.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 209.

Georgio Buchholzero.

Venerande et charissime domine Georgi. Mitto illustrissimo principi Electori, *Marchioni Ioachimo*, quasdam nostras deliberationes[1]), quas oro ut ei mox exhibeatis: et mihi significetis, an sint exhibitae. Potestis eas et vos legere, et spero vobis et omnibus piis, qui legent, placituras esse. Bene valete, et rescribite. Die Dominico, 13. Decembris, Anno 45.

No. 3334. 13. Dec.

Alberto Duci Pruss.

Edita a Fabro in Epistolis p. 111. ep. 30.

(Alberto Duci Prussiae)

S. D. Illustrissime et clementissime princeps. Scio principum facultatibus quia magna publica onera sustinent, parcendum esse. Quare non libenter sumptu principes onero. Sed cum Celsitudo vestra ultro mihi splendidum munus dederit, gratias ago Celsitudini vestrae. gaudeo etiam multo magis reipublicae causa, quam mea, aliquos esse principes, qui iuvant et complectuntur literarum cultores, quarum cura certe ad principes pertinet.

De *Staphili**) contatione vereor Celsitudinem vestram hac mora offendi. Sed profecto tanta est eius eruditio, ut neminem ei facile in ea professione ad quam vocatur anteferendum putem. Et scit linguam Polonicam. Interea vero aut Doctor *Petrus*, aut Magister *Iohannes* perlegere aliquam Pauli Epistolam, aut aliam partem veteris aut testamenti poterunt. Pronunciatio Magistri *Iohannis* videtur Scholae apta.

De Conventu *Ratisponensi* postquam hinc abiit Celsitudo vestra, literas accepimus in quibus scribitur nondum sciri quos theologos *Carolus* Imp. delegerit Colloquium, ex iis quos ipse probat. Sed Ratisponae iam sunt ex nostris *Brentius* et *Sneppius* Tubingensis Academiae Lector. De initio Conventus nondum quidquid significatum est certi.

Scribit ad Cels. v. et noster Mathematicus, cuius labores video utiles esse ad iuvanda haec studia philosophiae quam profitetur. Ideo eum Celsitudini vestrae diligenter commendo.

Oro autem deum aeternum patrem domini nostri Iesu christi, ut servet et regat celsitudinem vestram qui nunc in his feriis Nataliciis de filio nobis concionatur in Psalmo secundo. Osculamini filium, ac iubet filium pie excipi, quod cum Celsitudo vestra faciat, vicissim eam defendet. Datae die 13. Decembris.

Celsitudini vestrae
addictissimus
Philippus Melanthon.

1) Eas nunc non habemus servatas.

*) Im Januar des 1546sten Jahres schrieb der Herzog an Melanthon: Staphilus habe seine Erklärung über die Annahme der theologischen Professur noch bis Ostern aufgeschoben; es sey höchst nöthig diese, durch Rapagelans Tod vacant gewordene, Lection zu besetzen. Melanthon möchte die bestimmte Erklärung von Staphilus erfordern, ob er die Stelle annehmen und spätestens bis Ostern nach Preußen kommen wolle, oder nicht; im letztern Fall einen deshalb mitkommenden Brief an Alexander Alesius (wodurch ihm die Professur angetragen wurde) abschicken, im erstern Fall aber ihn zurückbehalten. Hierauf folgt nun Melanthons Antwort. (Faber.)

No. 3335. 13. Dec.

Cruciger ad Theodorum.

Edita in Peuceri tractat. histor. p. 74. et in Ambr. Wolfii Historie der Augsb. Confess. p. 580.

Casp. Crucigerus ad Vitum Theodorum

Saepe ante hoc tempus in animo habui, de illa nostra causa cum διδασκάλῳ nostro[1]) familiarius colloqui, et veluti fundere in sinum ipsius cogitationes meas. Sed me multum diuque deliberantem retraxit μέγα τὶ δέος, quod video, in hac praesertim re facilius fieri, ut etiam in summa cautione offendas apud tam acrem virum, et qui interdum multo aliter accipit, quod simplicissime dixeris quam quisquam cogitet. Quare ego quidem, quibus verbis apud eum utar, nec ubi offendam, non invenio. Idem saepe questus est mihi noster amicus[2]), qui omnino negat, de hoc toto negotio vel verbum cum eo commutandum esse. Scio, non esse apud illum movendum aliquid disputationum, et certe non cupio ei adversari. Quare etsi est σφαλερον, tamen si offeretur occa-

1) Luthero.

2) Melanth.

sio, ut sperem me sine offensione cum illo agere posse, utar ea; sed hoc ut recte fiat Deus orandus est. Video quam non mitia certamina aliquando eruptura sint denuo ex illis utcunque restinctis et sopitis prioris incendii fomitibus, quae nonnusquam iam etiam incipiunt gliscere cum multa passim sint curiosa et levia ingenia, quae delectantur non necessariis quaestionibus. Et nostrum ut scribat incitandum esse non existimo, quia sua sponte satis impetus habet, et utut scribet, multa duriter dicet, quae fortasse maiores offensiones et certamina facient; et hae res, postquam rursus moveri coeperunt, etiam inter nostros ὁμοσπόνδους novas disputationes pariunt. De declaratione, ut planius exponat suam sententiam omnino mentionem faciendam non esse iudico, ne male tangatur hoc ulcus. Ait se, ut et superioribus libellis ostendit, satis sese explicuisse, et declarasse suam mentem primis illis scriptionibus. Animadverto eum, ut aliquid scribat, usurum occasione in scripto, quod instituit ad refutandos articulos Lovanienses, ubi scis, eum in oppositis sententiis seu propositionibus editis mentionem fecisse de vere adorabili sacramento; quod dictum certe videtur opus habere declaratione: etsi hoc quidem nuper in praelectione quadam bene explicuit, cum de reverentia erga Evangelium et totum ministerium diceret. Calami concinnaculum inspexi aliquando, sed postea non fuit ad manum. Illas disputationes de Christo sedente ad dextram patris plane alienas ab hac causa puto. Vellem, nostros quosdam interdum etiam consideratius de his rebus dicere. Sunt enim quidam prorsus ineruditi et βάναυσοι, ut quendam apud iuniorem Principem Wirtenbergensem audimus palam vociferari: substantiam panis in Eucharistia esse ipsam substantiam corporis Christi.

Respondi ad quae volebas. In conventu an sit futura collocutio, nondum scimus. *Philippus* in schola retinendus potius videtur, dum constet, aliquos adversariae partis adesse ad colloquium delectos. Bene vale. Witebergae, die Luciae, 1545.

Caspar Cruciger.

(Melanthon altera vice proficiscitur Mansfeldiam cum Luthero.)

No. 3336. 23. Dec. (Halae)

Phil. Melanthoni, filio.

Edita in Strobelii Melanthonianis p. 33.

Philippo Melanthoni iuniori, filio suo carissimo S. D.

Carissime fili. Cum abiturus essem de certis rebus mandata tibi dedissem, si adfuisses. Nunc magnopere abs te peto, ut sis modestus, et domi sis, et mihi iam scribas. Si literae de conventu Ratisbonensi allatae fuerint, cura ut eas legant D. *Cruciger* et Doctor *Georgius Maior*, ac deinde mihi per peculiarem tabellarium mittantur.

Mea tibi benevolentia paterna non deerit in his rebus, quae tibi profuturae videntur, donec veniam. Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi te regat. Datae in Salanis. Mittwoch ante festum natalis Christi: Anno 1546 *).

No. 3337. 23. Dec. (Halae)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 541 sq. (ed. Lond. lib. IV. p. 689.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camer. Pab. amico suo cariss.

S. D. Haec in *Salinis* scripsi apud D. *Chilianum*, cum comitatus essem *Lutherum*, subito euntem in hoc horrido frigore ad controversias non tam dirimendas, quam audiendas ἀνδρὸς ἐριστικοῦ καὶ ἡδομένου γοητείαις [1]). Est autem eo iter molestius, quia hoc triduo assiduos sensi cruciatus et quidem interdum atroces, non a calculo ortos, ut initio existimabam, sed a splene multis veteribus doloribus putrescente. Quem morbum eo fore tranquilliore animo quia brevi ex hoc carcere mentem avidam aeternae scholae dimittet.

Pridie antequam iter ingressi sumus, *Plicardus* de tuis deliberationibus mecum locutus est. Etsi autem ostendi antea in litteris meis non tam opinionem meam, quam studium, tamen quamprimum ex Harcinia domum redibimus, ad te proficiscar. Non enim arbitror te iter ingressu-

*) anno 1545. scripta est.

1) Alberti Mansfeldii. C. V

rum esse ante finem vestri mercatus. Adhuc in hac sententia sum, ut tantum petendum censeam ius tenendae haereditatis. Si quid obiiciet is a quo petitur, tum demum opponenda est defensio. Placet etiam per *Stibarum* praemolliri animum illius ferrei hominis, si tamen ullo modo inflecti ad aequitatem potest. Et utilius est oratione *Stibari* coram te defendi, quam scriptis agi caussam. Fratris audio potentiam magnam in ea aula esse, quem posse adduci, ut tibi studeat, arbitror. Nec dubito aliquos esse vestros homines, per quos adiungi ille ad tuas partes poterit. In nostra aula aliqui ei familiares fuerunt, quorum scio nobis studia non defutura esse. Si crudelitas inimici vestri nondum saturata est tot, tantis, et tam diuturnis aerumnis, aut morte fratris tui viri optimi, quaerenda erunt nobis consilia vehementiora. Illud autem te oro, ne accedas ipse ad inimicum vestrum. Ac deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi precor, ut te et tuos servet. Bene et feliciter vale.

Phil. Melanth.

No. 3338. 23. Dec. (Halae)

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 145. (edit. Lond. lib. II. ep. 132.).

D. Paulo Ebero

S. D. Charissime *Paule*, Vincit igitur, nescio quae, ἀνάγκη, non solum corporis mei imbecillitatem, sed etiam multas alias causas, quae me nunc domi manere hortabantur. Mane cum abituri essemus, excruciabar magnis doloribus, non a calculo, ut putabam, sed a splenis obstructione ortis. Ivi tamen, ne existimarer simulasse eos dolores. Sed illud te oro, ut cures a Typographo *Iosepho* absolvi inchoatam editionem *Statutorum*, ac pagellas in mea mensa invenies. Nam filio eius dixi, me tibi traditurum pagellas. Si domi mansissem, aliquid addidissem, nunc in mora esse typographo nolo *). De stipendiis scholasticorum prius opinor ex aula respondebitur, quam ego redire potero. Etsi autem opinor Rectorem, ut est diligens, praesertim me absente, daturum esse mandata, ut distributio fiat, abhibitis idoneis hominibus; tamen te oro, ut cures adhiberi Doctorem *Crucigerum*, D. *Maiorem*, Magistrum *Vitum*, *Marcellum*, et Decanum. Scripsi eadem de re ad D. Rectorem, sed te magnopere oro, ut mihi per hunc tabellarium rescribas de Repub. et de meis rebus. Si ex aula missae fuerint literae de conventu *Ratisbonensi*, tu eas legito, et mihi meo sumptu mittito quamprimum. Doctoris *Turcae*, et *Eberhusii* reditus in *Salinis* magnos et non vulgares Episcopus *Francus*, qui nunc imperat, seponi iussit apud Senatum. Multa audivi, quanquam biduo tantum absum, quae Deo iuvante coram narrabo. Bene vale, et rescribe. Die Mercurii ante natalem Domini nostri Iesu Christi.

*) Leguntur haec statuta s. leges Academiae in scriptis publ. Acad. Wit. T. I. p. 448 sqq. Utique addidit Mel. quaedam, de quibus vid. ep. ad Baumgartner. d. 20. Iun. 1546. Separatim etiam prodierunt hae leges, quas in libris Mel. dabimus.

No. 3339. 24. Dec. (Halae)

Iohanni ministro.

Epist. lib. II. p. 585. (ed. Lond. lib. II. ep. 613.).

Iohanni Ministro suo

S. D. Charissime *Iohannes*, Dicas meae uxori me mediocriter valere, et mecum disputo unde fuerint orti dolores quos sentiebam, cum mane iter ingrederer. Iudico enim splenis obstructionem fuisse. Scripsi domino Rectori et Magistro *Paulo* de publicis et aliis negociis. Cura ut literae diligenter reddantur iis, quibus inscriptae sunt, et nuncio date cibum. Ego eum meo sumptu misi. Cave ne auriga *Wenceslaus* de vino petat pecuniam a coniuge domini Doctoris, sed vos solvite. D. D. *Chilianus* iubet te mittere saccos, ut sale impletos remittat. Filio dicas ut mihi scribat. Bene vale. Pridie ante Natalem Christi.

No. 3340. 24. Dec. (Halae)

Aug. Schurfio.

Epist. lib. II. p. 469. (ed. Lond. lib. II. ep. 496.).

D. Augustino Schurffio

S. D. Magnifice D. Rector et amice charissime, Profecto non cupiditate aliqua nunc expatiatus sum, sed causis motus quas coram vobis exponam. Mane cum abirem magnos cruciatus habebam, quos tunc a calculo oriri arbitrabar, nunc reipsa experior a splenis obstructione ortos esse. Si literae, ut arbitror, ante meum adventum de stipendiis numerandis allatae fuerint, rogo ut distributionem commendetis D. *Maiori*, M. *Vito*, M. *Marcello*, et *Decano*. Etiam propter festum libenter domi mansissem, sed scitis quam sine ordine agant negotia homines nobiles, qui debebant esse custodes ordinis boni acerrimi. Bene et feliciter valete. In *Salinis* Natalis Christi pridie.

No. 3341. 26. Dec.

Myconius ad Spangenbergium.

Manlii farrag. p. 426 sq.

Doctrina et pietate praestantiss. viro, D. Ioanni Spangenbergio, Ecclesiae Northusiensis episcopo, fratri in Christo charissimo et notissimo, Fridericus Myconius.

Gratiam et pacem a Deo patre, et Domino nostro Iesu Christo. Accepi binas literas tuas, amantissime et doctissime Spangenbergi, quarum postremis inscriptum erat, Friderico, etc. amico charissimo, licet ignoto. Quid vero hoc novi, mi Spangenbergi? An ego ignotus sum, a quo tot literas accepisti? Cui tot Psalmos, tot hymnos, tot epigrammata doctissima, doctissimus inscripsisti: et in cuius ego sinum omnes meos dolores, gemitus, suspiria, rursus gaudia, risus et exultationes cordis soleo effundere: et omnia ea quae tot annis ad me scribis, sancte servo? et tu te dicis ignoto scribere: de quo ego iactare soleo, te mihi et me tibi notissimum esse? Verum de hoc vultu parvo, et cadaverosa facie, ac calvo capite te scribere dices, quem non vidisti: sed nec ego illum vidi nisi in speculo, et ubi olim placidum esset mare, et ego me in mari contemplabar, umbra fallacissima et statim evanescente. Sed condono tibi et hoc, et omnia peccata, propter merita tua cum de me, tum de Ecclesia sancta. Datae 1546*), die Stephani.

*) i. e. 1545.

Habeo tibi gratiam pro versibus, quibus inclusum est amicum donum de incendio urbis, et bello Mezentii.

No. 3342. 26. Dec. (Mansfeldiae.)

Ch. Goldsteinio.

† Ex apographis in cod. Goth. 191. p. 86 b., cod. Goth. 401. p. 28. et cod. Monac. 89. p. 5.

Chiliano Goldstein S. D.

Inchoat anni exordia[1]) commemoratio admirandi et immoti foederis, quo filius Dei copulavit sibi humanam naturam, ut illustre testimonium nobis ostenderetur, vos vere Deo curae esse. Propter illud foedus oro Deum aeternum patrem domini nostri I. C., ut tibi et Ecclesiae tuae domesticae et universae annum faustum, felicem et tranquillum concedat. Tibi vero gratiam habeo, quod nuntios misisti[2]). Ego huic tabellario 6 gl. dedi, et, cum peteret pro altero munusculum, addidi grossum. C. *Crucigeri* epistolam legisse te vellem. Potes enim omnes mihi inscriptas legere. Illa res magnas ex conventu *Francofordiensi*[3]) narrat. Negat *Carolum* ex Germania hoc anno discedere, et tamen ait, nec ad conventum venturum, nec spem pacis ostendere. Turcae σπονδὰς πενταετοὺς confirmare dicuntur[4]). Vale feliciter cum tota Ecclesia domestica et urbana. Datae in arce Mansfeldensi, 1545.

Melanthon rediit Wittebergam.

No. 3343. 28. Dec.

N. N. ad N. N.

Edita a Strobelio in Ei. Neu. Beiträg. P. V. p. 349. — Quanquam quis scripserit hanc epist. certo definiri nunc non potest, tamen eam hic inseruimus, tum ob Melan-

1) Cod. Goth. 401.: *annum.*

2) Caetera non leguntur in cod. Goth. 401.

3) habito exeunte anno 1545. Vid. Seckendorf. hist. Luth. III. p. 613 sq.

4) *Turcae* etc. leguntur tantum in cod. Monac.

thonis commemorationem, tum ob narrationem de colloquio ipso.

(N. N. ad N. N.)

Pergratum est nobis tuum hoc officium, quod ea, quae de colloquio et *Philippo* e Wittenberga cognovisti, nobis significasti. Nos enim non in singulas modo dies sed in horas tuum et *Philippi* adventum expectavimus; sed a te admoniti aliam rationem inibimus, ne magno sumtu et vana expectatione tempus frustra teramus.

Praesidentes Colloquii dicuntur designati Episcopus Aistatensis et *Fridericus* Comes a Fürstemberg. Episcopus conduxit hospitium, sed nondum advenit. Aiunt iussisse ut quam primum advenerit *Philippus*, ei significare; se tum sine mora adventurum. Collocutores ex adversa parte electi dicebantur *Alphonsus* Hispanus, suffraganeus Moguntinus, *Iulius Pflug*, et *Io. Hofmeister*, provincialis Augustinianorum Colmariensis, qui in proximis comitiis Wormatiae magna cum admiratione suorum in templo summo concionatus est. Sed videmus pro *Alphonso* missum esse *Petrum de Malvenda*, Caesaris delictorum auditorem, praeterea alium monachum *Eberhardum Billick*, provincialem Carmelitarum Coloniensem. De auditoribus autem nihil certi cognovi, ac miramur *Philippum* et alios tam tarde accedere, cum tamen et *Cochlea*, malum omen, huc arrepserit. Nos si quam spem de hoc colloquio antea concepimus, iam propter tuas literas paene totam posuimus.

Butzerus commemoravit nobis, *Carolum* Caesarem post comitia Wormatiae habita, ad concilium Tridentinum scripsisse et petiisse, ne offenderentur huius colloquii Ratisbonensis institutione et permissione. Hoc enim breve admodum fore, et curaturum se, ut nihil ibi definiatur, sed omnia ad cognitionem concilii reiiciantur.

Audi et aliud. *Butzerum* comitatus est ad Ratisbonam Hispanus quidam vir doctus et pius. Is vixit aliquandiu cum *Petro Malvenda* familiariter in Gallia: postquam autem audivit, eum nomine Caesaris huc venire et fore collocutorem, salutavit eum pro veteri amicitia. Ibi tum *Malvenda* interrogavit Hispanum, quid rerum ipse hic ageret, respondit ille, se huc profectum, ut videret claros viros, et cognosceret eventum huius colloquii. *Malvenda* subiecit, quid? Colloquium? De colloquio nihil fiet, sed apertum nunc est concilium Tridentinum, ad quod pertinet, de his rebus tractare.

Ex his tu coniicies, quid nobis spei sit de hoc colloquio. Etsi enim praesentia tua et optimi mei*) nobis iucundissima fuisset, tamen ego nolim mea vel praedicatione vel cohortatione autor esse, ut hoc difficili tempore et rerum statu aut potius mutatione suscipias ad nos profectionem.

Episcopus Aistedensis praeses colloquii venturus dicitur ultimo die huius anni. Dat. Ratisb. 28. Decb.

No. 3344. (hoc fere anno.)

F. Staphylo.

† Ex collectione Ballenst. Vol. I. p. 19., cui hanc epistolam descripsit Schelhornius ex autographo Melanthonis.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, Friderico Staphylo[1]*), fratri suo carissimo,*

S. D. Paene oblitus eram respondere de Demosthene. Vix alia brevis oratio plus habet ornamentorum, quam illa, quam edidisti, ac in delectu prudentiam tuam agnosco, teque velim eam latine reddere. Etsi enim iam extat totius Demosthenis interpretatio, tamen illud grande volumen non multi emunt. Et adolescentibus prodest, in manibus esse partes, ita ut graeca et latina conferant. Existimo, tibi notum esse interpretem, qui edidit integrum Demosthenem; vir doctus est et diligens. Sed tu reddes hanc praesertim oratoriam concionem nitidius.

No. 3345. (h. a. ut videtur)

Ionae, filio.

† Ex collect. Ballenstadt. Vol. I. p. 47., qui eam descripsit ex cod. Gudiano, Guelpherb.

---

*) Excidisse videtur nomen aliquod.

1) Mense Nov. 1543. Staphylus venit primum Vitebergam. Videtur igitur scripta haec epist. fere ann. 1545.

Eruditione et virtute praestanti Magistro Iusto Ionae, filio suo carissimo,

S. D. Heri filius *Crispi Hallensis* huc venit, ac statim, cum de equo descendisset, accessit ad dom. *Pastorem*, Doctorem *Pomeranum*, expostulavitque cum eo, quod de morte patris quaedam in concione dixisset et minitans, se rediturum esse et atrocius cum eo expostulaturum. Venit deinde post quintam horam, credo temulentus, iussit se introduci in eius cubiculum, quia dicebatur abesse domo, et aberat in examine ministrorum Evangelii. Redeuntem deinde in via rursus compellat specie plane hostili, quare a consule *Crispus* in carcerem abductus est, et nos petulantiam iuventutis castigandam esse censemus. Haec eo scripsi, ut, quum arbitrarer, istic aliquos depravaturos esse hanc rem narrando, certi aliquid sciretis. Bene vale et patrem vera reverentia colito, memor τὰς στοργὰς esse imagines amoris divini.

No. 3346. (h. a. ut videtur.)

I. Weinlaub.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³. — Epistola praescripta a Mel. filiis Buchholzeri.

Ad Cancellarium Marchionis Electoris)*

S. D. Magnifice D. Cancellarie. Cum inter caeteras curas publicas etiam Ecclesiarum salutem et literarum studia complectamini, et pro vestri ingenii excellentia libenter adiuvetis studiosos, et semper singularis vestra benevolentia fuerit erga nostrum parentem et erga nos, confugimus ad vos tanquam ad praecipuum patronum, et vos oramus, ut nobis opem feratis. Intelligimus hoc agi, ut reditus sacerdotis in Saltwedel, quos Illustrissimus princeps studiorum causa nobis attribuit, alio transferantur. Id si fiet, in Academiis manere non possumus. Et cogemur deserere literas et optimas artes, quas mediocriter discere incepimus. Et extant testimonia nostrorum laborum, quae etiam doctis placent. Ac speramus, Deo iuvante nos olim utiliter servituros esse Ecclesiae Dei. Quare vos propter Deum et propter vestram erga studiosos benevolentiam obtestamur, ut perficiatis, ne reditus illi a nobis alio transferantur adhuc annis aliquot. Cum quidem speremus, studia nostra et mores doctis viris non displicere, hoc Illustrissimi principis beneficium vestra autoritas nobis conservare poterit; quod ut faciat, reverenter oramus, et perpetuam animi gratitudinem Illustrissimo principi et vobis pollicemur. B. Valete.

Philippus M. praescripsit filiis D. Georgii Buchholzeri*).

*) Io. Weinlaubio.

*) Illi literis operam dabant Witebergae anno 1545. et seqq. Vid. ep. d. 9. Mart. 1545. Potest vero etiam scripta esse anno 1549. Vid. ep. d. 29. Oct. 1549. scriptam.

No. 3347. (h. a.)

Praefatio.

Praefatio in librum: Harmon. de passione Christi, edit. a Georg. Rhaw. — Legitur etiam in Mel. Declamationibus T. II. p. 249., unde hic descripta est.

Praefatio.

Non dubium est, Musicam generi humano praecipue datam esse sacrorum caussa; primum, ut cantu, tanquam literis, conservarentur[1]) et propagarentur oracula divinitus tradita, durabilior est enim numerorum et carminum memoria; deinde, ut rectae sententiae magis penetrarent in animos, et ferirent ac moverent hominum pectora vehementius. Est enim quaedam animae cum numeris et harmonia mirabilis cognatio, qua fit, ut avide accipiant animi harmonias, et earum varietati respondeant varii motus in nobis. Sentiuntur haec non obscure, etsi ratio, cur fiant, non perspicitur. Sed harmonicum quiddam est anima et natura percipiens atque amans numeros atque harmoniam: ex quibus existit ordinis cognitio, quo nihil est in omnibus rebus et in moribus pulchrius: quo animadverso mens traducitur ad agnitionem Dei. Verum ut hanc disputationem de caussis omittamus, illud minime dubium est, Musicen in sacris ritibus semper adhibitam esse, ut vel tranquilliores redderet animos et ad cogitationem rerum divinarum aptiores, vel alios excitaret

1) Decl. *conserentur*, quod mendosum habeo pro *conservarentur*.

motus, iis sententiis, quae proponebantur, congruentes. Eamque ad rem veterum consuetudo maxime profuit, qui ad cantum, ad fides adiungebant verba, ut simul perferrentur ad aures atque animos hominum sententiae sonis convenientes. Haec harmonia ciet ardentes motus in animis. Ut igitur cetera Christi dicta, facta, aut beneficia cantu celebrare prodest, ita maxime ad historiam mortis eius adhibenda est Musica. Maxime laudatur in Ecclesia cogitatio de morte Christi: nec vero utilius quidquam est ad excitandam pietatem, quam illius admirandi operis consideratio. In hac imagine cernimus infinitam esse misericordiam Dei erga nos, eo quod filium pro nobis victimam fieri voluit. Testatur et illud, vere se et horribiliter irasci peccato, cum non alia victima, non aliis officiis placari voluerit, nisi filii morte. Itaque ad castigandam securitatem in mentibus hominum haec ipsa historia efficacissima est. Cuius est enim tam ferreus animus, ut non moveatur, si videat tam horrendas poenas solvi pro peccato; si cogitet, Deum adeo execrari peccatum, ut nulla victima, nisi sanguine filii reconciliari potuerit? Deinde innumerabiles utilitates alias adfert cogitatio huius historiae. Quid magis mirantur ac fremunt omnium hominum intimi sensus, quam qui fiat, ut haec imbecillis natura hominum tantis calamitatibus onerata sit? Nec Philosophia, ne ulla sapientia invenire caussam potest: casu et contra ordinem ratio hoc accidere iudicat. Sed in hac imagine Christi intelligimus caussam, ac videmus non temere, non casu, genus humanum tantis aerumnis obnoxium esse. Et cum in hac historia contemplati fuerimus ingentem iram Dei adversus peccatum, misericordiam Dei erga nos, quos Filii morte placatus liberat ab aeternis malis, tum considerabimus caussam calamitatum humanarum. Deinde multa virtutum exempla hic proponuntur, quae recitare longum est. Quare optimo consilio in ecclesia institutum est, ut et statis temporibus integra historia publice legatur, et alias crebro repetatur. Id exemplum imitari pii omnes in domesticis exercitiis debent. Hic igitur edidit vir optimus *Georgius Rhau* Harmonias, iudicio delectas, ut interdum cantus adhibeatur ad excitandos animos. His ut studiosi, praesertim (cum)[2]) in hoc argumento ad pietatem utilissimo adhibeatur, utantur, magnopere eos adhortor. Quae enim Musica piis et bonis mentibus iucundior esse potest, quam quae non modo aures demulcet, sed simul pectoris fibras, tanquam chordas, tangit et modus ciet divinos in animis, ac mentes ad agnitionem Dei rapit? Hic praecipuus initio fuit Musicae usus. Ad hunc finem cum divinitus tradita sit, est piae mentis, libenter eam hoc modo transferre, ut cantuum harmoniae respondeat illa viva in animis harmonia et piorum adfectuum concinnitas. Bene vale, Christiane lector.

No. 3348. hoc anno.

(*Inscriptio.*)

Bibliis Lutheri germanicis (durch Hans Lufft, Wittenb. 1541. fol.), quae sunt in bibliotheca Vratislav. inscripta, edita a Clariss. Schoenborn, (Ioanni Guil. Fischero die 8. Martii anni 1838. memoriam muneris ecclesiastici ante hos quinquaginta annos suscepti, pie celebranti — gratulatur D. Car. Schoenborn. Vratisl. 1838. 4. p. 7.).

(*Inscriptio*)

Matthaei 17.:

Hic est filius meus dilectus quo delector, ipsum audite.

Utinam cogitare mentes nostrae possent, quantum Dei beneficium sit, quod voluit se certis et illustribus testimoniis patefacere generi humano et reddere nobis vitam aeternam propter filium suum, Dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis et resuscitatum. Haec certe*) cogitari necesse est. Et in hac cognitione lucem veram spiritu sancto in nobis Deus accendit. Necesse est autem hoc ipsum verbum retineri, in quo Deus se patefecit, et in quo filius Dei nobis concionatur, sicut hic clamat aeternus pater: Ipsum audite.

Philippus Melanthon,
1545.

---

2) *cum* hic excidit.
*) recte?

CORRIGENDA.

Pag. 18 Not.* lege Marchi*a*.
— 21 Not. ** lin. 4 l. testat*ur*.
— 33 no. 2634 in indice fontium lin. 6 pro calam*us* l. calam*o*.
— 35 Not. * l. Ioachimicos.
— 50 Not. * lin. 1 pro fact*um* l. fact*am*.
— — — lin. 4 post *in* adde punctum (*in*, i. e. ineunte).
— 59 lin. 10 post *aliquorum* plene interpungendum est.
— 71 lin. 9 ante *Polycarpo* adde *de*.
— — lin. 27 lege superstru*i*tis.
— 78 lin. 3 a fine pro *m*itia l. *in*itia.
— 83 lin. 14 pro *n*isi l. *m*isi.
— — lin. 2 et 1 a fine lege: vicini*a v*estra.
— 88 lin. 10 a fine lege Solyman.
— 96 lin. ult. pro *cum* l. *eum*.
— 98 no. 2690 lin. 13 pro *de* l. *te*.
— 99 no. 2692 lin. 7 pro Hab*et* l. Hab*ent*.
— 102 lin. penult. pro *n*eque l. *m*eque.
— 106 lin. 20 pro τὸν l. τῆς.
— 108 lin. 20 lege εἰκάζων.
— 114 Not. ** lin. 3 lege *di*scissa ecclesi*a* germanic*a*.
— 115 lin. 8 a fine pro *at* l. *ut*.
— 138 lin. 7 a fine pro qui*n* l. qui*a*.
— 151 lin. 7 a fine pro qu*as* l. qu*os*.
— 156 lin. 16 *est* post *editam* dele.
— 162 lin. ult. post *opus* adde *est*.
— 165 lin. 1 lege confirmar*i*.
— 186 no. 2766 in indice fontium pro *IV* lege *VI*.
— — — — lin. 3 a fine pro εὐπιθ. l. ἐπιθ. Eodem modo corrige p. 187 lin. 2.
— 193 lin. 29 pro ἄχλαὸς l. ἄγλαὸς, et post ἀδάμας adde οὕτως.
— 240 lin. 19 pro εὐ l. οὐ.
— 285 no. 2845 lin. 8 lege luculent*is*.
— 289 no. 2848 lin. 6 a fine pro *Sed* l. *Si*.

Pag. 293 lin. 25 scribe ὠμότητα.
— 309 lin. 5 scribe tribuer*ent*.
— 310 lin. 4 a fine pro γέτις l. γέ τις.
— 324 lin. 16 scribe ce*t*era.
— 326 lin. 7 pro li*b*erator lege li*t*erator.
— 339 Notam * pone secundo, et notam ** pone primo loco.
— 342 no. 2893 lin. 11 pro *his* l. *hic*.
— 396 lin. 8 pro *Non* l. *Nunc*.
— 407 lin. 6 a fine pro *scis* l. *sis*.
— 416 no. 2963 in fontium indice lin. 3 lege Torgens*i*.
— 418 Nota * lin. 2 lege inveterat*as* qu*as*dam.
— 471 lin. 7 pro *meam* l. *mensam*.
— — lin. 9 pro *quasi* l. *quasdam*.
— 473 n. 3021 lin. 6 scribe Αἰσχύνομαι.
— 481 lin. 9 pro ut *de* l. ut *te*.
— — lin. 21 pro *au*garis l. *an*garis.
— 504 Not. * lin. 1 pro dicat*us* l. dicat*ur*.
— 514 lin. 13 pro haben l. halben.
— 515 Not. 3 lin. ult. ante *prorsus* insere *vel*.
— 521 no. 3068 lin. 5. 6 lege facil*is*.
— 648 lin. 2 lege mendos*a*.
— 773 no. 3203 in indice fontium lin. 7 pro *erunt* l. *habuerunt*.
— 785 lin. 24 pro *te* l. *de*.
— 790 lin. 5 post *partes* adde *et*.
— 792 lin. 22 a fine pro David*em* l. David*es*.
— 793 lin. 15 post *dei* adde *conferat*.
— 794 lin. 8 pro quan*do* l. quan*to*.
— 838 lin. 8 a fine pro *sit* l. *sibi*.
— 844 no. 3261 lin. 5 a fine pro *ut* Deum l. *et* D.
— 845 lin. 15 a fine pro *in* l. *ei*.
— 848 lin. 13 post *Aprilis* adde *quo*.

HALIS
TYPIS EXPRESSUM GEBAUERIIS.

Für den Buchbinder. Dieses Blatt ist an das Ende des Bandes zu bringen.

HALIS

TYPIS EXPRESSUM GEBAUERIIS.

Für den Buchbinder. Dieses Blatt ist an das Ende des Bandes zu bringen.